00051058

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY.
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 15 June, 2016

DX 23

DX. a. 3.

# BIBLIOTHECÆ
# ORIENTALIS
## CLEMENTINO-VATICANÆ
## TOMUS SECUNDUS
### DE SCRIPTORIBUS SYRIS MONOPHYSITIS.

# BIBLIOTHECA ORIENTALIS CLEMENTINO-VATICANA

*IN QUA*

Manuſcriptos Codices Syriacos, Arabicos, Perſicos, Turcicos, Hebraicos, Samaritanos, Armenicos, Æthiopicos, Græcos, Ægyptiacos, Ibericos, & Malabaricos,

*JUSSU ET MUNIFICENTIA*

CLEMENTIS XI. PONTIFICIS MAXIMI

*Ex Oriente conquiſitos, comparatos, avectos, & Bibliothecæ Vaticanæ addictos*

UNA CUM IIS

*QUOS SANCTISSIMUS PATER*

INNOCENTIUS XIII.

*In eandem Bibliothecam inferri juſſit:*

Recenſuit, digeſſit, & genuina ſcripta à ſpuriis ſecrevit,

ADDITA SINGULORUM AUCTORUM VITA,

JOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS

SYRUS MARONITA

Sacroſanctæ Baſilicæ Vaticanæ Presbyter Beneficiatus, Sacræ Theologiæ Doctor, atque in eadem Bibliotheca Vaticana linguarum Syriacæ & Arabicæ Scriptor.

## TOMUS SECUNDUS

DE SCRIPTORIBUS SYRIS MONOPHYSITIS.

51058



ROMÆ, MDCCXXI. Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide.

*SUPERIORUM PERMISSU.*

00051058

*SANCTISSIMO PATRI*

# INNOCENTIO XIII
## PONTIFICI MAXIMO

JOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS

PERPETUAM INCOLUMITATEM.

Q*UÆ ad Orientalium Nationum ſectas earumque Codices pertinent*, BEATISSIME PATER, *ea profectò ſcitu digniſſima ſunt, atque ad libranda ex vero &*

*certo ſenſu judicia, quæ circa earundem controverſias coram Apoſtolica Sede identidem moveri ſolent, plurimum momenti conferunt. Id ſcilicet fuit cauſæ, quum in eo argumento tùm veteres, tùm recentiores Viri doctiſſimi non ſine magno operæ pretio atque laude verſati ſint, cur ego quoque delatam à Sanctiſſimo Pontifice* CLEMENTE XI. BEATITUDINIS TUÆ *prædeceſſore nonnullam hujuſce provinciæ partem neque ita gravatè receperim, & receptam, ſi minus cum apparatu & copia, certè cum fide curaque, Deo adjuvante, confecerim. Nec dubium, quin qui talem mihi laborem injunxerat, huic potiſſimùm laboris ejus & operæ fructus deberentur. Primus igitur Bibliothecæ meæ Tomus, in quo Syrorum Scriptorum Catalogum ex manuſcriptis Orientalibus Codicibus ejus juſſu & liberalitate in Apoſtolicam Bibliothecam Vaticanam illatis recenſui, nomini ejuſdem nuncupatus prodiit. Nunc quando ad Superos, ut ſperare par eſt, ille deceſſit; quam nobis ſpem faciunt & confirmant eximiæ illæ & Apoſtolicæ virtutes, quibus ſanctam Sedem & Eccleſiam univerſam illuſtravit, exhauſti pro tuendis Sacrorum juribus diuturni labores, amplificata Eccleſiaſtica omnis generis ſtudia, Chriſtianaque religio latiſſimè propagata; alter ejuſdem Operis Tomus Tibi,* BEATISSIME PATER, *qui in ejuſdem locum & curas divino nutu ſucceſſiſti, optimo jure dicandus fuit: quum id rationi juſtitiæque maximè conſentaneum eſſet, ut hanc laboris mei partem, quam ex manuſcriptis Codicibus eidem Bibliothecæ Vaticanæ à* SANCTITATE TUA *magnificè addictis confeci, velut opes in tuo fundo collectas* TIBI *integra fide redhiberem. Id verò ut* SANCTITATI

TUÆ

TUÆ *gratum acceptumque fore confidam, facit quem dixi, amor erga literas tuus: faciunt artes virtuteſque, quibus omnium gentium amorem promeruiſti, ut jure optimo Orbis univerſus de tua in Summum Pontificem inauguratione ſibi maximè gratuletur, nec eam ſine manifeſta Numinis diſpenſatione factam exiſtimet: ſic enim decebat, ut quem tanta animi magnitudo, tanta morum integritas, tantum honeſtarum diſciplinarum ſtudium, tot pro Religione atque Apoſtolica Sede ſuſcepti confectique labores ad ſummum cœloque proximum dignitatis poteſtatiſque gradum vocabant, ſuo etiam Roma ſuffragio cohoneſtaret, & quem maximum virtus fecerat, ſacra Purpuratorum Patrum comitia promulgarent: Facit poſtremò, quod in ea,* SANCTISSIME PATER, *natus es Domo, ex qua velut ex Templo Virtutis & Religionis prodiere Pontifices de Chriſtianis Orientalibus optimè meriti. Et verò quemadmodum qui ſiderum motus proprietateſque perſequuntur, proprios ajunt habere ſingula Aſtra illapſus ex peculiari quadam Numinis deſtinatione certis definitiſque terrarum ſpatiis ſalutares: ita* COMITUM *ampliſſimæ & clariſſimæ Familiæ ex certa Dei Optimi Maximi diſpenſatione inditus videtur erga Chriſtianos Orientis amor & beneficentia. Nam ut multa & eximia fuerint Regum, Imperatorum, Summorumque Pontificum in ſingulas & univerſas Chriſtiani Orientis nationes merita; nulla tamen hactenus Familia exſtitit auguſtæ* COMITUM *genti in hac laude par: nec enim ulla alia tot protulit Summos Pontifices, nec in ampliſſimo Summorum Pontificum cenſu extra illam reperire eſt tàm multos, qui pro tuenda Orienta-*

lium

*lium Chriſtianorum libertate incolumitateque tam utiles tamque diuturnos labores ſuſceperint. Superant adhuc in tabulariis præcipuarum Orientis Eccleſiarum illuſtria monumenta paternam erga eos populos providentiam teſtantia Tuorum,* Beatissime Pater, *Majorum* Innocentii III. Gregorii IX. & Alexandri IV. *Sed & omnium tum recentium, tum veterum Scriptorum commentaria loquuntur, quibus quotve belli paciſque artibus ab inclytis ex* Comitum *gente Pontificibus, Ducibus, fortiſſimis Viris in Græcia, Armenia, Syria, atque Palæſtina duorum ferè ſæculorum ſpatio certatum ſit pro conſervanda Orientalibus Chriſtianis religione atque libertate. Quum nempè ſævus ille Saracenici belli turbo ſurſque deque miſceret omnia, atque hinc Græcorum Imperatorum aſtus, inde Soltanorum Ægypti furor univerſam Aſiam perturbaret atque peſſumdaret. Quoniam verò externa perſequi Epiſtolæ brevitas non patitur, domeſtica proferam, eaque exploratiſſima. Equidem vix ambigo, quin Syrorum Maronitarum natio, utpote à priſcis temporibus Romanæ Eccleſiæ obſequentiſſima, ab ejuſdem Sedis Pontificibus multis affecta fuerit beneficiis. Qui tamen id præſtiterit poſt S. Hormiſdam, cujus ad Maronitas monachos literas amoris plenas exhibent Acta Conſtantinopolitanæ Synodi ſub Menna, primus in Eccleſiæ Annalibus occurrit Tuus,* Beatissime Pater, Innocentius. *Tuus, inquam,* Innocentius *ex omnibus primus fuit, qui Maronitarum nationem per ea tempora Saracenorum Palæſtinam & finitimas provincias infeſtantium armis preſſam amantiſſimè complexus eſt, miſſiſque legationibus, pecuniâ, armis juvit. Mox*

coacta

*coacta ad Lateranum generali Synodo, ad bellum ſacrum adversùs Saracenos Chriſtianorum in Syria tunc degentium cervicibus inſultantes, Chriſtianos Europæ Principes concitavit. Quanto verò animi ſenſu Optimus Pontifex Orientalium Chriſtianorum calamitatibus indoleret, ejuſdem in Concilio Lateranenſi habita Oratio ſatis ſuperque repræſentat. Rebus tandem humanis decedente* INNOCENTIO, *relictam ab eo Nationum Orientalium, atque Syrorum præcipuè curam velut hæreditario jure ſuſcepere gemina illa Familiæ tuæ ſidera* GREGORIUS & ALEXANDER, *à quibus ſub ipſa Pontificatus exordia è Sancti Franciſci familia religioſorum Virorum manipuli in Syriam ſemel & iterùm miſſi, mirum quantùm pietatem & religionem inter homines Romanæ Eccleſiæ moribus cætera addictiſſimos amplificaverint. Itaque non aliis ſequeſtribus & conciliatoribus gratiæ tuæ,* BEATISSIME PATER, *uſus, quàm Tuis,* INNOCENTIO *nempè,* GREGORIO, & ALEXANDRO, *Syriacarum gentium amantiſſimis, hunc Syrorum Scriptorum Catalogum* SANCTITATI TUÆ *offero, conſecroque; communibus interim Chriſtianorum Orientalium votis Cælites omnes precor, ut* SANCTITATEM TUAM *diù ſoſpitem & ſuperſtitem velint, ſervent, tueantur, dum Oriens Mahometicæ ſuperſtitionis jugum excutiat, atque gentes erroribus obſitas ad Catholicæ veritatis lumen, & Romanæ Sedis obedientiam adducas.*

# CENSORUM JUDICIA.

TOMUM alterum Bibliothecæ Orientalis Clementino-Vaticanæ ab eruditiſſimo Viro Joſepho Simonio Aſſemano conſcriptum, quem demandante Reverendiſſimo P. Fr. Gregorio Selleri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, accurate perlegi, maximo uſui futurum puto, non iis modo, qui res & antiquitates Eccleſiaſticas cognoſcere & ſcrutari amant, verum illis etiam, qui ad propagandam Catholicam Religionem, atque ab erroribus revocandas Orientis nationes Jacobitarum hæreſi mancipatas, operam profitentur. Tam copioſe enim & luculenter, tantaque cum diligentia judicioque ſectæ illius origines, ſucceſſiones, divortia, turbas ac ſuperſtitiones ex ſuis ipſorum monumentis nunc demum è tenebris in publicum eruditorum commodum eductis, aperit & exponit, ut ad errores ſimul refutandos idonea ſubſidia & arma Evangelicis adminiſtris ſuppeditet, & ſacræ ac barbaræ hiſtoriæ, ſequioris præſertim temporis, plurimum lucis afferat. Quum igitur nihil in eo deprehenderim, quod ſanæ doctrinæ aut bonis moribus adverſetur, digniſſimum cenſeo, qui typis excudatur.

Romæ Idibus Decembris MDCCXXI.

*Carolus Majellus Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus.*

---

BIBLIOTHECÆ Orientalis Clementino-Vaticanæ Tomum ſecundum juſſu Reverendiſſimi Patris Fratris Gregorii Selleri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri maxima cum animi voluptate perlegi. Scriptorum enim, Patriarcharum, atque Epiſcoporum Monophyſitarum ſeriem, & res geſtas non ſolum ex Græcis, Latiniſque, verum etiam ex Syriacis, Arabiciſque monumentis, quæ nunc primum è tenebris emergunt, Clariſſimus Author recenſens, & illuſtrans, Jacobiticæ hæreſis completam hiſtoriam, quæ antea deſiderabatur, magna diligentia texuit. Quod dum præſtat, tam acri judicio hæreticorum fabulas rejicit, tantaque ubertate eorundem argumenta refellit, ut non minus ſani Critici, quam Catholici, eruditique Theologi partes eum expleviſſe æqui rerum æſtimatores intelligant. Quum igitur opus, quo nihil continetur, quod à Catholica veritate, atque à bonis moribus ſit alienum, inoffenſo pede percurri poſſit; illud non modo Literatis omnibus ſua varietate voluptatem, verum etiam iis, qui Apoſtolico munere in Oriente funguntur, utilitatem maximam allaturum confido. Ex eo enim ſicuti germana Jacobitarum placita, intimi eorundem ſenſus, & præcipua ſectæ fundamenta cognoſcent, ita firmiſſima argumenta omnia mutuabuntur, quibus hæreticos illos ad ſanitatem, & ad Apoſtolicæ Sedis ſinum reducere poterunt. Quare illud dignum cenſeo, quod Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide excudatur.

Romæ Idibus Decembris An. MDCCXXI.

*Franciſcus Antonius de Simeonibus Abbas S. Philippi ad Rhegyum.*

Quæ

QUæ de Scriptoribus Syris Heterodoxis hoc ſecundo Bibliothecæ Orientalis Tomo accûratè doctèque differit Author Joſeph Aſſemanus, juſſu Reverendiſſimi Patris Gregorii Selleri Palatii Apoſtolici Magiſtri diligenter evolvi: eaque Catholicæ doctrinæ non modò conſona, ſed & perutilia fore exiſtimo. Nam quum nullum in omni Antiquitate genus opinionis & ſectæ tàm horrendum, tàm inuſitatum, tàmque obſoletum extiterit, quod alicubi fautores aliquo. & ſectatores hoc tempore non habeat, ambigendum non eſt, quin utiles futuri ſint Commentarii, in quibus illarum origines, progreſſiones, & exitus notantur: ex iis enim non earum modo notitiam adipiſcimur, ſed ad eaſdem etiam profligandas certa & validiſſima auxilia Theologis noſtris p - rantur. Quo in genere quum multorum Scriptorum egregiè ſit labor & cum laude verſatus, in ea tamen parte, quæ Jacobitarum ſive Monophyſitarum hæreſim ſpectat, ſivè diligentia ſivè ubertate eruditionis & copia, quem cum noſtro Aſſemano conferam, reperio neminem: Quotquot enim Jacobitarum res hucuſque tractarunt, ea ſolummodo, quæ Græci Latinive Scriptores tradidere in unum colligere atque referre contenti, intima ejus ſectæ arcana vel ob inopiam Syriacorum Codicum, vel ob Syriaci ſermonis inſcitiam prætermittere coacti fuerunt. Noſter contra Aſſemanus & Orientalium linguarum ſcientiſſimus, & idoneos Syriacarum rerum teſtes, ejuſdem gentis, nempe Antiſtites, Epiſcopos & Patriarchas nactus, acri judicio, invicto labore ejus ſectæ cauſas, proceſſus, ſtatumque enucleatiſſimè exponit. Authores præterea fautoreſque cumulatiſſimè recenſet: Epiſcoporum, qui eidem præfuere, ſeriem: Epiſcopatuum numerum & fines, atque cætera hujuſmodi Eccleſiaſticam hiſtoriam & ſacram doctrinam tractantibus quovis impendio comparanda, nobis repræſentat: opus ſanè egregium, à nemine, quod ſciam, hactenus tentatum. Quamobrem illud publica luce digniſſimum judico: in quorum fidem &c. Ex domo Profeſſorum hac die 12. Decembris 1721.

*Petrus Benedetti Societ. Jeſu.*

*IMPRIMATUR,*

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

*T. Epiſcopus Heracleæ Viceſg.*

---

*IMPRIMATUR,*

Fr. Gregorius Selleri Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtoli Magiſter.

PRÆ-

# PRÆFATIO.

I. Dei Optimi Maximi erga Catholicam Eccleſiam providentia.

QUUM multa ſint, ob quæ Sapiens quiſque ſibi de Catholicæ Eccleſiæ communione gratuletur, illud profectò potiſſimum eſt, quod ſtatim palamque ſe prodit cogitanti Divini Numinis erga eandem ſtudium providentiamque maximè ſingularem. Enimverò etſi quæ ſummus ille Opifex condidit, pervigili & inſomni oculo velut ex ſe pendentia perpetuò circumſpiciat ſuamque majeſtatem uſque ad apum formicarumque perfectionem curamque deducat: atque adeò in viliſſimis quibuſque culicibus omnes eaſque innumeras particulas & innumera organa accuratiſſimè diſponat; ea tamen, quæ Eccleſiam Catholicam ſpectat, divinæ mentis cura tantum profectò cæteras ejuſdem providentiæ partes ſuperat, quantum ipſe Piorum cœtus conditione dignitateque res omnes antecellit. Hoc enim dumtaxat hominum genus commoda quibus utitur, lucem qua fruitur, ſpiritum quem ducit, à Deo ſibi impertiri intelligit, intelligendoque hunc mundum corporeum incorporeo modo refingere, ſuoque Conditori debito religionis officio redhibere conſuevit. Quippe hoc rationi maximè conſentaneum fuit, ut ſummum illud bonum quod mundi principium fuit, idem eſſet & finis, rerumque omnium naturas bonaque univerſa quæ moliebatur, ſimul in ſeipſum reciprocaret atque reduceret. Id verò quum bruta quidem animantia ob naturæ conditionem præſtare nequeant; impii verò homines ob voluntatis perverſitatem detrectent: conſequens eſt, quod etiam ſacræ literæ nos docent, ut omnia in bonum Credentium, ex quibus Eccleſia Catholica componitur, à Deo & primùm condita fuiſſe, & nunc mira providentia dirigi ordinarique credamus. Quod ut magnis manifeſtiſque documentis pronum eſt demonſtrare, illud maximè in rem præſentem juvat expendere, quod divino ſpiritu afflati Prophetæ de noſtra Eccleſia olim prædixere: futurum videlicet, ut non modò exteræ gentes, ſed illi ipſi, qui eam quovis impendio perditam optarant, (fuere autem Ethnici Romanorum Imperatores, & variarum ſectarum Hæretici,) ad eandem augendam amplificandamque conſilia, curas, operam, opeſque ſuas aliquando conferrent. *Ædificabunt filii peregrinorum muros tuos*, ait Iſaias [a], *& Reges eorum miniſtrabunt tibi. Gloria Libani ad te veniet. Abies, & Buxus, & Pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis meæ. Et venient ad te curvi filii eorum, qui humiliaverunt te, & adorabunt veſtigia pedum*

a Cap. 60.

b tuorum

*tuorum omnes qui detrahebant tibi. Stabunt Alieni* [a], *& paſcent pecora veſtra: & filii peregrinorum agricolæ & vinitores veſtri erunt.*

a Is. cap. 61.

II. Exterarũ gentium opes in Eccleſiæ ornamentum uſumque cedunt.

Enimverò quod ad exterarum gentium opes pertinet, quas Prophetæ in ſinum Eccleſiæ confluxuras prænunciarunt, quàm exactè res ipſa vaticinio conſentiat; vix alibi clarius demonſtratur, quàm in hac ipſa Catholicæ Religionis Sede Roma. Equidem dum in hanc Urbem atque in omnem ejus partem oculos animumque converto, ejuſque amplitudinem, majeſtatem, ſplendorem intueor, mihi videre videor Templum totius orbis terræ, uti eſt, in quod unum, ut Magnum Conſtantinum dixiſſe ferunt, vires omnes opifex rerum natura conſumpſerit. At hæ domus, hæc templa non ex præda provinciarum ſpoliatarum exſtructa fuere: quum ſcilicet adminiſtrationis nomine pauper aliquis in divitem provinciam ingreſſus, provinciam pauperem dives relinquebat: ſed ex collatis libenter operis, opibus, hæreditatibus, pecunia: & quidem ab illis ipſis Romanis, infeſtiſſimis quondam Eccleſiæ hoſtibus, ex illo Cæſarum ærario, quod congeſtis undique devictarum gentium opibus conſtabat, atque ex illarum ædium inſtrumento, ad quarum conſtructionem ornatumque Ægyptus, Græcia, & Syria eximia artis & naturæ miracula ſuppeditarunt. Pyramides, columnæ, ſtatuæ, ipſaque Deorum inanium delubra, mirâ ſed antea à Prophetis prænunciata converſione, in noſtræ religionis ornamentum uſumque ceſſerunt. Id nimirùm ab ipſis Romani Imperii primordiis diſpoſuerat Dei providentia, ut à parvis initiis ad ſummum in terris dominatum Roma primùm exſurgeret, ſicque demùm ibidem Eccleſiæ principatus & Religionis domicilium aliquando locaretur: ut unde omnes populi, & nationes tùm jura civilia, tùm nefarios ritus ac ſuperſtitiones paulò ante petierant, inde in omnia regna provinciaſque ſine ullo erroris metu benè beatèque vivendi veriſſima præcepta manarent.

III. Scientiæ Ethnicorum Arteſque non modò Chriſtianorum communes factæ, ſed etiam propriæ.

Sed hæc externa fuerint & corporis bona, ac proinde minimi pendenda. Illa profectò longè præſtant atque latiùs ſe pandunt, quæ animum ornant: Scientiæ nimirùm & Artes, quas ut præcipuum hominis bonum Ethnici maximè ſibi vindicabant. Fuit aliquando, quum Philoſophi præ ſe noſtros contemnebant, quod contenti ſcire Chriſtum eumque cruci ſuſpenſum, in lucro ponerent hominum diſciplinas neſcire, quæ tùm in Orbe Romano florebant, & quibus inſtructi, ſoli Sapientes cenſebantur; ut totos ſe religioni, rebuſque divinis dederent. Et ſanè quid aliud homines philoſophico faſtu pleni facerent ſuo genio congruentius, quàm humilitatem Eccleſiæ ridere, miſerari, calumniis laceſſere, traducere, vulgo inviſam ſuis argutiis reddere? Quid ad hæc Deus, qui olim prædixerat, Sapientes ipſorum ſe aſtu comprehenſurum? Chriſtianorum quorumdam excitavit ingenia, ut ignotas ad id tempus in Eccleſia ſcientias, ignotiores linguas

per

per ſummam animi contentionem perque ſummos labores pertinaci ſtudio exquirerent, eâque felicitate aſſequerentur, ut jam Chriſtianos doctores nihil ſcientiæ naturalium rerum, nihil divinarum lateret. Horum præſtantium virorum, quorum deinceps in Eccleſia magnus proventus exſtitit, induſtriâ factum eſt, ut quæcumque in quolibet ſcientiarum artiumve genere à peritiſſimis variarum gentium magiſtris Ægyptiis, Græcis, Chaldæis, & Arabibus in Philoſophia, Matheſi, Aſtronomia, Rhetorica, Medicina inventa fuerant, non modo nobis communia fierent, ſed propria, doctiſſimis quondam nationibus in ſummam inſcitiam rerumque divinarum humanarumque ignorationem prolapſis: admirabili ſanè conſilio Deo per hunc modum regente & gubernante curſus exituſque rerum, ut quam ſibi pridem in Eccleſia moliebatur Sapientia domum, per occultas cauſas & inſperata incrementa ſenſim ad tectum faſtigiumque perduceret.

Reliquum erat, ut quoniam ad nos omnium gentium literæ commigrarant, eaſdem & codices, quibus illæ continebantur, ſequerentur: hoc enim in translatione dominii cujuſque rei jura perſcribunt. Id verò quanta copia, quanta felicitate à Sanctiſſimis Pontificibus, ac præſertim ab amantiſſimo literarum literatorumque CLEMENTE XI. confectum fuerit, *in priori hujus mei Operis tomo* pro mea tenuitate ſatis expoſui.

IV. Hæreticorum malitia pro Eccleſia Catholica ex Dei conſilio militat.

Jam verò ut hoc fuerit *divinæ diſpenſationis* opus admirandum, eſt tamen aliud, quod jure merito magis ſuſpiciamus, quodque poſteriore hoc tomo, ſed & ſequenti, in quo de Syro-Neſtorianis Scriptoribus agendum erit, Deo aſpirante demonſtrare conabor. Etenim quod de Judæorum gente non uno in loco expendit S. Auguſtinus, illud de heterodoxis Orientis nationibus affirmare poſſum: *Eorum nempè malitiam pro ſalute Eccleſiæ Catholicæ militare*. Et ſanè quantùm decebat Dei ſapientiſſimam æquitatem iniquis poſſeſſoribus opes auferre eaſdemque ſuæ Eccleſiæ tradere, tantùm ejus providentiæ conſentaneum fuit, ut eidem quampridem arma atque milites præpararet, quibus tam pretioſum depoſitum adversùs Hæreticos quandoque inſurrecturos tutaretur: nec alios profectò quàm ipſos: id enim Iſaias prædixerat fore: atque proinde admirabili diſpenſatione Ægyptios inter ſe committeret, Orientem hæreticum contra Occidentem eâdem peſte afflatum impelleret, teſtamque ſecundùm veterem parœmiam teſtæ collideret.

Decem ferè ſunt præcipua capita, de quibus inter Catholicos & Novatores diſceptatur. Primum, humani arbitrii libertas. II. Bonorum operùm ad ſalutem neceſſitas, atque ad eadem efficienda æquè neceſſarius divinæ gratiæ concurſus. III. Suffragiorum pro defunctis collatorum utilitas. IV. Pœnitentiæ Sacramentum, & peccatorum in eo remiſſio. V. Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium, & realis Chriſti in eo ſub panis & vini ſpeciebus latentis præſentia. VI. Sanctorum

 in

in cœlo degentium invocatio, & reliquiarum atque imaginum eorundem veneratio. VII. Cœlibatus honor, & præ matrimonio excellentia. VIII. Votorum monaſticorum ſanctitas. IX. Jejunium, & ciborum quorundam uſus certis diebus interdictus. X. Eccleſiæ auctoritas, Romanæque Sedis primatus. Affirmant Catholici, negant Novatores. Nunc verò Syrorum in hac Bibliotheca recenſitorum catalogum à capite uſque ad calcem percurramus, tot teſtes Catholicæ veritatis habemus, quot capita. Adeò nuſquam eſt vel in Ægypto, vel in Syria, Meſopotamia, Perſide, nullus apud ampliſſimas per Africam Aſiamque diſſitas Eccleſias Alexandrinis, vel Antiochenis Patriarchis ſubjectas, qui Novatorum circa prædictos fidei articulos commenta, blaſphemias non impugnet, refellat, execretur: qui non contrariam iſtorum pſeudomagiſtrorum dictatis doctrinam afferat, ac velut indubitabile certumque Apoſtolicæ Traditionis depoſitum, communem Chriſtianorum fidem non prædicet ac revereatur.

Nam etſi Orientales recentiores ab Eccleſiæ Catholicæ communione ſejuncti quædam nunc affirment, quæ Novatoribus conſona videantur, ut quum ſupremam Romani Pontificis auctoritatem negant; quum Sanctorum Animas non in cœlo nunc degere, ſed in Paradiſo terreſtri uſque ad communem reſurrectionem detineri aſſerunt; quum Purgatorium explodunt; quum Azymum impugnant; quum Euchariſtiam per Invocationem Spiritus Sancti, non verbis Chriſti conſecrari dicunt; quum deniquè multiformes errores evomunt, quos in decurſu Operis notabo; iidem tamen ipſi, qui ex privata ſententia, vel ex concepto in Orthodoxam Eccleſiam odio errores illos propugnant, tam clarum alibi tamque evidens adversùs eoſdem errores teſtimonium reddunt, ut hìc quidem incorruptæ & Apoſtolicæ Traditionis lumen cernere ſit, ibi verò ſpiritum vertiginis & erroris, quo hæretici aguntur. Suppetunt prætereà luculenta aliorum ejuſdem ſectæ Scriptorum, ac præſertim veterum teſtimonia, quibus ipſi gregales proditæ utrobique fidei convincuntur, quum & à ſuorum majorum, & ab Eccleſiæ Catholicæ doctrina recedunt. Age verò, quis Syros, ut in veteri adagio eſt, cum Phœnicibus tam arcto fœdere conjunxit? Quis camelos iſtos Pyrrhicam docuit? Erant tamen, hodieque ſunt inter iſtos Epiſcopi, Primates, Patriarchæ, & ſummi ſuarum quiſque ſectarum Antiſtites: quibus proinde optimè cognita perſpectaque ſunt propriæ Eccleſiæ diſciplina, dogmata, traditiones. Magnæ igitur auctoritatis opus fuit, ut diſſidentium inter ſe ſectarum principes in unum convenirent, maximè verò in ejus rei concordiam, de qua quiſque arrogare ſibi plurimum ſolet, qualis eſt ſapientia rerum divinarum in Epiſcopis. Ut ergo fuerit aliquod medium, quod eos in unum conjungeret, huic proculdubio ſubeſſe oportebat vim inſuperabilem, & ineluctabile pondus, à magna aliqua auctorirate impreſſum: nec ab alia profectò, quàm ab Apoſtolica: nec enim alia ſuppetebat. Sint ſane,

uti

uti ſunt ferrei, omnes hæretici, ſint pervicaces: iidem ſe in ipſo ardore agitationeque diſputandi ad reſiſtendum acriùs fingant; tamen ſimul ac ad certos exploratoſque doctrinæ Apoſtolicæ fontes perventum fuerit, jam non habent refractarii quid præfractè rejiciant, non habent pertinaces quid mordicùs teneant, non habent hæretici ubi diutius hæreant, niſi cum doctrina Apoſtolorum Apoſtolos ſimul ipſos unàcum Chriſto Apoſtolorum, ut quis dixerit, Catechiſta & pœdagogo, & Spiritu Sancto eorum ductore & doctore, ſimul abjiciant: quod ne dicam Chriſtiani Syri, Chaldæi, Ægyptii hactenus non fecere, ſed nec ipſi novatores facerent, ſi oculos haberent, quibus antiquiſſimarum Chriſtiani nominis gentium libros legerent, & Chriſtianum Orbem de Chriſti doctrina teſtimonium dicentem circumſpicerent, vel audirent. Et hæc quidem productis ipſorum hæreticorum autographis pronum eſt demonſtrare. Proſtant ſiquidem in Bibliothecis, quos ubique indicamus, Codices ante mille ac ducentos annos à Neſtorianis & Jacobitis deſcripti, continentes prolixos tractatus de reali Chriſti in Euchariſtia præſentia, de Pœnitentiæ ſacramento, de Virginitatis & cœlibatus laudibus, de monaſtici inſtituti præſtantia, de jejuniis, & alia ejuſmodi. Nihil in illis eſt, quod Catholicæ doctrinæ non faveat. At oppidò quàm multa, quæ Novatorum hypotheſim vel in ipſis capitum titulis, quos ſemper referre ſolemus, evertant. Quamobrem ut ut cæteras nobis veræ Eccleſiæ notas negent Novatores, illas profectò negare non poſſunt, quæ productis antiquiſſimis Codicibus oculari demonſtratione evidentiſſimè patent, & in noſtram Eccleſiam tantùm convenire poſſunt: ſunt autem tres, quæ ante annos mille a Vincentio Lirinenſi in ipſo limine Commonitorii validiſſimè vindicantur, Antiquitas, Univerſalitas, & omnium Chriſtianorum conſenſio. Antiquitatem quidem demonſtramus prolata ſingulorum Codicum ætate. Univerſalitatem, productis omnium gentium Alexandrino & Antiocheno Patriarchatui ſubjectarum teſtimoniis. Conſenſionem denique, indicatis Chriſtianorum hæreticorum (nam de Catholicis res ipſa loquitur,) Liturgiis, libris Ritualibus, Fidei profeſſionibus, aliiſque publicis privatiſque documentis.

Quæ quum perſpecta & explorata ſint, planum fit, quàm verè S. Auguſtinus aſſeruerit, Catholicæ Eccleſiæ ex ſingulari Dei Optimi Maximi providentia omnia in lucrum cedere. *Hæc enim Eccleſia Catholica*, inquit lib. de vera Religione, [a] *per totum orbem validè latèque diffuſa, omnibus errantibus utitur ad provectus ſuos, & ad eorum correctionem quum evigilare voluerint. Utitur enim Gentibus ad materiam operationis ſuæ: Hæreticis ad probationem doctrinæ ſuæ: Schiſmaticis ad documentum ſtabilitatis ſuæ. Judæis ad comparationem pulchritudinis ſuæ.* Videſis ipſum hoc argumentum magnificè tractantes S. Hieronymum epiſt. 84. S. Cyrillum in lib. de Adoratione in Spiritu & veritate: & Rupertum Abbatem lib. 2. in Levit. cap. 22.

[a] *Edit. monachor. S. Mauri tom. 1. pag. 751.*

Et

V. Cur Hæreticorum Scriptorum Catalogus texitur.

Et hic quidem noſtri laboris præcipuus fuit ſcopus. Alia aliunde ad ſcribendum incitamenta acceſſere. Sunt nimirùm Theologi, qui adversùs hæreſes per hæc tempora in Oriente graſſantes ſcribunt: ſunt itidem Religioſi viri variorum Ordinum, qui Orientalium hæreticorum converſioni operam ſuam in Ægypto & in Syria piè addixerunt: quorum pleriſque earum ſectarum origines, progreſſus, mores non ſatis perſpecti ſunt: intereſt autem multum morbos curaturis, naturas eorundem, cauſas, ſtatumque cognoſcere. Nulla porrò tutior, planiorque via eò perveniendi patebat, quàm ſi prædictas hæreſes ab ipſarum profeſſoribus repeteremus: iiſque non imperitis, non plebejis & privatis hominibus, ſed Epiſcopis, Primatibus, & Patriarchis ex ipſa peſtilentiæ cathedra loquentibus, aut in generalibus Synodis propriæ factionis dogmata promulgantibus. Non enim, ut in ſequenti Diſſertatione oſtendam, Monophyſitæ, de quibus in hoc tomo agimus, eandem in ſuo dogmate ſententiam perpetuò tenuere, ſed varias variis temporibus ejuſdem erroris declarationes confeſſioneſque edidere. Diſſentiunt proinde à primis ejus erroris auctoribus Eutychianis antiqui Monophyſitæ, atque ab utriſque recentiores Jacobitæ: nec Neſtoriani Neſtorium ubique ſequuntur. Præſtat itaque inductas in unaquaque hæreſi mutationes novitateſque noſſe: ſingularum prætereà ſectarum ritus & mores, cæteraque hujuſmodi penitus introſpecta explorataque habere, ne dum hoſtem ferire paras putaſve, inanes umbras vanaque ſpectra ſtulto labore diverberes. Hæc porrò documenta aliunde petere, quàm ab ipſis Jacobitis & Neſtorianis, idem propemodum fore arbitror, ac hiſtoriam Græcam extra Græciam quærere, aut Judæorum origines à Græcis repetere. Sapienter in rem præſentem monebat Dionyſius Patriarcha Alexandrinus, libros hæreticorum quantumvis impios & execrandos, id tamen utilitatis habere, ut dogmata eorum percipiantur, perceptaque à viris Catholicis refutentur. *Ego verò*, inquit in Epiſtola [a] ad Philemonem Eccleſiæ Romanæ Presbyterum, *in libris & traditionibus hæreticorum cognoſcendis operam poſui; exſecrandis quidem illorum ſententiis animum meum tantiſper coinquinans: hanc tamen ex iis utilitatem percipiens, ut illos tacitus apud me refutarem, multoque magis quàm antea deteſtarer. Et quum frater quidam ex Presbyterorum ordine prohiberet me, veritus ne forte nequitiæ illorum cœno commiſcerer: quippe animum meum contaminatum iri ajebat, & quidem veriſſimè ut ipſemet ſentiebam: viſione cœlitùs miſſâ confirmatus ſum. Et vox ad aures meas perlata diſertè mihi præcepit hoc modo: Lege omnia quæcumque in manus venerint. Idoneus námque es qui ſingula diſquiras & examines: hacque primùm occaſione ad Chriſti fidem impulſus es. Amplexus ſum viſionem illam, utpote quæ Apoſtolicæ voci conſentiret robuſtiſſimos quoſque ita compellanti: Eſtote periti nummularii*. Pauca deinde de univerſis hæreſibus interloquutus,

a *Apud Euſeb. in hiſtor. Eccleſ. lib. 7. cap. 7*

hæc

hæc ſubdit. *Hanc ego regulam & formam à Beatiſſimo Papa noſtro Heracla accepi. Eos enim qui ab hæreticis veniebant, tametſi defeciſſent; ſeù potiùs non defeciſſent illi quidem, ſed in ſpeciem cum fratribus communicantes, clam perverſæ doctrinæ magiſtros audire delati eſſent: ab Eccleſia ejectos, poſt multas tandem preces non prius admiſit, quam quæcumque ab adverſariis audierant, palàm expoſuiſſent.*

VI. Proteſtatio de laudibus Hæreticorum, quæ in hoc Tomo quandoque occurrunt.

Cæterùm quia inſtituti operis ratio & methodus poſcebat, ut Auctorum, quorum Catalogum teximus, vitam, geſta, ſcriptaque, atque alia hujuſmodi exponeremus, nec iſta aliunde quàm ex lutulentis ipſorum Jacobitarum fontibus haurire licuerit; nemo, reor, adeò moroſus, adeò rigidus Cenſor fuerit, qui illud nobis vitio daturus ſit, ſiquando ad faciendam dictis fidem, Monophyſitarum aut Neſtorianorum teſtimonia producimus, qui de ſuis Doctoribus verba facientes, vel eos immeritis laudibus cumulant, vel etiam quædam ſuprà naturæ vires ab ipſis patrata confingunt. Raró quidem id facimus, nec unquam ſine cauſa: nam vel ad penitiorem perſonarum cognitionem ea teſtimonia manuducere viſa ſunt, (intereſt autem ſcire, quam famam quemve honoris locum quiſque Scriptor apud ſuos gregales obtineat,) vel quia ad inveniendam confirmandamve Catholicæ Traditionis veritatem inter ejuſmodi ſenticeta latentem facem nobis præferebant. Hujus generis occurrent quædam in hiſtoria inventionis reliquiarum S. Joannis in Vita [a] Barhebræi, & inſtitutionis Jejunii, quod Virginum appellant, in Vita Ananjeſu [b] Neſtorianorum Patriarchæ. Nihilominus ut etiam puſillis conſuleremus (*Sapientibus enim & inſipientibus debitores nos eſſe* monet Apoſtolus [c], lectori ſuis locis refricamus illud ejuſdem Apoſtoli [d] monitum: *Omnia probate: quod bonum eſt tenete*: & adjecta etiam cenſurâ [e] errorem caſtigamus. Pulchrè Theodoretus Dial. 3. Polymorphi ſic monet. *Imitare Apes, ò vir bone, & ſacræ Scripturæ prata & Sanctorum Patrum pulchros flores mente circumvolans, fidei favos in te contexe. Quodſi alicubi herbam inveneris nec dulcem nec eſculentam, cujuſmodi eſt hic Apollinaris & Euſebius,* (idem de Monophyſitis & Neſtorianis dicam) *habet tamen aliquid utile ad mel conficiendum: non eſt alienum, quod bonum quidem eſt ſumere, quod verò noxium relinquere. Etenim apes ſæpe in venenoſis fructibus inſidentes, quod eſt quidem pernicioſum relinquunt, quod eſt verò ſibi accommodatum, accipiunt.*

Frequenter Auctorum, qui extra Eccleſiæ Catholicæ communionem vixerunt, ſcripſerunt, laudamus ingenium, eruditionem, elucubrationum numerum, utilitatem. Laudavit etiam Sanctus Auguſtinus Juliani ingenium, & Fauſti eloquentiam. Bardeſanis, Tatiani, & Origenis ſcripta prædicavit Sanctus Hieronymus. Nulli tamen heterodoxo ſanctimoniæ prærogativam laudemve aſſerimus: aſſertam ab ejuſdem ſectæ Scriptoribus refellimus: ſine fide enim impoſſi-

a *Hoc tom. pag.* 261.
b *Ibid. pag.* 426.
c *Rom.* 1. *v.* 14.
d *Theſſ.* 5. *v.* 21.
e *Hoc tom. pag.* 48. 63. *& alibi frequenter.*

poſſibile eſt placere Deo. Quod Hæreticorum vitium hìc ſemel indicaſſe ſat erit: intolerabile enim foret eandem crambem ubique repetere. Nihil frequentius in Operis decurſu occurrit illâ inanium titulorum *Religioſiſſimi*, *Mar*, *Raban*, *Sancti*, *Pii*, *Præſtantiſſimi* farragine quos ut Judæi, ita Jacobitæ & Neſtoriani ſuis Doctoribus ſubſcribere conſueverunt. Sophiſta nempe Sophiſtæ placet, miles militi, potator potatori. Aptiſſimè in rem præſentem Alcimus apud Diogenem Laërtium.

*Res mira non eſt, iſta ſi ſic proloquor,*
*Ipſique nobis ſi placemus invicem,*
*Pulchrèque nati ſi videmur: nam & cani*
*Pulcherrimus canis videtur, bos bovi,*
*Aſinus aſello pulcher eſt, & ſus ſui.*

Tu intereà benevole Lector, labores noſtros & quam libenter pro te fecimus operam, boni conſule, iiſque communi cum fructu feliciter utere, fruere, & vale.

# DISSERTATIO
# DE MONOPHYSITIS.

## SUMMARIUM.

I. *Hujus hæreſeos origo.*
II. *Progreſſus in Ægypto, in Syria, in Armenia, in Arabia, in Nubia, in Æthiopia.*
III. *Recentiorum Monophyſitarum concordia & diſcordia.*
IV. *Veterum Sectæ.*
V. *Syrorum Jacobitarum errores.*
VI. *Eorundem Politia Eccleſiaſtica & ſæcularis.*
VII. *De Patriarcha Jacobitarum.*
VIII. *De eorum Maphriano, ſeu Primate.*
IX. *De Epiſcopis.*
X. *De Presbyteris, Clericis, & Monachis.*

DE Monophyſitis Scriptoribus Syris tractaturus, pretium operæ facturum me arbitror, ſi Diſſertationem præmittam, in qua hujus Hæreſeos primordia, progreſſus, ſtatumque hodiernum perſequar, ut uno veluti conſpectu origo ejuſdem erroris, nomina variæque ſectæ, & multiformes uniuſcujuſque ſectæ doctrinæ: controverſiæ quoque inter ipſos Monophyſitas agitatæ, quaſque cum Eccleſia Catholica habuere: ritus denique & conſuetudines, atque Eccleſiaſtica eorum Politia cognoſci queant. Hæc enim omnia etſi in decurſu Operis, prout occaſio poſtulabat, fusè à me tractata ſunt; hìc tamen ſummatim & ex ordine explicanda duxi, ut, quod ſuprà in Præfatione tetigi, plenior certiorque de his hæreticis cognitio à Viris Religioſis habeatur, qui in Ægyptum, Æthiopiam, Armeniam, & Syriam ad eandem gentem veritati Orthodoxæ ſubjiciendam à Sede Apoſtolica & à Sacra Congregatione de Propaganda Fide deſtinantur.

I. Origo Monophyſitarum.

Monophyſitas igitur, hoc eſt, unius naturæ in Chriſto Domino aſſertores, (quo nomine Jacobitæ Syri & Ægyptii ſeu Copti, nec non Æthiopes Armenique hodie intelliguntur,) Monophyſitas, inquam, medio quinto ſæculo Chriſtiano exortos fuiſſe, Eccleſiaſtica docet Hiſtoria.

Eutyches Monophyſitarum pater.

Horum parens Eutyches Archimandrita fuit, quem licet major ſaniorque ſectariorum pars in iis, quæ ad confuſionem & permiſtionem Naturarum ſpectant, ab initio uſque exortæ hæreſeos [a] deſeruerit, eumque anathemati ſubjicere verbo ſcriptiſque ad hanc diem non dubitet; ejus tamen doctrinam primipili illius ſectæ, Dioſcorus ſcili-

*a Henotic. Zenonis. Collat. Catholicorum cum Severianis ſub Juſtiniano. Et hoc Tomo pag. 4.*

ſcilicet Ægyptiorum & Barſumas [a] Syrorum ſubverſores diſertè approbarunt, ipſumque veluti orthodoxæ fidei propugnatorem à juſtiſſima S. Flaviani Conſtantinopolitanæ urbis Epiſcopi ſententia injuſtiſſimè abſolutum decrevere.

Altiora ejuſdem erroris initia ponit Auctor [b] Breviculi hiſtoriæ Eutychianiſtarum. *Eutyches*, inquit, *non nova dogmata ſuæ perverſitatis, ſed nomina prodidit.* Nam ex Manichæi, Valentini, & Apollinaris caveis ac luſtris cum ſuæ hæreſeos monſtra eduxiſſe, liquet ex hiſtoria Eccleſiaſtica Græca & Latina, ex geſtis Synodalibus, & Sanctorum Patrum Epiſtolis. Occaſionem verò ejuſdem hæreſeos prodendæ idem Auctor [c] affirmat immoderatum fuiſſe in Neſtorii aſſeclas zelum. *Nam Neſtorius*, inquit, *Photini & Pauli Samoſateni ſequutus errorem, Oaſitano exilio meruit relegari, dicendo, ſicut ab auctoribus ſuis didicit, Chriſtum Dominum noſtrum hominem tantummodò de Virgine Maria eſſe progenitum. Contra quem Eutyches poſt annos non plurimos æſtimans diſputandum, rectum tramitem tenere neſciens offendit, & in Apollinaris eſt raptus inſaniam, in hæc verba prorumpens, quibus aſſereret, Chriſtum verum hominem non fuiſſe, nec in eo duas Naturas credendas; ſed unam tantummodò Dei Verbi, veruntamen incarnatam. Quam quidem non eſſe hominis perhibuit, ſed humanam, ut ſimilitudo magis humani corporis, quàm ipſa veritas ſuaderetur.*

II. Progreſſus Monophyſiſmi. In Ægypto.

Hæc Eutyches Conſtantinopoli libro edito per monaſteria diſſeminabat. Quæ conſequutæ ſunt per Dioſcorum fautoreſque ejus in Ægypto turbæ, & qualis fuerit, hodieque ſit Alexandrinæ Eccleſiæ poſt confirmatam in ea regione operâ Monophyſitarum Dioſcori ſucceſſorum hæreſim ſtatus, ex Actis ſacræ Chalcedonenſis Synodi, & ex hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus Græcis, Syris, Arabibuſque patent.

In Syria, Meſopotamia, & Armenia.

In Oriente Barſumas Archimandrita, qui Conciliabuli Epheſini pars haud exigua fuit, (Syrorum enim monachorum nomine ei interfuit,) poſtquam à Concilio Chalcedonenſi juſtam damnationis ſententiam excepit, in Syriam regreſſus, eandem hæreſim popularibus ſuis propinavit: nec iis dumtaxat, ſed & finitimis Armenis, ad quos Samuelem diſcipulum ſuum miſit, ut ex Gregorio [d] Bar-hebræo notavi. Atque hæc fuere Monophyſiſmi initia in Syria, Meſopotamia, & Armenia: auctore ſcilicet Barſuma, ejuſque diſcipulis, qui eandem planè cum Eutyche opinionem tenebant, quidquid ad excuſandum Barſumam dicat Bar-hebræus [e], qui Magiſtri errorem ad Samuelem diſcipulum traducere fruſtrà conatur, inquiens: *Fieri potuit, ut idem* Samuel *à Barſuma magiſtro ad Armenos miſſus, ſicut ipſemet* in Vita Barſumæ *miraculo nonageſimo quinto narrat, Phantaſiaſtarum errore fuerit depravatus. Quandoquidem plerique Armenorum doctrinam Juliani* Halicarnaſſæi *ad hoc uſque tempus mordicus tenent.* Nam quando Samuel ad ſubvertendos Armenos à Barſuma allegatus fuit,

Julia-

a Act. 1. Concil. Chalced. Pagius ad annum 451 num. 38. Et hoc Tomo pag. 3.

b Apud Labbeum tom. 4. Concil. p. 1079.

c Ibidem.

d Hoc tom. pag. 2[illegible].

e Ibidem.

Julianus fortaſsè natus non fuerat, vel certè hæreſim ſuam nondum publicaverat, quum ea Samuelis ad Armenos miſſio circa annum Chriſti 460. contigerit; Julianus [a] verò eodem, quo Severus, anno Sede ſua deturbatus, in Alexandrinorum urbe circa annum 519. cum eodem Severo famoſam illam de Corruptibili & Incorruptibili controverſiam habuit, quæ eam ſectam in factiones, ut mox dicam, diviſit, nonnullis Julianum, pleriſque Severum propugnantibus. Narrat Joannes [b] Aſiæ Epiſcopus, Julianiſtas anno Chriſti 545. in Arabiam, Homeritidem, Ægyptum, Sophenem, Arzunitidem, & Armeniam pervaſiſſe. Hinc fortaſsè confirmati in eo errore Armeni, quem à Barſumæ diſcipulo pridem hauſerant, quem & ab ipſis ad hanc diem propugnari, auctor eſt [c] Petavius. Eum certè iiſdem exprobrant Jacobitæ Syri & Ægyptii, ut Gregorius [d] Bar-hebræus, & Petrus [e] Meligenſis.

Ad Syros quod ſpectat, licet iis Barſumæ Eutychiſque ſententia ab initio placuerit, hanc tamen [f] paulò poſt rejecerunt: quando nimirùm Philoxenus Xenajas Mabugi ſeu Hierapoleos Epiſcopus, & Petrus Gnapheus Antiochenæ Sedis invaſor, nec non hæretici Imperatores Zeno atque Anaſtaſius aliud ejuſdem veneni temperamentum, quale apud Jacobitas hodieque viget, per Orientem diſſeminarunt. Severus ut eandem ſectam ſtabiliret, plurimum operæ contulit: cujus ſtudium æmulati ſunt diverſarum Syriæ, Ciliciæ, Meſopotamiæ, & Cappadociæ urbium Epiſcopi, quos Dionyſius Patriarcha [g] ex Joannis Chronico recenſet: Petrus nempè Apameæ, Conſtantinus Laodiceæ, Antoninus Alepi ſeu Berhœæ, Nonnus Seleuciæ, Iſidorus Kenneſrin, Maras Amidæ, Thomas Damaſci, Alexander Abilæ, Thomas Jabrudorum, Joannes Thodmor ſeu Palmiræ, Joannes Hurinorum, Sergius Cyri, Thomas Germaniciæ, Paulus Edeſſæ, Joannes Haran, Joannes Ammoriæ, Euſtathius Perrhorum, Petrus Rheſænæ, Nonnus Circiſii, Paulus Callinici, Marion Suræ, Joannes Telæ ſeu Conſtantinæ, Thomas Daræ, Aaron Arſamoſatæ, Antarchius Anazarbæ, Julius Hegarum, Joannes Mopſveſtiæ, Paulus Epiphaniæ, Joannes Irenopolis, Paulus Alexandriæ minoris, Proclus Coloniæ, Muſonius Thermæ, Nicephorus Sebaſtes: aliique ex Aſia & Caria complures, quos Juſtinus Imperator quòd Chalcedonenſe Concilium recipere detrectarent, ſedibus deturbavit: ſed in primis Jacobus Baradæus ſeu Zanzalus Edeſſenæ incubator Eccleſiæ, quem gregales [h] Oecumenicum Metropolitam appellant: cujus potiſſimùm operâ factum eſt, ut Monophyſitæ in Syria ab Eccleſia Catholica penitùs avulſi, proprios ſibi conſtituêre cœperint Patriarchas, Sergium nimirùm Severi ſucceſſorem, Paulum, quem Baradæus [i] ipſe in Sergii locum ſubrogaſſe dicitur, Petrum Callinicenſem, cæteroſque, quorum Seriem & geſta in hoc [k] Tomo deſcripſi. Et quidem à Jacobo ſectam illam in Syria aliiſque Orientis regionibus ita propagatam fuiſſe, ut ex ipſo *Jacobi-*

a *Liberatus in Breviario.*

b *Hoc tom. pag. 87.*

c *Lib. 1. de Incarn. cap. 17.*

d *Hoc tom. pag. 297.*

e *Tom. 1. Bibliothec. Oriental. pag. 626.*

f *Tom. 1. Bibliot. Orient. pag. 357.*

g *Hoc tom. pag. 54.*

h *Hoc tom. pag. 327.*

i *Hoc tom. pag. 63. & 331.*

k *Pag. 321. & 479.*

*tarum* nomen, quod in præſentem uſque diem Monophyſitæ gerunt, derivatum ſit, liquet ex dictis eodem [a] Tomo: quidquid ſibi adblandiantur iidem Jacobitæ [b], qui ad propulſandam hujuſce nominis invidiam, ex Jacob Patriarcha, vel ex S. Jacobo fratre Domini originem ſuam falsò petunt: idque nomen tàm Syris, quàm Ægyptiis commune eſſe, Scriptores [c] omnes cùm veteres, tùm recentiores tradunt: docent & ipſi Ægyptii, (de Syris enim nullus eſt ambigendi locus,) qui ſeipſos diſertè *Jacobitas* appellant; tametſi Elmacinus [d] eam denominationem ex Dioſcoro Alexandrino, qui in ſæculo *Jacobus* dictus ſit, trahere contendat; quod tamen, ut loc. cit. [e] notavi, adeò falſum eſt, ut nec Dioſcorum appellatum fuiſſe Jacobum uſquam legatur, nec ante Baradæi Jacobi ætatem veſtigium nominis Jacobitarum in ullis tàm Monophyſitarum, quàm Catholicorum monumentis appareat.

In Arabia, Nubia, & Æthiopia.

Ejuſdem Baradæi ſtudio, ſcribunt Jacobitæ, profeſſionem unius Chriſti naturæ ad Arabas, Æthiopas, Nubaſque perveniſſe; fabulamque addunt, quam ex Noë [f] Libaniota Jacobitarum Patriarcha retuli. Verùm quod ad Nubarum Æthiopumque ſubverſionem pertinet, ex Dionyſii [g] & Barhebræi [h] Chronicis oſtendi, id Theodoſio Alexandrino Patriarchæ tribuendum, qui eas gentes olim ad Chriſti [i] fidem adductas Sedique Alexandrinæ ſubjectas, per Epiſcopos, quos illuc Patriarchæ Ægyptii deſtinare conſueverant & ad hunc diem ſolent, ac præſertim per Julianum quendam Presbyterum, quem Epiſcopum poſteà factum tradit Bar-hebræus [k], Monophyſiſmo infecit. Arabas verò à Syris Epiſcopis, qui ipſis [l] præerant, & fortaſsè à Jacobo Baradæo dementatos fuiſſe, haud inveriſimile puto, quum Bar-hebræus accuratus rerum Jacobiticarum Scriptor in Chronico Syriaco [m] eundem Baradæum narret finitimas Syriæ regiones luſtraſſe, & Epiſcopos, Presbyteros, Clericoſque factionis ſuæ ubique locorum ordinaſſe; in Hiſtoria verò Dynaſtiarum [n] Arabas teſtetur ſub Juſtiniano Imperatore nomen ſectæ Jacobiticæ jam pridem dediſſe: *Litis*, inquit, *inter Arabes, & Romanos cauſa fuit, quod Juſtinianus Patres perſequeretur, qui unam naturam aſſererent, quum Arabes Chriſtiani tunc temporis non aliam, quàm Jacobitarum confeſſionem amplecterentur*.

III.
Concordia & diſcordia recentiorum Monophyſitarum.

Verùm licet Syri, Armeni, Ægyptii, Æthiopeſque (Nubæ enim & Arabes cuncti Mahometana jam ſuperſtitione infecti ſunt,) eandem hæreſim circa Incarnationem Verbi tenuerint olim hodieque teneant; differunt tamen abinvicem ut regione, ita lingua, ritibus, & quibuſdam aliis, quæ doctè exponit Naironus [o] in Evoplia, ubi peculiares harum Nationum errores referens, auctores nonnullos tùm recentiores, tùm veteres caſtigat [p], qui unam gentem cum altera confundentes, quod uni ſectæ peculiare eſt delirium, ad alteram perperàm traducunt. Proprios quoque habent Patriarchas, quorum ſinguli ſupremum apud ſuos jus dicunt, & abſolutam in ſubditos auctoritatem po-

teſta-

a T[illegible]g. 65. 140. & [illegible]

b Joſeph Abudacnus in hiſtor. Jacobitarum.

c Anaſtaſius Sinaita in Odegi. Nicephorus lib. 18. c. 52. Eutychius Alex. in Annal. Abulpharagius in Hiſt. Dynaſt. Morerius in Lexico, verbo Jacobitæ.

d Tom. 1. Chroni.

e Hoc tom. p. 65. & 66.

f Hoc tom. p. 63. & 64.

g Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 381.

h Hoc tom. pag. 329. & 330.

i Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 360.

k Hoc tom. pag. 326.

l Tom. 1. Bibl. Orient. p. 167.

m Hoc tom. pag. 327.

n Pag. 93.

o Par. 1. cap. 2. a num. 7.

p Ibid. num. 5. 6. 11.

teſtatemque exercent, ita ut nemo alteri ſubjectus [a] ſit, aut ab unius ſententia ad alterius tribunal provocare liceat. Horum ſeries jam prodiit; Armenorum ſcilicet apud Galanum [b], Syrorum [c] in hoc Tomo, & Ægyptiorum ſeù Coptorum in Chronico Orientali per cl. Abrahamum Ecchellenſem edito, à quibus & Abiſſini ſeù Æthiopes [d] Metropolitam habere ſolent.

*Unio Armenorum cum Syris Jacobitis. Poſteà rupta.*

Et quidem Armenos, qui olim Eutychiano morbo laborabant, cum Jacobitis Syris in Conciliabulo Thevinenſi anno Chriſti 726. conjunctos fuiſſe, tùm Galanus [e], tùm Bar-hebreus [f] obſervant: quam tamen unionem exiguo temporis intervallo inter utramque ſectam duraſſe, idem Barhebræus [g] tradit.

*Unio Syrorum Jacobitarum cum Ægyptiis.*

Firmior fuit, manetque adhuc Syrorum cum Ægyptiis concordia, tametſi frequenter olim interrupta, ut latè hoc tomo [h] oſtenſum eſt, & Renaudotius [i] obſervavit, Nam ſub Damiano quidem Alexandrino, qui trigeſimus quintus à S. Marco numeratur, pax rupta eſt per Petrum Antiochenum. Anaſtaſius Damiani ſucceſſor diſſidentes populos iterùm reconciliavit, ſcripta ad Athanaſium, qui Petro poſt Julianum ſuffectus fuerat, epiſtolà Synodica. Michaël quadrageſimus ſextus Synodicam ſuam circa annum Chriſti 746. Joanni II. Antiocheno denegavit, quod hunc inter & Epiſcopos ſuos in Syria conſtitutos propter illegitimam ordinationem diſcordia orta eſſet. Sub Coſma Alexandrino LVIII. & Joanne IV. Antiocheno circa annum Chriſti 920. redintegrata Alexandrinorum cum Antiochenis concordia duravit uſque ad Joannem X. cognomento Barſuſan Antiochenum, & Chriſtodulum LXVI. Alexandrinum, quorum temporibus quæſtio de pane Euchariſtico ſali & oleo commiſcendo Syros à Coptis diviſit. Eâ quæſtione utcumque ſopita, gravius exarſit diſſidium circa Confeſſionis [k] Sacramentum Michaëlem inter Antiochenum & Marcum Zaraæ filium Alexandrinum anno Chriſti 1174., Syris id Sacramentum adversùs Coptos propugnantibus. Ignatius David [l] cum Cyrillo Laklaki Alexandrino de juriſdictione rixam habuit, quod ſcilicet Cyrillus limites Alexandrinæ Sedis tranſgreſſus fuiſſet. Compoſitâ demùm ea controverſia, Syri cum Coptis in præſentem uſque diem communicant, teſteſque mutuæ inter ipſos amicitiæ literas Synodicas, in quibus fidei ſeù potiùs hæreſeos Monophyſiticæ compendium continetur, ſtatim ab ordinatione tranſmittunt. *Mos porrò*, ut recte notat [m] Renaudotius, *ad ultima uſque tempora inter illos Patriarchas obſervatus fuit, ut ſi quando novus Patriarcha ad alterum Synodicam non miſiſſet, is inter Miſſarum ſolennia, nomen ejus ex Diptychis commemorari non patiebatur. Ne verò hæc omiſſio integram abſciſſionem communionis inducere videretur, ſed eâ inter utramque Eccleſiam conſervatâ, tamen ad novum Patriarcham, donec de ejus fide per literas Synodicas conſtaret, non pertineret, uſus erat commemorandi ex Diptychis nomen defuncti Patriarchæ, inter vivos, quamvis eſſe deſiiſſet. Ita Chriſtodulus fecit, quum mortuo Joanne* [n] *nomen ejus ad altaria*

*quaſi*

a *Renaud. tom. 1. Lit. Orient. pag.* 463.
b *Tom. 1. Conciliat. Eccleſiæ Armenæ cum Romana.*
c *Pag.* 321. *&* 479.
d *Renaud. in Hiſt. Alexandrina: & tom. 1. Lit. Orient. pag.* 372.
e *Tom. 1. Concil. Eccl. Armen. cum Rom. pag.* 201.
f *Hoc Tomo pag.* 296. *&* 297.
g *Loc. cit.*
h *Pag.* 126 144. *&* 334.
i *In hiſtor. Patriarch. Alexan. & tom. 1. Lit. Orient. pag.* 433. *& tom. 2. p.* 489.
k *Hoc tom. pag.* 366.
l *Ibid. pag.* 372.
m *Tom. 1. Lit. Orient. pag.* 434.
n *Hoc to. p.* 147.

*quaſi viventis commemorari juberet, omiſſo Baſilio ejus ſucceſſore, quia Synodicam non ſcripſerat.*

Communio Syrorum Jacobitarum cum Catholicis & aliis hæreticis.

Quod ſpectat ad communionem Jacobitarum cum Catholicis aliiſque hæreticis vel ſchiſmaticis, Orientalibus & Occidentalibus, jam obſervavi [a] Primatem ejus ſectæ Gregorium Barhebræum in eo fuiſſe Politicorum errore, ut crederet, controverſias Orientales inter & Occidentales, & inter Orientales ipſos circa Incarnationem Verbi agitatas, meras eſſe Theologorum opiniones, non hæreſim conſtituere: quæ etiam videtur fuiſſe nonnullorum Orientalium opinio: nam, ut in Vita Barhebræi [b] narratum eſt, Neſtoriani cum Jacobitis in eadem Eccleſia ad celebrandum Divina Officia convenerunt, & Barhebræo ipſi à Græcis, Armenis, Jacobitis, & Neſtorianis ſimul parentatum fuit: &, ſi fides eidem Barhebræo [c] adhibenda eſt, defuncto in urbe Tripoli Ignatio Maphriano, Latini Presbyteri & monachi cum Jacobitis in Eccleſia S. Behenami exequias celebrarunt: quod tamen non facilè admiſerim, quum à Romana id ſemper Eccleſia perſanctè obſervatum ſit, ut hæreticorum tàm viventium quàm defunctorum communionem, quales certè à priſcis temporibus habiti ſunt hodieque habentur Jacobitæ, vitandam eſſe factis dictiſque teſtatum voluerit. Optarunt quidem Jacobitæ ad communionem Apoſtolicæ Sedis admitti, idque non ſemel per literas & legatos Summis Pontificibus ſignificarunt: ſed ne eorum votis fieret ſatis, effecit quod nunquam adduci potuerunt, ut hæreſim ſeriò ejurarent. Moſes Mardenus [d] anno Chriſti 1552. nomine Ignatii Patriarchæ ſui coram Julio III. Papa Orthodoxæ fidei profeſſionem emiſit, quam tamen idem Ignatius ratam habere noluit, ut poſtmodùm compertum eſt: ſed neque Davides Ignatius, qui Jacobitis poſteà præfuit, catholicam veritatem, ex animo ſuſcepit, licet eam ſe profiteri, miſſa etiam cum Leonardo Abel Epiſcopo Sidonienſi ad Gregorium XIII. fide ſua, quæ in Biblioth. Vaticana [e] exſtat, ſcripſerit, ut narrat Petrus Stroza in Diſputat. de Chaldæorum Dogmatibus, his verbis: *Legationis ſuæ ſucceſſum parùm felicem Epiſcopus Sidonienſis reverſus, infecta re, renunciavit poſteà Sixto Quinto, commentario diligenter conſcripto, in quo multa ſcitu digna leguntur de hac natione.* Summam ejus commentarii publicavit Thomas à Jeſu lib. 7. de converſione omnium gentium procuranda Par. 1. cap. 14. ubi rationes exponit, quibus Ignatius David permotus, ab erroribus ſuis nequaquam recedere voluit: nimirùm propter Concilium Chalcedonenſe, & propter Dioſcorum Alexandrinum, quorum primum Jacobitæ deteſtantur, alterum veluti hæreticum à noſtris traduci minimè patiuntur. Syncera fuit Ignatii Nehemæ Patriarchæ ad Eccleſiam Catholicam converſio: ſed is Patriarchatu ſuæ gentis, quòd Mahometicam ſuperſtitionem Chriſtiana ejurata religione amplexus eſſet, jam exciderat, ut Tom. 1. Biblioth. Orient. [f] obſervavi. Nullus poſteà Jacobitarum Patriarcha Romanam fidem ſuſcepiſſe

legi-

a *Hoc tom. pag.* 291.

b *Hoc tom. pag.* 250. & 267.

c *In Chron. Syr. fol.* 331. & *hoc tom. pag.* 378.

d *Tom.* 1. *Bibl. Orient. pag.* 536.

e *Cod. ms. Arab.* 169.

f *Pag.* 536.

legitur, donec Andreas [a] Achigian filius Abdalgal, Collegii Maronitarum de Urbe olim Alumnus, *Jacobitis plurimis ad catholicam fidem converſis* Patriarcha præfuit, quem & Petrus orthodoxus excepit: ſub utroque tamen ſuos Jacobitæ Patriarchas hæreticos habuere habentque in præſentem uſque diem, ut hoc Tomo [b] indicavi. a *Hoc tom. pag.* 482. b *Pag.* 325.

IV. Veterum Monophyſitarum ſectæ.

Hæc de recentioribus Monophyſitis. Nunc ad multiplices eorum ſectas venio, quæ ipſos olim hæreticos, & Catholicam Eccleſiam afflixere. Nomina veterum Monophyſitarum variaſque familias exponunt Liberatus Diaconus in Breviario, Leontius Byzantinus in libro de ſectis, Timotheus Conſtantinopolitanus Presbyter in libro de receptione Hæreticorum, & S. Joannes Damaſcenus in Tractatu de hæreſibus: ex quibus haud inutile erit quæ generalia hujus hæreſeos ſunt, & quæ particularia breviter deſcribere.

Generali vocabulo dicti ſunt Monophyſitæ, Eutychiani, Dioſcoriani, Severiani, Jacobitæ, Timotheani, Theodoſiani, & Diacrinomeni ſeu Hæſitantes. *Monophyſitæ* quidem, quod in eo convenirent, ut unicam in Chriſto naturam ponerent, duas negarent. *Eutychianorum* verò nomen commune omnibus Monophyſitis fuit, etiam Jacobitis recentioribus, quod Eutyches hujus hæreſeos auctor fuerit, non quod eundem cum Eutyche errorem teneant circa Incarnationem: nam recentiores ab Eutychianis abhorrere oſtenſum eſt ſuprà. *Dioſcoriani* autem, *Severiani*, *Jacobitæ*, *Timotheani*, & *Theodoſiani*, quod Dioſcorum, Timotheum & Theodoſium Patriarchas Alexandrinos, Severum Antiochenum, & Jacobum Baradæum admittunt. Demùm *Diacrinomeni*, ſeu *Hæſitantes*, ut ſeipſos nominant apud Barhebræum [c] & in Bibliotheca [d] Photii, quod Synodum Chalcedonenſem rejicerent.

Monophyſitæ. Eutychiani. Dioſcoriani. Severiani. Jacobitæ. Timotheani. Theodoſiani. Diacrinomeni, ſeu Hæſitantes.

c *Hoc tom. pag.* 329. d *Cod.* 24.

Peculiares ſunt hæ ſectæ: nimirùm *Eutychianiſtæ*, *Acephali*, *Julianiſtæ*, *Theopaſchitæ*, & *Severiani*: qui in plures alias factiones ſubdiviſi ſunt.

Eutychianiſtæ propriè dicti.

*Eutychianiſtæ* propriè dicti, qui negant veritatem humanæ naturæ in Chriſto conſervari. *Phantaſiaſtas* eos & *Docetas* adverſarii appellant, quod phantaſticam & apparentem humanitatem Chriſto tribuant. Hi Dioſcorum cum Eutyche & Barſumam ſuſcipiunt, ut liquet ex Actis Concilii Chalcedonenſis. Reliqui autem Monophyſitæ Dioſcorum quidem & Barſumam admittunt, Eutychen nequaquam. Julianus Halicarnaſſæus cum aſſeclis huic hæreſi adhæſit, quam & Armenos hodieque amplecti, ſuprà demonſtratum eſt.

Acephali.

*Acephali*, qui Henoticum Zenonis non approbarunt: quia nempè non rejicit Concilium Chalcedonenſe, in quo rejiciendo unàcum Tomo S. Leonis Papæ, omnes Monophyſitæ conveniunt. Dicti ſunt *Acephali*, inquit Leontius lib. de ſectis [e] *quod à capite, ideſt Patriarcha ſuo* (nimirùm Petro Mongo Alexandrino, qui Henoticum admiſerat,) *disjuncti, ſeorſim congregabantur*. Perperàm Liberatus e *Act.* 5.

in

in Breviario [a] illos putat Acephalorum auctores, qui concordiam Sancti Cyrilli cum Orientalibus & illorum principe Joanne Antiocheno minimè probantes, *neque Cyrillum habebant caput*, *neque quem ſequerentur oſtendebant*. Eorum abuſus circa Sacramentum Baptiſmi & Euchariſtiæ deſcribit Timotheus Presbyter Conſtantinopolitanus apud Cotelerium [b]. Hi nimirùm erant rigidiores Monophyſitæ, qui Henoticum Zenonis nequaquam probarunt: molliores dicti, qui illud recepere. Xenajas & Severus Henoticum licet admiſerint, Synodum tamen Chalcedonenſem cum tomo S. Leonis diſertè reprobarunt: adeò inconſtans eſt ſibique repugnans hæreticorum opinio. Eadem cum Severo & Xenaja ſentiunt recentiores Jacobitæ, qui tamen ab erroribus Acephalorum circa Baptiſmum & Euchariſtiam abhorrent. Aliquando nomen Acephalorum fuit commune omnibus Monophyſitis, ut obſervat [c] Petavius.

a *Cap. 9. Natali Alex. ſæc. v. Part. 1. pag. 4-3*

b *Tom. 3. p. 409.*

c *Lib. 1. de Incarn. cap. 17.*

Anthropomorphitæ. Barſanuphitæ.

Porrò Acephali in tres alias ſectas ſubdiviſi ſunt: in *Anthropomorphitas*, qui Deum dicunt humana forma eſſe præditum: in *Barſanuphitas* à Barſanuphio eorum Epiſcopo appellatos, quibus adverſantur reliqui Acephali, tamquam à quibus facta fuerit illegitimè Barſanuphii ordinatio: demùm in

Eſajaniſtæ.

*Eſaianiſtas*, qui propter Eſaiæ ordinationem ab aliis Acephalis ſejuncti ſunt, quod affirmarent, ab Epiphanio Pamphylo, qui Severum Presbyterum ordinavit, Eſaiam fuiſſe ordinatum, reliquis non aſſentientibus, ſed eum à mortuo ordinatum dicentibus, quum mortua videlicet Epiphanii manus ipſi impoſita fuiſſet. Similis ordinatio à Julianiſtis facta hoc Tomo [d] occurrit.

d *Pag. 87.*

Julianiſtæ.

*Julianiſtæ* à Juliano Halicarnaſſæo dicti, qui & *Cajanitæ* à Cajano Alexandrino. Eadem cum Eutyche ſentientes, ajunt, Corpus Chriſti incorruptibile fuiſſe. In tres autem ſectas diviſi ſunt. Prima eorum eſt, qui dicunt, Corpus Chriſti eſſe creatum, ſed incorruptibile ex ipſa immaculata conceptione. Altera eorum, qui profitentur, Corpus Chriſti à momento immaculati conceptus non ſolùm incorruptibile eſſe, ſed etiam increatum. Tertia denique eorum, qui aſſerunt Corpus Chriſti potuiſſe quidem corrumpi, ſed nullatenus corruptum fuiſſe ob Verbi potentiam. Severus [e] Juliano, Damianus Cajano contradixit, aſſerendo, Corpus Chriſti corruptibile fuiſſe ante reſurrectionem, hoc eſt, affectibus naturalibus obnoxium: eâque de re volumen integrum Severus compoſuit, quod Syriaco ſermone exſtat [f] in Bibliotheca Vaticana. Sectatores Severi & Damiani dicti ſunt *Phtartolatræ*, & *Ctiſtolatræ*, ideſt, *corrupticolæ* & *creaticolæ*: Julianiſtæ viciſſim *Aphtartodocetæ*, *Docetæ*, *Phantaſiaſtæ*, & *Manichæi*: quorum excurſiones in Homeritidem, Ægyptum, Sophenem, Arzunitidem, & & Armeniam narrat Joannes Aſiæ Epiſcopus [g] apud Dionyſium in Chronico. Eandem ſectam Julianus quidam in Æthiopiam Nubiamque invexit, teſte [h] Barhebræo. Proprium ipſis Patriarcham, eumque à Syris, Armenis, & Ægyptiis Monophyſitis diverſum, præfuiſſe

e *Liber. in Breviario.*

f *Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 569. & 570.*

g *Hoc tom. pag. 87.*

h *Hoc tom. pag. ... & 329.*

teſtatur idem [a] Barhebræus in Chronico Syriaco. *Anno Græcorum*, inquit, *milleſimo centeſimo nono* (ideſt, Chriſti 798.) *Gabriel Julianiſtarum Patriarcha Cyriacum* (Patriarcham Syrorum Jacobitarum) *adiit, rogans, ut gentem ſuam cum Jacobitis Severianis conjungeret, hac conditione, ut neque Juliano anathema dicerent, neque Severi nomen prædicarent; & qui alteri ſuperviveret, utrique populo in Patriarchatu præficeretur. Cyriacus Gabrielem ad communionem admiſit: ſed ne unio illa perficeretur, effecerunt Epiſcopi, qui diſertum anathema Juliano dici poſtulavere.* Nuſquam poſtea occurrit Patriarchæ Julianiſtarum memoria: extincta enim paulò poſt hæc ſecta creditur, eorumque dogma, niſi ab Armenis, à nullis aliis recentioribus Monophyſitis propugnatur.

a Hoc tom. pag. 342.

Theopaſchitæ.

*Theopaſchitæ*, qui paſſionem divinitati tribuunt, auctore Petro Gnapheo propter famoſam illam ad hymnum Triſagium additionem, *Qui crucifixus es pro nobis*. Hunc errorem Armenis tribuit [b] Petavius: tribuerunt & Græci, [c] qui ab ipſis, ut additamentum illud expungeretur frequenter poſtularunt. At Jacobitas cùm veteres, tùm recentiores ab eo errore liberos eſſe, liquet ex dictis hoc Tomo, [d] & ex iis, quæ ex Severo, ex Barſalibæo, & ex Davide Epiſcopo in priori Tomo [e] notavi, ubi & Catholicos oſtenſum fuit eodem additamento olim uſos fuiſſe hodieque uti, & Petrum ipſum Gnapheum ab eo errore liberum à viris doctis exiſtimari.

b Lib. 1. de Incarn. cap. 17.
c Hoc tom. pag. 364. & apud Galanum tom. 1. pag. 331.
d Pag. 117. & 187.
e Pag. 518. & ſeqq.

Severiani.

Demùm *Severiani*, qui Severum quidem Antiochenum ſequuti ſunt, ſed in quibuſdam à communi ſectatorum ejus ſententia receſſere. In novem autem turmas diviſi ſunt: nimirùm in Agnoëtas, Condobauditas, Paulianitas, Damianitas, Petritas, Cononitas, Tritheitas, Sergianos, & Niobitas.

Agnoëtæ, qui & Themiſtiani.

*Agnoëtæ*, quorum auctor Themiſtius Diaconus Alexandrinus, unde ipſis *Themiſtianorum* nomen impoſitum, ajunt à Deo Verbo cuncta cognoſci; verùm ab unita ipſi ſecundùm hypoſtaſim humanitate ignorari multa: hinc Agnoëtæ, hoc eſt, *Ignorantes* appellati. Theodoſium Alexandrinum, à quo Themiſtius excommunicatus eſt, repudiant; Petrum verò Mongum, Dioſcorum juniorem, Severum ac Themiſtium recipiunt. A Jacobitis diſertè rejiciuntur, ut liquet ex Profeſſione Fidei, quæ in Pontificali Syriaco [f] ab ordinandis exigitur.

f Cod. Ecchellen. Syr. ms. 4. pag. 98.

Condobauditæ.

*Condobauditæ*, ſic dicti, quod in loco Condobaudi appellato, Collectas Conſtantinopoli celebrarent, neque Themiſtium, neque Theodoſium, neque Paulum Antiochenum cognomento Nigrum agnoſcunt. Ignorantiam Chriſto tribuunt, & dogma de Trinitatis inæqualitate tenent, ob quod à Theodoſio ſunt excommunicati.

Paulianitæ.

*Paulianitæ* cum Theodoſio, Severo, Petro Mongo & Dioſcoro juniore, Paulum Nigrum (Beth-Uchame Syri appellant,) Antiochenum, cujus geſta [g] hoc Tomo retuli, admittunt; Damianum verò Alexandrinum rejiciunt. In doctrina de Patre, Filio, & Spiritu

g Pag. 331.

ſancto conſentiunt Condobauditis; diſſentiunt in eo, quod recipiunt Theodoſium & Paulum, quos damnant Condobauditæ.

Damianitæ. *Damianitæ* recipiunt Theodoſium, Severum, Petrum, Dioſcorum & Damianum; rejiciunt Paulum Nigrum. Ajunt alium quidem eſſe Patrem, alium Filium, alium Spiritum ſanctum; non eſſe autem horum quemque per ſe Deum naturâ, ſed communem habere Deum, ſive divinitatem inexiſtentem, per cujus participationem indiviſam unuſquiſque ſit Deus: Appellant verò Patrem, Filium, Spiritum ſanctum Hypoſtaſes; commune eorum Deum, ſubſtantiam & naturam. Initio Paulum Nigrum pro Epiſcopo Antiocheno habuere; deinde illum rejecerunt, quod communicaſſet Catholicæ Eccleſiæ Synodumque Chalcedonenſem approbaſſet; tametſi quammaximè poſteà receſſerit à Catholica Eccleſia atque abnegaverit Concilium Chalcedonenſe. *Angelitæ* ab adverſariis dicti ex æde Alexandriæ, quam *Angelion* appellant, ubi Collectas celebrabant: Sabellianiſtæ etiam & Tetraditæ à Paulianitis appellati. Petavius [a] de Angelitarum nomine hæc ſcribit. *Sed Angelii propè Alexandriam locus nondum mihi occurrit*. Et mox Angelitarum nomen ab Angelicis arceſſit, de quibus S. Epiphanius: *Id nomen ſortiti ſunt ab loco aliquo, fortean trans Meſopotamiam ſito, qui Ingiline dicitur*. Demùm ſubjungit: *Ingilenæ gentis cujuſdam in Armenia fit mentio in Codice Juſtiniani*. Verum plana ſunt omnia ex hiſtoria Patriarcharum Alexandriæ à Severo Aſmonæorum Epiſcopo aliiſque Coptis hiſtoricis conſcripta, & per Renaudotium edita, ex qua liquet [b] *Angelium* Eccleſiam eſſe in Alexandrinorum urbe Angelis dicatam.

Angelitæ.

a *Lib. 1. de Incarn. cap. 17. num. 5.*

b *Renaud. in Hiſt. Alex. & tom. 1. Lit. Orient. pag. 415.*

Petritæ. *Petritæ* ſuſcipiunt Petrum ultimum Antiochenum, ideſt Callinicenſem, de quo latè in hoc [c] Tomo: Theodoſium quoque, Severum, Petrum Mongum, & Dioſcorum; nequaquam Damianum, nec Paulum Nigrum, quorum doctrinæ repugnant. In libro Timothei Presbyteri [d] de receptione hæreticorum mendum obrepſit: nam pag. 408. Petritæ dicuntur *accedere Petro Antiocheno, non Petro Mongo, nec Damiano*; pag. verò 412. præter Petrum Antiochenum ſuſcipere feruntur *Theodoſium, Severum, Dioſcorum, & Petrum*, utique Mongum, nam Antiocheni mentio ſuprà facta eſt. Confitentur Deum ex veritate, ſubſtantia & natura quemque per ſe; Patrem, inquam, & Filium, & Spiritum ſanctum. Item profitentur tres hypoſtaſes, ac tres perſonas, & unamquamque hypoſtaſim Deum eſſe verè, ſubſtantialiter, & naturaliter. Unum Deum, unamque ſubſtantiam ac naturam Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum dicunt non numero, ſed perfecta æqualitate. Hos Angelitæ & Paulianitæ Tritheitas appellant; ipſi viceverſa illos interdum Sabellianos, interdum Tetraditas. Eadem de Petritis ſcribunt & recentiores Ægyptii, ut hoc [e] Tomo oſtendi. Verùm in hac materia quæ fuerit Petri ejuſque aſſeclarum ſententia, ex ejuſdem Opere quod in Bibliotheca Vaticana Syriacè proſtat, ſatis ſuper-

c *Pag. 69. & 332.*

d *Apud Coteler. tom. 3.*

e *Pag. 70. & 332.*

perque [a] demonſtravi. Ubi obſervandum, quod ſive Petrus, ſive Damianus in hac de Trinitate controverſia erraverit, pace tamen Syros inter & Ægyptios poſtmodùm compoſitâ, tàm Ægyptii, qui Damianum, quàm Syri qui Petrum ſequuti ſunt, in doctrina de Trinitatis myſterio conformem Eccleſiæ Catholicæ ſententiam tenent. Petri ſcripta Sergius Edeſſæ Epiſcopus unàcum fratre Joanne impugnavit, ut ſcribit [b] Barhebræus, qui addit, ambos, Sergium ſcilicet, & Joannem, à Juliano Syrorum Jacobitarum Patriarcha reprehenſos fuiſſe, ac tandem, *poſtquam ſententias, quibus offenſi fuerant, illis expoſ[u]iſſet, ab inani & futili zelo ſe continuiſſe*. Damianum Jacobitæ hodieque rejiciunt, ut ex Pontificali [c] Syriaco palam fit, in quo nomen ejus inter hæreticos recenſetur.

a *Hoc tom. pag.* 78.
b *Hoc tom. pag.* 333.
c *Cod. Ecchell.* 4. *pag.* 98.

Cononitæ.

*Cononitæ* Cononem Tarſi Epiſcopum cum Severo & Theodoſio recipiunt; non Damianum, nec Paulum, nec ultimum Petrum. Joannem Philoponum primùm receperunt, ſed poſtea repudiarunt ob doctrinam de reſurrectione & de materia ac forma: nam Philoponus ait omnia corpora corrumpi & generari ſecundùm materiam & formam; Cononitæ verò ſecundùm materiam tantùm. In Trinitate ponunt tres ſubſtantias numero, vel naturas æquales. Hinc Tritheitæ à Damiani Paulique aſſeclis vocantur; ipſi verò illos appellant nunc Sabellianos, Montaniſtas, Photinianos, Noëtianos, Artemoniaſtas; nunc Tetraditas. Cononitarum partes Eugenius Seleuciæ in Iſauria Epiſcopus adjuvit, quorum acta Diſputationis cum Paulo ac Stephano initæ coram Joanne Conſtantinopolitano Patriarcha, Juſtino juniore imperante, refert Photius [d] in Bibliotheca. Summam exhibui ex Bar-hebræo in hoc [e] Tomo, ubi dicitur, convictis ea diſputatione Tritheitis, hæreſis quoque ejuſmodi extincta penitùs fuiſſe.

d *Cod.* 24.
e *Pag.* 329.

Tritheitæ, ſeù Philoponiaci.

*Tritheitæ*, ſeù *Philoponiaci*, Joanne Grammatico Alexandrino, cui ab aſſiduitate laboris Philopono cognomen inditum, auctore; propagatorem dixerim, ex fide Barhebræi [f], qui Joannem alterum, cognomento Aſcoſnagum, ejuſdem hæreſeos parentem facit. Severum, Theodoſium, & Joannem Philoponum recipiunt; necnon Epiſcopum quendam nomine Georgium, cujus libros admittunt: non Damianum, nec Paulum, nec ultimum Petrum, nec Cononem, nec Sergium, nec Stephanum. Tres numero naturas, & ſubſtantias in Trinitate admittunt, qua in re conueniunt cum Cononitis; diſſentiunt in iis, quæ ſpectant ad conſummationem viſibilis mundi & ad reſurrectionem mortuorum. Vocant Cononitas Græcos, Manichæos, Simonianos, Valentinianos, Marcionitas, Hermogeniaſtas & Origeniſtas. Viciſſim à Cononitis dicuntur Sadducæi, Simoniani, Gentiles, Valentiniani, Marcionitæ, Manichæi, & Origeniſtæ. Summam doctrinæ Philoponi, quæ in Diathete & quibuſdam aliis opuſculis continetur, habemus in Codice [g] Syriaco, qui nuper in Bibliothecam Vaticanam ex Ægypto illatus eſt.

f *Hoc tom. pag.* 328.
g *Tom.* 1. *Bibl. Orient. pag.* 613.

Sergiani. *Sergiani*, non à Sergio Antiocheno Monophyſitarum Patriarcha Severi ſucceſſore, ſed ab eo, quem ſuprà commemoravi, Edeſſeno ejuſdem ſectæ Epiſcopo nuncupati, qui a Petri ultimi Antiocheni factione recedentes, propriam familiam conſtituerunt. Cauſam diſſidii vide loco ſuprà citato.

Niobitæ. *Niobitæ* ſectatores Stephani Sophiſtæ cognomento Niobi, cujus meminere Dionyſius [a] in Chronico, Photius in Bibliotheca [b] & Cedrenus ad annum 12. Heraclii, ubi ejus vaticinium de Saracenis refert: inde fortaſsè *Niobi*, ideſt vates ſeu propheta appellatus: id enim *Nabi* Hebræorum, Syrorum, Arabumque ſermone ſignificat. Severum, Theodoſium, & Stephanum Niobem admittunt: non Philoponum, nec Georgium, nec Cononem, nec alios, de quibus ſuprà dixi. In Trinitate eadem loquuntur ac Condobauditæ & Angelitæ. In Incarnatione à cæteris diſſentiunt: *Etenim*, ut inquit Timotheus Presbyter, *omnes etſi in myſterio de Chriſto dicere penitus recuſent duas poſt unionem naturas; attamen diſtinctionem naturarum poſt unionem confitentur; iſti verò tùm duas naturas poſt unionem ponere refugiunt, tùm diſtinctionem naturarum ſervari poſt unionem non ſuſtinent dicere.* Quæ Stephani hujus causâ Petrum inter Antiochenum & Probum ac Joannem Abbatem contigere diſſidia, ex eodem Dionyſio in hoc [c] tomo retuli: ubi & Synodi Gubenſis nomine Petrus librum conſcripſiſſe dicitur, *in quo Stephani quidem Sophiſtæ & Probi opinionem confutabat; Doctorum verò teſtimoniis oſtendebat, reipſa exiſtere & remanere differentiam naturarum, ex quibus eſt Chriſtus, etiam poſt rationem Unionis; abſque numero tamen, & ſine diviſione earundem naturarum.* Eadem eſt recentium Jacobitarum loquutio in Pontificali [d] Syriaco, in quo anathema iis dicunt, qui diſtinctionem naturarum poſt unionem remanere negant.

a Hoc tom. p. 72.
b Cod. 24.
c Pag. 72. ad pag. 77.
d Cod. Syr. Ecchell. 4. pag. 98.

Dioſcoriani. Præter enumeratas Monophyſitarum ſectas, quædam aliæ ab Auctoribus recenſentur, quæ nomine potiùs, quàm re à prædictis differunt. *Dioſcorianos* nominat Timotheus Presbyter, qui à Timotheo Æluro diſceſſerunt, quòd quoſdam è Proterii Clericis ipſius voluntati obſequutos recepiſſet. Harmaſitæ. Nagranitæ. Semidalitæ. *Harmaſitas*, *Nagranitas*, & *Semidalitas* commemorat Anaſtaſius Sinaita in Odegi [e]: qui Arabes nimirùm ſunt Nagranæ, & Perſæ Harmaſæ ideſt Hormuzæ incolæ, Monophyſiſmo pridem infecti, ut ſuprà dictum eſt; Semidalitæ verò, quaſi *ſimilaginei*, ob ſimilæ particulam, quam ſymbolis à Dioſcoro acceptis ac per ſynaxes ſummo digito delibatis admiſcebant. Damaſcenus in libro Ægyptii. Schematici. de hæreſibus Monophyſitas vulgò *Ægyptios* & *Schematicos* appellari ſolitos refert: Ægyptios quidem, quod ab ejus gentis hominibus, atque Alexandrinis ferè Præſulibus hæreſis illa propagata firmataque fuerit; *Schematicos verò*, inquit Petavius [f], *puto dictos, quod Chriſti carnem ſola figura & σχήματι conſtantem, non veram ac noſtræ ſimilem eſſe mentiti ſunt.* Barſaniani. Idem Petavius *Barſanianos* Semidalitis conjun-

e Cap. 10. & 25.
f Lib. 1. de Incarn. cap. 17.

jungit, quos ait Theodoſianorum decreta defendere.

Monothelitæ.

Monophyſitarum appendicula *Monothelitæ* ſunt, hoc eſt, unius voluntatis in Chriſto aſſertores, quorum parens Paulus Monoculus [a] fuit, Severianorum in Armenia caput, qui anno Chriſti 622. habito Theodoſiopoli cum Heraclio Imperatore colloquio, ſeſe unam in Chriſto operationem voluntatemque profiteri teſtatus eſt. Alterum cum eodem Imperatore Heraclio Athanaſii Jacobitarum Patriarchæ congreſſum ad annum Chriſti 629. memorant Eccleſiaſticæ hiſtoriæ [b] ſcriptores, in quo ajunt Athanaſium duas quidem in Chriſto naturas profeſſum fuiſſe, ſed quæſtionem poſuiſſe de voluntate & operatione Chriſti, duplicem ne credere oporteret, an unicam. Hæc quæſtio quantum Orientalem poſtea Eccleſiam afflixit, ex Actis ſextæ Synodi compertum eſt. Combefiſius in hiſtoria hæreſis Monothelitarum [c], & Pagius [d] ad annum Chriſti 629. ut fabuloſum rejiciunt Athanaſii cum Heraclio colloquium. At Combefiſii quidem argumentis à Jacobo Goaro in Notis ad Theophanem [e] factum eſt ſatis. Ad argumentum verò Pagii, quo ut planè falſum affirmat Athanaſium Jacobitarum fuiſſe Patriarcham, *ex eo nimirùm, quod Auctor Chronici Orientalis Patriarcharum Jacobitarum accuratum Catalogum ſcripſerit, ejuſque non meminerit*; ad id, inquam, Pagii argumentum facilè eſt reſpondere, negando in eo Chronico Syrorum Patriarcharum Catalogum texi. Texitur dumtaxat ſeries Ægyptiorum ſeù Alexandrinorum Coptorum, non Syrorum ſeù Antiochenorum Jacobitarum, quorum nomina inter Alexandrinos quærere idem propemodum eſt, ac Romanos Pontifices ex ſerie Conſtantinopolitanorum, aut hos ex catalogo Hieroſolymitanorum Antiſtitum petere. Conſule Barſalibæi Catalogum, aut Chronicon Bar-hebræi, & Athanaſium [f] Jacobitarum Patriarcham, cognomento Camelarium, Heraclii Imperatoris æqualem reperies. Quod idem Pagius ſubjungit, *Athanaſium ſcilicet non Patriarcham, ſed Catholicum, ideſt Primatem fuiſſe, atque idcircò Patriarchatum Antiochenum ambiiſſe*; Theophanis mentem nequaquam aſſequutus eſt ſcribentis: *Si modò Synodum Chalcedonenſem* Athanaſius *vellet admittere, Patriarcham Antiochiæ ſe eum conſtituturum Heraclius promiſit*. Jacobitis enim Syris dumtaxat præerat Athanaſius, non cæteris Antiocheni Throni Epiſcopis, quibus omnibus ſe eum præfecturum pollicitus eſt Heraclius, ſi ad Eccleſiæ Catholicæ communionem accedere voluiſſet.

Verùm quidquid de duabus Chriſti naturis & unica voluntate atque operatione ſenſerit Athanaſius; ejus tamen hac in re errorem nequaquam ſequuti ſunt Jacobitæ, qui unicam naturam, unicam operationem, & unicam Chriſti voluntatem communiter profitentur. Bar-hebræus [g] quidem in Symbolo duas naturas dixit, & unam voluntatem unamque operationem: verùm ibi dualitatem naturarum ante, non poſt unionem intelligit, ut ſymbolum ejuſdem legenti appa-

ret,

a *Sergius Patriarcha Conſtantinopolitanus in epiſt. ad Honorium Papam. Cyrus Alex. in epiſt. ad Sergium Conſtantinopolitanum. Baronius & Pagius ad annum Chriſti 622.*

b *Theophanes ad annum Heraclii 20. Cedrenus & Auctor Miſcellæ. Acta S. Maximi apud Combefiſium.*

c *Diſp. 1. §. 6.*

d *Num. 3. 4. 5. & 6.*

e *Pag. 609.*

f *Hoc tom. pag. 325. 333. & 334.*

g *Hoc tom. pag. 277.*

ret: qui communis Monophyſitarum loquendi modus fuit. Thomas etiam Haranita, Epiſcopus Caphartabenſis, Monotheliſmum in Syria pridem extinctum circa annum Chriſti 1100. reſuſcitavit: ſed is, ut Naironus[a] obſervat, à Jacobitica ſecta jam defecerat. Neſtoriani omnium incohærentiſſimè duas Chriſti agnoſcunt naturas, perſonas duas, & unicam voluntatem operationemque, ut teſtatur Elias[b] eorum Patriarcha apud Strozam: *Illi* (inquit, ideſt, Romani) *duas naturas Chriſti confitentur, duas virtutes & duas voluntates: nos autem* (ideſt, Chaldæi Neſtoriani) *fatemur unam virtutem & unam voluntatem*. Et Bar-hebræus[c] in libro de Fundamentis Eccleſiaſticis: *Neſtoriani*, inquit, *duas voluntates liberè affirmant & negant: utroque enim pede claudicant, quum in antiquis eorum libris nil horum legatur, noſque plures ex eorum Sapientibus audivimus unam duabus naturis hypoſtaſibuſque voluntatem aſſerentes*. Nimirùm in his quæ ad Monotheliſmum ſpectant, Jacobitas, qui unam Chriſti naturam unamque voluntatem adſtruunt, non malos Dialecticos dixeris, ſed malos Theologos: Monothelitas verò, qui duas naturas & unicam voluntatem agnoſcunt, malos Theologos maloſque Dialecticos; Neſtorianos autem, qui duas naturas duaſque perſonas admittentes, unam iis voluntatem operationemque tribuunt, peſſimos Theologos & peſſimos Dialecticos.

a *In diſſert. de origine Maronitarum pag.* 70.
b *Tom.* 1. *Bibl. Orient. pag.* 547.
c *Hoc tom. pag.* 292.

Nunc quando veteres quidem diverſarum ſectarum Monophyſitæ extincti ſunt, de recentioribus verò, qui adhuc vigent, Ægyptiis, inquam, ſeù Coptis, Æthiopibus ſeu Abiſſinis, Armeniſque Galanus[d], Franciſcus[e] Alvarez, Thomas[f] à Jeſu, Jacobus[g] de Vitriaco, Prateolus[h], Renaudotius[i] aliique fusè diſſeruere; ſupereſt, ut de Syris Jacobitis agam, cujus gentis Scriptores in hoc Tomo recenſui: & primùm quidem de erroribus eorum dicendum eſt: deinde de moribus & ritibus, quibus ab aliis Orientis nationibus diſcrepant: demùm de Politia Eccleſiaſtica & ſæculari, deque diſſidiis & ſchiſmatibus, quæ inter ipſos orta ſunt.

d *Tom.* 1. & 2. *Concil. Eccleſ. Arm. cum Romana.*
e *In hiſt. Æthiopica.*
f *Lib.* 7. *de converſione omnium gentium procuranda.*
g *Hiſtor. Orient. cap.* 77.
h *Lib. de hæreſibus.*
i *Tom.* 1. *Liturg. Orient. à p.* 365.

V. Syrorum Jacobitarum errores. De Chriſto.

Præcipuus Jacobitarum Syrorum error, qui eos à Catholica Eccleſia ſejunxit, circa Verbi Incarnationem verſatur: *Unam enim tantùm in Chriſto naturam profitentur ex Divinitate & humanitate compoſitam; converſionis tamen, confuſionis, & commiſtionis expertem*: idque quo ſenſu intelligant, & quibus argumentis probare contendant, demonſtravi hoc Tomo ex Xenaja[k] eorum primipilo, ex Elia[l] Patriarcha, ex Bar-hebræo[m] Primate, & ex literis Synodicis[n], quas utriuſque Jacobitarum gentis, Antiocheni ſcilicet & Alexandrini Præſules, viciſſim ſcribere conſueverunt, quaſque in unum volumen Paulus[o] Ebn Regia ſtudiosè collegit. Conſequenter ad hunc errorem damnatos quidem ab Eccleſia hæreticos recipiunt, ut Dioſcorum, Barſumam, Timotheum, Xenajam, Severum, Jacobum, Theodoſium, cæteroſque ejuſdem furfuris Monophyſitas; Patres

k *Pag.* 25.
l *Pag.* 96.
m *Pag.* 288. 289. & 297.
n *Pag.* 126.
o *Tom.* 1. *Bibl. Orient. pag.* 624.

verò, qui pro orthodoxa veritate decertarunt, rejiciunt, & in primis S. Leonem Papam, cujus Tomum ubique anathematizant unàcum ſacra Chalcedonenſi Synodo, pro qua Epheſinum ſecundum Conciliabulum admittunt. Atque hìc obiter notanda eſt Jacobi de Vitriaco hallucinatio, qui in hiſtor. Orient. cap. 77. Jacobitas ſcribit *à multis jam temporibus à Conſtantinopolitano Patriarcha Dioſcoro excommunicatos, & ab Eccleſia Græcorum ſequeſtratos*: quum dicere debuiſſet, *propter Dioſcorum Alexandrinum Patriarcham eos à communione Eccleſiæ Catholicæ ſegregatos*.

Et ſanè veterum Monophyſitarum de Chriſto hæc erat confeſſio, *ex duabus naturis, non in duabus*: ideſt, ex duabus in unam coaleſcentibus, non duabus remanentibus. At recentiores ulteriùs progreſſi, non modò Chriſtum ex duabus naturis compoſitum dixere, ſed etiam *ex duabùs perſonis*. Primùm hæc loquutio occurrit apud Theodoſium [a] Patriarcham Antiochenum in Epiſtola ad Michaëlem Alexandrinum. Eadem legitur in epiſtolis Joannis [b] Sarighta ad Mennam, Athanaſii [c] ad Philotheum, Dionyſii [d] ad Sanuthium, in Pontificali Syriaco p. 145. & apud Barſalibæum [e] in expoſitione Miſſæ: id quod palam facit, Jacobitas *perſonam cum natura* confundere, ut prolatis Athanaſii & Dionyſii Patriarcharum verbis [f] obſervavi, & rectè ex Anaſtaſio [g] Sinaita, & ex Morino [h] advertit Naironus [i] in Evoplia.

Thomas à Jeſu [k] in libro de converſione omnium gentium procuranda, inter cæteros, quos circa Incarnationem Verbi tenent errores, hunc Jacobitis tribuit: *Errant, & ſibi ipſis in eodem Catechiſmo contradicunt, aſſerentes formationem Corporis Chriſti non in inſtanti, ſed quadraginta dierum ſpatio fuiſſe factam*. Verùm nonnullorum hic error fuit, non omnium Jacobitarum. Xenajas certè id docuit, ut ex Barſalibæo [l] notavi. *Verùm probati Doctores Græci* (verba ſunt [m] ejuſdem Barſalibæi) *unàcum tribus Jacobis, Sarugenſi ſcilicet, Edeſſeno & Melitinenſi, aſſerunt, ſimul & uno puncto temporis ad unionem in utero Virginis coiiſſe Verbum Deum, & animam, & corpus*. Et infrà [n]. *Nos autem Græcos Doctores ſequimur. Ita & Moſes Moſul* (Barcepha) *& Joannes Daræ* Epiſcopus *hanc poſteriorem ſententiam amplectuntur*.

a Hoc tom. pag. 125.
b Hoc tom. pag. 137.
c Ibid. pag. 137.
d Ibid. pag. 152.
e Ibid. pag. 196.
f Ibid. pag. 137. & 152.
g Odeg. cap 6.
h In præfat. ad ordin. Neſtor.
i Part. 1. cap. 2. num. 4. pag. 27.
k Lib 7. cap. 15. pag 391.
l Hoc tom. pag. 158.
m Loc. cit.
n Hoc tom. pag. 159.

De Trinitate.

In Trinitatis myſterio anteſignani eorum haud ſibi conveniunt. Nam Xenajas [o] & Bar-hebræus [p], ut & nonnulli recentiores, Spiritum ſanctum ex Filio procedere negant. Affirmat Dionyſius III. Patriarcha in Epiſtola [q] Synodica ad Mennam Alexandrinum, ubi ait: *Pater à nullo habet exiſtentiam, ſed per ſeipſum exiſtit ingenitus: Filius eſt genitus à Patre ab æterno: Spiritus ſanctus promanat ex Patre & Filio*. Enimverò, ut rectè advertit [r] Renaudotius, *reliqui magno numero Jacobitæ, quamvis additio FILIOQUE illis non probetur, non tamen Græcorum exemplo adversùs Latinos tàm acriter invehuntur: nam quæcumque inter utroſque hujus quæſtionis occa-*

o Hoc tom. pag. 20.
p Ibid. pag. 287.
q Hoc tom. pag. 131.
r Tom. 2. Liturg. Orient. pag. 72.

ſione

*ſione tranſacta ſunt, Orientales penitùs ignoravere, nec ad ſe pertinere arbitrati ſunt. In Liturgicis aliiſque precibus, ubi de proceſſione Spiritus ſancti ſermo eſt, vulgò dicunt*, qui à te, Pater, procedit, & à Filio tuo accipit, *ut in Scriptura ſacra legitur. Aliquando addunt*, accipit ea, quæ ad illius eſſentiam pertinent, *quæ ſententia à Latinorum Theologia non multùm abit. Ita Dionyſius Barſalibi in ſua Liturgia, Matthæus Paſtor*[a] *in ſua: & in ea Xyſti*[b] *idem legitur*. Sed & ea communis eſt apud Auctores Liturgiarum Syriacarum loquutio, ut in Liturgia Maruthæ[c] & Ignatii[d] Bar-Vahib Patriarchæ apud eundem Renaudotium videre eſt: cujus loquutionis vim enervare nequit indigna Theologo illa Bar-hebræi interpretatio, de temporali & externa Spiritus ſancti per Filium manifeſtatione, ajentis[e]. *Quum proceſſio ſit proprietas Spiritus ſancti, cur additur in Theologia, quod à Filio accipit? Dicimus, ratione manifeſtationis ad creaturas ſpecialiſſimè dici, quod Spiritus à Filio accipit. Quod verò à nonnullis aſſeritur, ipſum ſcilicet virtutem, aut poteſtatem, aut voluntatem, aut aliud hujuſmodi accipere, haud æqua eſt opinio*. Imò haud æqua eſt opinio ad temporalem externamque manifeſtationem traducere diſertum & expreſſum de ſubſtantiali & æterna Spiritus ſancti ex Filio proceſſione teſtimonium Patrum, quorum auctoritas ſi alicubi magna, ibi certè maxima eſſe debet, quum Liturgici Codices communem Eccleſiæ Syriacæ confeſſionem repræſentant.

a *Tom. cit. pag.* 340.
b *T... pag.* 13.
c *Tom. cit. pag.* 264.
d *Tom. cit. pag.* 533.
e *Hoc tom. pag.* 287.

Prateolus[f] ex Bernardo Luxemburgo, & ex Prateolo Gualterius[g] & Hofmannus[h] ſcribunt, *Jacobitas non credere Sanctam Trinitatem, ſed unitatem ſolùm: in cujus rei ſignificationem crucis ſignaculo uno digito ſe ſignare & munire*. Undenam id hauſerint, non exprimunt. Merum eſſe commentum, demonſtrant Synodicæ Patriarcharum ejus gentis ad Alexandrinos Antiſtites literæ, & Epiſcoporum Doctorumque opera Theologica, quæ hoc Tomo recenſui; Liturgiæ denique Syriacæ, & Sacramentales ejuſdem ſectæ libri, in quibus nihil frequentius occurrit, quàm Trinitatis perſonarum & Unitatis naturæ divinæ confeſſio. Cur verò *uno digito ſignum Crucis faciant*, rationem reddit David Pauli filius Epiſcopus Jacobita in Dialogo de Triſagio[i] in hæc verba: *Quia Chriſtus eſt unus, Verbum Dei, quod incarnatum eſt, & non ſunt duo, & crucifixus eſt ſuper una cruce, & crucifixus eſt unica vice; ideoque pingimus crucem unico digito*. Eandem ferè rationem ab ipſis Jacobitis redditam accepit Jacobus[k] de Vitriaco in hiſtor. Orient. *Quum quærerem*, inquit, *quare uno tantùm digito ſe ſignarent, reſpondebant, quod unitate digiti unam divinam eſſentiam, tribus autem partibus Trinitatem deſignabant, in nomine Trinitatis & Unitatis ſignaculo crucis ſeſe munientes. Græci tamen & Suriani eis objiciebant, quod propter unitatem naturæ, quam in Chriſto credebant, uno tantùm digito ſe ſignarent*. Vides, ne adverſarios quidem Jacobitarum, quales ſunt Græci & Suriani,

f *Lib. 9. de hæreſibus, verbo Jacobitæ.*
g *In tabulis Chronographicis ſeculo VI. cap. 9. de Jacobitis.*
h *In Lexico univerſali.*
i *Apud Naironum in Evopl. Part. 1. cap. 2. pag. 31.*
k *Cap. 77. de Jacobitis.*

riani, abſurdiſſimum eis objicere errorem, quem Prateolus aliique ſuprà memorati auctores eiſdem tribuunt. Ubi obiter obſervandum, *Surianorum* nomine, quorum mores erroreſque Jacobus de Vitriaco toto capite 76. deſcribit, non Syros Jacobitas intelligi, quos hodie vulgò *Surianos*, hoc eſt, Syros appellamus; ſed Syros Melchitas, quibus eundem cum Græcis ritum eſſe eoſdemque errores ibidem Jacobus tradit. Marinus Sanutus lib. 3. pag. 8. cap. 1. & Haitonus de Tartaris cap. 14. eadem de Surianis referunt.

De Sacramentis Eccleſiæ.

Ad Sacramenta quod ſpectat, ſeptenarium eorum numerum, qualis ab Eccleſia Catholica agnoſcitur, apud Jacobitas ſacroſanctum eſſe liquet ex eorundem Ritualibus & Pontificalibus libris, quorum exemplar Michaëlis [a] Patriarchæ auctoritate editum habemus in Bibliotheca Vaticana. Longum autem hic foret recenſere innumera ejus gentis Scriptorum opera, qui Sacramenta Eccleſiæ & divina Officia doctis commentariis illuſtrarunt, ut Joannes [b] Darenſis, Moſes Barcepha [c], Dionyſius [d] Barſalibæus, Jacobus [e] Tagritenſis, Gregorius [f] Bar-hebræus, aliique.

De Euchariſtia.

Et quidem orthodoxæ veritati conſonant, ſi eum excipias errorem, quem apud graviſſimos ejus ſectæ Auctores circa Euchariſtiam deprehendi: Barſalibæum [g], inquam, & [h] Bar-hebræum, qui quum ubique corpus Chriſti verum ac reale in Euchariſtia ſe credere profiteantur; ejus tamen Arcani modum exponere volentes, Panem aſſerunt & Vinum ideò Corpus & Sanguinem Chriſti dici, non quod ſint verum corpus & ſanguis Chriſti, quæ ex Virgine Deipara Verbum aſſumpſit, ſed propter hypoſtaticam, quam comminiſcuntur, Verbi cum Pane & Vino unionem: qui fuit etiam Anaſtaſii Sinaitæ & Ruperti Abbatis error, ut viri [i] docti obſervarunt, & anonymus quidam Syrus [k] eandem doctrinam ex profeſſo tradit. An verò ad reliquos Jacobitas idem error traductus ſit, incompertum. Recentiorum certè, præter communem cum Græcis circa Invocationem Spiritus ſancti ſententiam, nullum aliud in hoc Sacramento erratum deprehenditur.

De Invocatione Spiritus ſancti in Liturgia.

Quod autem Jacobitæ, poſtquam ad illos quæſtionis rumor pervenit, quæ adversùs Græcos ante & poſt Concilium Florentinum agitari cœpit de verborum Chriſti efficacia & de Invocatione Spiritus ſancti, ipſi etiam eodem errore imbuti momentum conſecrationis non ad Chriſti verba, ſed ad Spiritus ſancti invocationem referre cœperunt, eoque conſilio verba Chriſti in quibuſdam Syrorum Liturgiis, ut Naironus [l] conjicit, à librariis prætermiſſa, demonſtravi hoc Tomo [m]; quidquid eos excuſare conetur [n] Renaudotius, qui tàm in hoc, quàm in aliis Sacramentis eos ab omni prorsùs errore liberos pronunciat. Contrà Jacobus de Vitriaco, Prateolus, & Thomas à Jeſu plures iis circa Sacramenta errores affingunt, à quibus certè quam maximè abhorrent.

Ajunt Jacobus [o] & Prateolus [p] Jacobitas ad Sacramentum Baptiſmi adjicere circumciſionem & aduſtionem quandam in fronte puerorum

a Hoc tom. pag. 155. & tom. 1. pag. 573.
b Hoc tom. pag. 121.
c Ibid. pag. 171.
d Ibid. pag. 171. 176. & 211.
e Ibid. pag. 240.
f Ibid. pag. 300.
g Ibid. pag. 191.
h Ibid. pag. 293.
i Bellarmin. de Scriptor. Eccl. & Natalis Alex. ſæc. XI. & XII.
k Hoc tom. pag. 192.
l In Evopl. à pag. 164.
m Pag. 194. & ſeqq.
n Tom. 1. Litur. Orient à p. 238. & tom. 2. à pag. 83.
o Hiſt. Orientol. cap. 77.
p Lib. 9. de h.

 rorum

rorum, vel in genis candenti ferro impreſſam; Confeſſionem autem omninò negare. Thomas à Jeſu [a] affirmat, eos neque Sacramentum Extremæ Unctionis, neque Confirmationis agnoſcere; Matrimonium verò ex levi cauſa diſſolubile confiteri. Eadem quoad Extremam Unctionem tradit Michaël Fevre [b] in Theatro Turciæ, ubi addit, hoc Sacramentum à Jacobitis non dari, niſi Presbyteris, idque poſt mortem dumtaxat, antequam ſcilicet tumulo mandentur.

a *Lib. 7. de* [illegible] *verſ. gent. Par. 1. cap. 27 p. 416.*

b *Apud Moreriun in Lexico, verbo Jacobitæ.*

De Baptiſmo.

Jam verò ut à Baptiſmo incipiam, tàm circumciſionem, quàm aduſtionem illam Ægyptiorum Æthiopumque, non Syrorum Jacobitarum, de quibus hic ſermo eſt, propriam eſſe, invictis argumentis oſtendit Naironus in Evoplia [c]: convincit & vigens ad hanc diem conſuetudo, qua Ægyptii, ſeu Copti (quamvis neque omnes) circumciſionem colunt; Æthiopes verò ſeù Abiſſini præter circumciſionem adhibent etiam ferrum candens, quo pueris notam inurunt: Syri autem ſolo Baptiſmo, inſtar cæterorum Chriſtianorum, contenti ſunt,

De Confirmatione.

cui pro Orientalium more Sacramentum Confirmationis adjungunt, & Euchariſtiam demùm pueris porrigunt, ut ex Ritualibus [d] compertum eſt. Quamobrem non video unde Thomas hanc propoſitionem eruerit, *Jacobitæ Sacramentum Confirmationis non agnoſcunt*: id enim agnoſcunt Jacobitæ omnes cùm Syri, tùm Ægyptii Æthiopeſque, & unàcum Sacramento Baptiſmi adminiſtrant: niſi fortaſsè in eorum Thomas opinione fuerit, qui exiſtimant Orientales eo Sacramento carere, quod à ſimplici Presbytero conferri ſoleat; quibus tamen doctè reſpondet Arcudius [e] in libro de Sacramentis, & Naironus [f] in Evoplia. In idem Sacramentum commentarios habemus Joannis [g] Darenſis, Jacobi [h] Tagritenſis, & Gregorii [i] Bar-hebræi, ex quibus liquidò apparet illud à Jacobitis, non ſecùs atque Baptiſmum cæteraque Eccleſiæ Sacramenta, agnoſci. Hìc tamen diſſimulandus non eſt Moſis [k] Barcephæ, & Danielis monachi error, qui Sacramentum Confirmationis plus juſto extollentes, Euchariſtiam deprimunt, quum ſcribunt, in hac quidem figuram Corporis Chriſti eſſe, in Chriſmate verò ipſum Spiritum ſanctum. Qua in re quum à communi Jacobitarum ipſorum ſententia recedant, eorum verba alibi referam.

c *Part. 1. cap. 2.*
d *pag. 37.*

d *Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 573.*

e *Lib. 2. de Confirm. cap. 14. à pag. 88.*

f *Par. 2. cap. 3. pag. 13[illegible].*

g *Hoc tom. pag. 121.*

h *Ibid. pag. 239.*

i *Ibid. pag. 300.*

k *Ibid. pag. 505.*

De Extrema Unctione.

Nec minus hallucinatur Thomas à Jeſu, quum ſcribit, Jacobitas Sacramento Extremæ Unctionis carere; ejus enim, quem *Ordinem Lampadis* Syri appellant, ritum, uti ab ipſis Syris & Ægyptiis Jacobitis hodieque celebratur, habemus in Rituali [l] Syriacè & Arabicè. Quod verò Michaël Fevre de Unctione Presbyterorum poſt mortem narrat, id rituum Orientalium ignorantiam in eo arguit, qui unctionem illam à Sacramentali haud diſtinxit: utrobique enim Presbyteri apud Syros unguntur, ante ſcilicet, & poſt mortem: ſed quæ antea fit unctio, Lampas dicitur eſtque Sacramentum, ut dixi; quæ poſt mortem, ſimplex, ut ajunt, ceremonia eſt, eique ſimilis, quà cada-

l *Tom. 1. Bibl. Orient. pag 624. & hoc tom. pag. 503.*

vera

vera fidelium thure ſuffumigantur, aqua aſperguntur, & abluuntur.

*De matrimonio.* De matrimonio ejuſque legibus fusè differunt Bar-hebræus[a] & Benaſſalus[b] in Nomocanone, ubi cauſas exponunt, ob quas illud diſſolvere fas eſt, non leves quidem, ut Thomas affirmat, ſed graves, imo graviſſimas: idque quoad thorum dumtaxat, ut oſtendit Naironus[c] in Evoplia.

*De Confeſſione.* Denique ritum Confeſſionis auricularis ex eorundem Jacobitarum Sacramentali publicavi hoc[d] tomo, in quo demonſtratum eſt[e], Ægyptiorum quidem Patriarchas Marcum, Joannem & Cyrillum Pœnitentialem diſciplinam per Ægyptum proſcribere conatos fuiſſe; in Syria verò Barſalibæum & Michaëlem Patriarcham pro eo Sacramento acriter pugnaſſe.

*De Ordine.* Renaudotius de validitate ordinationis Jacobitarum[f] dubium movet. *Antiocheni, inquit, Jacobitarum Patriarchæ, quamvis ſucceſſionem habent propriorum ex ſua hæreſi Antiſtitum, ea tamen non adeò certa eſt, quum Severus Antiochenus & Jacobus Baradæus multas contra communem Eccleſiæ diſciplinam ordinationes celebraſſent, quarum validitas vocari in dubium poterat. Et ſanè parùm commodè ſenſiſſe de illis Neſtorianos, teſtantur Maris & Amrus, qui Jacobum Baradæum ſimplicem Sacerdotem fuiſſe ſcribunt: ordinaſſe tamen Epiſcopos & Sacerdotes bis millenos & ampliùs.* Confirmari poteſt hoc dubium ex praxi veterum Monophyſitarum, quorum invalidas ordinationes ſuprà retuli, ut Barſanuphitarum, Eſajaniſtarum, & Julianiſtarum. Verùm is fuit paucorum quorundam error, non omnium Monophyſitarum, ut ibidem obſervavi, ex quo potiùs pro validitate ordinationis Jacobitarum conficitur argumentum: quia nimirùm hæc ſecta ab iis hæreticis promanavit eorumque doctrinam amplectitur, qui illas ordinationes tamquam illegitimas reprobarunt. Id verò quod Neſtoriani de Jacobo Baradæo ſcribunt, merum commentum eſt, ex odio in Jacobitas excogitatum, cujus fortaſsè excogitandi occaſionem præbuerunt illegitimæ illæ Julianiſtarum, Eſajaniſtarum & Barſanuphitarum ordinationes, Neſtorianis errores earum ſectarum ad Jacobum & Jacobitas iniquè referentibus. Demùm Eccleſia Catholica ordinationes Jacobitarum ſemper ratas habuit, nec eorum quemquam Epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, aut alios Clericos ab hæreſi ad orthodoxam fidem converſos iterùm ordinari juſſit: & jure quidem merito: nam, ut ex eorum Pontificali[g] Syriaco liquet, cum Eccleſia Græca, de qua circa ordinationum valorem nullus ambigendi locus, tàm in numero ſacrorum ordinum, quàm in materia & forma adamuſſim conveniunt. Vide Naironum[h] in Evoplia. Scio Moſen Mardenum Syrum Presbyterum ab Ignatio Jacobitarum Patriarcha ad Paulum Juliumque III. Summos Pontifices miſſum, in epiſtola[i] ad Andream Maſium de Romanis conqueſtum fuiſſe, quod ipſum denuò

a *Hoc tom. pag* 3.. 
b *Tom.* 1. *p.* 623.
c *Par.* 2. *cap.* 8 *pag.* 252. 253 & 254.
d *Pag.* 172.
e *Pag.* 171 & 356.
f *Tom.* 1. *Liturg. Orient. pag.* 3..
g *Tom.* 1. *Bibl. Orient. pag* 573.
h *Par* 2. *cap.* .. *à pag.* 2.. *ad pag.* 250.
i *Prodiit S...cè & L... Andream Ma...*

 Sa-

Sacerdotem ordinari voluerint. ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܢܐ ܐܘܠܨܢܐ ܟܠܗ ܐܡܪܘ ܠܝ ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܕܠܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܟܗܢܘܬܐ. ܐܢ ܨܒܐ ܐܢܬ ܡܥܒܕܝܢܢ ܠܟ ܟܗܢܐ ܬܘܒ ܘܐܦܠܐ ܡܘܕܥܝܢܢ ܒܗܕܐ ܠܐܢܫ: lerum in Symbolis Syriacis.

*Et poſt omnem hanc moleſtiam*, inquit, *dixerunt mihi* Romani: *non eſt vobis Sacerdotium. Si vis, creabimus te Sacerdotem denuò, nec hujuſce rei conſcium quemquam faciemus.* Verùm in hoc Moſen hallucinatum fuiſſe, nec Romanorum mentem aſſequutum, Andreas Maſius in epiſtola [a] ad eundem declarat. *Venit heri*, inquit, *ad manus meas epiſtola tua, quam octavo die Haziran* (hoc eſt, Junii) *ſcripſiſti, & vehementer obſtupui, quòd Primates Romani te de novo Sacerdotem facere vellent. Arbitror enim, quod non ſoleant quemquam Sacerdotem denuò creare, ſicuti non ſolent quemquam ſecundùm baptizare. Itaque puto, quod verba illorum non intellexeris, quum dicerent, ſi vis, faciemus te Sacerdotem denuò.* Fortaſsè ut de Moſis fide, ita & de ritu ordinationis ejus à Romanis periculum factum eſt; aut dimiſſoriales ab ipſo literæ exactæ, quibus de ejus ordinatione conſtaret, & quod nullo impedimento canonico à celebratione Liturgiæ prohiberetur: quæ quum homo peregrinus Romanique moris imperitus non intelligeret, exiſtimavit, de validitate Sacerdotii ſui dubium motum fuiſſe; quod certè de Romanis ſuſpicari nefas eſt, qui, ut benè notat Maſius, ita ſacras ordinationes à legitimo Epiſcopo collatas, ut & Baptiſmum iterare non ſolent: quidquid blateret Mullerus in notis ad laudatas Moſis & Maſii [b] epiſtolas, ubi miniſtros Evangelicos cum Sacerdotibus Jacobitis comparans, illos ait *à Romanenſibus pro Clericis non haberi, quod ab Epiſcopo*, Romanenſi *ſcilicet, ordinem ſacrum non acceperint*: quaſi verò eam ob cauſam tamquam illegitimum miniſtrorum Evangelicorum Sacerdotium habeatur, & non potiùs ob defectum legitimæ ordinationis, ideſt, ob interruptam Epiſcoporum ſucceſſionem.

a *Apud eundem Mullerum p 9.*

b *Pag.* 23. & 36.

De ſtatu Animarum corporibus exutarũ.

Ex dictis liquet, quàm immerito Jacobitæ plurium circa Sacramenta errorum à nonnullis arguantur. Jure tamen arguuntur quoad ſtatum Animarum corporibus exutarum, quas quidem ſi bonorum hominum ſint, in Paradiſo terreſtri uſque ad communem reſurrectionem detineri affirmant; ſin autem malorum, in partes quaſdam extra terram habitabilem poſitas à malis ſpiritibus deportari, ibique manere uſque ad communem reſurrectionem: quæ ubi contigerit, tunc Beatorum quidem Animas, ajunt, è Paradiſo terreſtri in Cœlum, malorum autem in Gehennam, ſeù Infernum transferri. Sic Barſalibæus definit ex communi ſuorum ſententiâ. *Separatâ*, inquit, [c] *à Corpore Chriſti Animâ, Corpus quidem in ſepulcro eſt poſitum; ejus verò Anima rectâ tendit ad Sciul* (hoc eſt, Inferos) *in inferiora terræ, ubi omnes animæ ab Adamo eatenus clauſæ manſerant, & eiſdem prædicavit*,

c *Hoc tom. pag.* 167.

ſicut

*ſicut loquitur Petrus*, [a] *& omnes animas in ipſum credentes ſuſtulit, & ab inferis eductas eodem feriæ ſextæ die cum anima Latronis in Paradiſum, ex quo Adam exularat, introduxit, & per hunc modum promiſſionem ſuam complevit: quandoquidem eo ipſo die cum illo fuit in Paradiſo. Animas autem, quæ in ipſum non credidere, inde ſimiliter eductas in aëre reliquit, unde à malis dæmonibus in partes quaſdam extra terram habitabilem deportatæ, ibidem uſque ad communem reſurrectionem commorantur. Atque ab illo die feriæ ſextæ & deinceps quælibet anima à corpore ſeparata, ſi juſta quidem eſt, cum Angelis in Paradiſum concedit; ſin autem iniqua, à malis ſpiritibus ad partes extra habitabilem terram poſitas deportatur*. Hæc ille. Addit quorundam opinionem, qui ajunt, *in Inferno animas, quæ in Chriſtum minimè crediderunt, relictas fuiſſe*. Conſentanea quoad animas Beatorum in Paradiſo terreſtri uſque ad communem reſurrectionem detentas docuerat [b] ſuprà, & ante ipſum Moſes [c] Barcepha eundem errorem tradiderat in Tractatu de Paradiſo Par. 1. cap. 18. & in libro [d] de Anima cap. 38. Nec meliora Barhebræus [e] in libro de Fundamentis Eccleſiaſticis, qui medium etiam quendam hominum ſtatum fingit, quos nec in cœlum cum Sanctis aſſumendos fore ſcribit, nec in Inferos cum damnatis detrudendos, ſed in Paradiſo terreſtri æternum victuros. *Haud fruſtra*, inquit, *creatus eſt Paradiſus, etſi Adam ex eo ſtatim pulſus & relegatus fuit: ſed initio quidem Adam & Heva in eo habitarunt; poſt eorum verò diſceſſum, Animæ Juſtorum, ut Patrum eorum, qui* Deo *placuere, Abraham nimirùm, & Iſaac, & Jacob, & Prophetarum, & Juſtorum, & Latronis dexteri, & Apoſtolorum, & Martyrum, & Confeſſorum, & Anachoretarum ibi habitarunt, & nunc habitant. Sed & Henoch, atque Elias ibidem corpore manent. Atque hi quidem uſque ad reſurrectionem. Poſt reſurrectionem verò, quum non omnes homines regno cœlorum digni ſint, nec omnes pœnis infernalibus & Diabolo paratis, hoc eſt, tenebris exterioribus tradantur, ſed medius plurium ſtatus ſit inter utrumque hoc extremum; haud inveriſimile eſt, nonnullos homines, qui nec in omnibus perfecti ſint, nec in omnibus imperfecti & impii, ad æternam Paradiſi* (utique terreſtris) *inhabitationem deſtinari*. Hæc Barhebræus.

De Purgatorio.

Ex quo colligi videtur, à Jacobitis Purgatorium non agnoſci, ut referunt Michaël Feure [f] & Thomas [g] à Jeſu: non enim expreſsè apud laudatos Auctores deſignatur medius quidam Paradiſum ſuum inter & Infernum locus, in quo Animæ levioribus culpis, quibus maculatæ ex hac vita deceſſere, purgentur, purgatæque ad Paradiſum tendant. Verùm expreſsè Purgatorium deſignavit Joannes Darenſis [h] lib. 4. de Reſurrectione corporum cap. 24. ubi poſtquam de Beatorum & Damnatorum animabus diſſeruit, ex S. Gregorii Nyſſeni Oratione in Macrinam hæc ſubjungit. *Si levibus alis prædita eſt anima in ſuo diſceſſu ad*

a *Epiſt.* 1. *cap.* 3. *v.* 19.

b *Hoc tom. pag.* 166.

c *Ibid pag.* 130.

d *Ibid. pag.* 504.

e *Ibid. pag.* 294.

f *In theatro Turciæ.*

g *Lib.* 7. *de converſ. gent. Par.* 1. *cap.* 23.

h *Apud Abr. Ecchelen. in notis ad Catalogum Ebedjeſu p.* 172.

*ad illum, qui eam attraxit, in lætitia perfecta erit; ſi verò onus paſſionum geſtat, afflictionem patitur, non quòd odit, aut ulciſcitur Creator, ſed ut ad ſe attrabat purificatam, quemadmodum materiam, quæ commiſta eſt auro, in ignem immittunt, ut purificetur, quæ conſumitur & diſſipatur, puritas verò auri remanet; ita quoque malitia quum igne purificante omnia abſumitur & diſſipatur, neceſſe eſt etiam, ut anima, cui illa adhæſit, unà in igne ſit, donec ſordes, & malitia pravorum operum, quæ in ea congregata ſunt, illo igne purificentur.* Et infrà. *Ita etiam ab anima, quæ paſſionibus materialibus eſt inquinata, vi tormentorum iſthæc abraduntur. Hæc autem afflictio non eſt ad damnationem, ſed ad purgationem peccatorum & macularum.* Et paucis interjectis. *Scopus mentis divinæ is eſt, ut omnis perfectio ſit naturæ noſtræ. Sunt quippe, qui ſtatim in hoc mundo à malitia purgantur; & ſunt etiam, qui poſt hanc vitam per ignem juxta paſſiones ſuorum vulnerum curantur.* Quid clariùs de Purgatorio? Darenſi conſonat Barhebræus [a] in libro Radiorum, ſeù Summa Theologica, tractatu 7. cap. 3. ſect. 3. *Animabus*, inquit, *Fidelium, niſi fœdatæ exiſtant, aliquod gaudium ſpirituale eſt mediantibus orationibus pro eis; &, ſi fœdatæ exiſtant, mediantibus orationibus pro ipſis, magis curabunt expolire ſua ſpecula à maculis, quæ illis adhærent, & naufragantium inſtar auxilium expectantium à ſuis ſociis, movent ſe ad ſalutem. Ego enim maximum juvamen agnoſco ex orationibus.* Huc tendunt omnia defunctorum officia, Liturgiæ, eleemoſynæ, & ſuffragia, quibus in libris Jacobitarum, imò & Orientalium omnium cujuſvis ſectæ & religionis, nihil frequentius occurrit. Hæc autem ſuffragia iis dumtaxat prodeſſe, qui levibus, non gravibus culpis inquinati decedunt, liquet ex eorundem Jacobitarum libris Eccleſiaſticis, in quibus [b] paſſim inculcatur, mortuos in peccato lethali nullis Fidelium precibus juvari: liquet & ex Darenſi [c] atque Barhebræo, [d] qui nullum pœnis Inferni finem fore ex profeſſo docent. Idem Barhebræus [e] de animarum ſtatu poſt mortem differens, licet in eum errorem impingat, ut Purgatorii locum in Paradiſo terreſtri ponat, ſolas tamen eorum Animas, qui levibus culpis inquinati ſunt, orationibus fidelium juvari affirmat, in hæc verba. [illegible]

a *Apud Naironum in Evopl. Par. 3. cap. 3. pag. 316.*

b *Vide Steph. Edenen. in Vindiciis Maronitarum tom. 2. Apol. 3. cap. 4.*

c *Lib. 4. de reſurrect. corporum cap. 20. & 21.*

d *Lib. Radiorum tract. 7. cap. 5. ſect. 2.*

e *Lib. Radiorum tract. 5. cap. 5. ſect. 3.*

[illegible]
[illegible]

*Anima bona ſi voluptati corporis minimè dedita ſit, ſtatim atque decedit, regno cœlorum, quod nubes eſt virtutum cœleſtium, particeps fit: Sin autem corporeis voluptatibus implicita ſit, ut Anima Latronis qui confeſſus eſt, in Paradiſum Eden, cujus infrà mentio fiet, tranſfertur: ubi quum materialia omnia deſideria paulatim contuſa fuerint, ad gradum Regni in reſurrectione elevabitur. Anima verò mala à malis Angelis, hoc eſt Dœmoniis capta, in foveas infernales detruditur, ibique malum in ea paulatim adoleſcit, cum eaque ſeneſcit. Quum verò ea quidem plurimum purgata fuerit, hæc autem plurimum inquinata, unaquæque ſocium corpus in propriam naturam transformans, unàcum ipſo in æternum vel beata erit, vel miſera.* Iis igitur dumtaxat animabus ſecundùm Barhebræum ſuffragia fidelium proſunt, quæ *bonæ ſunt*, & quæ *corporeis voluptatibus implicitæ*, hoc eſt levibus maculis inquinatæ decedunt: namque malas animas, ideſt, gravibus facinoribus pollutas, mali Angeli, eodem Barhebræo teſte, in cavernas infernales deportant, ubi iniquitas earum unàcum illis ſeneſcit, & in æternum ſimul cum corporibus miſeræ erunt.

De ſuffragiis pro Defunctis.

Id Thomas à Jeſu non vidit, dum lib. 7. de converſione gentium procuranda Par. 1. cap. 22. de Jacobitis pronunciavit, *nec Purgatorium, nec pro Defunctis preces admittunt*: cujus mendaciſſimam aſſertionem Renaudotius [a] his verbis jure ſugillat. *Illum errorem, de Beatitudine ſcilicet Sanctorum, non modò Græcis, ſed etiam Jacobitis Syris nonnulli attribuunt, & inter illos præcipuus Orientalium accuſator Thomas à Jeſu, tamquam ex illorum Catechiſmo agnitum, quem tamen, ut erat linguarum imperitus, non niſi per interpretem legere potuerat. Inde concludit illos Purgatorium ignem non agnoſcere: quòd Coptitis pariter impingit; unde neque illos orare pro mortuis, temerè omninò affirmat. Quid de talibus Orientalium Chriſtianorum accuſatoribus exiſtimandum ſit, de Thoma illo præſertim, alibi dictum eſt: atque uno verbo, teſtimonia hominis linguarum & rerum imperitiſſimi, nemo adversùs illos facile admitti debere judicabit. Certiſſimè quippe conſtat omnes cujuſcumque linguæ aut ſectæ Chriſtianos ex antiquiſſima diſciplina orare pro mortuis in Liturgia, ut ex eo loco, quem illuſtramus, demonſtratur: tùm etiam eo maximè confirmatur, quòd Liturgia nulla ſit inter tam multas, quas habent Syri Jacobitæ, quæ mortuorum commemorationem non contineat.* Recentiores quoſdam Jacobitas nil moror, qui Græcorum Schiſmaticorum erroribus imbuti, Purgatorium negant. Mihi ſatis eſt, quod & majores eorum hac in re cum Eccleſia Catholica convenerint, & quod ipſimet factis affirment, quæ verbis impudenter negant: Preces ſiquidem pro defunctis offerre, ut ipſi hodieque faciunt, nil aliud profecto

[a] *Tom. 2. Liturg. Orient. pag. 104.*

factò eſt, quàm Purgatorium profiteri. Aptè in rem præſentem [a] Ecchellenſis. *Si quis*, inquit, *percontabitur à quocumque Orientali* Quid ſit Purgatorium? *certè ſe ignorare reſpondebit, niſi in Orientalium & Occidentalium controverſiis verſatus ſit, quod admodùm raro evenit. Ex ſimili reſponſo homines illius ſectæ Purgatorium negare colligunt oſcitantes illi* Novatores. *Sed verò ſi ſciſcitatus eſſet, an ſit locus aliquis, in quo Animæ defunctorum cruciantur; & an viventium ſuffragiis juvari poſſint, ut inde liberentur, ſtatim didiciſſet, ita eſſe, & ab omnibus Orientalibus credi.*

De creatione Animarum.

Idem Thomas Jacobitas cæteroſque Orientales circa Animarum creationem plurimum errare ſcribit [b] lib. 7. de converſione gentium procuranda Par. 2. cap. 6. Id nimirùm, ut demonſtrat cl. Stephanus [c] Edenenſis tom. 2. Vindiciarum Nationis Maronitarum, Apologia 1. Propoſit. 1. & 2. id, inquam, ille mutuatus eſt ex Joanne Baptiſta Eliano, qui à Gregorio XIII. ad montem Libanum, ut Maronitarum fidem exploraret referretque, an utile foret, ſi pro eadem gente Seminarium inſtituendæ juventutis in Urbe erigeretur, delegatus, quantum pro modulo ſuo ex lectione aliquorum librorum haurire potuerat, & à quibuſdam Maronitis fuerat edoctus, quos de ritibus ſuis conſulebat, quaterniones aliquos congeſſit, quos & triginta poſt annis repertos Thomas à Jeſu antiquatos jam atque penè obliteratos reſtituit typiſque mandavit. In iis quaternionibus Elianus multa Maronitis tribuit quæ Jacobitarum propria ſunt, vel ex eorum libris decerpta; quædam etiam Jacobitis, cæteriſque Orientalibus refert, quæ ii ne ſomniarunt quidem, ſed ipſe deſcripſit vel ex ore virorum nulla fide dignorum, vel ex prava interpretatione quorumdam librorum, quos in Præfatione tomi citati recenſet Edenenſis. Ad rem noſtram ut veniam, quatuor propoſitiones circa Animarum creationem Orientalibus tribuit Elianus & ex ejus fide Thomas: quarum prima hæc eſt, *Animam rationalem ex Dei ſubſtantia eſſe*: Altera, *ex quatuor elementis concretam & genitam*: Tertia, *ab animabus parentum originem ducere*: Quarta denique *omnes Animas creatas fuiſſe ſimul ab initio*. Verùm ut verbis ejuſdem Edenenſis [d] utar, *incompoſſibilia hæc eſſe ſibique mutuo oppoſita nemo non videt: Animas ſcilicet ab invicem produci, ſimulque omnes ab initio fuiſſe concreatas: Animas ex elementorum contemperatione & conjunctione ſuboriri, & ante elementorum exiſtentiam ab initio exſtitiſſe; Animas denique ex ſubſtantia Dei, eaſque eſſe de nihilo conditas*. Neque Elianus, neque Thomas librum, aut Auctorem aliquem indicarunt, qui hæc de Animabus commenta prodidit. Contra habemus integrum Barcephæ [e] librum de Anima, in quo confutatis de ejus origine Philoſophorum & Origeniſtarum fabulis, eas non ex Dei ſubſtantia, aut ex elementorum contemperatione, neque ex parentum animabus, ſed de nihilo creari à Deo docet, idque non ſimul ab initio, ſed unamquamque ſuo loco & tempore, hoc eſt, quum cor-

a Præfat. in Catalogum Ebed. pag. 27.

b Pag. 497.

c Opus ms. Arabicum exſtat in Biblioth. Collegii Maronitarum de Urbe. In Latinum tranſtulit amiciſſimus idemque eruditiſſimus P. Petrus Benedictus Maronita, è Soc. Jeſu.

d Tom. 2. Apol. 1. Propoſ. 2.

e Hoc tom. pag. 504.

corpus in matris utero formatur. Ita ſentiunt ubique Barſalibæus, Barhebræus, aliique Scriptores Jacobitæ in operibus Theologicis & Philoſophicis, nec ullum hactenus reperire potui codicem, in quo vel veſtigium hujus erroris, cujus Orientales à Thoma & Eliano accuſantur, deprehendatur.

Eadem ferè de cæteris erroribus dici poſſunt, quos nonnulli Scriptores Jacobitis adſcribunt: nam vel id temerè & abſque fundamento ab ipſis aſſeritur; vel ſi verum eſt, in rudibus dumtaxat idiotiſque locum habet, non in iis, qui aliqua doctrinæ laude celebrantur. Quodſi hi quoque propoſitionem quampiam Eccleſiæ Catholicæ repugnantem tueri deprehenduntur, id ab iis fieri ex ignorantia potiùs & mala vocum Theologicarum intelligentia atque immoderato ſectæ ſuæ amore dicendum eſt, quum cæteroquin eorundem errorum confutatio, ut in Præfatione dixi, ex ipſorum principiis & ex iis quos admittunt, libris facilè peti queat. Hoc autem non idcircò dictum à me intelligas, ut eos excuſatos velim, aut ab hæreſi liberos pronunciem: ſunt enim verè hæretici, & acerrimi fidei Orthodoxæ hoſtes, ac præſertim recentiores Jacobitæ; ſed quia (ſi Monophyſiticam hæreſim excipias, qua verè infecti ſunt, tametſi eam temperare ſoleant, quum duplicem [a] Chriſti naturam dicunt) plures qui ipſis tribuuntur errores, vel ſingularium perſonarum, non totius ſectæ proprii ſunt; vel ab iiſdem ipſis, à quibus præfractè adversùs Catholicos propugnantur, implicitè & indirectè refelluntur: & quidem non ex privata, ſed ex publica ſectæ ſuæ auctoritate; libris ſcilicet Eccleſiaſticis, doctorum ſcriptis, & publicis documentis. Primi generis errores nonnullos in hoc Opere notavi, ut eſt ille Xenajæ [b] atque Severi de tollendis Imaginibus, ejuſdem Xenajæ [c] de momento creationis Animæ Chriſti, Joannis Darenſis [d] de viſione beatifica attributorum Dei, non divinæ eſſentiæ, atque alii hujuſmodi, quos cœtus Jacobitarum minimè admittit. Secundi generis ferè ſunt omnes Orientalium errores, qui factis ſcriptiſque rejicere facilè convincuntur, quæ buccis crepantibus adversùs Eccleſiam effutiunt.

*Errores Jacobitarum ad Maronitas perperam traducti.*

Certè nimis moroſus cenſor mihi videtur eſſe Thomas à Jeſu [e] qui erutos ex quodam libello ſex ſuprà triginta articulos, diſtributaſque in duodecim capita propoſitiones duodeſeptuaginta, Jacobitis & Maronitis nullo delectu, nullo examine attribuit. Nam libellus quidem ille Arabicus, quem Catechiſmi Jacobitarum nomine falsò inſcriptum in Bibliotheca Cardinalis S. Severinæ Latinè ſe legiſſe teſtatur, à Noë Libaniota conſarcinatus eſt, ut hoc [f] tomo oſtendi, nec fidem ullam in iis, quæ ad hiſtoriam vel religionem ſpectant, meretur: adeò fabuloſus eſt auctor, adeò inſipiens & imperitus. Quæ verò è quibuſdam libris Maronitarum, ut ait, dum à Legatis Apoſtolicis expurgarentur, excerptæ ſunt propoſitiones, (quas & aliis Nationibus Orientalibus communes affirmat,) nil aliud ferè ſunt, quàm aniles fa-

[a] *Hoc tom. pag. 25.*

[b] *Hoc tom. pag. 21.*

[c] *Ibid. pag. 158.*

[d] *Lib. 4. de reſurrect. corporum cap. 19.*

[e] *Lib. 7. de converſ. gent. Par. 1. cap. 15 p. 389. & Part. 2. cap. 6. pag. 497.*

[f] *Pag. 68. 468. 473.*

bulæ ex vulgi ore acceptæ, vel Jacobitarum Græcorumque ſchiſmaticorum doctrinæ ad Maronitas perperàm traductæ, quas in quibuſdam hæreticorum manuſcriptis voluminibus Miſſi Apoſtolici legerant, ut rectè obſervat & ad ſingulas objectiones doctè reſpondet Stephanus Edenenſis Antiochenus Maronitarum Patriarcha in cit. tom. 2. Vindiciarum ſuæ Nationis: idque viderat idem Thomas [a] à Jeſu, quum de Maronitis hæc ſuprà retulit. *Cæterum apud Patriarcham* Maronitarum *diligenter aſſervantur diplomata Pontificia Romanæ Sedis, jam inde ab Innocentio III. ac deinceps à reliquis Pontificibus, qui ad eos vel Legatum aliquando Cardinalem S. Marcelli, vel alios miſerunt. Quumque in literis Pontificiis olim admoniti fuiſſent Maronitæ unà cum Græcis, ne aliquos errores tenerent, ſed abjicerent; factum eſt, ut à quibuſdam, qui eò ex Urbe commigraverant, exiſtimaretur, iiſdem Maronitas erroribus teneri, quibus plerique Græci implicarentur; nimirùm proceſſionis Spiritus ſancti à Patre dumtaxat, negationis Purgatorii, & aliorum ejuſmodi dogmatum. At Maronitæ ingenuè non ſolùm teſtati ſunt, ab iis erroribus ſe eſſe alieniſsimos; verùm etiam plura in ſuis libris ac Liturgiis demonſtrarunt, quibus & catholica dogmata conſtanter tuentur, & reipſa in anniverſariis defunctorum officiis crebri ſunt. Quin etiam quum aſtu Jacobitarum, apud quos non paucæ ſunt hæreſes, varii libri diſſeminati fuiſſent inter Maronitas, accidit, ut qui eos reperit, dum ex Urbe miſſus eſt* (uti certè fuit Joannes Baptiſta Elianus earum Propoſitionum, quas Thomas hìc congeſſit, conſarcinator:) *putaret Maronitarum eſſe errores, qui reverà ſunt Jacobitarum.* Vide hiſtoriam P. Hieronymi [b] Dandini, ex quo Thomas ea quæ ſuprà deſcripſi, mutuatus eſt: & Naironum [c] in Diſſertatione de Origine Maronitarum, ubi hanc rem fusè tractat. Quæ eò huc adduxi, ut qui peculiares Jacobitarum ſint errores, pateat; neve quis proprias ejus ſectæ propoſitiones ad alias Orientis nationes referat, aut (quod abſurdiſſimum eſt) unam gentem cum altera confundat: Fuerunt enim qui ſcripſere [d] Maronitas nil aliud fuiſſe, quàm Jacobitas, hoc eſt, Eutychetis, ut ajunt, & Dioſcori aſſeclas: quod à veritate quam longiſſimè diſtare, affines Maronitis lingua, ritu, & regione Jacobitæ ipſi teſtantur, qui eos velut à proprio grege extraneos ſemper computarunt, ut hoc [e] tomo demonſtratum eſt. Occaſionem de Maronitis ita ſentiendi dederunt iidem Eccleſiaſtici Codices, quibus utraque natio utitur, eadem Syriaca lingua, idem Ritus, & cætera ferè eadem, præter enumeratos ſuprà errores, & præter Scriptores Monophyſitas, quorum opera à Jacobitis, non à Maronitis admittuntur. Hinc putarunt Orientalium rerum imperiti, Maronitas nil aliud eſſe quàm Jacobitas, & viceverſa.

Ritus & conſuetudines peculiares Jacobitarum.

Verùm præterquàm quod Maronitæ à Jacobitis in Theologia rebuſque ad fidem ſpectantibus diſſonant, differunt etiam in aliquibus quoad Ritum. Nam primò Jacobitæ more Græcorum Ægyptiorumque

a *Lib. 7. de converſ. gent. Par. 1. cap. 22. pag. 413.*

b *In miſſione ad montem Libanũ cap. 18. & 26.*

c *A pag. 109. ad 119.*

d *Prateolus in Catal. hæreſ. Boterus in ſuis relat. Gualterius in Tab. Chronograph. Thomas à Jeſu lib. 7. de converſ. gent. Par. 1. cap. 22.*

e *Pag. 291. & 298.*

que

que in fermentato pane [a] Euchariſtiam conficiunt: At Maronitæ [b] ut & Armeni,in Azymo: quam fuiſſe olim communem Syrorum omnium conſuetudinem, ex Dionyſii Chronico obſervavi [c] in priori tomo, & Jacobitas ipſos ante S. Joannis Damaſceni tempora in azymis quoque Liturgiam celebrare conſueviſſe, notat Fabricius in Bibliographia. [d] Deinde Jacobitæ [e] Hoſtiarum numerum, præterquam ſi duæ ſint, imparem eſſe debere volunt, & niſi recentem [f] & quotidianum, panem Euchariſticum non admittunt: Maronitæ [g] nec de numero Hoſtiarum, nec de recenti & quotidiano pane ſolliciti ſunt. Tertiò Jacobitæ ſal & oleum [h] Euchariſtico pani admiſcent: qua in re non modò Maronitas, verùm & Symmiſtas ſuos Ægyptios [i] adverſarios experti ſunt. Denique præter omnium Orientalium [k] conſuetudinem, poſt ſolis occaſum feria quarta & ſexta carnes comedunt: quod *ex relaxatione diſciplinæ nec alia de cauſa ab eis uſurpari* notat eorum Primas [l] Barhebræus.

a *Baſil. ... expoſ. ... de hoc tom. pag.* 182.
b *Naironus in Evopl. Part. ... cap. 4. a p.* 158.
c *Pag.* 409.
d *Cap. 11. ... 26. pag. ... de hoc tom. pag.* 182.
e *Hoc tom. pag.* 180. *&* 181.
f *Hoc tom. pag.* 183.
g *Hoc tom pag.* 184.
*Edenenſis in Vindiciis Maronitarum lib. 2. Apol.* 6.
h *Hoc tom. pag.* 144. 153. 182. *&* 356.
i *Hoc tom. pag.* 153. 356.
k *Hoc tom pag.* 285.
l *Lib. de Fundam. Eccleſ. Fundamento ... cap. 3. ſect.* 1. ...
m *Tom. Concil. Labb. pag.*
n *Hoc tom. pag.* 89.
o *In Tom. Concil.*

VI. Jacobitarum Politia Eccleſiaſtica & ſæcularis.

Jam ad Politiam eorum tùm Eccleſiaſticam, tùm ſæcularem. Status Monophyſitarum ab initio exortæ hæreſeos tàm in Syria, quàm in Ægypto finitimiſque regionibus varius fuit. Nam, ut ex hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus liquet, fautores ſibi nonnullos Principes nacti ſunt, ut Zenonem & Anaſtaſium: pleroſque inimicos, ut Marcianum, Leonem, Juſtinum, ac cæteros ferè poſt ipſum Orientis Imperatores. Juſtinianus quinque collationes Byzantii indixit, ut eos cum Eccleſia Catholica conjungeret, quarum prior [m] ab Innocentio Maroniæ Epiſcopo deſcribitur, quatuor poſteriores à Joanne [n] Aſiæ Epiſcopo apud Dionyſium Patriarcham in Chronico. Romanos quoque Pontifices [o] qua legationibus ad Orientem miſſis, qua Epiſtolis refractarios ab hæreſi ad Orthodoxam fidem adducere conati ſunt. Verùm quum vanus fuiſſet tàm Summorum Pontificum, quàm Epiſcoporum Catholicorum Orientis, & Imperatorum ipſorum in procuranda eorum converſione labor; ipſi verò in Ægypto, in Palæſtina, in Syria tumultuari non deſiſterent; pœnis adversùs hæreticos in utroque Jure latis in eos animadverſum fuit. Hinc primarii eorum Antiſtites in exilium pulſi, vel in monaſteriis latitare coacti: Epiſcopi abſque Eccleſiis, abſque certa Sede, laicorum in morem, per civitates perque villas circumcurſare: Presbyteri denique in privatis ædibus occultas Collectas facere. Porrò Ægyptiis facile fuit à Græcorum vexationibus ſe expedire: proditâ nimirùm Mahometanis tyrannis circa annum Chriſti 640. Ægypto, ſub quibus nonnullam in ſervitute libertatem perceperunt, ut in hiſtoria Alexandrina refert Renaudotius. Æthiopes ad hanc diem proprios Reges habuere, quorum patrocinio Ægyptii à tyrannide Chalipharum aliquando reſpirarunt, ut in eadem Renaudotii hiſtoria legitur. Armeni modò Perſarum, modò Græcorum dominio ſubjecti, ſuis etiam per aliquod tempus Regibus in Cilicia uſi ſunt. At Syri Jacobitæ (ſi Aretham, [p] Monderum, & Naamanum Arabum dynaſtas excipias, quos Barhebræus ei ſectæ impenſiùs faviſ-

p *Hoc tom. pag.* 64. 331. *&* 415

ſe ſcribit,) ubique ſervi, ubique malè habiti, ut ex ejuſdem Bar-hebræi Chronico, & ex hiſtoria Dionyſii Patriarchæ colligitur. Pauca hic proferam exempla, quibus eorum conditio tàm ſub Græcis, quàm ſub Mahometanis Principibus cognoſcitur. Abdalmalechus [a] Meruani filius anno Chriſti 692. capitalem cenſum iis indixit. Jazidus [b] anno 725. graviſſimam in eoſdem & in cunctos ſuæ ditionis Chriſtianos perſecutionem movens, edixit, ne Chriſtiani adversùs Saracenum teſtimonium admittatur, utque Saraceni hominis pretium duplo majus quàm Chriſtiani eſſet. Moſes [c] Muſaabus Abdallæ Chaliphæ vicarius in Moſulanos alioſque Meſopotamiæ incolas per Vicarios ſuos anno 770. immaniter deſæviit. Idem [d] Abdallas Chriſtianos Hebræoſque circa eadem tempora manus inſcriptas gerere compulit. Anno 837. Saraceni [e] Chriſtianos intolerandis exactionibus afflixere. Græcorum verò Imperator Conſtantinus [f] quos Theodoſiopoli & Melitinæ Syros Armenoſque invenit, in Thraciam anno 750. captivos tranſtulit. Nicephorus [g] Phocas Joannem Sarightam Jacobitarum Patriarcham, Romanus [h] verò Joannem alterum cognomento Abdonem, Byzantium perductos carceri manciparunt: eâque in illos hæreticos uſi ſunt ſeveritate, ut Mahometanorum tyrannidem Imperio Græcorum [i] Jacobitæ prætulerint; ac præſertim quum Athanaſius VI. [k] in cœnobium Eudoxii, jubente Imperatore relegatus fuit. Mitiores experti ſunt Francos [l] in Meſopotamia, in Syria, in Palæſtina, in Cypro. Eorum denique ſtatum hodierno ferè ſimilem Leonardus Sidonis Epiſcopus Nuncius atque Viſitator Apoſtolicus à Gregorio XIII. Summo Pontifice ad Orientales miſſus apud Thomam [m] à Jeſu deſcribit in hæc verba. *Natio Jacobitica diſperſa eſt per civitates, terras, & oppida Syriæ, Meſopotamiæ, & Babyloniæ, mixta aliis nationibus; numerum quinquaginta millium domuum obtinens, cujus præcipua pars paupercula eſt, quotidianoque labore victum quæritat. In Alepo, & Caramit* (hoc eſt, Amida) *multæ ſunt divites & honeſtarum facultatum familiæ, aliæque in commercio & mercatura vitam ducentes. Eccleſia Patriarchalis hujus nationis eſt in Meſopotamia extra civitatem Moradim* (ideſt, Marden) *in monaſterio Zafram* (Zapharanenſi nimirùm, quod cœnobium Sancti Ananiæ dicitur:) *ſed Patriarcha reſidet in civitate Caramit ad majorem ſui commoditatem & quietem. Hæc natio ſubdita eſt Patriarchæ David: ſed ab Epiſcopo Thoma Vicario generali fratreque majori ipſius Patriarchæ gubernatur. Sub cujus obedientia modernè vivunt inferiores Prælati, Joannes Metropolitanus Hieroſolymitanus, à Jacobitis dictus quintus Patriarcha: Michaël Archiepiſcopus Edeſſæ dictæ Orpha, vel Raba: Minas Archiepiſcopus Saur: Ephræm Archiepiſcopus in eadem provincia: Jacobus Archiepiſcopus Biſuairiæ: Abraham Epiſcopus Aatafræ: Melchez Epiſcopus Sancti Melchi in Tur: Jeſu Epiſcopus monaſterii Deiriloomor: Abelmedich in provincia Tur: Elias Epiſcopus in Salach:*

a *Hoctom. pag.* 104.
b *Ibid. pag.* 105.
c *Ibid pag.* 114.
d *Ibid. pag.* 115.
e *Ibid. pag.* 347.
f *Ibid. pag.* 109.
g *Ibid. pag* 133.
h *Ibid. pag.* 353.
i *Ibid. pag.* 355.
k *Ibidem.*
l *Ibid. pag.* 359. *Willelm. Tyrius de bello ſacro. Jacob. de Vitr. in hiſt. Orient.*
m *Lib. 7. de converſ. gent. Par.* 1. *cap.* 14. *pag.* 386.

*Elias*

*Elias Epiſcopus in monaſterio Sanctæ Crucis in Zaz: Gazal Epiſcopus in Tarach: David Epiſcopus in Maaden: Pilatus metropolitanus in Muſal & Oriente: Gazel Archiepiſcopus de Miapherichin..... Archiepiſcopus monaſterii de mar Abibai: Ananias Epiſcopus ſancti Bertoniæ: Joannes Epiſcopus de Hartbert: Iſaac Archiepiſcopus Cypri. Simeon Archiepiſcopus Caramitanus: Habib Epiſcopus.* Hæc Leonardus: cui conſonat Naironus in Evoplia [a] ubi quinque Metropolitas Patriarchæ Jacobitarum ſubjectos enumerat; *Amidenſem* ſcilicet, *Moſulanum*, *Maadanenſem*, *Alepenſem*, & *Hieroſolymitanum*: Epiſcopos verò ſex: nimirùm *Mardenſem*, cui & Niſibenam diœceſim adjectam dicit, *Edeſſenum*, *Gezirenſem*, *Gargarenſem*, *Tagritenſem*, & *Damaſcenum*, præter illos, quos ait in regione Tur-abdin exſtare.

a Part. 1. cap. 2. num. 18. à pag. 44.

VIII. De Patriarcha Jacobitarum.

Id verò de hodierno Eccleſiæ Jacobitarum ſtatu dictum intelligas. Majorem enim Syrorum Jacobitarum numerum olim fuiſſe, ampliorémque ejus gentis Patriarchæ juriſdictionem, & plures ſub eodem conſtitutos Epiſcopos, ex relatis in hoc Tomo Chronicis palam fit. Et quidem ad Patriarcham quod ſpectat, quum Jacobitæ duorum Patriarchatuum titulos ſervaverint, Alexandrini ſcilicet atque Antiocheni, Alexandrinus autem Æthiopiam, Thebaidem, Ægyptumque uſque ad Palæſtinæ terminos obtinuerit: reliquas Orientis regiones ad Antiochenum ejuſdem ſectæ Thronum pertinere decreverunt. *Patres noſtri antiqui*, inquit [b] Bar-hebræus, *ſtatuerunt terminum utriuſque Sedis, Antiochenæ ſcilicet & Alexandrinæ, locum eſſe, quem Ares* (hoc eſt, Laris ſeu Lariſſam, cujus Gulielmus Tyrius [c] meminit,) *appellant*. Hinc orta Cyrillum inter Laklakum Alexandrinum, & Ignatium Davidem Antiochenum contentio, eo quod Cyrillus Metropolitam Hieroſolymorum ordinaſſet. Cyrillus quidem ex veteri quodam jure Patriarcharum Alexandrinorum contendebat Palæſtinam ſuæ Sedi ſubjectam eſſe, atque adeò Hieroſolymitani Metropolitæ ordinationem ad ſe pertinere. Contrà Ignatius antiquam conſuetudinem allegabat, quæ apud Monophyſitas à multis ſæculis invaluerat, ut Hieroſolymitana ſcilicet Eccleſia Antiochenæ ſubderetur: cujus rei exemplum habemus in Chronico Bar-hebræi [d] ad annum Chriſti 595. ubi in ordinatione Athanaſii Antiocheni Patriarchæ Severus Hieroſolymorum Epiſcopus tamquam Antiochenæ Sedis Epiſcoporum ſenior interfuiſſe dicitur, manumque eidem Athanaſio impoſuiſſe: quo Bar-hebræi teſtimonio libenter emendamus quæ de Hieroſolymitanorum ejus ſectæ Antiſtitum [e] inſtitutione ſcripſimus in hæc verba: *Quin & Syri ipſi Jacobitæ nullum Hieroſolymæ Epiſcopum habuerunt, antequam Franci ea urbe potiti eſſent*. Cauſa tandem pro Ignatio adversùs Cyrillum definita fuit, communibus etiam Ægyptiorum ſuffragiis, qui inter alias conditiones hanc eidem Cyrillo pro bono pacis [f] propoſuere: *ut ſcilicet nihil innovaret adversùs jura Antiocheni Patriarchæ, ſed Metropolita nuper Hieroſolymis inſtitutus, ultra Ga-*

Limites Patriarchatus Antiocheni & Alexandrini Jacobitarum.

b Hoc tom. pag. 373.

c Renaud. tom. 1. Lit. Orient. pag. 448.

d Hoc tom. pag. 334.

e Hoc tom. pag. 374.

f Renaud. in hiſt. Alex. pag. 581.

zam,

*zam, quæ erat limes dominii Ægyptiaci, nullam auctoritatem uſurparet: Etſi poſteà*, ut obſervat [a] Renaudotius, *quum mutatio maxima rerum facta fuerit, nullaque fermè in Oriente ſecta aliquam Eccleſiam in urbe ſancta non habeat, ſervata eſt conſuetudo, ut proprium omnes habeant Epiſcopum: Neſtoriani ſcilicet, Syri, Ægyptii, & Armeni; præter Græcum & Latinum, qui Patriarchæ dicti ſunt.*

Maphriani Epiſcoporumque ordinatio, & Chriſmatis conſecratio novo jure ad Patriarcham ſpectat.

Hi limites fuere Antiocheni atque Alexandrini Jacobitarum Throni. Juriſdictio in ſubditos Epiſcopos utrobique ferè eadem. *Nam ſicuti omnium*, ut notat [b] Renaudotius, *Epiſcoporum ordinatio ad ſolum Patriarcham Alexandrinum ſpectabat, neque alii comprovinciales Epiſcopi aut in vacantibus ſedibus eos conſtituere, aut illis manum imponere poterant*; ita Antiochenus abſolutam Epiſcopos ordinandi poteſtatem ſibi vendicavit. Et quemadmodum Alexandrinus Antiſtes Metropolitam [c] Æthiopiæ creat; ita Antiochenus Maphrianum ſeu Primatem Orientis. Ut denique ſacrum Chriſma ſolus Alexandrinus conficit confectumque ſubditis Epiſcopis diſtribuit: ita & Antiochenus. Nam licet Epiſcopi Syri illud olim in ſuis Eccleſiis conſecrare conſueverunt, ut Cyrus Edeſſæ [d] Epiſcopus, & Joannes [e] Mardæ, qui tredecim vicibus id confeciſſe dicitur, & Nicon [f] Abbas in Typico epiſt.37. ad Geraſimum conficiendi ubique locorum Chriſmatis poteſtatem à Patribus Concilii Chalcedonenſis factam ſcribit; Dionyſius quoque Patriarcha [g] decrevit, ut quum Maphrianus Orientis feria quinta majoris hebdomadæ Chriſma conſecraret, nomen Metropolitæ cœnobii S. Matthæi in ea functione commemoraretur; certum tamen eſt, recentiores Jacobitarum Patriarchas novo id ſibi jure reſervaſſe: quod & in ordinationibus Epiſcoporum contigit, quos olim Maphrianus in ſua diœceſi, vel comprovinciales Epiſcopi inſtituebant, ut de Chriſtophoro Armenorum Catholico legitur [h], qui Garmæum in locum Barſohedæ Metropolitam cœnobio S. Matthæi præfecit, & de Marutha [i] ejuſque ſucceſſoribus Maphrianis refert Bar-hebræus: ut ordinationes à Jacobo [k] Baradæo factas omittam; nunc verò ſolus Patriarcha eligit ordinatque, nulla habita Canonum vel antiquæ conſuetudinis ratione.

Id primus omnium ſibi arrogavit Theodorus Patriarcha, qui Denham Maruthæ ſucceſſorem circa annum Chriſti 649. ordinavit. *Hic*, ut in Chronico Syriaco [l] ſcribit Bar-hebræus, *Maphrianum Orienti ordinare deſiderans, quomodo Patriarcha Alexandriæ Abiſſinis Metropolitam inſtituit, literas hac de re ad Epiſcopos & primates Orientis dedit, poſtquam eos ſibi conciliaſſet eorumque conſenſum habuiſſet.* (*Namque fœdus cum ipſis ſanxerat literis ſyſtaticis & Epiſcoporum occidentalium teſtimoniis firmatum, quod quum Patriarcha deceſſiſſet, Maphrianus Electo manum imponeret: & ſicuti abſque Patriarcha Maphrianus, ſic abſque Maphriano Patriarcha haudquaquam eligeretur.*) *Tùm verò Tagritenſes Denham Maruthæ*

*diſci-*

a *Tom. I. Litur. Orient. p.* 444.
b *Tom. I. Litur. Orient. pag.* 458.
c *Apud Bar-hebræum hoc tom. pag.* 373.
d *Apud Joſue Stylitam tom. I. Biblioth. Orient. pag.* 269.
e *Hoc tom. pag.* 225.
f *Tom. I. Bibl. Orient. pag.* 269.
g *Hoc tom. pag.* 347.
h *Hoc tom. pag.* 411.
i *Hoc tom. à p.* 419.
k *Hoc tom. pag.* 414.
l *Hoc tom. pag.* 421.

*diſcipulum elegerunt, & ad Patriarcham Theodorum adduxere: qui eum Tagrito univerſoque Orienti Maphrianum ordinavit.* Theodori exemplo Severus Bar-Maske [a] ejuſdem ſucceſſor cunctorum ſibi ordinationem Epiſcoporum vendicare voluit: quumque repugnantes hac in re Sergium Zachonium atque Ananiam cœnobii Cartaminenſis alioſque Meſopotamiæ Epiſcopos expertus eſſet, nec eorum quiſquam à propria ſententia recederet; Patriarcha Epiſcopos, hi Patriarcham anathemate perculere: duravitque hujuſmodi diſſidium per annos quatuor, donec Severus obiit. Epiſcopi à Joanne Orientis Maphriano cum Athanaſio, qui Severum excepit, reconciliati ſunt.

a *Hoc tom. pag. 335.*

Porrò in Hiſtoria Jacobitarum exempla quædam proſtant Maphrianorum & Epiſcoporum, qui ab aliis Epiſcopis, non à Patriarcha ordinati ſunt. In primis Georgius Arabum Epiſcopus [b] duobus poſt præfati Athanaſii Patriarchæ obitum menſibus à Sergio Zachonio Epiſcoporum ſeniore ordinatus dicitur. David [c] Abrahæ ſucceſſor, & poſt hunc Joannes [d] atque Denha [e] & Baſilius [f] ab Orientalibus Epiſcopis in Maphrianos ordinati fuere. Joannes [g] cognomento Bionita in Synodo quidem Orientalium Maphrianus proclamatus fuit, ſed ad Georgium Patriarcham adductus, ut conſecrationis munus ab eo acciperet. Hinc deinceps Patriarchæ non modò conſecrationem Maphrianorum, ſed etiam electionem ad ſe pertinere voluerunt: quod feciſſe legitur Michaël Patriarcha, qui Gregorium [h] ſuum ex fratre nepotem inſciis Orientalibus anno Chriſti 1189. Maphrianum inſtituit. Bar-hebræus [i] Metropolitas Æthiopiæ cum Maphrianis Orientis comparans: *ex quo*, inquit, *Abiſſini fidem Chriſtianam acceperunt, nullum ex ipſis Metropolitam habuere; ſed Ægyptium aliquem virum iis præfici oportuit, cui exactam obedientiam ſemper præſtitere. Et hæc quidem conſuetudo ei conſonat, quæ in Oriente apud nos* (Jacobitas Syros) *viget, ubi Maphrianum Orientales niſi ex Occidente, ordinari ſibi non admittunt.* Quid autem *Orientis* & *Occidentis* nomine hìc intelligat, dixi [k] hoc tomo. Quod verò Michaël Patriarcha inſciis Orientalibus Maphrianum inſtituit, id à Jacobitis omnibus improbatum fuit, qui Orientalium conſenſum in hujuſmodi ordinationibus requirunt, ut in Pontificali etiam præſcribitur. Hinc idem Bar-hebræus [l] peractam ſua ætate à ſchiſmaticis Epiſcopis ordinationem Dioſcori Maphriani deſcribens, *rem novam* eam vocat, *& peregrinam, & quæ à ſæculo acta non fuerat: ut ſcilicet in Occidente abſque Patriarcha ab Epiſcopis Occidentalibus ſine Orientalium conſenſu Maphrianus crearetur.*

b *Hoc tom. pag. 335.*
c *Hoc tom. pag. 429.*
d *Hoc tom. pag. 430.*
e *Ibidem.*
f *Hoc tom. pag. 447.*
g *Hoc tom. pag. 432.*
h *Hoc tom. pag. 453.*
i *Hoc tom. pag. 273.*
k *Pag. 305.*
l *Hoc tom. pag. 380.*

De electione Patriarchæ.

Nunc ad electionem Patriarchæ venio, cujus ordinationis Ritum habemus in Pontificali [m] Jacobitarum, ejuſque exiguam partem è Syriaco Latinam fecit [n] Morinus. *Exiguam* dixi *partem*: nam, ut idem Morinus [o] notat, *breve compendium eſt ritus integri, quod olim ad Congregationem de Propaganda Fide ex Oriente miſſum eſt.* At

m *Tom. 1. Bibl. Orient. p. [illegible]. Cod. ms. Syr. Echel. 4. a p. 14 [illegible]*
n *De Sac. [illegible]d. par 2. pag. [illegible].*
o *Præfat. ad [illegible]*

quod

quod in Bibliotheca noſtra Vaticana Syriacum exſtat Pontificale, integrum ordinationis Syrorum ritum repræſentat, eumque uti in Eccleſia [a] Patriarchali obſervatur. Quod ſemel monuiſſe ſufficiat, nequis talem Syrorum eſſe ritum ſuſpicetur, qualem Morinus publicavit: nimirùm mutilum, in compendium redactum, rubricæ ferè expertem, & quod pejus eſt, materia & forma Sacramenti carentem, ut in eo quem edidit Maronitarum ritu perſpicuum eſt, in quo pertinentes ad Diaconum preces cantuſque deſcribere contentus, benedictiones orationeſque Pontificis ordinantis omiſit. In eodem Pontificali [b] Syriaco deſcribitur etiam ordo, quum novus Patriarcha poſſeſſionem, ut ajunt, ſuæ Sedis capit: qua occaſione Barſalibæus [c] orationem habuit in Michaëlem Patriarcham, quum is cœnobium S. Ananiæ, Zapharanenſe nuncupatum, ubi Sedes Patriarchalis erat, ingreſſus eſt.

*tum Ordinationis Jacobitarum pag.* 476.

a *Hoc tom. pag.* 155.

b *Cod. ms. Syr. Ecchelln.* 4. *à pag.* 181.

c *Tom.* 1. *p.* 573. *Et hoc tom.pag.* 170. *Exſtat in Cod. Syr. ms. Ecchel.* 4. *pag.* 186.

Quinam ad electionem Patriarchæ conveniunt: & modus eandem perficiendi.

Qui verò ad electionem Patriarchæ convenirent, docet nos hiſtoria eorum Patriarcharum à Bar-hebræo conſcripta, in qua id munus Maphriani & Epiſcoporum in Synodo collectorum proprium ubique dicitur, & in ordinationibus Ignatii Bar-Vahib [d] & Ignatii Iſmaëlis Patriarcharum præter Jacobitas Præſules Epiſcopus quoque Armenorum interfuiſſe ſuumque ſuffragium dediſſe legitur: quia nimirùm in urbe Marde, ubi Armeni frequentes erant, eæ peractæ ſunt: docet & idem Pontificale Syriacum, ubi de ordinatione [e] Patriarchæ hæc præſcribuntur: ܘܳܠܶܐ ܕܶܐܢ ܡܫܟܚܳܐ ܗܘܳܐ ܙܰܒܢܳܐ ܘܕܽܘܟܬܳܐ: ܟܽܠܗܽܘܢ ܕܡܶܫܟܚܺܝܢ
ܘܰܐܦܺܝܣܩܽܘܦܶܐ ܕܒܰܟܽܠ ܐܰܬܪ ܕܰܐܠܳܗܳܐ ܒܥܺܕܬܳܐ ܡܶܫܬܰܡܫܳܢܽܘܬܳܐ ܢܶܬܟܰܢܫܽܘܢ ܠܣܽܘܢܗܳܕܽܘܣ
ܐܰܘ ܟܢܽܘܫܝܳܐ. ܐܶܢ ܕܶܝܢ ܣܰܓܺܝܐܶܐ ܡܶܢܗܽܘܢ ܒܥܶܠܬܳܐ ܐܰܠܺܝܨܬܳܐ ܕܢܺܐܬܽܘܢ:
ܡܶܬܟܰܠܝܳܢ. ܘܕܠܳܐ ܐܳܬܶܝܢ ܬܶܗܘܶܐ ܡܫܰܕܪܳܐ ܠܘܳܬ ܗܳܢܽܘܢ ܕܡܶܬܟܰܢܫܺܝܢ. ܘܟܰܕ
ܢܶܬܟܰܢܫܽܘܢ ܗܳܘܶܐ ܪܺܝܫܳܐ ܕܣܽܘܢܗܳܕܽܘܣ ܘܬܰܪܥܶܣܰܪ ܐܰܘ ܝܰܬܺܝܪ ܐܰܘ ܒܰܨܺܝܪ
ܐܶܦܺܝܣܩܽܘܦܶܐ ܐܰܟܚܕܳܐ ܘܫܽܘܐܳܠܳܐ ܕܫܰܪܟܳܐ ܕܰܐܦܺܝܣܩܽܘܦܶܐ ܡܶܫܬܰܡܠܝܳܐ ܦܰܛܪܺܝܰܪܟܽܘܬܳܐ: ܟܰܕ ܗܝ
ܟܳܗܢܽܘܬܳܐ ܘܡܶܬܪܰܫܡܳܢܽܘܬܳܐ ܐܰܘܟܺܝܬ ܒܗܳܢܶܝܢ ܨܠܰܘܳܬܳܐ ܘܬܶܫܡܶܫܳܬܳܐ ܕܒܗܶܝܢ ܗܽܘ ܦܰܛܪܺܝܰܪܟܳܐ
ܡܣܰܪܰܚ ܠܡܺܝܛܪܳܦܳܘܠܺܝܛܶܐ ܘܰܐܦܺܝܣܩܽܘܦܶܐ: ܒܗܽܘܢ ܡܣܰܪܰܚ ܠܗܽܘܢ:

*Oportet ut ſi fieri poteſt, tempuſque & occaſio id permittunt, omnes qui ubique locorum in Eccleſia Dei ſunt Pontifices, ad Synodum ſeù Concilium accedant. Sin autem plures ex iis ob urgentes cauſas adeſſe nequeunt, conſenſus abſentium unàcum eis qui ad Synodum veniunt tranſmittatur. Quum igitur Synodi Præſes & duodecim plus minus Epiſcopi ſimul convenerint, exhibito reliquorum Pontificum conſenſu, ordinatio Patriarchæ peragitur, eaque eâdem prorsùs chirotonia, hoc eſt, iiſdem orationibus & officiis, quibus Patriarcha Metropolitas & Epiſcopos ordinat &c:* Et quidem neque Maphrianum abſque Patriarcha, neque Patriarcham abſque Maphriano ordinari fas eſſe, pluribus apud Jacobitas canonibus ſtatutum legitur. Theodorus [f] Patriarcha ex omnibus primus fuit, qui hanc legem tulit, ut ſuprà notavi. Joannes [g] Theo-

d *Hoc tom. pag.* 382.

e *Cod. ms. Syr. Ecchell. IV. pag.* 149.

f *Hoc tom. pag.* 421.

g *Hoc tom. pag.* 447

Theodorus filius ſororis Joannis Abdon facta cum Baſilio Maphriano pace, confirmavit quod antea definitum fuerat, ne ſcilicet Patriarcha ſine Maphriano, aut ſine Patriarcha Maphrianus ordinaretur. Gregorius [a] Bar-hebræus oblatas ſibi à Simeone Presbytero preces, ut Philoxenum nepotem ſuum ipſo Bar-hebræo inconſulto in Patriarcham ordinatum reciperet, repulit inquiens: *Ab antiquis temporibus definiviſſe ſanctos Patres, nec Patriarcham ſine Maphriano, nec Maphrianum ſine Patriarcha, conſtitui fas eſſe.* Eadem ratione Matthæus [b] Maphrianus ordinationi Ignatii Iſmaëlis aſſentiri noluit, quod abſentibus & inconſultis Orientalibus peracta fuiſſet: *Hæc enim conſuetudo*, inquit, *ab antiquis Patribus inducta eſt, ut quum Patriarcha ordinatur, Maphrianus ejus capiti manum imponat: idemque erga Maphrianum à Patriarcha agitur.* Huc ſpectat, quod in vita Michaëlis Magni refert [c] Barhebræus: *Quum ortum eſſet*, inquit, *inter Epiſcopos diſſidium, ad quemnam conſecrandi Patriarchæ manus ſpectaret, Synodi decreto ſancitum eſt, ut Maphrianus quidem cum duodecim Epiſcopis manum ei imponeret; Edeſſenus verò, qui Synodo præerat, Liturgiam celebraret; Melitinenſis Evangelium, Barſalibæus alteram lectionem legeret: Chiſumenſis gratia divina proclamaret: Gebonius denique & Gubenſis orationes recitarent.* Qui ritus accuratè deſcribitur in Pontificali [d] Jacobitarum, ejuſdem Michaëlis Patriarchæ auctoritate edito, in quo hæc peculiaris ceremonia in ordinatione Patriarchæ [e] præſcribitur. ܡܕܒܪܢܐ ܕܝܗܒܝܢ ܠܗ ܡܘܪܢܝܬܐ
ܕܐܝܬܝܗ ܐܬܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܪܘܚܢܐ: ܟܠܗܘܢ ܐܚܝܕܝܢ ܠܗ ܚܕ ܚܕ ܟܠܢܫ.
ܒܩܕܝܡܘܬܗ. ܘܡܚܕܐ ܐܚܝܕܝܢ ܠܗ ܠܐܝܡܝܢܗ ܕܗܘ ܕܡܬܬܣܝܡ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܡܪܝܡܝܢ ܠܗ ܠܥܠ ܡܢ ܐܝܕܝܐ ܕܟܠܗܘܢ ܘܠܟܠ ܪܫܗ ܕܫܒܛܐ
ܘܡܫܬܡܠܝܐ ܗܘܝܐ ܗܕܐ ܬܫܡܫܬܐ:

*Quum ei Baculum Paſtoralem tradunt, qui poteſtatis ſpiritualis ſignum eſt, omnes illum tenent unuſquiſque ſecundùm ſuam antiquitatem: deinde manum ejus dexteram, qui in Patriarcham ordinatur, apprehendunt, & elevant illam ſuper omnium manus; ita ut ſummum Baculi verticem is teneat: atque ita perficitur.*

Nam etſi ab antiquis temporibus Patriarchæ ordinatio ad Seniorem Epiſcoporum pertinuit, cujus de juriſdictione & auctoritate hoc tomo [f] diſſerui; mox tamen primus locus Maphriano delatus fuit, ut Dionyſius [g] Patriarcha anno Chriſti 835. ſanxit, & in Synodo [h] Caphartutæ anno 869. à Joanne Patriarcha definitum eſt, in qua *octo Canones conditi, qui ad Patriarcham & Maphrianum ſpectant: ut ſcilicet Maphrianus primum à Patriarcha locum ſuprà omnes Pontifices Occidentales obtineat, utque ipſe Electo Patriarchæ manum imponat.*

Exempla autem ordinationis Patriarcharum per Seniorem Epi-

a *Hoc tom. pag.* 259.
b *Hoc tom. pag.* 383.
c *Hoc tom. pag.* 363.
d *Tom. 1. Bibl. Orient. pag.* 573.
e *Cod. ms. Syriaco Vecch. II. pag.* 150.
f *Pag.* 339. & 340.
g *Hoc tom. pag.* 347.
h *Hoc tom. pag.* 437.

ſcopum peractæ hæc occurrunt. In primis Sergius [a] Telenſis, qui Severum hæreticum excepit, à Joanne Anazarbæ Epiſcopo ordinatus dicitur. Paulus [b] Beth-Uchame, ideſt, Niger, à Thoma Edeſſæ Epiſcopo, vel ſecundùm alios, à Jacobo Zanzalo, & Eugenio. Petrus [c] Callinicenſis à Joſepho Amidæ Epiſcopo. Athanaſius I. [d] à Severo Hieroſolymorum. Joannes I. [e] ab Abraham Niſibis. Theodorus [f] ab Abraham Emeſæ. Severus [g] à Joanne Tarſi. Athanaſius II. [h] ab Anania Mardæ. Julianus [i] ab Athanaſio Sarugi. Athanaſius III. [k] à Theodoſio Rheſænæ, vel ut alii ſcribunt, à Georgio Arabum Epiſcopo. Iſaac [l] à Jacobo Reſchiphæ. Cyriacus [m] à Theodoſio Epiſcopo Baalbech. Dionyſius I. [n] à Theodoſio Callinici. Joannes III. [o] ab Abibo Tarſi. Ignatius I. [p] & Theodoſius [q] à Timotheo Samoſatæ. Dionyſius II. [r] à Jacobo Emeſæ. Joannes IV. [ſ] à Joanne Marhaſenſi. Baſilius I. [t] ab Abibo Anazarbæ. Joannes V., [u] ab Athanaſio Tarſi. Joannes VI. [x] & Dionyſius III. à Jacobo Callinici., Abraham [y] à Job Zeugmatis. Joannes VII. [z] à Sergio Sarugi. Athanaſius V. [a] à Lazaro Anazarbæ. Joannes VIII. [b] à Petro Haranita. Dionyſius IV. [c] ab Abraham Calliſuræ. Joannes IX. [d] ab Elia Zeugmatis. Baſilius II. [e] ab Athanaſio Edeſſæ. Joannes XII. [f] ab Ignatio Melitinæ. Athanaſius [g] denique VII. à Timotheo Telpatriciæ.

Primus verò qui à Maphriano ordinatus legitur, Dionyſius V. [h] eſt, cui Joannes Tagriti manum impoſuit. Joannem quoque XIII. [i] Dionyſius Maphrianus ordinaſſe fertur: verùm id contigiſſe notatur [k], *poſtquam Dionyſius alter Chiſumenſis, qui Synodo præfuerat, obiiſſet.* Athanaſium VIII. [l] idem Dionyſius Maphrianus præſentibus duodecim Epiſcopis, in Patriarcham ordinavit: quæ poſteà conſuetudo in ordinatione Michaëlis ejuſdem Athanaſii ſucceſſoris, communibus ſuffragiis ſtabilita fuit, ut ſuprà dixi. Auctor Appendicis ad Chronicon Bar-hebræi, quum obitum Philoxeni Syriæ Patriarchæ retuliſſet, hæc de Baſilio ejus ſucceſſore ſubjungit [m]: *Baſilius autem, qui & Simeon Manemita, quum Alexandrinum Coptorum Patriarcham adiiſſet, ab eo in Patriarcham Syriæ in locum Philoxeni ordinatus fuit.* Verùm id in ſchiſmate factum, & à Jacobitis omnibus improbatum.

In ipſa verò Patriarchæ electione quinque obſervare licet, quæ ferè omnia Renaudotius [n] in ſua diſſertatione de Patriarcha Alexandrino notavit: I. Per ſortem electio. II. Quod electus non ſit Epiſcopus. III. Fidei profeſſio. IV. Epiſtolæ Synodicæ ad Patriarcham Alexandrinum. V. Nominis mutatio.

Electio per ſortem.

Electio per ſortem tunc adhibebatur, quum Candidatorum nomina in ſchedulis deſcribebantur: ex quibus eum Patriarcham proclamabant, cujus nomen extractum eſſet. Accuratè ex praxi Eccleſiæ Alexandrinæ Coptorum deſcribitur à Renaudotio [o] tom. 1. Liturg. Orient. *Si plures*, inquit, *candidati ab illis, ad quos pertinebat, no-*

minati

a Hic tom. pag. 324.
b Ibid. pag. 331.
c Ibid. pag. 332.
d Ibid. pag. 334.
e Ibid. pag. 335.
f Ibidem.
g Ibidem.
h Ibidem.
i Ibid. pag. 337.
k Ibid. pag. 338.
l Ibid. pag. 339.
m Ibid. pag. 342.
n Ibid. pag. 344.
o Ibid. pag. 348.
p Ibidem.
q Ibid. pag. 349.
r Ibidem.
ſ Ibidem.
t Ibidem.
u Ibid. pag. 350.
x Ibidem.
y Ibid. pag. 351.
z Ibidem.
a Ibidem.
b Ibid. pag. 352.
c Ibid. pag. 353.
d Ibid. pag. 354.
e Ibid. pag. 356.
f Ibid. pag. 357.
g Ibid. pag. 358.
h Ibid. pag. 357.
i Ibid. pag. 360.
k Ibidem.
l Ibid. pag. 385.
m Ibid. pag. 361.
n Tom. 1. Litur. Orient. à p. 383.
o Pag. 395.

*minati reperirentur, per ſuffragia ſeligebantur ex eorum numero qui plura tuliſſent, cæteri excludebantur: atque, ut ex vita Sanutii Patriarchæ LXV. diſcimus, ſeligebantur ex omnibus monaſteriis Aſcetæ centum, qui dignitate cæteros anteirent. Ex primo iſto numero eligebantur quinquaginta: & ex iſtis viginti quinque, mox decem: & in illo ſcrutinio, quod ultimum erat, tres qui plura puncta tulerant, reſervabantur; & niſi aliqua ſubita acclamatione quaſi per inſpirationem, unus ex tribus proclamaretur, electioque omnium votis ſtatim comprobaretur, ſorti res committebatur.... Trium igitur illorum, in quibus pendebant hominum judicia, adeo ut quis magis idoneus foret, determinare non poſſent, nomina totidem chartulis inſcribebantur: adjiciebatur quarta inſcripta nomine* Jeſu Chriſti Paſtoris boni: *& poſteà omnes in urnam conjiciebantur, quæ ſub altari collocabatur. Tum in eo ipſo altari celebrabatur Liturgia, aliquando ſemel, aliquando per triduum, continuabanturque die & nocte preces in eadem Eccleſia ad implorandam divinam opem. Peractis precibus & ſacrificiis, adducebatur infans ea ætate, quæ omnis peccati ſuſpicione caret, ne fraus aliqua ſubeſſet* (Apud Neſtorianos ſchedæ à ſene & qui propè uſum oculorum amiſerat Epiſcopo eductæ leguntur apud eundem Renaudotium [a]) *jubebaturque manum in urnam immittere, unamque ex ſchedulis quatuor educere. Si trium alicujus deſignatorum nomine inſcripta ſchedula educeretur, ſtatim is Patriarcha ſalutabatur per repetitas acclamationes Epiſcoporum, Sacerdotum, reliquorum Clericorum, & Laicorum, neque contradicere quiſquam audebat. Quod ſi ſchedula prodiret nomen habens Jeſu Chriſti, ita apud ſe ſtatuebant, neminem trium candidatorum Deo acceptum eſſe, atque ita rursùs ad electionem trium aliorum ex ſeptem reſiduis poſt ultima ſuffragia procedebatur: eorum nomina ſchedis inſcribebantur; preces & ſecunda ſortitio fiebat, donec nomen alicujus educeretur.* Hæc erat nimirùm ſortis Eccleſiaſticæ ad eligendum Patriarcham Alexandrinum ratio, ſecundùm quam, teſte [b] Renaudotio, electi fuerunt apud Coptos Patriarchæ Joannes XLVIII. & Michaël LXXI. At Syrorum ſors expeditior fuit: candidatorum enim dumtaxat nomina in ſchedulis notabantur, nec ulla erat nomine Jeſu Chriſti inſcripta, quæ eorum electionem poſſet impedire. Primum autem apud eos per ſortem electum invenio Joannem II. [c] de quo ex Bar-hebræi chronico hæc narrantur. *Quum Epiſcoporum Synodus tres candidatos, quorum Joannes unus erat, ſorte eligi deſignaſſet, Athanaſius* Maipheractæ Epiſcopus, *cui id munus Epiſcopi commiſerant, in tribus ſchedulis unius Joannis nomen ſcribi fecit. Ter itaque extractum veluti ex miraculo, ſed reverà quia ſolum in ſchedulis ſcriptum erat Joannis nomen.* Non abſimilem Baſilii II. [d] electionem fuiſſe dictitabant Joannis XI. fautores, qui hujus nomen quum ante Baſilium ſorte extractum eſſet, à Præſide Synodi occultatum affirmabant. Sed tumultu caruere electiones Atha-

a *Tom. cit. pag.* 396.

b *Loc. cit.*

c *Hoc tom. pag.* 338.

d *Hoc tom. pag.* 356.

naſii VII. [a] Joannis XIII. [b] Athanaſii VIII. [c] Michaëlis I. [d] & Athanaſii IX. [e] per ſortem factæ.

a Hoc tom. pag. 358. b Ibid. pag. 360. c Ibid. pag. 361. d Ibid. pag. 363. e Ibid. pag. 369.

Conditio requiſita in Patriarcha, quod non ſit Epiſcopus.

Inter præcipuas conditiones, quas olim in Patriarcha deſignando Syri Jacobitæ exigebant, hæc erat, ut ſcilicet *Epiſcopus non eſſet*. Nam etſi, ut inquit Renaudotius [f] *lex ſingularis nulla Jacobitis propria adversùs translationes Epiſcoporum perſcripta ſit, ſed commune tantùm jus ſequuntur, illius hac in parte obſervantiſſimi fuerunt*: nimirùm Ægyptii, apud quos, ſi Cyrillum filium Laklaki excipias, qui anno Chriſti 1234. ordinatus eſt, nullus Patriarcha occurrit, qui alium antea Epiſcopatum geſſerit. Idem à Syris ferè obſervatum uſque ad annum Chriſti 1222. quo ex Epiſcopis & plerumque ex Maphrianis Patriarchas eligere abſque ulla antiquæ diſciplinæ reverentia cœperunt. Et quidem anteà Monachos, Archimandritas, Presbyteros, aut Diaconos creare ſolebant. Monachi fuere Pauſus [g], Julianus, Athanaſius I. Joannes I. Theodorus, Athanaſius II. Julianus, Georgius, Joſeph, Cyriacus, Dionyſius I. Joannes III. Ignatius I. Theodoſius, Dionyſius II. Joannes IV. Baſilius I. Joannes V. Joannes VI. Dionyſius III. Abraham, Joannes VII. Athanaſius V. Joannes VIII. Joannes IX. Joannes X. Baſilius II. Joannes XII. Athanaſius VII. & Joannes XIV. Archimandritæ [h] Athanaſius III. Dionyſius IV. V. VI. Joannes XIII. Michaël I. Athanaſius IX. & Ignatius III. Presbyter Sergius [i]. Diaconus Athanaſius [k] VIII. Hos autem non per ſaltum, ut ajunt, ex Clericis aut monachis Patriarchas ordinabant, ſed ſervatis ſacrorum ordinum gradibus, ut ex ordinationibus Dionyſii I. Joannis VIII. & Athanaſii VIII. liquet. *Dionyſius I.* (ut ex Bar-hebræi [l] chronico notavi) *Baſilio Maphriano Tagritenſi, Barbadbeſciaba Margæ, Joanne Germaniciæ, Anaſtaſio Damaſci, cæteriſque Epiſcopis libello electionis ejus ſe ſubſcribentibus, Diaconus primùm ordinatur in monaſterio de Columna feria ſexta: deinde Sabbato Presbyter in cœnobio S. Zachæ; demùm Patriarcha feria prima Kalendis Auguſti anni Græcorum* 1129. (Chriſti 818.) *in Eccleſia urbis Callinici, imponente ipſi manum Theodoſio ejuſdem urbis Epiſcopo.* Joannes verò VIII. cognomento Abdon *in Synodo* [m] *Epiſcoporum electus, anno Græcorum* 1315. (Chriſti 1004.) *die* 4. *Julii ordinatus fuit Diaconus, die ſequenti Presbyter, & die* 6. *Patriarcha*. Athanaſius denique VIII. cognomento Bar-Chetre, qui Diaconus ſæcularis erat, *per* [n] *ſortem electus, & in cœnobium Macronæ per Epiſcopos duos evocatus, ibidem monaſtico habitu indutus fuit..... mox in cœnobio Cancratæ Presbyter ab Epiſcopo Gargar, deinde in urbe Amida à Dionyſio Maphriano præſentibus duodecim Epiſcopis Patriarcha ordinatus eſt die Dominico, 4. Decembris, in feſto S. Barbaræ, anno Græcorum* 1450. Chriſti 1138. Adeò Eccleſiaſticorum canonum robur etiam apud hæreticos vigebat.

f Tom. 1. Litur. Orient. pag. 403.

g Hoc tom. à pag. 331.

h Hoc tom. à pag. 338.

i Ibid. pag. 323.
k Ibid. pag. 361.

l Hoc tom. pag. 344.

m Ibid. pag. 352.

n Ibid. pag. 361.

De translatione Epiſcoporũ.

Primus qui apud Syros ex Epiſcopo in Patriarcham electus fuit,

Seve-

Severus Bar-Maske [a] occurrit, qui Amidenſem Eccleſiam antea rexerat. Ejus exemplum ſequuti ſunt Elias [b] Epiſcopus Euphemiæ, Joannes [c] Hauræ ſeu Haran, Iſaac [d] Haran, Athanaſius Sandalenſis [e] Maipheractæ, Joannes [f] Callinici, David [g] Daræ, Athanaſius [h] Arſamoſatæ, Joannes [i] Synnadæ, Dionyſius Angur [k] Melitinæ: Philoxenus Nemrod [l] ejuſdem urbis: Joſeph Bar-Vahib [m] Mardæ; Joannes [n] Iſmaël Amidæ: Abraham [o] Garib ejuſdem urbis: Chaleph [p] Gozartæ: & Joannes [q] Barſila Amidæ.

Ignatius David [r] ad eandem dignitatem Maphrianis viam aperuit: quem imitati ſunt Joannes [ſ] Barmaadani, Behenamus [t] Hedlenſis, Noë [u] Libaniota, & recentiores ferè omnes Maphriani. Nam etſi olim ſacris repugnare canonibus judicatum fuerit, *ut Maphrianus* [x] *ſcilicet Orientalium ad dignitatem Patriarchæ Occidentalium eveheretur*; ex abuſu tamen, & ambitione eorundem Maphrianorum poſtmodum factum eſt, ut propria eorum dignitas Patriarchalis cenſeretur. Hinc Auctor [y] Appendicis Chronici Syriaci Bar-hebræi, in vita Behenami Hedlenſis, *morem eſſe affirmat, ut vel Maphrianus in Patriarcham conſtituatur, vel quemcumque is idoneum judicaret, ordinet.* Ita paulatim Maphrianus Patriarchæ, Patriarcha Maphriani limites tranſgreſſus eſt.

Nec minus frequentes fuerunt apud Syros minorum Epiſcoporum translationes, quos Patriarchæ vel ab una Eccleſia ad alteram, vel ab Epiſcopatu ad Maphriani dignitatem evexere. Epiſcopi ab una ad alteram Eccleſiam tranſlati, hi leguntur in Chronico Bar-hebræi. Dionyſius [z] Bar-Maudiana è Gubenſi Eccleſia ad Melitinenſem ab Athanaſio VII. Patriarcha promotus. Bar-Turca [a] à Joanne XIII. ex urbe Mabugo in Tel-Baſer, deinde Synnadam, demùm Chaboram. Baſilius [b] ab eodem Joanne è Chiſumenſi ad Epiſcopatum Edeſſenum, Timotheus è Gargarenſi ad Samoſatenum, Joannes è Mabugenſi ad Carſenenſem, & Timotheus è Carſenenſi ad Mabugenſem. Dionyſius [c] Barſalibæus à Michaële I. ex urbe Mabugo Amidam, & Joannes Bar-Conon [d] è Calliſura Melitinam. Dionyſius Jeremiæ filius [e] ab Ignatio Davide ad Alepenſem Eccleſiam, unde Melitinam tranſlatus fuerat, revocatus. Athanaſius Joſue [f] ab eodem Ignatio è Lacabena Ptolemaidem, & Gregorius Bar-hebræus [g] è Guba ad Lacabenam promotus. Idem Bar-hebræus [h] ex Lacabena Alepum à Dionyſio VII. & Gregorius [i] ex Heſen-Manſur Melitinam. Dionyſius denique Matthæus [k] è Gumarum Sede ad Alepenſem à Joanne Barmaadani tranſlatus. Ex Epiſcopis ad Maphriani dignitatem aſcenderunt Joannes [l] Epiſcopus S. Matthæi: Sarbelius [m] Epiſcopus Carſabachæ: Dionyſius Saliba [n] Capharſaltenſis Epiſcopus Gozartæ: Joannes [o] Barmaadani Epiſcopus Mardæ: Ignatius Baſilius [p] Saliba Epiſcopus Alepi: Gregorius [q] Bar-hebræus Abulpharagius Epiſcopus ejuſdem urbis: Dioſcorus Barkainæus [r] Epiſcopus Damaſci: Cyrillus [ſ] Joſeph Epiſcopus Emeſæ & Damaſci: Noë demùm [t] Libaniota Epiſcopus Emeſæ.

a *Hoc tom. pag.* 335.
b *Ibid. pag.* 337.
c *Ibid. pag.* 338.
d *Ibid. pag.* 339.
e *Ibidem.*
f *Ibid. pag.* 3,0.
g *Ibidem.*
h *Ibid. pag.* 354.
i *Ibid. pag.* 356.
k *Ibid. pag.* 376.
l *Ibid. pag.* 381.
m *Ibidem.*
n *Ibid. pag.* 382.
o *Ibid. pag.* 384.
p *Ibid. pag.* 385.
q *Ibid. pag.* 386.
r *Ibid. pag.* 371.
ſ *Ibid. pag.* 377.
t *Ibid. pag.* 384.
u *Ibid. pag.* 386.
x *Ibid. pag.* 454.
y *Ibid. pag.* 466.
z *Hoc tom. pag.* 358.
a *Ibid. pag.* 360.
b *Ibid. pag.* 361.
c *Ibid. pag.* 367.
d *Ibid. pag.* 368.
e *Ibid. pag.* 374.
f *Ibid. pag.* 375.
g *Ibidem.*
h *Ibid. pag.* 378.
i *Ibid. pag.* 376.
k *Ibid. pag.* 377.
l *Ibid. pag.* 430.
m *Ibid. pag.* 434.
n *Ibid. pag.* 454.
o *Ibidem.*
p *Ibid. pag.* 455.
q *Ibid. pag.* 460.
r *Ibid. pag.* 461.
ſ *Ibid. pag.* 462.
t *Ibidem.*

Sed

Sed licet Jacobitæ in hujuſmodi Sedium mutationibus à multis ſæculis modum nullum teneant; priſcis tamen temporibus eæ ſine gravi tumultu vix fieri poterant. Diſſidia ob translationem Epiſcoporum ad Patriarchalem dignitatem plura apud Renaudotium in hiſtoria Alexandrina & apud Barhebræum in Chronico Syriaco occurrunt. Quum Joannes ex Epiſcopo Hauræ [a] ſeù Haran ab Athanaſio Sandalenſi in Patriarcham electus eſſet, *nulla*, inquit Renaudotius [b] *inter ipſum & Antiochenos Jacobitas, quamdiu ille in vivis fuit, concordia coaluit*. Iſaacus Joannis ſucceſſor [c] quòd relicto Haranenſi Epiſcopatu Sedem Patriarchalem favore Abugiaafari Almanſoris Chaliphæ occupaſſet, non modò ab Epiſcopis ſuis vexatus eſt, verùm etiam ab Alexandrino Coptorum Patriarcha repudiatus. *Plura*, ut ſcribit Renaudotius [d] *leguntur in vita Chailis XLVI.* Coptorum Patriarchæ, *qui quum electionem, vel potiùs intruſionem Iſaaci Epiſcopi Haranenſis in Sedem Antiochenam comprobare juberetur ab Abdalla Abbaſida, qui Metropolitas duos, quòd Iſaaco, cui favebat, acriter pro tuenda diſciplina reſiſterent, occiderat, nunquam adduci potuit, ut eam ratam haberet: aſſerens ſe anathema ſecundùm canones pronunciaſſe adversùs eos, qui favore Principum Eccleſiaſticas dignitates ambirent, tùm qui ex Epiſcopis Patriarchæ fieri conarentur.* Sed omnium graviſſima contentio in electione Athanaſii VI. [e] fuit: quem quum Occidentales Epiſcopi ex Arſamoſatæ Sede in Patriarcham ordinaſſent, *Orientales coacta Amidæ Synodo, factum Occidentalium improbantes, quod ſcilicet Athanaſium ex Epiſcopali ad Patriarchalem dignitatem promoviſſent, in aliud longè gravius facinus prorupere, Joſue Barſuſan Joannis Patriarchæ ſyncellum ac diſcipulum ordinantes, qui & Joannis nomen aſſumpſit. Et hanc quidem in vulgus ſchiſmatis ſui cauſam obtendebant, Joanne ipſo Barſuſan multos tractatus de illegitima Epiſcoporum translatione publicante. Athanaſiani verò exemplis Epiſcoporum ſe tuebantur, qui ad majores Eccleſias translati fuerant, ut ad Antiochenam Meletii Sebaſtes, Eliæ Euphemiæ, & Joannis Haran: ad Conſtantinopolitanam Procli Cyzici, & Anthimi. Ad hæc reſpondit Barſuſan, multa majoribus noſtris licuiſſe, quæ ſua ætate haud licerent, nec eorum facta, quæ Canonibus contraria ſunt, in exemplum trahi oportere.* Hæc ille non tam ex zelo, quàm ex ambitione: nam, ut ſuprà dixi, ante Athanaſii & Barſuſan ætatem plures contigerant apud Jacobitas Epiſcoporum translationes abſque ulla contentione.

[a] Hoc tom. pag. 338.
[b] Hiſtor. Alex. pag. 217.
[c] Hoc tom. pag. 339.
[d] Tom. 1. Lit. Orient. p. 404.
[e] Hoc tom. pag. 354.

Quis autem ſervari deberet in hujuſmodi translationibus ſacræ Ordinationis Ritus, accuratè notavit Barhebræus [f] in Vita Ignatii Davidis. *Hic*, inquit, *ex Maphriano in Patriarcham electus, in monaſterio Barſumæ conſecratus fuit anno Græcorum* 1533. (Chri[illegible] 1[illegible]2[illegible]) *Dominica Pentecoſtes, recitata ſuper eum Oratione S. Clem*[illegible] *Patriarcharum propria eſt, & tradito ipſi Baculo Pa*[illegible]

[f] Hoc tom. pag. [illegible]

T

*Thronum in Eccleſia circumductus.* Nam quum eadem Patriarchæ ac Epiſcoporum ordinatio in Pontificali præſcribatur, qui conſecrationis munus in Epiſcopatu jam acceperat, ſi in Patriarcham electus eſſet, eæ dumtaxat ceremoniæ in ejus conſecratione ſuppleri debent, quæ Patriarcharum propriæ ſunt: nimirùm *Oratio S. Clementis, & traditio Baculi Paſtoralis*: de quibus hæc in Pontificali [a] Syriaco [a] *Cod. Ecchell. 4. Pag. 149.*

[illegible]

*Quamobrem conſecrationis Patriarchæ tria ſunt propria: Primum, quod ſuffragio, hoc eſt conſenſu omnium Epiſcoporum eligitur: & hoc demonſtrat, eum eſſe Patrem communem totius Eccleſiæ & Patrem Patrum. Secundum Invocatio Sancti Spiritus, quæ tribuitur Clementi, quam inferius deſcribemus, & quæ ſuper Patriarcham tantummodo ab Epiſcopis conſecrantibus recitatur. Tertium Haſta, hoc eſt, Baculus, quæ tenenda eſt ab omnibus Epiſcopis ſimul & à ſingulis ex ordine juxta antiquitatem ſuam, & deinde aſſumitur manus ejus, qui in Patriarcham eligitur & ſuper manus omnium collocatur: & hoc demonſtrat, quod ex voluntate & conſenſu totius Eccleſiæ, in qua bene complacuit Spiritui ſancto, tradita illi ſit poteſtas ſingularis ſuper omnes ordines ſanctæ Eccleſiæ Dei.* Ritus autem collocandi eum ſuper Thronum & in Eccleſia circumducendi, in eodem Pontificali [b] deſcribitur his verbis. [b] *Pag. 175.*

[illegible]

*Tunc admovent Sedem ſeu Thronum, cui eum imponunt verſâ facie ad occidentem; & apprehendunt Thronum Epiſcopi & Presbyteri, & elevant illum tribus vicibus, & Præſide Synodi unaquaque vice inchoante excipiunt alii dicentes:* ἄξιος, *dignus, dignus; & clamat*

popu-

*populus totus: dignus dignus.* Itaque improbata fuit quorumdam Patriarcharum Jacobitarum conſecratio [a] *qui ex Epiſcopali ad Patriarchalem dignitatem evecti, integram tamen Patriarchæ ordinationem, qualis in Pontificali Syrorum exhibetur, quæque pro iis dumtaxat inſtituta eſt, qui ex Presbyteris in Patriarchas ordinantur, perperam acceperunt.* Exemplum illegitimæ hujuſce ordinationis habemus in vita Athanaſii VI. [b] Dionyſii Angur [c], Joannis Barmaadani [d], & aliorum. Barhebræus quum Dionyſii Angur ordinationem deſcripſiſſet, hæc [e] ſubjungit. *Verùm altera ejus ordinatio non ſecùs ac illa Patriarchæ Hajæ* (nimirùm Athanaſii VI.) *reprehendenda eſt, tamquam alterum Baptiſma. Quum enim Epiſcopus in Patriarcham vocatur & eligitur, Enthroniſmus dumtaxat celebrari debet, tradito ipſi Baculo, ejuſque manu ſupra omnes elevata.* Enthroniſmi ritus habetur in Pontificali [f] Syrorum, in quo poſt hymnos, cantus, & preces, proceſſio in Eccleſia præſcribitur, moduſque imponendi Electum in Throno, unde Enthroniſmi nomen derivatum eſt.

a Hoc tom. pag. 371.
b Hoc tom. pag. 354.
c Ib. pag. 376.
d Ib. pag. 377.
e Ib. pag. 376.
f Pag. 181.

Fidei Profeſſio.

In eodem Pontificali [g] Profeſſio Fidei ab Electo exigitur: de qua hæc ante officium ordinationis præmittuntur. ܡܛܠܗܕܐ ܟܕ ܟܬܒ
ܒܐܝܕܘܗܝ ܘܡܩܪܐ ܠܥܝܢ ܟܠ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܫܛܪܐ ܕܝܠܗ ܠܬܚܘܡܐ ܕܬܘܕܝܬܐ ܬܪܝܨܬ ܫܘܒܚܐ
ܘܢܛܪ ܠܟܐܢܘܬܐ ܘܠܬܪܝܨܘܬܐ ܘܐܦ ܗܘ ܕܢܛܪ ܩܢܘܢܐ ܫܠܝܚܝܐ ܘܢܩܒܠ
ܠܐܒܗܬܐ ܒܚܝܪܐ ܘܡܫܒܚܐ ܘܠܬܠܬ ܣܘܢܗܕܘܣ ܘܢܚܪܡ ܠܗܪܣܝܣ ܡܫܡܗܝܬܐ ܘܫܪܟܐ.

g Pag. 150.

*Et ideo quando ſcribet manu ſua, & publicè recitabit Syngrapham ſuam de more pro definitione confeſſionis orthodoxæ, quam ſervare debet, & quòd juſtum & æquum cuſtodiet, ſed & canones Apoſtolicos obſervabit, & Patres probatos celebreſque ſuſcipiet, & tres Synodos, & execrabitur hæreticos nominatim &c.* Locus verò ejus confeſſionis edendæ poſt primum ordinationis officium aſſignatur [h].
ܘܒܬܪ ܩܪܝܢܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܝܬܒ ܗܘ ܪܝܫ ܣܘܢܗܕܘܣ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܝܠܗ
ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܟܠ ܚܕ ܒܕܪܓܗ. ܗܝܕܝܢ ܡܩܪܒܝܢ ܠܗ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܗܘ ܕܗܘܐ
ܡܬܬܣܝܡ ܥܠ ܩܪܢܐ ܬܝܡܢܝܬܐ ܕܡܕܒܚܐ. ܘܟܕ ܦܩܕ ܠܗ ܪܝܫ
ܣܘܢܗܕܘܣ: ܩܪܐ ܗܘ ܠܟܬܒܐ ܕܗܘܡܘܠܘܓܝܐ ܕܗܘ ܟܬܒ ܒܐܝܕܗ.

h In eodem Pontificali pag. 164.

*Poſt lectionem Evangelii ſedet Præſes Synodi in Sede ſua, & Epiſcopi unuſquiſque juxta gradum ſuum. Tunc Epiſcopi adducunt ordinandum ad cornu Altaris auſtrale, & jubente Præſide Synodi, legit Tomum Homologiæ, quem ſua conſcripſit manu.* Formula ejus Fidei traditur in eodem Pontificali [i], in quo poſt trium Synodorum commemorationem, Patres qui ſuſcipiuntur, & hæretici qui rejiciuntur, hi recenſentur. Patres [k], Jacobus Apoſtolus Epiſcopus Hie[ruſa]lem: Linus, Anacletus & Clemens Romæ: Timotheus Epheſi: T[itus] Cretæ: Ignatius Antiochiæ: Polycarpus Smyrnarum: Dionyſi[us] ...

i Pag. 81.
k [P]ag. [8]3.

th 1.2

thenarum: Hippolytus Romæ: Petrus, Alexander, & Achillas Alexandriæ: Gregorius Neocæſareæ: Athanaſius Alexandriæ: Baſilius Cæſareæ: Gregorius Nazianzi: Gregorius Nyſſæ: Meletius Antiochiæ: Dionyſius Alexandriæ: Euſtathius Antiochiæ: Nectarius, Arſacius, & Joannes Conſtantinopoleos: Theophilus & Timotheus Alexandriæ: Amphilochius Iconii: Cyprianus Carthaginis: Cyrillus Alexandriæ: Proclus Conſtantinopoleos: Dioſcorus Alexandriæ: Epiphanius Cypri: Theodotus Ancyræ: Alexander Conſtantinopoleos: Irenæus Lugduni: Methodius Olympi: Severus Antiochiæ: Philoxenus Mabugi: Anthimus Conſtantinopoleos: Theodoſius Alexandriæ: Athanaſius Antiochiæ: Jacobus Patriarcha: Jacobus Phaſiltæ: Petrus uterque Antiochiæ: Julianus, & Theodorus Antiochiæ: Ephræm doctor: Iſaac doctor: Jacobus Batnæ Sarugi: Jacobus Edeſſæ: & Barſumas anachoreta Senæ. Hæretici verò, Simon magus: Elymas: Menander: Saturnilus: Porphyrius: Baſilides: Hymeneus: Alexander: Carpocrates: Ebion: Borbor: Symmachus: Photinus: Manes: Marcion: Origenes: Novatus: Valentinus: Bardeſanes: Marcellus: Eunomius: Macedonius: Apollinaris: *Arius*: *Eudoxius*: *Paulus* Samoſatenus: Andreas Samoſatenus: *Euſebius Nicomediæ*: *Diodorus*: Theodorus: Neſtorius: *Theodoritus*: *Hibas Edeſſæ*: *Alexander* Mabugi: Irenæus bigamus: Cyrus & Joannes Ægeates: *Barſumas Perſa* cum impiis ſuis canonibus: Dorotheus Marciani concivis: Synodus Chalcedonenſis & Leo Papa unàcum ejuſdem Tomo: Eutyches: Julianus Halicarnaſſæus: Zabed impius: Meſſaliani: Joannes: Joannes alter, & Niphalius Grammaticus: Damianus Alexandriæ, & Stephanus Barſudaili: quibus in margine [a] additur Sergius Armenus.

[a] *In eodem Pontif. pag.* 98.

Epiſtolæ Synodicæ ad Patriarcham Alexandrinum.

Hanc Fidei Formulam in Synodo Epiſcoporum novus Patriarcha edebat, quæ in Archivum Eccleſiæ Patriarchalis inferebatur, ut in Pontificali [b] præſcribitur iis verbis. ܘܡܫܠܡ ܗܘ ܠܛܘܡܣܐ ܕܟܬܒ ܠܪܝܫ ܟܢܘܫܝܐ ܕܢܬܢܛܪ *Tum tradit ſcriptum à ſe Tomum Præſidi Synodi, ut cuſtodiatur.* Alteram ad Alexandrinum Coptorum Patriarcham ſtatim poſt ordinationem ſuam tranſmittere ſolebat, quæ *Synodica Epiſtola* appellabatur, *quia primùm*, ut notat Renaudotius [c] *in Epiſcoporum Synodo atque ex communi illorum ſententia ſcribebatur. Poſtmodùm verò etſi à ſolo Patriarcha ſcriberetur, quia tamen non ſuo ſolùm, ſed totius Jacobiticæ* Syriæ *Eccleſiæ nomine loquebatur, Synodicæ ipſi nomen conſervatum eſt.* In hiſtoria Patriarcharum Alexandriæ nonnulla harum Epiſtolarum exempla occurrunt: Eliæ ſcilicet [d] & Athanaſii, qui ad Alexandrum XLIII. literas miſerunt. Iſaacus ad Chailem XLVI. Cyriacus ad Joannem XLVIII. Joannes ad Juſabum LII. Dionyſius denique ad Chriſtodulum LXVI. Synodicam ſcripſit, ſed quæ nonniſi poſt ejus obitum ſucceſſori ejuſdem Cyrillo LXVII. reddita eſt. *Ita deinceps*, inquit Renaudotius [e] *in ea conſuetudi-*

[b] *Pag.* 164

[c] *Tom.* 1. *Lit. Orient. p.* 432.

[d] *Renaud. tom. cit. pag.* 433.

[e] *Loc. cit.*

*tudine perſeveratum eſt à Patriarchis tàm Alexandrinis quàm Antiochenis, neque illa videtur interrupta fuiſſe, niſi occaſione bellorum quæ toto Oriente per annos multos exarſerunt.* In vita Michaëlis I. [a] diſerta illius conſuetudinis fit mentio: *Hoc pacto*, inquit Barhebræus, *conſecratus Michaël, libellum profeſſionis Fidei per tres monachos ad Patriarcham Alexandrinum direxit.*

De mutatione nominis

Nominis mutatio apud Jacobitas uſque ab anno Chriſti 878. inducta fuit, quum *Joſue* ejuſdem gentis in Patriarcham electus, nomen *Ignatii* ſibi adſcivit, ut refert Barſalibæus [b] in ſerie eorum Patriarcharum: *Hic*, inquit, *Joſue appellabatur, & ab eo deinceps cœperunt Patriarcharum & Epiſcoporum nomina prorsùs mutari.* Romanus [c] enim, qui Ignatio ſucceſſit, nomen Theodoſii aſſumpſit: Lazarus [d] Athanaſii; Haje [e] Dionyſii: Theodorus [f] Joannis: Haje [g] Athanaſii: Joſue [h] Joannis: Abdon [i] Joannis: Lazarus [k] Dionyſii: Marcus [l] Dionyſii: Abulpharagius [m] Athanaſii: Maudiana [n] Joannis: Joſue [o] Athanaſii: Saliba [p] Athanaſii: Joſue [q] Michaëlis: Joſue [r] Joannis: David [s] Ignatii: Joſue [t] Ignatii: Philoxenus [u] Ignatii: & Joſeph Bar-Vahib [x] Ignatii. Ex hoc ad ſucceſſores Patriarchas nomen *Ignatii* derivatum eſt, ut hoc tomo [y] notavi: nam etſi plures ante Joſephum Bar-Vahib exſtiterint Jacobitarum Patriarchæ, quibus Ignatii nomen inditum fuerat, non tamen omnes idem nomen aſſumpſere, ut ex eorum ſerie liquet; qui verò Joſephum excepere, omnes ex ordine id nomen ad hanc diem ſibi adſciverunt; ut obſervat Naironus [z] in Evoplia, & Mullerus in Symbolis [a] Syriacis; idque non alia ratione, quàm propter ſchiſma, quod ſub eodem Ignatio Bar-Vahib Jacobiticam Eccleſiam afflixit, cui tres eodem tempore Patriarchæ præfuere, Ignatius nimirùm Bar-Vahib tamquam legitimus, Ignatius alter in Cilicia, & tertius Ignatius in Syria, ut latè hoc tomo [b] expoſui: ubi demonſtratum [c] eſt ab eodem Ignatio Bar-Vahib novum hujuſce appellationis ordinem inchoatum fuiſſe. Hinc palàm fit, quo ſenſu accipienda ſint ea Renaudotii [d] verba de *Ignatii* cognomine ſcribentis: *quod à nonnullis proditum eſt, omnes vulgò ita appellari, verum non eſt, quum plures habeamus aliter appellatos, ut ex variis Hiſtoriæ Alexandrinæ locis, in quibus Antiochenas res tractavimus, demonſtratur*: id enim de prioribus verum eſt, non de poſterioribus Patriarchis, qui omnes *Ignatii* nomen proprio præponere ad hanc diem conſueverunt. *Antiocheni Patriarchæ titulum*, (de Syris loquitur Mullerus [e]) *nunc tandem unâ duo ſunt, qui gerant, neutro quidem Antiochiam habitante. Jacobiticus, qui Amidæ eſt, & Ignatius dicitur; Maroniticus, qui in monte Libano, & Petri ſemper nomen gerit.* Ex Alexandrinis Coptorum Patriarchis pauci nomen mutaſſe leguntur: ut [f] Cyrillus LXVII. qui antea Georgius appellabatur: Joannes LXXIV. qui Abulmeged: & Cyrillus ejus ſucceſſor, qui ante ordinationem David dicebatur. Neſtoriani recentiores [g] quum in duas

factio-

a Hoc tom. pag. 363.
b Hoc tom. pag. 325.
c Ib. pag. 349.
d Ib. pag. 351.
e Ib. pag. 353.
f Ib. pag. 354.
g Ibidem.
h Ibidem.
i Ib. pag. 356.
k Ib. pag. 357.
l Ibidem.
m Ibidem.
n Ib. pag. 360.
o Ibidem.
p Ib. pag. 369.
q Ibidem.
r Ib. pag. 370.
s Ib. pag. 371.
t Pag. 379.
u Ib. pag. 381.
x Ib. pag. 382.
y Ibidem.
z Par. 1. cap. 2. pag. 44.
a Pag. 22.
b A pag. 382.
c Pag. 480.
d Tom. 2. Litur. Orient. pag. 543.
e In Symbolis Syriacis p. 23.
f Renaud. to. 1. Lit. Orient. pag. 431.
g Hoc tom. pag. 457.

factiones diviſi ſint, unus ex eorum Patriarchis *Simeonis* nomen, alter *Eliæ* ſemper aſſumit: Tertius ejuſdem gentis orthodoxus Patriarcha *Joſephus* appellatur.

Fuere tamen nonnulli Patriarchæ poſt inductam ab Ignatio Joſue eam conſuetudinem, qui nomen haudquaquam mutarunt, ut Dionyſius II. [a] Joannes IV. Baſilius I. Joannes V. & VI. Dionyſius III. Abraham, Joannes VII. & VIII. Baſilius II. Joannes XII. & Michaël I. Contrà alii bis nomina mutaſſe feruntur: quum ſcilicet ad Epiſcopatum aſſumerentur, & quum ex Epiſcopali ad Patriarchalem dignitatem aſcenderent: ut Ignatius [b] V. dictus I. cognomento Bar-Vahib, qui antea Joſeph & Bader Zache appellatus fuerat: Ignatius VI. dictus II. qui & Joannes, & Iſmaël: Ignatius VIII. [c] dictus IV. qui & Cyrillus, & Abraham: Ignatius denique IX. dictus V. qui & Baſilius, & Behenamus: quorum quidem nominum poſtremum ante Epiſcopatum gerebant, medium in Epiſcopatu, & primum in dignitate Patriarchali conſtituti.

a *Hoc tom. à p.* 349.

b *Hoc tom. pag.* 382.

c *Ib. p.* 384

Sed hæc nominum mutatio in Epiſcopis ad Patriarchatum evectis communiter improbata fuit, non ſecùs atque iterata eorundem ordinatio. Auctor Appendicis ad Chronicon Syriacum Barhebræi quum Joannis Iſmaëlis cognomento Magedi ex Epiſcopo Amidæ in Patriarcham aſſumpto Ignatii nomine ordinationem deſcripſiſſet, hæc [d] ſubjungit: *Actum illegitimum, non ſecùs atque illud quod attentatum fuerat à* Patriarcha Joanne *Bar-Maadani cum Baſilio Alepi* Epiſcopo [e], *quem quum Maphrianum Orientis initiaſſet, mutato nomine Ignatium appellavit: quod nefas erat. Nam qui ex Epiſcopo aut Maphriano in Patriarcham eligitur, manus impoſitionem accipere nequaquam debet, ſed enthroniſmum dumtaxat, hoc eſt, proceſſionem, & orationem S. Clementis, quæ Patriarchæ propria eſt. Atque idcircò non debet nomen Epiſcopi mutari, quum in Patriarcham ordinatur*. Verùm hæc conſuetudo per duplicem contrariam abrogata eſt: ex quo nimirùm Patriarchæ ex Epiſcopis aut Maphrianis eligi cœperunt, & Maphrianis ipſis atque Epiſcopis propria nomina imponi: nam, ut Naironus in Evoplia [f] notat, *omnes ferè Eccleſiæ apud eoſdem tàm Metropolitanæ, quàm Epiſcopales nomina propria habent, cuilibet Eccleſiæ addicta, ita ut ad illas ordinati, nomina pariter ſuſcipiant cuicumque Eccleſiæ præfixa. Metropolita Amedenſis commutato* Dionyſii *nomine, quo olim vocabatur, nunc illo* Timothei *inſignitur; Metropolita Mauſolanus illo* Baſilii, *Madanenſis* Cyrilli, *Alepenſis* Dionyſii, *& Hieroſolymitanus* Gregorii: *Epiſcopus Mardinenſis & Niſibenſis nuncupatur* Athanaſius, *Edeſſenus* Severus, *Gezirenſis* Julius, *Gargarenſis* ........ *& Damaſcenus* Gregorius, *& ſic ferè de ſingulis*.

d *Hoc tom pag.* 383.

e *Hoc tom. pag.* 377.

f *Par.* 1. *cap.* 2. *pag.* 46.

Supereſt, ut de cæteris agam, quæ ad Patriarcham ſpectant. Tria autem ſunt. I. Titulus. II. Sedes. III. Diploma regium.

 Titu-

Titulus Patriarchæ.

Titulus Patriarchæ Jacobitarum in Pontificali [a] exprimitur iis verbis, quibus Præſes Synodi unàcum cæteris Archiepiſcopis & Epiſcopis humi procumbens Electum Patriarcham compellat, inquiens:

ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܩܪܐ ܠܟ ܕܬܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܘܟܝܬ ܐܒܐ ܕܪ̈ܫܢܐ ܠܡܕܝܢܬܐ
ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܠܐܘܚܕܢܐ ܟܠܗ ܕܟܘܪܣܝܐ ܫܠܝܚܝܐ ܐܘܟܝܬ ܐܒܐ ܠܟܠܢ.

*Spiritus Sanctus vocat te, ut ſis Patriarcha, hoc eſt, Pater principum, urbi Antiochiæ, totique ditioni Sedis Apoſtolicæ, ideſt, Pater omnium noſtrum.* Nam, ut ſcribit Renaudotius [b], *Jacobitæ duorum Patriarchatuum titulos ſervaverunt: Alexandrini ſcilicet, atque Antiocheni. Alexandrinam verò diœceſim ita obtinuerunt, ut orthodoxis & plures eſſent quodammodo, & auctoritate ſuperiores........ Antiochenum autem Patriarcham quaſi Severi ſucceſſorem legitimum agnoſcunt...... vocaturque inter eos, Papa Orientis.* Ita ſeipſum hodieque appellat in Epiſtolis: quibus nomen ſuum præfigit hunc in modum:

ܦܠܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܕܝܢܬ ܐܠܗܐ ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܕܟܠܗ ܡܕܢܚܐ.

*N. Patriarcha Theopolis Antiochiæ, totiuſque Orientis.* Nam etſi hæreticus hæreticorum ſucceſſor ſit, eos tamen non interrupta ſucceſſione excipit, qui validam ordinationem habuere, quum impoſitionem manuum accepiſſent ab Epiſcopis legitimè ordinatis, antequam in hæreſim prolapſi fuiſſent; idque in Antiochena Sede; quales fuere Severus ejuſque ſucceſſores, quorum ſeriem hoc tomo [c] deſcripſi: quidquid in contrarium ſcripſerit Renaudotius [d], qui de certitudine ſucceſſionis Antiochenorum Jacobiticæ gentis Patriarcharum dubium movet, ex hac ſolùm conjectura, quod *Severus Antiochenus*, ut ait, *& Jacobus Baradæus multas contra communem Eccleſiæ diſciplinam ordinationes celebraſſent, quarum validitas vocari in dubium poterat.* Naironus in Evoplia [e] alterum ab eo titulum geri ſcribit: *Horum Patriarcha*, inquit, *ſibi Ignatii nomen aſſumit; unàcum titulo Patriarchæ* Antiochiæ, *cui etiam addit alium, nimirùm* Tur-Abdin, *hoc eſt*, Montis Devotorum, *quia undequaque Monachorum in illis montibus monaſteria viſuntur, & uſque adhuc ibidem antiqua cœnobiorum rudera perſpiciuntur..... quæ regio* Tur-Abdin *nuncupata eſt ſatis ampla trans Tigrim, in qua non pauci numerantur Epiſcopatus ſub ejuſdem Patriarchæ juriſdictione.* Verùm is titulus in illo tantum ſchiſmate uſurpatus fuit, quod ab anno Chriſti 1364. ad annum 1494. duravit: quum nimirùm Saba Baſilius [f] Epiſcopus Salachenſis, qui adversùs Ignatium VI. cognomento Iſmaëlem in Patriarcham Turabdinenſium proclamatus fuit, ſucceſſoribus ſuis in cœnobio S. Jacobi Salachæ, quod in regione Tur-Abdin ſitum eſt, fixit. Per idem ferè tempus quum Jacobitica Syrorum natio in plures factiones diviſa eſſet, ejuſdem quoque Patriarchatus in plures ſciſſus eſt. Nam qui legitimus Antiochenorum ſucceſſor ab ipſis habebatur, Mardæ Sedem fixit, unde

a Cod. Zabell. 4. p. 150.

b Tom. 2. Lit. Orient. p. 375.

c A pag. 321.

d Tom. 1. Lit. Orient. p. 365.

e Par. 1. cap. 2. pag. 44.

f Hoc tom. pag. 384.

de *Mardenſis* [a] Patriarcha appellatus fuit; quem verò in Cilicia Occidentales Epiſcopi elegerunt, is Patriarcha *Siſidis* dictus eſt: qui autem in cœnobio Barſumæ apud Melitinam ab aliis Epiſcopis ordinatus fuit, Patriarchæ *Syriæ* titulum aſſumpſit: his & quartus Patriarcha *Turabdinenſium*, quem mox dixi, additus eſt: ſchiſmate demùm anno Chriſti 1494. ſublato, unus cunctis Jacobitis Patriarcha præfuit, qui rejectis illis factionum titulis ſolùm *Antiocheni* nomen retinuit.

a Hoc tom. pag. 38.. 383. 460. & 481.

Sedes Patriarchæ.

Sedes antiquorum Jacobiticæ gentis Patriarcharum incerta fuit & ſatis obſcura. Quum enim utroque Jure tamquam hæretici & illegitimi urbe Antiochiâ, in qua orthodoxi Patriarchæ Sedem habebant, exigerentur, per Syriæ atque Meſopotamiæ urbes, vicos, atque monaſteria vagari cogebantur: atque ut plurimùm in cœnobiis latitabant; quorum in Chronico Syriaco Bar-hebræi frequens mentio, ut Kenneſrinenſis, [b] Euſebonæ, Malchi, Gubæ, & Teledæ. Saracenis Syriam occupantibus, caput extulere, Antiochiam ipſam ingreſſi, ut de Elia [c] legitur, qui anno Chriſti 711. *juſſione à Valid Arabum rege accepta Antiochiam cum monachis & clericis ingreſſus novum Jacobitis Eccleſiam fundavit conſecravitque*. Sed parum in ea urbe ſubſtitere, Græcis qui in Syria plures erant plurimumque propter Imperatorum Orientis patrocinium poterant, apud Saracenos ejectionem eorum procurantibus. Inde pulſi, diverſis in locis manſionem habuerunt: Mabugi [d] nimirùm, Rheſænæ, Haran, Callinici, Amidæ, Chiſumæ, Reſchipæ, & in Capharnabo, qui Sarugenſis regionis pagus eſt. Joannes VII. cognomento Sarighta, primus è Saracenorum terris ad Græcorum ditionem profugiſſe dicitur: *Nam* [e] *à Nicephoro Imperatore è Syria Melitinam evocatus, cœnobium Bared, hoc eſt, Frigidum, ædificavit*: ubi ſucceſſores ejus Athanaſius V. [f] & Joannes VIII. [g] cognomento Abdon, habitarunt. Verùm Dionyſius IV. [h] è Græcorum ditione in Arabum terras ſe conferens, Amidæ ſedem fixit: *Joannes enim Abdon Patriarcha*, ut ſcribit Renaudotius [i], *paulo antequam è vita diſcederet, præcepit diſcipulo, ut ſuo nomine ſignificaret ſucceſſori in Cathedra Jacobitarum Antiocheno ſuo, ne in poſterum Sedem in Græcorum provinciis figeret; verùm Amidæ, aut Edeſſæ reſideret*: metu ſcilicet Græcorum Imperatorum, ne quod Joanni Abdon [k] & alteri Joanni contigerat, cæteri Jacobitarum Patriarchæ Byzantium abducerentur. Amidæ Sedem habuerunt & ſequentes Patriarchæ, qui Dionyſium excepere: nimirùm Joannes IX. [l] Athanaſius VI. Joannes X. Baſilius II. Joannes XI. Dionyſius V. Joannes XII. Dionyſius VI. Athanaſius VII. Joannes XIII. & Athanaſius VIII. quamquam [m] in cœnobio Bared, vel in cœnobio Barſumæ, quæ apud Melitinam ſita ſunt, quandoque habitaſſe dicuntur. Athanaſius VIII. [n] in urbem Marden transferre Sedem voluit: verùm morte præventus eſt. Michaël I. [o] ſtatim atque in Patriarcham electus fuit, *in cœnobium Ananiæ ſe contulit, ubi conditis undetriginta canonibus, Marden*

b Hoc tom. p. 74. 334. 335. 337. 350.
c Ibid. pag. 337.
d Hoc tom. pag. 338. 340. 342. 344. 349. 351. & 360
e Ibid. pag. 351.
f Ibidem.
g Ibid. pag. 352.
h Ibid. pag. 353.
i Hiſt. Alexan. pag. 406.
k Hoc tom. pag. 351. & 353.
l Hoc tom. pag. 354. ad p. 360.
m Ibid. p. 357. 358. & 360
n Ibid. pag. 363.
o Ibidem.

*dem pro Amida in Sedem Patriarchæ conſtituit*. Illud cœnobium, quod nunc *Zapharanenſe* appellatur, Ignatius XI. [a] qui anteà Joannes Barſila dicebatur, *novis exſtructis cellis*, *ductis aquis*, *comparatiſque amœnis hortis mirificè exornavit*. Ibidem in præſentem uſque diem Patriarcha Jacobitarum commoratur; etſi aliquando in ipſa Marde, [b] vel Amidæ, aut Alepi, aut in aliis Syriæ vel Meſopotamiæ urbibus habitare eum contingat.

Diploma regium.

Poſtquam Chriſtianus Oriens tyrannidi Barbarorum ſuccubuit, Electus Jacobitarum Patriarcha ab infideli Principe Diploma poſtulare cœpit, quo in dignitate confirmabatur, Chriſtianique omnes jubebantur tamquam Patriarchæ ſuo ei obtemperare. *Sigilion* ܣܝܓܠܝܘܢ hoc eſt, *Sigillum* à Bar-hebræo [c] appellatur in Chronico Syriaco, in quo primus [d] id à Valid Arabum rege obtinuiſſe dicitur Elias Patriarcha. Abugiaphar Almanſores [e] Iſaacum, Athanaſium Sandalenſem, Joannem Callinicenſem & Davidem Darenſem conceſſo diplomate in Patriarchalem Sedem intruſit. Abraham [f] Antipatriarcha à Mamone Chalipha literas impetravit, quibus à Dionyſii I. juriſdictione eximebatur: quod tamen [g] privilegium Abdallæ Callinici Ducis operâ paulò poſt abrogatum fuit. Athanaſius VII. [h] ut Abdonis æmuli ſui inſidias evitaret, à Chalipha Abugiapharo diploma petiit. Athanaſio [i] Rocnaddinus Melitinæ dominus ſimile diploma dedit, quo Michaële juniore ejecto, ipſe in cœnobio Barſumæ Sedem figeret. Joannes XIV. [k] à Leone Armenorum rege commendatitias ad Ezzaddinum Cæſareæ Cappadociæ tyrannum literas impetravit, ut in Patriarcham ubique proclamaretur. Ignatius David [l] poſtquam Melitinæ optimatibus ſummam auri, quam pro ejus ordinatione poſtulaverant, perſolviſſet, ab Aladdino Chikobado ejuſdem urbis rege perhonorificè exceptus eſt, ſectæque ſuæ ſummus Præſul declaratus. Joannes [m] Barmaadani, & Dionyſius Angur quum de Patriarchatu contenderent, ſuum quiſque diploma à Mahometanis Damaſci & Iconii tyrannis acceperunt. Idem Dionyſius [n] in Tartarorum ditionem elapſus, Hulachum eorum regem adiit, *qui ei abſolutam in cœnobium Barſumæ poteſtatem diplomate perpetuum valituro dedit*. Gregorius Bar-hebræus [o] eundem Hulachum de Ignatii III. Patriarchæ electione certiorem faciens, *ab eo tria diplomata*, *ſibi ſcilicet*, *Patriarchæ*, *& Cæſareæ Epiſcopo*, *obtinuit*. Hulachi ſucceſſor Abaka Ignatio IV. [p] Sungarnavini Tartarorum militiæ præfecti operâ electo *diploma confirmationis* conceſſit. Adelus [q] caſtri Cephæ dominus Ignatio I. Turabdinenſium Patriarchæ. Aytonus Armenorum rex Ignatio [r] Michaëli. Eadem conſuetudo à reliquis Patriarchis in præſentem diem obſervata, in legem tranſiit, qua nemini conceditur, ut Patriarchali juriſdictione fungatur, niſi obtento prius ab Aula Othomanica diplomate.

a Hoc tom. pag. 386.
b Naironus Evopl. pag. 44.
c Hoc tom. pag. 358.
d Ibid. pag. 337.
e Ibid. pag. 339. & 340.
f Ibid. pag. 345.
g Ibidem.
h Ibid. pag. 358.
i Ibid. pag. 370.
k Ibidem.
l Ibid. pag. 371.
m Ibid. pag. 377. & 378.
n Ibid. pag. 379.
o Ibid. pag. 380.
p Ibid. pag. 381.
q Ibid. pag. 384.
r Ibid. pag. 382.

Depoſitio Patriarc.

Depoſitiones Patriarcharum etſi in Eccleſiis Orientalibus jam frequentiſſimæ ſint; ex quo nimirùm inſignis Turcarum avaritia quotidianis propè Antiſtitum Græcorum Armenorumque mutationibus occaſionem dedit; in Alexandrina tamen Coptorum Eccleſia [a] nullum earum exemplum occurrit. Apud Neſtorianos plures Sede ejecti dicuntur: ut Maanes [b], Marabochtes [c], Eliſæus [d], Joſeph [e], & Surinus [f]. Syri Jacobitæ in Pontificali [g] expreſſam habent conſtitutionem, quod Patriarcha ab Epiſcopis niſi propter hæreſim, damnari nequit.

a Renaud tom. 1. Liturg. Orient. pag. 464.
b Hoc tom. pag. 402.
c Ib. pag. 403.
d Ibid pag. 409.
e Ibid. pag. 413.
f Ibid. pag. 431.
g Cod. Ecchell. 4. pag. 150.

ܠܐ ܕܝܢ ܦܐܐ ܠܗ ܕܢܟܬܘܒ ܐܘ ܢܐܡܪ ܒܫܛܪܐ ܕܡܘܕܝܢܘܬܗ ܕܡܫܬܥܒܕ ܠܦܘܩܕܢܐ ܕܚܕ ܡܢ ܡܢܝܢܐ
ܕܡܣܝܡܝܢ ܠܗ ܐܝܕܐ ܐܝܟ ܕܐܢܘܢ ܫܥܒܕܝܢ ܠܗ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܦܠܐ ܒܚܕ ܡܢ ܐܦܝܢ
ܡܨܝܢ ܕܢܕܝܢܘܢܝܗܝ ܐܠܐ ܐܢ ܢܦܠ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ.

*Indecens autem eſt, eum* (ideſt, Patriarcham electum) *ſcribere aut dicere* in ſyngrapha ſuæ Profeſſionis, *ſe ſubditum futurum mandato alicujus ex numero* Epiſcoporum *conſecrantium illum, quemadmodum ipſi ejus juriſdictioni ſubjecti ſunt. Quare nullo pacto poſſunt eum judicare, niſi à fide orthodoxa defecerit.* Hac ratione, nimirùm propter defectionem à ſecta Monophyſitica, Paulus [h] cognomento Niger in Synodo Epiſcoporum, cujus Jacobus Baradæus pars præcipua fuit, ſententiam depoſitionis excepit, ejuſque loco Petrus [i] Callinicenſis ſuffectus eſt. Ignatius XIII. [k] cognomento Joſue, & Ignatius XVII. [l] qui antea Nehemes ſeu Nehemetalla dicebatur, eò quod Chriſtiana religione ejurata, ſuperſtitionem Mahometanam amplexi fuiſſent, Patriarchali dignitate exciderunt, ad quam tamen Joſue reſtitutus dicitur, poſtquam ſceleris ſui pœnitentiam egiſſet, ut ſcribit [m] Barſalibæus: *Hic*, inquit, *à fide deficiens*, *Hagarenus*, *hoc eſt*, *Saracenus factus eſt: deinde pœnitentia ductus, in Cyprum fugit, ubi ſummam ſceleris ſui pœnitentiam egit. Ferunt autem eum ſic pœnituiſſe, ut præ foribus Eccleſiæ procumbens, collum pedibus populi ingredientis & exeuntis ſubmitteret. Atque ita dignitati ſuæ reſtitutus, ex hac luce migravit.* Atque hæ quidem fuerunt Patriarcharum depoſitiones propter fidem. Aliæ factæ leguntur in Chronico Barhebræi propter alias cauſas, nimirùm ex ambitione Epiſcoporum, aut ſtudio partium, aut in ſchiſmate. Sic Georgio dejecto nonnulli Epiſcopi Joannem [n] Callinicenſem & Davidem Daræ pro Patriarchis habuere. Monachi [o] Gubenſes quoſdam Epiſcopos induxerunt, ut Cyriacum deponerent & Abrahamum ordinarent. Orientales [p] Athanaſium VI. repudiantes, Joannem Barſuſan in Patriarcham ſibi conſtituerunt. Famoſum fuit ſchiſma inter Athanaſium IX. [q] & Michaëlem II. & inter Dionyſium Angur [r] & Joannem Bar-Maadani: ſed omnium quotquot eam ſectam afflixere, luctuoſiſſimum, quod ab Ignatii [ſ] Bar-Vahib ordinatione uſque ad Noë Libaniotam per annos piſcentum duravit: quo tempore Patriarchatus Jacobiticus in plures divi-

h Hoc tom. pag. 332.
i Ibid. pag. 333.
k Ibid. pag. 481.
l Ibid. pag. 482.
m Ibid. pag. 325.
n Ibid. pag. 340.
o Ibid. pag. 342.
p Ibid. pag. 354.
q Ibid. pag. 369.
r Ibid. p. 376.
ſ Ibid. à p. 382.

diviſus eſt, ut mox dixi. Joannes XI. [a] cognomento Abdon, qui Synnadæ olim Epiſcopus erat, quater ab Epiſcopis tamquam Sedis invaſor depoſitus fuit: ſed poſt mortem ab Athanaſio VII. [b] abſolutus: *ajebat enim, eum primatus quidem amore ductum fuiſſe, non tamen à fide aberraſſe*. Multum tamen aberravit idem Athanaſius, qui quum erga Joannem competitorem ſuum ſingulari benignitate uſus fuiſſet, in Baſilium Abugalebum Edeſſæ Epiſcopum adeò inclemens fuit, ut facinus prætereà inauditum admitteret. Nam, ut ex Bar-hebræo notavi hoc [c] tomo, *quos Abugalebus Presbyteros & Diaconos ordinaverat, perinde ac ſi manus impoſitio irrita & inanis fuiſſet, Athanaſius eos iterùm ordinavit. Quumque aliquando ordinationem Presbyteratus nonnullis iteraſſet, quin prius eis ordinem Diaconatus conferret, eo facto attonitus, & quid agendum eſſet ignorans, hoc imprudens conſilium cepit, ut eis præciperet, ne Liturgiam niſi præſente Diacono celebrarent; quaſi verò Diaconi præſentia illegitimam Presbyteri ordinationem ſupplere queat. Idem Athanaſius Edeſſenam Eccleſiam propter Abugalebum interdixit. Tres inſuper Epiſcopos cenſuri dum vixere, ligatos voluit, Dionyſium ſcilicet Bar-Maudiana, qui Epiſcopatum per annos quinquaginta geſſit, & Calliſurenſem, & Tur-Abdinenſem: nec ullis precibus adduci potuit, ut eos etiam morti proximos abſolveret*. Nec minus irregulare fuit Epiſcoporum quorundam, & monachorum Matthæanorum factum, quorum primi [d] Severo Bar-Maſche Patriarchæ, hi [e] Cyriaco anathema dixerunt. Ulterius progreſſus eſt Baſilius II. [f] Maphrianus, qui antea Lazarus Stylita appellabatur. Hic enim cum Joanne Patriarcha, qui Dionyſium Telmaharenſem excepit, graviſſimam contentionem habuit: adeò ut Tagritenſes nomen Patriarchæ è diptychis expunxerint, & Maphrianus ipſe tres iis Epiſcopos, Callinici ſcilicet, & Haran, & Rheſænæ, amotis quos Patriarcha ordinaverat, inſtituerit. Reſque eò devenit, ut Synodum uterque in ſua ditione coëgerit, in qua alter alterum depoſuit. Sergius [g] Baſilii poſt Melchiſedechum ſucceſſor, quòd ad Synodum, quæ pro ordinatione Ignatii Patriarchæ habita eſt, ab Epiſcopis Occidentalibus invitatus non fuiſſet, ejuſdem Ignatii nomen prædicari in Oriente vetuit: duravitque hoc ſchiſma Orientales inter & Occidentales, donec Maphrianus in vivis fuit.

Schiſmata, quæ in Eccleſia Jacobitica exorta ſunt.

Quoniam verò ſchiſmatis facta hìc mentio eſt, non abs re fore judico quæ ſectam Jacobiticam afflixere, ſchiſmata breviter deſcribere. Ea vel generalia fuerunt, vel particularia. Rursùs aut propter dogma, vel propter primatum & juriſdictionem. Schiſmata, quæ ex amore primatus vel propter juriſdictionem inter Jacobitas orta ſunt, hæc in Bar-hebræi Chronico referuntur. In primis Severus [h] Patriarcha Theodori ſucceſſor cum Sergio Zachonio, Anania, aliiſque Meſopotamiæ Epiſcopis contentionem habuit, ad quemnam ordinatio Epiſcoporum ejus regionis pertineret, ad Patriarcham ne, an ad Metro-

poli-

a [illegible]
b Pag. 358.
c Pag. 359.
d Hoc tom. pag. 335.
e Ibid. pag. 343.
f Ibid. pag. 437.
g Ibid. pag. 439.
h Hoc tom. pag. 335.

politas: & ille quidem exemplo Alexandrini Patriarchæ cunctorum ordinationem Epiſcoporum ſibi vendicabat: Epiſcopi contra, Nicænos Canones allegabant, quibus definitur, ut Metropolita Epiſcopos ſuæ provinciæ ordinet: quumque nemo à propria ſententia recedere voluiſſet, Patriarcha Epiſcopos, hi Patriarcham excommunicarunt: duravitque hujuſmodi diſſidium per annos quatuor, donec Severus obiit. Tùm verò Epiſcopi cum Athanaſio Severi ſucceſſore operâ Joannis Maphriani reconciliati ſunt. Simile diſſidium Julianus [a], qui hunc Athanaſium excepit, cum Denha Maphriano aliiſque Epiſcopis habuiſſe legitur. Poſt electionem Joannis II. [b] qui Epiſcopus Hauræ ſeù Haran fuerat, Epiſcopi in factiones diviſi ſunt, tùm propter illegitimam ejus, ut ajebant, ex Epiſcopatu ad Patriarchatum translationem, tùm propterea quod is Amidenſem diœceſim in duas dividens, partem Severo ejuſdem urbis Epiſcopo, & partem Eſaiæ Aſpharinenſi adjudicaverat. Quamobrem Synodus in Tarmana Cyrenſis regionis pago coacta fuit, in qua Joannes veluti legitimus Patriarcha ſuſceptus eſt, & Athanaſius Sandalenſis ejus accuſator veniam ab eodem petere compulſus: qui poſitas ſimultates mox reſumens, Epiſcopos Telæ congregavit, à quibus ipſe ſummus & Princeps Epiſcoporum ac Metropolita magnus proclamatus, Patriarchali pene æqualem auctoritatem accepit. Joannes contrà, Epiſcopos excommunicavit, qui Athanaſio relicto, abſolutionem à Patriarcha poſtularunt. Georgius [c], qui poſt Athanaſium Sandalenſem in Patriarcham ordinatus fuit, quum ex carcere, in quem juſſu Abugiafari Chaliphæ conjectus fuerat, evaſiſſet, amotis quos David intruſus Patriarcha ordinaverat, Epiſcopis, alios ipſe conſtituit. Idem Georgius ut Tagritenſes ſibi conciliaret, Joannem [d] Bionitam, quem ii multorum criminum accuſabant, ſubſtituto in ejus locum Joſepho Maphriano depoſuit. Cyriacus [e] Matthæanorum monachorum diſſidium non ante componere potuit, quàm Metropolitæ titulum ejus cœnobii Epiſcopo conceſſiſſet: quam conceſſionem confirmavit Dionyſius I. [f] ejuſdem Cyriaci ſucceſſor; hac tamen conditione, ut Metropolita S. Matthæi ſeù Moſul, Maphriano Tagritenſi ſubjaceret. Schiſmatis inter Athanaſium VI. [g] & Joannem X. & inter Joannem XI. [h] & quatuor ſubſequentes Patriarchas orti ſuprà memini. Ignatio [i] Joſepho Bar-Vahib anno Chriſti 1293. in Patriarcham electo, Occidentales Epiſcopi ab Orientalibus diro ſchiſmate ſciſſi ſunt: Alios enim duos ſibi Patriarchas inſtituerunt, Michaëlem ſcilicet hujus appellationis primum Siſide in Cilicia, & Conſtantinum in Syria. Bar-Vahibo defuncto quum ad ordinationem Joannis Iſmaëlis ejus ſucceſſoris Matthæus [k] Maphrianus nequaquam invitatus fuiſſet, ad partes Michaëlis ſecundi Patriarchæ Siſidis acceſſit, hujuſque nomen in Oriente per annos quatuor tamquam legitimi Patriarchæ proclamari curavit. Michaële Secundo Siſidis, & Conſtantino Syriæ Patriarchis decedentibus, Philoxenus [l] anno Chriſti

a *Hoc tom. pag.* 337.
b *Ibid. pag.* 338.
c *Ibid. pag.* 341.
e *Ibid. pag.* 342.
f *Ibid. pag.* 347.
g *Ibid. pag.* 354.
h *Ibid. pag.* 357.
i *Ibid. pag.* 382.
k *Ibid. pag.* 383.
l *Ibidem.*

1349. utramque diœceſim occupavit, quam ſucceſſores ejus uſque ad annum 1415. tenuere, quo poſt Baſilii Simeonis obitum Behenamus Hedlenſis [a] id ſchiſma ſuſtulit, quod per Syros & Mardenſes Patriarchas inductum fuerat. Eodem Joanne Iſmaële Patriarcha, Baſilius Saba Salachenſis [b] ab ejus obedientia diſcedens, Turabdinenſium Patriarcha aſſumpto Ignatii nomine anno Chriſti 1364. proclamatus fuit, ſedemque Salachæ in cœnobio S. Jacobi fixit, in qua novem ſucceſſores habuit omnes ex ordine Ignatii nomen gerentes, donec Maſudus, qui Ignatius decimus Turabdinenſium fuit, abdicata [c] anno Chriſti 1494. dignitate in cœnobium quoddam ſe incluſit, his ad ſuos fautores relictis mandatis: *Ab hac die in poſterum quiſquis fidejuſſorem ſe præbuerit, aut Patriarcham novum Salachæ poſt me fecerit, anathema ſit tàm ordinator, quàm ordinatus: à Sanctis Apoſtolis & à mea humilitate ne abſolvitor. Quoniam unus eſt Syrorum Patriarcha: is nimirùm qui Mardæ commoratur: ſicut ait Dominus noſter in Evangelio, ut ſiat unum ovile & unus Paſtor.* Atque ita Jacobitæ ad unitatem Patriarchæ redierunt, quum Noë Libaniota [d] ipſis præfectus fuit.

a Hoc tom. pag. 385.
b Ibid. pag. 384.
c Ibid. pag. 386.
d Ibidem.

Schiſmata verò, quæ propter doctrinam aut diſciplinam inter Jacobitas exarſerunt, duo celeberrima ab eodem Bar-hebræo in chronico referuntur: alterum *Abrahamianorum*, *Haſſaſſinitarum* alterum. Utrumque initium habuit ex ea quæſtione, quæ ſub Georgio Patriarcha circa annum Chriſti 790. moveri cœpta eſt de iis verbis, quæ in Liturgia Syriaca in fractione Hoſtiæ leguntur, *Panem cœleſtem frangimus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*, quæ nonnulli tamquam uſu recepta nullumque errorem continentia retinenda eſſe affirmabant; alii contrà tollenda contendebant, perinde ac ſi *Panem cœleſtem*, qui certè nil aliud eſt, quàm corpus Chriſti, ideſt Chriſtus ipſe, à Verbo ac Filio Dei alium eſſe ſignificent. Georgius [e] ea verba neque probans, neque improbans, permiſit ut unuſquiſque quod ſibi de iis videretur faceret, modò nulla contentio eorum cauſa in Eccleſia excitaretur. Cyriacus [f] eadem verba abrogare volens, Synodum hac de re in Beth-Botin, qui locus eſt ditionis Haran, celebravit. Obſtitere tamen Epiſcopi, nequid in Liturgia innovaretur. Quare ex communi ſententia decretum fuit, ut quiſque pro ſuo libitu iis verbis uteretur. Gubenſes monachi [g] in eundem Cyriacum indignati, quod pro Xenaja, quem ipſi in locum Bacchi Epiſcopum Alepinorum ordinari poſtulabant, Salomonem inſtituiſſet, non modò Patriarchæ nomen è diptychis expunxere, verùm etiam in apertum ſchiſma prorumpentes, Epiſcopos quoſdam in pago Scialaz congregatos induxerunt, ut duos ſibi Epiſcopos conſecrarent. Contrà Cyriacus in Gubrino, quod caſtrum Cruſtenorum, hoc eſt, Cyrrhenſium eſt Synodum coëgit, in qua tam Epiſcopos, quàm monachos illos Gubenſes excommunicavit: qui ad extrema redacti, Abrahamum qui-

e Ibid. pag. 341.
f Ibid. pag. 342.
g Ibidem.

dam

dam Cartaminenſem monachum, unde ipſis Abrahamianorum nomen impoſitum, ſibi in Patriarcham inſtitui curarunt; hanc ſchiſmatis ſui cauſam in vulgus ſpargentes, quod Cyriacus ejuſque aſſeclæ vocem illam Liturgiæ, *Panem cœleſtem &c.* expunxiſſent. Vixit hic Abraham Antipatriarcha ab anno Chriſti 798. uſque ad annum 837. quo obiit, ejuſque in locum à ſchiſmaticis Epiſcopis Simeon [a] ipſius frater ſubſtitutus fuit, Philoxeno Niſibis Epiſcopo manum ei imponente. Porrò Philoxenus [b] iſte quum à Nonno Archidiacono multorum criminum accuſatus eſſet & in Synodo Rheſinenſi à Dionyſio I. Patriarcha damnatus, in Cyrrheſticam apud Abrahamum Antipatriarcham ſe receperat; unde ſchiſmaticos Niſibin deducens, eam ipſis Eccleſiam tradiderat. Hæc Gubenſes in Cyrrheſtica adversùs Patriarchas ſuos moliebantur. Nec minus Haſſaſſinitæ [c], qui populi ſunt ditionis Tagritenſis, eandem ob quæſtionem adversùs Maphrianum ſuum tumultuati ſunt. Quum enim Athanaſius anno Chriſti 887. Maphrianus ordinatus fuiſſet, eademque de iis Liturgiæ verbis ac Georgius, Cyriacus, Dionyſius cæterique Patriarchæ ſentiret; illi Gubenſibus conjuncti, aliud ſchiſma in ditionem Maphriani invexere, Zebinam quendam ſibi in Patriarcham conſtituentes. Zebina Pheraam Metropolitam Haſſaſſinitidis ordinat. Pheraa Barnaſicham Moyſis Barcephæ diſcipulum Epiſcopum Moſul inſtituit. Duravit id Haſſaſſinitarum ſchiſma uſque ad annum 1178. quo [d] à Michaële I. Patriarcha cum Eccleſia Jacobitica reconciliati ſunt; tametſi eorum cauſa aliud diſſidium inter eundem Michaëlem & Joannem Maphrianum exortum ſit, quod decennio poſt ſublatum fuit, ut latè Bar-hebræus in vita [e] Joannis Sarugenſis Maphriani.

a *Hoc tom. pag.* 347.

b *Ibid. pag.* 346.

c *Ibid. pag.* 440.

d *Ibid. pag.* 452.

e *Ibidem.*

VIII. De Maphriano ſeu Primate Jacobitarum. Ejus dignitatis inſtitutio.

Nunc expeditis iis, quæ ad Patriarcham ſpectant, de Maphriano ſeu Primate Orientis, qui primum poſt Patriarcham in Eccleſia Jacobitica locum occupat, dicendum eſt. Ejus dignitatis inſtitutionem ab Apoſtolorum diſcipulis Adæo, Achæo & Mari factam tradunt Syri & Chaldæi ſcriptores [f]; idque ex eo confirmant, quod à primis Eccleſiæ ſæculis Chriſtiani Orientis, Chaldæi nimirùm & Perſæ, qui ſub Regum Perſarum dominio erant, Epiſcopos habuerint, horumque Primatem & Caput, qui in regiis urbibus Seleucia & Cteſiphonte, Antiocheno tamen Epiſcopo ſubjectus, reſidebat: cujus ſucceſſores poſteà *Patriarchæ*, *Catholici*, & *Maphriani* titulum ſibi vendicarunt. Sub Juſtiniano Imperatore nomen & dignitatem *Catholici* primùm audiri cœpiſſe, obſervant viri [g] docti. Gregorius Bar-hebræus in Chronico [h] ſcribit, *Maphriani* Jacobitarum inſtitutionem ſub Jacobo Baradæo contigiſſe. *Quum enim Jacobus*, inquit, *in Orientem veniſſet, Achudemem ei regioni Metropolitam præfecit: ex quo tempore duo cœperunt eſſe in Oriente Primates: alter Neſtorianorum, qui tùm Ezechiel erat*, ſucceſſor nempè Catholicorum ſeu Metropolitarum Seleuciæ & Cteſiphontis, qui olim dicebantur Catholici Perſidis, & ad

f *Ibid. pag.* 387. *& ſeqq.*

g *Pagius ad annum* 629. *Renaudotius tomo* 1. *Lit. Orien. pag.* 366.

h *Hoc tom pag.* 414.

 extre-

extremum Neſtoriana labe infecti, Patriarchæ Neſtorianorum appellati ſunt; *Monophyſitarum alter, qui primus Achudemes fuit*: unde Bar-hebræus ipſe initium Catalogi Maphrianorum ſeù Primatum gentis ſuæ ducit. Verùm, ut hoc tomo [a] adverti, neque Achudemes, neque ſucceſſores ejus Kamjeſu, & Samuel inter Maphrianos numerari debent, quum certam Sedem non habuerint; ſed Maruthas [b] primus Jacobitarum Maphrianus ſtatuendus eſt, qui in urbe Tagrito anno Chriſti 629. ſub Athanaſio cognomento Camelario Patriarcha Primatialem Sedem fixit. Hunc enim Epiſcopi Orientales conſentiente eodem Athanaſio eligentes, Metropolitam magnum in urbe Tagrito ordinarunt, univerſam Orientalem ejus ſectæ Eccleſiam ipſi committentes, facienteſque poteſtatem, ut idem Metropolitam cœnobii S. Matthæi inſtitueret, qui ſuprà cæteros Orientis Epiſcopos, & infrà ipſum Maphrianum ſedem haberet. Id videtur indicaſſe Renaudotius [c] quum de Primatis origine ſcribit: *A Muhamedanarum rerum initiis, quum pauci illic*, hoc eſt, in montanis Armeniæ, & vicinis provinciis, *admodum orthodoxi Græci ſupereſſent, Syri Jacobitæ in eas effuſi, Catholici dignitatem, quæ ſub Juſtiniano videtur inſtituta, in unum ex Epiſcopis Antiocheno Patriarchæ ſubjectis contulerunt, quem* Mophriano *appellaverunt, ejuſque Sedem in urbe Takrit ſatis celebri conſtituerunt*.

a Pag. 414.

b Hoc tom. pag. 419.

c Tom. 2. Lit. Orient. p. 508.

Porrò Maruthas ea dignitate auctus, urbem Tagritum novis extructis cœnobiis & Eccleſiis exornavit. *Quumque ejus temporibus*, ut refert Bar-hebræus [d], *regnum Perſarum in Saracenos translatum eſſet, ipſe arcem Tagritenſem ultro iis aperuit, nequid detrimenti cives caperent. Quamobrem Jacobitarum numerus in Perſide mirifice auctus eſt. Sed & ingens Edeſſenorum multitudo, qui in eam provinciam captivi abducti fuerunt, domicilium in Segeſtana & Choraſana fixere, quibus Maruthas duos Epiſcopos præfecit, alterum Segeſtanæ, Harnuæ alterum*: Anno Chriſti 1262. (ut idem Bar-hebræus narrat [e]) *invadentibus in Aſſyriam Mogulorum copiis, ex urbibus Moſul, Ninive, adjacentibuſque locis ingens Jacobitarum multitudo Arbelam ſe recepit, ubi operâ Denhæ Neſtorianorum ejuſdem loci Metropolitæ Eccleſia ſub nomine S. Behenami cum Epiſcopio & monachorum hoſpitio excitata eſt*. Per eandem occaſionem Taurizum, Maragam, aliaſque ditionis Mogulenſium urbes Jacobitæ petierunt, quibus Maphriani Epiſcopos ordinavere, ut in vita Bar-hebræi narratur. Quæ autem à temporibus Maruthæ Epiſcopales Sedes ſub Maphriani poteſtate inſtitutæ ſunt, hæ in Chronico Bar-hebræi recenſentur. *Maruthas*, inquit [f], *& Metropolita cœnobii S. Matthæi cum ſex illis Epiſcopis*, quorum priores quatuor ordinationem ejuſ[illegible] Maruthæ procuraverant, reliquos duos idem Epiſcopos confec[illegible], *in Orientem regreſſi ſunt, & ordinaverunt duodecim di[illegible] poteſtate Maphriani Tagritenſis. Nimirùm* 1. *Arabiæ*, cujus re[illegible]

d Hoc tom. pag. 419.

e Ibid. pag. 455.

Epiſcopatus Maphriano ſubjecti.

f Ibid. pag. 419.

Epiſcopus Sedem in urbe Akula, ſeu Cupha habuit: ejus enim civitatis Epiſcopus Bacchus ſub Juliani Patriarchæ tempora vixiſſe fertur in Chronico [a] Bar-hebræi, qui addit, eandem diœceſim anno Chriſti 1165. à Joanne [b] Sarugenſi in duas diviſam fuiſſe. 2. *Sigaræ*. 3. *Maaltæ*. 4. *Arzuni*. 5. *Gumal*. 6. *Beth-Raman quæ & Beth-Razich*. 7. *Chaumæ*. 8. *Gozartæ Carduchæ*: cui poſtmodùm [c] Maara, & Niſibis conjuncta fuit: hanc enim urbem, quæ ad Patriarchæ ditionem olim pertinebat, Dionyſius VI. Patriarcha [d] Maphriano Joanni conceſſit. 9. *Nuhadræ*. 10. *Pheroz-Sapor*. 11. *Sciaharzul*. 12. *Arabum Chriſtianorum, qui ſunt Taalabenſes Scenitæ. Metropolitæ autem cœnobii S. Matthæi, unam tantùm Nin ves diœceſim aſſignarunt*. Alios Epiſcopatus proceſſu temporis Maphriani inſtituerunt: ut Bagdadi [e], Gulmargæ [f], Beherini [g], Urmiæ [h], & Adorbiganæ [i]. Ad hanc ditionis amplitudinem à parvis initiis Maphrianus devenit; præſertim ob eam, quam dixi, Arabum Moguleníiumque in regnum Perſarum excurſionem, in qua Jacobitæ è Meſopotamia in terras Perſidis finitimarumque provinciarum vel ſponte ſe contulere, vel captivi abducti ſunt: quo quidem tempore quantum Patriarchæ ejus ſectæ juriſdictio diminuta fuerat, tantum Maphriani dignitas amplificata, ut merito Gregorius Bar-hebræus Maphrianus ſuam diœceſim Patriarchali prætulerit: ſic enim Philoxenum Patriarcham alloquitur [k]. *In hac mea diœceſi, Dei gratia, in multa quiete dego, nihilque in ea mihi deeſt, ut ab ea fugiam, & ad aliam migrem, ſicut qui in pace requieverunt prædeceſſores mei*. Et paucis interjectis. *Etſi Patriarchatum cuperem, ſicut cæteri homines, attamen quum diœceſes Occidentis*, quæ nimirùm ſub ditione Patriarchæ ſunt, *jam vaſtatæ fuerint, quid ſupereſt, quod in eis cupiam? An Antiochiæ deſiderium me tenet, quam gemitus luctuſque occupat? An diœceſis ſacra Gumæ, in qua non remanſit qui mingat ad parietem? An Berœæ, an Mabugi, aut Callinici, aut Edeſſæ, & Haran, quæ omnes deſertæ ſunt? An ſeptem diœceſeon circa Melitinam, in quibus nec una domus ſupereſt, Lacabenæ ſcilicet, & Arcæ, & Calliſuræ, & Semchæ, & Gubæ, & Claudiæ, & Gargaræ*.

Tituli Maphriani. Hæc de inſtitutione & ditione Maphriani. Nunc de titulis ejus, de Sede, & de auctoritate in ſubjectos Epiſcopos. Tres ejus titulos apud Syros ſcriptores invenio: *Metropolitæ* ſcilicet, *Catholici*, & *Maphriani*. Athanaſius Patriarcha [l] rogatus ab Epiſcopis Chriſtophoro S. Matthæi, Georgio Sigaræ, Daniele Nuhadræ, Gregorio Beth-Raman, & Jazdephane Sciaharzul, ut Marutham, vel Aitallaham, vel Acham Orienti Primatem conſecraret, poſtulatis eorum ſatisfacere recuſavit, inquiens: *Synodi Nicænæ canone definitum eſt, ut defuncto* Metropolita Magno Orientis, *ipſi Orientales Epiſcopi caput ſibi patremque communem ordinarent*: quibus verbis Arabicus Canon 38. de dignitate Primatuque Seleucienſis Eccleſiæ deſignatur, de quo dixi

tom. I.

a Hoc tom. pag. 430.
b Ibid. pag. 452.
c Ibid. pag. 460.
d Ibid. pag. 357.
e Ibid. pag. 251. 346. 453. & 455.
f Ibid. pag. 432.
g Ibid. pag 437.
h Ibid. pag. 453.
i Ibid. pag. 251.
k Ibid. pag. 259.
l Ibid. pag. 419.

tom. 1. pag. 9. & hoc tom. pag. 369. In Codicibus Liturgicis [a] uterque titulus nomini Maruthæ præfixus legitur, *Catholici* nimirùm & *Metropolitæ Tagritenſis*. *Maphrianum Tagriti* Bar-hebræus [b] appellat loco ſuprà citato, ubi Epiſcopatus ipſi ſubjectos enumerat. Idem Bar-hebræus à ſuis Jacobitis modò [c] *Catholicus*, modò *Maphrianus* [d] *Orientis* dictus reperitur, quod & à cæteris ejus ſucceſſoribus in præſentem uſque diem obſervatur. Verùm Neſtoriani titulum quidem *Metropolitæ Maphrianique* Primatibus Jacobitarum concedunt; *Catholicos* autem eos dici nequaquam patiuntur: ſuo enim Patriarchæ id nomen proprium volunt. Quamobrem in vita Bar-hebræi narratur diſſidium ortum fuiſſe inter Patriarcham Neſtorianorum, & ipſum Bar-hebræum, propterea quod hic à Jacobitis *Catholicus* appellaretur. *Quum enim* (ut ſcribit idem Bar-hebræus in ſua vita [e]) *quidam Neſtoriani audiſſent, Maphrianum à Jacobitis* CATHOLICI *nomine in diptychis præconizari, idque ſuo Catholico* (nimirùm Machichæ Neſtorianorum Patriarchæ) *retuliſſent, invidia exarſit, & diſcordiarum cauſas captare cœpit*. Id etiam Renaudotius obſervavit in Notis [f] ad Liturgiam Bar-hebræi. *Quum Neſtoriani*, inquit, *Sedem Seleuciæ & Cteſiphontis ſub ultimis Perſarum regibus occupaſſent, & in ea caput ſectæ ſuæ, ſupremumque Antiſtitem conſtituiſſent, & ampliſſima ante alios Chriſtianos primi obtinuiſſent privilegia à Muhamedanis Principibus, abſtinuerunt aliquando Syri à nomine Catholici, ita forte ſatagentibus Neſtorianis, ne nomen honoris communicaretur Jacobitarum Antiſtitibus, vel ex ſectæ odio. Itaque* MOFRIAN *vocatus eſt, neque Antiochiæ, ubi Patriarcha integram auctoritatem habebat, ſed Takritæ in Armeniæ finibus vulgo Sedem habuit*. Idem Renaudotius [g] Pocockium jure arguit, quod titulum ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ *Maphriani*, ſeù ut ipſe legit, *Mofrian Orientis*, latinè *Doctoris Orientis* reddiderit. Nam ejus etymon nequaquam petendum eſt à verbo ܐܠܦ *Aleph*, quod *docere* ſignificat, unde ܡܠܦܢܐ *Malphono*, *Doctor* dicitur; ſed à verbo ܐܦܪܝ *Aphri*, quo *fœcunditas* deſignatur: unde ܡܦܪܝܢܐ *Maphriono*, ſeu, ut Orientales Syri proferunt, *Maphriana*, ideſt, *fœcunditatem tribuens*: quia nimirùm Pater Patrum eſt, & Epiſcopus Epiſcoporum Orientis, quos ipſe ordinat, ac veluti filios pater gignit.

a Renaud. to. 2. Lit. Orient. pag. 201.
b Hoc tom. pag. 419.
c Renaud. to. 2. Lit. Orient. pag. 456.
d Renaud. tom. cit. pag. 469.
e Hoc tom. pag. 250.
f Tom. 1. Litur. Orient. pag. 469.
g Loc. cit.

Sedes Maphriani.

Sedes Maphriani primùm in urbe Tagrit, quæ eadem ac Martyropolis eſt, in ipſa hujuſce dignitatis inſtitutione à Jacobitis fixa fuit, ut mox dixi. Maruthas [h] in ejuſdem urbis Arce Cathedralem Eccleſiam exſtruxit, in qua ipſe cum ſucceſſoribus ſuis Denha [i], Barjeſu, [k] & Paulo [l] conditus eſt. Alteram Tagriti Eccleſiam Barjeſu [m] [illegible] anus ædificavit in honorem SS. Sergii & Bacchi, ubi ſepult[illegible] Barhebræus Joannem ſenem [n], Athanaſium [o], Sergium, & Cyria[illegible]

h Hoc tom. pag. 1[illegible]
i [illegible] g. 421.
k [illegible] g. 422.
l [illegible]
m [illegible]
n [illegible] pag. 43[illegible]
o [illegible] pag. 440.
p [illegible] pag. 442.

Horanum. Tertiam ibidem Eccleſiam [a] Achudemæ nuncupatam Denha Secundus Maphrianus excitaſſe legitur, quæ inter Catholicas, hoc eſt, Cathedrales ejus urbis celeberrima fuit, ubi & Denha ipſe, ſucceſſoreſque ejus Daniel [b], Thomas [c], Denha [d] alter, Baſilius [e] Secundus, & Joannes [f] tumulum habuere. Hac anno Græcorum 1400. Chriſti 1089. ab Arabibus direptâ, Joannes Saliba Maphrianus [g] Tagrito Moſulum abiit, ibique in Eccleſia Sancti Zainæ commoratus eſt. Dionyſius [h] Moyſes Joannis ſucceſſor à Timotheo Sogde Metropolita cœnobii S. Matthæi & Abulpharagio Moſulano, qui Abuſciacherum quendam Tagritenſem Presbyterum ad Maphriani dignitatem evehere nequidquam conati fuerant, Ninive, Niſibi, finitimiſque locis excedere coactus, Tagritum deſtructam urbem petiit, quam & permiſſu Chaliphæ novis ædificiis ornavit: ibique ſepultus fuit in Eccleſia S. Georgii ſub altari Barſumæ, quod ipſe exſtruxerat. Ignatius Lazarus [i] qui Dionyſium excepit, Athanaſium Patriarcham anno Chriſti 1152. rogavit, ut cœnobium S. Matthæi, cujus Metropolita per id tempus obierat, ad ſuam, hoc eſt, Maphriani juriſdictionem adjiceret: Niniven enim, & Moſul, & cœnobium illud, & Tagritum urbem in unam Maphriani diœceſim conjungi deſiderabat. *Contrà Tagritenſes*, ut ſcribit Barhebræus [k] *veriti, ne is in urbe Ninive, aut in Cœnobio Sedem figeret, antiqua Eccleſiarum jura ſervari poſtulabant. Athanaſius inductum à Cyriaci Patriarchæ tempore morem, Metropolitam ſcilicet Ninives Cœnobiique à Maphriano diverſum conſtituendi, infringi vetuit. Et hæc quidem Patriarchæ ſententia fuit. Ignatius verò nihil intentatum reliquit, ut conſilium ſuum ad exitum perduceret. Quum itaque ad Synodum à Joanne Mardæ Epiſcopo anno Græcorum* 1464. (Chriſti 1153.) *convocatam acceſſiſſet, ejuſdem Joannis operâ, additis Moſulanæ urbis Præſidis mandatis, Ninivitas Cœnobitaſque compulit, ut ſibi tamquam eorum Metropolitæ obedientiam exhiberent. Atque ita Moſulanam diœceſim, qua Cœnobium & Ninive continebantur, Tagritenſi copulavit: quam poſteà unionem idem Athanaſius Patriarcha in Synodo anno Græcorum* 1466. (Chriſti 1155.) *in cœnobio Barſumæ coacta* [l] *confirmavit.* Hinc deinceps in cœnobio S. Matthæi Sedem Maphriani habere cœperunt, in quo & cadavera condita ſunt Joannis [m] Sarugenſis, Gregorii Jacobi [n], Gregorii Bar-hebræi ſenioris & junioris [o], & Gregorii [p] Matthæi: eâ enim, quam dixi, unione factâ, quum Tagritum quidem dirutum eſſet, in Moſulo autem ſeù nova Ninive Maphrianus ob infidelis Præſidis metum habitare nequeat, cœnobium S. Matthæi ſibi in domicilium elegit; ita tamen, ut Tagriti, Ninives adjacentiumque locorum Diœceſes tamquam ſibi proprias retinuerit, & in præſentem uſque diem retineat: quibus quidem locis Epiſcopos aliquando ab ipſo præfectos legimus, tamquam ſuffraganeos, aut Vicarios, ut fuit Jacobus Severus Bar-Sciacco, de quo latè hoc tomo [q] diſſerui. Opta-

verat

a *Ibid. pag.* 430.
b *Ibid. pag.* 436.
c *Ibid. pag.* 441.
d *Ibidem.*
e *Ibid. pag.* 442.
f *Ibid. pag.* 443.
g *Ibid. pag.* 448.
h *Ibid. pag.* 449.
i *Ibid. pag.* 451.
k *Hoc tom pag.* 451.
l *Hoc tom. pag.* 362.
m *Ibid. pag.* 453.
n *Ibid. pag.* 454.
o *Ibid. pag.* 460.
p *Ibidem.*
q *Pag.* 237. & 455.

verat ſanè Ignatius Bar-Chichi Maphrianus in urbe Bagdado Sedem figere: ſed ne id perficeret, obſtitit Joannes Neſtorianorum Patriarcha, qui anno Hegiræ 394. hujuſmodi edictum [a] à Chalipha obtinuit: *ut ſcilicet Solus Neſtorianorum Catholicus Sedem Bagdadi perpetuò figeret; Jacobitarum verò Metropolita Tagriti ſederet: ſed quotieſcumque id neceſſitas poſtularet, Bagdadum peteret, ſuoſque populares viſitaret, deinde ad ſuam Sedem ſe reciperet*. Bar-hebræus in Vita Ignatii Lazari ordinem deſcribit, quo Matthæani cœnobitæ aliique ſubjecti oppidani Maphrianum novum excipere ſolent: quem ad ſua tempora exactè obſervatum fuiſſe teſtatur. *Primùm*, inquit, *Maphrianus in cœnobium S. Matthæi pergit: deinde ſuperiorem Danielis pagum petit, ubi mulam dono accipit: mox Beth-Chudidam: demùm Bartelam*: nam hæ præcipuæ ſunt illius Diœceſes. Alias enumerat Auctor Appendicis ad Vitas Maphrianorum, *Bagdadum* nimirùm, *Carmeliſam*, & *Arbelam*, quas unàcum Moſul, Bartela, cœnobio Sancti Matthæi, & Tagrito Athanaſius Abraham [b] anno Græcorum 1700. Chriſti 1389. ordinatis ubique Diaconis & Presbyteris luſtraſſe legitur.

a Hoc tom. pag. 444.

b Hoc tom. pag. 462.

*Auctoritas Maphriani in ſubjectos Epiſcopos.*

Auctoritas Maphrianorum in ſubjectos Epiſcopos eadem omninò fuit, ac Patriarchæ Jacobitarum in ſuos. Nam Epiſcopales Sedes, ut mox dixi, inſtituebant: Epiſcopos ordinabant, & deponebant: Chriſma conſecrabant: omnia denique Pontificalia munia in Orientalibus Diœceſibus exercebant, quibus in Occidente Patriarcha fungebatur, exceptis Epiſcoporum ex una in aliam Sedem translationibus, quas nullibi à Maphrianis factas hucuſque legi. Joannes Metropolita cœnobii S. Matthæi, quum poſt obitum Davidis Maphriani Sedes Tagritenſis ſex annis vacaſſet, à Cœnobitis rogatus, ut Paſtores viduatis Orientis Eccleſiis præficeret, negavit ſibi hanc poteſtatem eſſe, ſed adhibendam ait apud Patriarcham ab ipſis operam, ut Maphrianus in locum Davidis crearetur, *ad quem* [c] *earum Eccleſiarum cura regimenque jure ſpectabat*. Hinc Denha Maphrianus in Chronico Barhebræi [d] Epiſcopos undecim conſecraſſe legitur: Baſilius [e] Epiſcopos duodecim: Cyriacus [f] quatuordecim: Ignatius [g] quatuordecim: Athanaſius [h] novem: Dionyſius [i] novem: Gregorius [k] Barhebræus duodecim: & Gregorius [l] Matthæus duos. Joannes autem Bionita [m] Epiſcopali Sede ejeciſſe narratur Joannem Gulmargæ, & Thomas Tagritenſis [n] Georgium Beherini. Atque hæc erant Maphrianorum antiqua privilegia, quibus ferè omnibus hodie exciderunt, & præter ſpecioſum illum *Maphriani & Catholici ſeu Primatis Orientis* titulum, nihil ipſis remanſit.

c Hoc tom. pag. 429.
d Ibid. pag. 441.
e Ibid. pag. 442.
f Ibidem.
g Ibid. pag. 443.
h Ibid. pag. 447.
i Ibid. pag. 449.
k Ibid. pag. 260. & 261.
l Ibid. pag. 460.
m Ibid. p. 432.
n Ibid. pag. 437.

IX.
*De Epiſcopis Jacobitarum.*

Pauca de Epiſcopis ſubjungam, quæ ſuprà quum de Patriarcha & Maphriano ſermonem feci, prætermiſſa ſunt: de eorum ſcilicet ordinatione, ac depoſitione, & de Sedium Epiſcopalium ordine ac numero.

Ord.

Ordinatio Epiſcoporum.

Ordinationis Epiſcoporum Ritus exhibetur in Pontificali [a] Syriaco, idemque eſt ac ille, quo Patriarcha conſecratur, ſi pauca excipias, quæ tamquam hujus propria ex eodem Pontificali ſuprà notavi. Sivè autem Metropolita ſit, ſivè Epiſcopus, uno eodemque ritu perficitur, niſi quod, ut in *Pontificali advertitur*, debet Synodi Præſes in hora ordinationis, & Proclamationis deſignare unumquemque nomine Dignitatis eidem convenientis. Octo autem [b] ſunt quæ veluti Epiſcoporum peculiaria in eodem Pontificali recenſenrur. ܚܕܐ ܐܘܡܘܠܘܓܝܐ ܕܟܬܒ ܘܩܪܐ ܘܡܟܪܙ . ܘܕܐܠܘ ܕܠܐ ܡܬܬܣܝܡ ܒܠܥܕ ܬܠܬܐ ܐܘ ܬܪܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܝܟ ܩܢܘܢܐ . ܘܕܐܝܠܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܫܡܫܝܢ ܒܩܘܪܒܘܗ . ܘܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܥܠ ܪܫܗ ܡܬܩܪܐ ܘܡܬܦܬܚ . ܘܡܐܢܐ ܕܠܒܫ . ܘܩܪܘܙܘܬܐ ܬܢܝܢܝܬܐ . ܘܩܪܝܢܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܐܚܪܢܐ ܘܐܚܪܝܐ ܚܘܛܪܐ ܪܥܘܬܢܝܐ ܕܢܣܒ . *I. Fidei Profeſſio, quam ipſe* [c] Electus *ſcribit, legit, & prædicat. II. quod abſque tribus aut duobus Epiſcopis ſecundùm canonem non ordinatur. III. quod* [d] *Epiſcopi in ejus conſecratione miniſtrant*: ideſt, Diaconorum aliorumque Clericorum munere funguntur. *IV. quod Evangelium ſuper ejus caput legitur, & aperitur. V. Paramenta, quibus induitur*: nimirùm [e] ܡܨܢܦܬܐ *Cuculla nigra*: [f] ܡܥܦܪܬܐ *Amictus phrygio opere*: ܦܝܢܐ *Planeta* in modum Pluvialis Latinorum: & ܐܘܪܪܐ *Orarium*, ſeù ſtola magna, loco Homophorii Græcorum, & Pallii Latinorum. Anulum autem in digito non geſtant, nec crucem ad pectus, nec mitram in capite: quorum tamen uſus apud Syros Maronitas uſque ab initio octavi ſæculi [g] inductus fuit, & apud eoſdem Jacobitas ad Catholicam Eccleſiam converſos temporibus Andreæ Patriarchæ circa finem ſæculi proximè elapſi. *VI. Altera Proclamatio*: quum ſcilicet Patriarcha Electum in fronte cruce ſignat inquiens: [h] *Ordinatur in Eccleſia ſancta Dei N. Epiſcopus vel Metropolita Eccleſiæ ſanctæ N.* Primam autem Proclamationem unus ex Epiſcopis aſſiſtentibus intonat dicens [i] *Gratia divina* &c. idque antequam Patriarcha manum Electo imponat: in quo Jacobitæ cum Coptis quidem conveniunt, apud quos [k] Archidiaconus dicit, *Gratia divina* &c. quum Epiſcopus Electo manum imponit; diſcrepant verò à Græcis & Maronitis, in quorum Pontificali ab Epiſcopo ordinante ea Proclamatio dicitur. *VII. Altera Evangelii lectio*, quæ ab Electo recitatur, poſtquàm [l] Paramentis Pontificalibus indutus fuerit, & Throno Epiſopali impoſitus: nam primam ex Evangelio lectionem [m] Patriarcha ipſe recitat, antequam ab Electo formulam fidei excipiat. *VIII. Demùm Baculus Paſtoralis, quem* Electus *accipit*. Cæterùm Chriſmatis unctio in ordinatione Presbyterorum & Epiſcoporum, quam cl. Stephanus Edenenſis Patriarcha in præmiſſa ad ordinationes Syrorum

a *Cod. Ecchell. 4. à pag. 151. Tom. 1. Bibliot. Orient. p. 573.*

b *In eodem Cod. Ecchell. 4. pag. 197.*

c *Ibid. pag. 164.*

d *In eodem Cod. Ecchell. p. 151.*

e *Ibidem.*

f *Ibid. pag. 175.*

g *Nairon. in diſſert. de origine Maronitarum pag. 32.*

h *In eod. Cod. Ecchell. p. 174.*

i *Ibid. pag. 169.*

k *Renaudotius tom. 1. Lit. Orient. pag. 473.*

l *In eodem Cod. Ecchell. p. 175.*

m *Ibid. p. 164.*

Maronitarum epiſtola [a] encyclica tamquam amanuenſium vitio abraſam conqueritur, & reſtituendam in Pontificali ſuæ Nationis præcipit; ut in ritu Græcorum, & Ægyptiorum, ita & apud Jacobitas Syros deſideratur, ejuſque in laudato Pontificali veſtigium nullum deprehenditur.

Depoſitio Epiſcoporum.

Depoſitionis Epiſcoporum exempla non pauca occurrunt in hiſtoria Jacobitarum. Inprimis [b] Samuel & Jonas, quos Orientis Maphrianus Epiſcopos Amidæ & Telæ inſtituerat, ab Athanaſio I. Patriarcha circa annum Chriſti 616. Sedibus illis dejecti, in Aſſyriam, unde venerant, redire compulſi ſunt. Athanaſius [c] Sandalenſis antequam Patriarchatum invaſiſſet, quum adhuc dignitatem ſenioris & principis Epiſcoporum gereret, amoto Elia Sigaræ Epiſcopo Joſue Bacrum ſubſtituit. Dionyſius I. [d] Lazarum Bagdadi Epiſcopum à civibus ſuis accuſatum anno Chriſti 829. depoſuit. Joannes Barſuſan [e] circa annum 1063. quinque Epiſcopos ob varia crimina exauctoravit, aliis eorum in locum ſubſtitutis. Athanaſius VII. [f] Baſilium Abugalebum Edeſſæ, & Dionyſium Melitinæ Epiſcopatu dejecit. Joannes XIII. [g] cognominem ſibi Bar-Andream Mabugi Epiſcopum non aliud ob crimen, quàm quod ſibi Mabugum advenienti nequaquam occurriſſet, depoſuit, ſubſtituto in ejus locum Bar-Turca. Idem Patriarcha [h] tertio poſtquam Mabugo præfecerat Bar-Turcam anno, cognitis ejus flagitiis Sede amovit, Bar-Andream dignitati ſuæ reſtituens. Baſilius [i] Lacabenæ Epiſcopus ob fornicationis crimen depoſitus, quum injunctam ſibi pœnitentiam egiſſet, ab Athanaſio VIII. Patriarcha cœnobiis Zabar primùm præfectus, deinde in diœceſim Sababarchæ eadem de cauſa translatus, demùm poſt tres annos quum ejuſdem flagitii accuſatus fuiſſet, Epiſcopatu dejectus eſt. Sub eodem Patriarcha Athanaſio [k] Aaron Hadithæ in Segeſtana Epiſcopus, quem Ignatius Maphrianus ordinaverat, pœnitentia ductus, quod Mahometanam ſectam amplexus eſſet, quum dignitatem Epiſcopalem recuperare nequiviſſet, Conſtantinopolim abiit, & Græcorum religionem ſuſcepit: mox in Syriam reverſus, iterùm ad Mahometanos tranſiit: qua demùm ſecta ejurata, Hieroſolymam pœnitentiæ cauſa primùm petiit, deinde ad montem Libanum apud Maronitas ſeceſſit, ubi & vita functus eſt. Gabriel cognomento Sciamabir [l] Epiſcopatu Sarugi ab eodem Patriarcha Athanaſio ob laſciviam dejectus eſt: & Joſephus [m] filius ſororis & coadiutor Timothei Epiſcopi Gargar ob idem crimen in monaſterium Macronæ detruſus. Idem Athanaſii [n] eum abuſum ſuſtulit, quem nonnulli Epiſcopi induxerant, nepotes ſcilicet ſuos ſibi in Epiſcopatu coadiutores conſtituendi: quamobrem nepotes Baſilii Epiſcopi Gehon, & Dionyſii Gubæ in tenera adhuc ætate Epiſcopos coadiutores [illegible] natos depoſuit. Michaël Athanaſii ſucceſſor [o] eundem Gehonis [illegible]ſcopum unàcum nepote ejus coadiutore ob varia, quorum accuſ[illegible]tur, crimina condemnavit: Joannem verò Denham [p] Callinici [illegible]

ſco-

a [illegible] in Collegio Maronitarum de Urbe.

b Hoc tom. pag. 3[illegible]4.

c Ibid. pag 338.

d Ibid. pag 346.

e Ibid. pag 355.

f Ibid. pag. 358. & 359.

g Hoc tom. pag. 360.

h Ibidem.

i Ibid. pag. 361.

k Ibid. pag. 362.

l Ibidem.

m Ibid. pag. 362.

n Ibidem.

o Ibid. pag. 36[illegible]

[illegible]

ſcopum, quem olim Athanaſius Joſue Patriarcha in Synodo in cœnobio Ananiæ habita ab Epiſcopatus adminiſtratione removerat, cognitâ iterùm ejus causâ quum reum deprehendiſſet, dignitate qua fungebatur, & communione Jacobiticæ Eccleſiæ privavit, donec ipſum Patriarcham Antiochiæ commorantem is reſipiſcens adjit, à quo in montem Edeſſæ miſſus, ut quum illuc ipſe advenilſet, Eccleſiæ alicui præficeretur, ante Michaëlis adventum morte præventus fuit. Et hos quidem à Patriarchis Epiſcopos dejectos in hiſtoria Syriaca Barhebræi legimus. Idem à Maphrianis in ſua diœceſi peractum ex eodem Barhebræo diſcimus, qui duo nobis exempla reliquit: Primum Joannis Bionitæ [a] Maphriani, qui Jonam Gulmargæ Epiſcopatu dejecit: alterum Thomæ Tagritenſis, qui Georgium Beherini Epiſcopum damnaſſe dicitur, quod Charmæ diœceſim uſurpaſſet. a *Ibid. pag.* 432.

Ordo & numerus Epiſcopatuum.

Reliquum eſt, ut de ordine ac numero Sedium Epiſcopalium diſſeram. Utrumque nobis expreſſum repræſentant Notitiæ Veteres Patriarchatuum, & Subſcriptiones Patrum in Conciliis generalibus & provincialibus, ac præſertim in epiſtolis Epiſcoporum Antiochenæ diœceſeos reſponſivis ad encyclicas Leonis Imperatoris: ex quibus colligere licet privilegia uniuſcujuſque Eccleſiæ: quæ nam ſcilicet Metropolitana ſit, quæ Autocephala, quæ Primatialis, ſeù Catholici dignitate decorata, qui denique Epiſcopatus unicuique Archiepiſcopo ſubjecti. Sed quum hìc de Syris Jacobitis ſermo ſit, non de Catholicis Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopatibus; ex eorum dumtaxat monumentis notitiam Epiſcopalium Sedium petam; & quidem tàm earum quæ ad Antiochenum illius ſectæ Patriarcham, quàm quæ ad Maphrianum ſpectant. Seriem igitur dabo Epiſcopatuum omnium, quotquot in hiſtoria hujus gentis mihi hucuſque occurrerunt: idque ut alphabetico ordine faciam, duæ me cauſæ compellunt: primùm ut claritati conſulam: deinde quia à priſcis temporibus mos apud Jacobitas inductus fuit, ut primus poſt eorum Patriarcham Maphrianus eſſet, deinde ſenior Epiſcoporum, cujuſcumque tandem Eccleſiæ ſive Archiepiſcopalis ſive Epiſcopalis titulum is gerat: nullum enim aliud ex antiquis Eccleſiarum ſuarum privilegiis Præſules Jacobitæ hodie retinent, præter nudum *Metropolitæ* ſeù *Archiepiſcopi* titulum, quem etiam ab Epiſcopis geſtari videmus. Adeò cum orthodoxa fide vigor etiam ſacrorum canonum in Eccleſia Jacobitica corruit.

Notitia Epiſcopatuum Jacobitarum.

Patriarchæ Sedes & titulus *Antiochia* eſt, tametſi dejecto propter hæreſim Monophyſiticam Severo, nemo ex ejus ſucceſſoribus in ea urbe Sedem fixiſſe legitur præter Eliam, qui [b] anno Græcorum 1022. Chriſti 711. juſſionem à Valid Arabum Rege accepit, ut Antiochiæ novam Eccleſiam Jacobitis fundaret conſecraretque. Recuperata à Francis urbe gentem ſuam ibidem commorantem Patriarchæ viſitabant, ut de Athanaſio VII. [c] & [d] Michaële I. narratur. Ignatius [e] David circa annum Chriſti 1246. æſtatem Antiochiæ tranſegiſſe dicitur

b *Hoc tom. pag.* 337.
c *Ibid. pag.* 359.
d *Ibid. pag.* 363.
e *Ibid. pag.* 374.

tur & in eadem urbe hortum à Francis emiſſe, ubi Eccleſiam & cellulas, in quibus Patriarcha manere poſſet, ædificavit. Pulſis inde Francis quum Saraceni Chriſtianos quoque Orientales Antiochiâ excedere coëgiſſent, ſervato dumtaxat ejus urbis titulo, nec domicilium, nec Eccleſia Patriarchis Jacobitarum ad hanc diem ibi remanſit.

Maphrianus ſeù Primas Orientis.

Maphriani, ſeù Primatis Orientis Sedes ab initio *Tagriti* fuit: deinde in *monaſterio S. Matthæi*, poſtquam is *Niniviticam* ſeù *Moſulanam* diœceſim Tagritenſi, ut ſupra dictum eſt, conjunxit.

Aatafra.

*Aatafræ* Epiſcopus Abraham ſub Ignatio David Patriarcha ad annum Chriſti 1583. apud Thomam [a] à Jeſu ex Leonardo Sidonienſi Præſule commemoratur. Corruptum ex *Natapha* nomen exiſtimo, de qua infrà.

[a] Lib. 7 de converſ. gent. pag. 386.

*Abdin*. Vide *Tur-Abdin*.

Abila.

*Abila* ܐܒܠܐ urbs Syriæ inter Heliopolim & Damaſcum, de qua [b] Ptolemæus, Polybius [c], & [d] Plinius: in Itinerario Antonini ab Heliopoli diſtat millibus paſſuum XXXII. à Damaſco XVIII. Alexander ejus urbis Epiſcopus à Juſtino Imperatore quod Synodum Chalcedonenſem admittere detrectaſſet, in exilium pulſus dicitur in Chronico Dionyſii ad annum Græcorum 829. Chriſti 518.

[b] Lib. 5. Geograph. cap. 15.
[c] Lib. 16.
[d] Lib. 5. cap. 18.

*Abu-Maria*. Vide *Arabia*.

Ace ſeù Ptolemais.

*Ace*, ſeù *Aco* ܥܟܘ, quæ poſtmodùm *Ptolemais* ab Ægyptio rege appellata eſt, nunc vulgò *Acri*, non autem *Caipha*, ut autumat Poſtellus, Phœniciæ maritimæ urbs Epiſcopum Jacobitam habere cœpit, poſtquam Franci eam Saracenis eripuere. Ignatius David Patriarcha [e] Athanaſium Joſue diſcipulum ſuum ex Lacabenæ Epiſcopatu ad eamdem anno Chriſti 1246. tranſtuliſſe legitur. Per eadem tempora Jacobitæ Epiſcopos habebant Hieroſolymis, Damaſci, Tripoli, & Emeſæ. Sed quum pulſis è Syria Francis numerus quoque Jacobitarum in Palæſtina & Phœnice diminutus fuiſſet, duobus Epiſcopis contenti fuerunt, quorum alter Hieroſolymis, alter Damaſci vel Emeſæ reſidebat. Ignatius Behenamus Patriarcha [f] quum Baſilii Simeonis æmuli ſui obitum anno Chriſti 1445. accepiſſet, Hieroſolymam profectus, Jacobitas ejus urbis à novi Patriarchæ electione hoc pacto avertit, ut duos illis Epiſcopos ordinaret: Iſam ſcilicet Hieroſolymæ totiuſque Palæſtinæ, & Joſephum Bar-Niſan Damaſci atque Emeſæ.

[e] Hoc tom. pag. 246. & 375.
[f] Hoc tom. pag. 385.

Adorbigana,

*Adorbigana* ܐܕܘܪܒܝܓܢ *Perſiæ urbs*, inquit Maſius [g], *dierum circiter octo itinere ab Ninive poſita verſus Orientem*. Tres illius loci Epiſcopi in Chronico Barhebræi commemorantur: Philoxenus ſcilicet [h] qui ſùb Cyriaco Horano Maphriano circa annum Chriſti 9[illegible] ſtupro cum muliere Mahometana deprehenſus à Chriſtiana fide d[illegible] & Joannes Denha [i] Severuſque Joſue, quos idem Barhebræus ex [illegible]

[g] In epiſt. ad Augerium à Buſbeck, præmiſſa [illegible]
[h] H[illegible] tom. pag. 442.
[i] [illegible] 251.

nachis

nachis cœnobii S. Matthæi Epiſcopos anno Chriſti 1265. & ſequenti ordinavit. Maruthas circa annum 630. hunc Epiſcopatum inſtituit, ut idem Bar-hebræus in Chronico Syriaco narrat, cujus verba infra producam, quum de Harnua ſermo erit.

Akula, ſeù Cupha.

*Akula* ܥܩܘܠܐ, quam Bar-hebræus eandem eſſe affirmat [a] cum *Cupha* celeberrima Arabiæ urbe, ad Euphratis ripam ſita eſt, teſte Geographo Nubienſi, [b] quinque manſionibus à Bagdado diſtans. Abulpheda [c] ديرالعاقول *Dair-Al-Akul* appellat eamque oppidulum facit apud Bagdadum decem paraſangis à Modaina ſeù Seleucia diſtans, à Cupha tamen diverſum. Bacchum Akulæ Epiſcopum laudat Bar-hebræus in Chronico [d] quem ait amoto Denha Maphriano circa annum Chriſti 706. à Juliano Patriarcha Primatem Orientis inſtitutum fuiſſe. In eodem Bar-hebræi Chronico frequens fit mentio Epiſcoporum Jacobitarum, qui *Arabibus* præfuiſſe dicuntur. Eos in urbe Akula Sedem fixiſſe exiſtimo, vel ſaltem in proxima Akulæ urbe Hirta Naamanis, ut infrà dicam.

a Hoc tom. pag. 319.
b Clim 3. Par. 6.
c In Tab. Geogr. in deſcript. Arak.
d Hoc tom. pag. 430.

Alepus, ſeù Berœa.

*Alepus* ܚܠܒ, ſeù *Chalepus*, ut legunt Joannes Zonaras [e] & Nicephorus [f] Calliſtus, ܒܝܪܘܐ *Berœa* Græcis Latiniſque appellata, nobile Syriæ emporium, Jacobitas Epiſcopos uſque in præſentem diem habet. Antoninus [g] Epiſcopus anno Chriſti 518. imperante Juſtino in exilium pulſus ob hæreſim Monophyſiticam. Matthæus [h] ejuſdem loci Epiſcopus ſub Joanne I. Jacobitarum Patriarcha anno Chriſti 644. floruit. Bacchus [i] anno 798. ſub Cyriaco Patriarcha obiit, ejuſque in locum ab eodem Cyriaco Salomon monachus cœnobii S. Jacobi apud urbem Cyrum ſubſtitutus fuit. Abraham Patriarcha Anaſtaſium [k] præceptorem ſuum, qui cœnobii Circiſii in regione Germaniciæ Archimandrita fuerat, anno 962. Epiſcopum Alepi inſtituit. Dionyſius [l] Jeremiæ filius, qui ab Ignatio Davide ex ea Eccleſia Melitinam tranſlatus fuerat, ejuſdem Ignatii juſſu circa annum 1345. Melitinâ Alepum revocatus eſt: eoque paulo poſt defuncto, Saliba [m] Vagius Jacobi Edeſſeni filius anno ſequenti illius urbis Epiſcopatum, aſſumpto Baſilii nomine, obtinuit. Idem Baſilius quum anno 1253. à Joanne Bar-Maadani Patriarcha Maphrianus Orientis proclamatus fuiſſet, Dionyſium Matthæum [n] ſucceſſorem habuit, qui è Gumarum Sede Alepum tranſlatus fuit. Gregorius Bar-hebræus [o] eandem Eccleſiam juſſu Dionyſii Angur Patriarchæ tenuit uſque ad annum 1264. quo ad dignitatem Primatis aſcendit. Dionyſius [p] Sciocralla Jacobitis ejus urbis hodie præeſt.

e In Romano Lacapeno.
f Lib. 14. cap. 39.
g Apud Dionyſium in Chronico, & hoc tom. pag. 327.
h Hoc tom. pag. 103. & 335.
i Ibid. pag. 342.
k Ibid. pag. 351.
l Ibid. pag. 374.
m Ibid. pag. 375.
n Ibid. pag. 377.
o Ibid. pag. 378.
p Ibid. pag. 170.

Alexandretta.

*Alexandria minor* ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܙܥܘܪܬܐ, nunc *Alexandretta*, vulgò *Scandarona*, Ptolemæo [q] *Alexandria ad Iſſicum Sinum*, Alepi portus, in Conciliis & Notitiis Ciliciæ adſcribitur, hodie ad Alepi diœceſim unàcum finitimis locis, in quibus pauci Jacobitæ habitant,

q Lib. 5. cap. 15.

per-

pertinet. Dionyſius in Chronico Paulum ejus urbis Epiſcopum inter Cilicum Præſules recenſet, quos Juſtinus Imperator anno 518. ſedibus deturbavit.

Amida.

*Amida*, Syriacè ܐܡܝܕ *Amid*, & *Amed*; Arabicè, *Amed*, *Emed*, & *Emet*; Ptolemæo *Ammæa*, olim *Conſtantia* dicta, quod [a] à Conſtantio Imperatore Conſtantini Magni filio, vel [b] à Conſtantino ipſo ampliata fuerit; urbs munitiſſima Meſopotamiæ, nunc *Caramit*, ſeu *Caramida*, hoc eſt, *nigra Amida* appellatur, quod, teſte Abulpheda [c]

عليها حصن عظيم وسور من الحجارة السودا التي لا يعمل فيها الحديد ولا تضرها النار .

*Arcem amplam habeat muroſque ex nigris lapidibus, in quos nec ferrum valet nec ignis*. Idem Abulpheda [d] Amidam in regione ديار بكر *Diar-Bacr*, ſeu ut vulgo dicitur, *Diar-Bechir*, locat; unde etiam nomen urbi inditum eſt. Metropolis ab initio fuit, ut ex libris Conciliorum patet; poſtea Patriarcharum Jacobitarum Sedes uſque ad annum Chriſti 1176. quo Michaël [e] Marden pro Amida in Sedem Patriarchæ elegit. Tùm verò Metropolitas iterùm habere cœpit ad hanc diem. Seriem eorum Epiſcoporum à Concilii Nicæni temporibus uſque ad annum Chriſti 776. ex Dionyſii Chronico deſcripſi [f] hoc tomo: cui ex Bar-hebræo unum hìc addo: Samuelem [g] nimirùm, quem circa annum 616. Choſroës Perſarum Rex in eam Eccleſiam intruſit. Idem Bar-hebræus Joſephum [h], qui Joannes apud Dionyſium dicitur, ad annum 578. Petro Callinicenſi Patriarchæ manum impoſuiſſe ſcribit: Severum [i] autem Amidæ Epiſcopum ſub Joanne Patriarcha ad annum circiter 754. commemorans, ſub eo diœceſim Amidenſem in duas diviſam fuiſſe ſcribit, & partem unam eidem Severo, alteram Eſaiæ Aſpharinenſi adjudicatam. Obiit autem hic Severus, Dionyſio [k] teſte, anno Græcorum 1076. Chriſti 765. die 14. Martii, feria ſexta, poſtquam dignitatem ſuam, quam ab anno Chriſti 751. ad 755. tenuerat, Abæ ſponte abdicaſſet. Præceſſorem habuit Severum alterum, qui annum dumtaxat Amidæ præfuit poſt Sabam, qui ab anno 730. ad 750. ſederat. Abas autem vixit ab anno 755. quo Severus abdicavit, ad annum 776. quo Dionyſius Chronicon ſuum claudit, ut ex eodem Chronico palàm fit. Quamobrem Series Epiſcoporum Amidæ, quam hoc tomo [l] deſcripſi, à num. XIV. ſic augenda & emendanda eſt: *XIII. Joannes* [m], *quem Bar-hebræus Joſephum appellat, ab anno 551. ad 578. XIV. Cyriacus* [n] *ab anno 578. ad 623. XV. Thomas* [o] *ab anno 623. ad 713. XVI. Theodorus* [p] *ab anno 713. ad 729. quo abdicavit. XVII. Coſmas* [q] *ab anno 729. ad 730. XVIII. Sabas* [r] *ab anno 730. ad 750. XIX. Severus* [s] *ab anno 750. ad 751. XX. Severus* [t] *alter ab anno 751. ad 755. q[illegible] abdicavit. XXI. Abas* [u] *denique ab anno 755. ad annum 776. q[illegible] Dionyſius Patriarcha ſcribebat*. In Chronico Bar-hebræi ſequen[illegible] Epiſcopi laudantur. Cyrinus [x] à Joanne Abdone olim Synnadæ Ep[illegible]ſcopo

[a] To[illegible] [illegible] Bibl. Orient. [illegible] [illegible] & [illegible].
[b] [illegible] ex [illegible] Marcel[illegible].
[c] In Tabul Geogr. [illegible] .260.
[d] Loc. cit.
[e] Hoc tom. pag. 363.
[f] Pag. 48.
[g] Hoc tom. pag. 332.
[h] Ibid. pag. 335.
[i] Ibid. pag. 338.
[k] In Chron. Syr. ms. Tom. 1. Bibl. Orient. p. 613.
[l] Pag. 48.
[m] Hoc tom. pag. 90.
[n] Ibid. pag. 90. 102. 302.
[o] Ibid. pag. 102.
[p] Ibid. pag. 105.
[q] Ibid. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] pag. 110. 112. & [illegible]
[illegible] 357.

ſcopo circa annum 1076. Eccleſiæ Amidenſi præfectus, ibidem à Chriſtiana religione ad ſectam Mahometanam tranſiit. Baſilius Barſumna [a] ſub Joanne XIII. Patriarcha abdicato Chiſumæ Epiſcopatu, in Pheſchinenſi cœnobio per annos quinque commoratus eſt, donec ejuſdem Patriarchæ juſſu, qui Chiſumæ pro Amida Sedem fixerat, Amidæque eundem Baſilium Epiſcopum præfecerat, ad ſuam tandem Eccleſiam redire coactus fuit. Dionyſius [b] Barſalibæus anno 1166. à Michaële I. è Mabugenſi Eccleſia Amidam translatus, eandem per annos quinque rexit. Abraham [c] circa annum 1180. ex eorum Epiſcoporum numero fuit, qui conſpiratione in eundem Michaëlem facta, Theodorum Bar-Vehebun in Patriarcham ordinarunt. Mennas [d] Abrahæ ſucceſſor fautores Michaëlis ſecundi, qui apud infidelem Amidæ principem anno 1199. ejus ordinationem adversùs Athanaſium IX. procurabant, auctoritate qua apud omnes medicinæ cauſa pollebat, urbe excedere compulit. Idem [e] Joannem XIV. adversùs eundem Michaëlem II. anno 1208. in Patriarcham ordinavit, quod petitam à Michaële ad ſolvendum Amidæ tyranno tributum pecuniam haud impetraſſet. Joannes Saliba [f] cum Joanne altero Maipheractæ Epiſcopo diſcipulo ſuo anno 1253. quo Dionyſius Angur in Patriarcham proclamatus fuit, Alepum properavit, ut Joannis Barmaadani Maphriani conatus reprimeret, qui Patriarchalem dignitatem ambiebat. Cyrillus [g] Abraham Bar-garib ex Amidæ Epiſcopo in cœnobio Ananiæ poſt Ignatii Sciahab mortem anno 1381. quartus Mardæ Patriarcha aſſumpto Ignatii nomine ordinatus, Joſephum [h] fratrem ſuum cognomento Dionyſium Amidenſi Eccleſiæ præfecit. Ignatius X. qui Chaleph antea dicebatur, anno 1471. adhibitis Azizi Patriarchæ Turabdinenſis & Georgii Epiſcopi Cartaminenſis conſiliis, Joannem [i] Barſilam Amidæ & Sauræ Epiſcopum ordinavit. Simeon [k] ſub Ignatio Davide à Leonardo Epiſcopo Sidonienſi ad annum 1583. poſt Iſaacum Cypri Archiepiſcopum & ante Habibum incerti loci Epiſcopum laudatur.

a *Ibid. pag.* 360.
b *Hoc tom. pag.* 363.
c *Ibid. pag.* 368.
d *Ibid. pag.* 369.
e *Ibid. pag.* 370.
f *Ibid. pag.* 376.
g *Ibid. pag.* 384.
h *Ibidem.*
i *Ibid. pag.* 385.
k *Apud Thomam à Jeſu lib. 7. pag.* 386.

Amoria.

*Amoria* ܐܡܘܪܝܐ, Meſopotamiæ urbs penes Euphratem, *Bethammaria* Ptolemæo [l]: ſolent enim Syri vocem *Beth*, nominibus civitatum præponere, ut Græci πόλιν poſtponunt: alia ab *Amoria* Armeniæ, & *Amorio* Phrygiæ, de quibus idem Ptolemæus [m], & Procopius [n]. Inter Monophyſitas Syriæ Epiſcopos, qui anno 518. Juſtini juſſu relegati ſunt, Joannes Amoriæ Epiſcopus in Chronico Dionyſii recenſetur. Vide *Himeria*.

l *Lib. 5. cap. 15.*
m *Lib. 5. cap. 2.*
n *Lib. 3. ædific.*

Anazarba.

*Anazarba*, ſeù *Anazarbus*; Syris nunc ܐܢܙܪܒܐ *Anazarba*, nunc ܥܢܕܪܒܐ *Indarbe*; Arabicè, teſte Abulpheda [o], عين زربة *Ain-Zarba*, hoc eſt, *Fons Zarbæ*, & ناورزا *Navarza*, quod ex voce *Anabarza* derivatum puto: ſic enim Zonaras [p], Nicephorus Phocas, & Cedrenus eam

o *In Tabul. Geograph. num.* 105.
p *Apud Cellar.*

urbem

urbem vocant: Ciliciæ urbs eſt ad Pyramum fluvium, quem idem Abulpheda جيهان *Gebonem* appellat, à Siſide millibus paſſuum XXIV. diſtans. Antarchius[a] Anazarbæ Epiſcopus Monophyſita anno 518. ſub Juſtino Imperatore in exilium pulſus eſt. Abibus[b] ejuſdem loci Epiſcopus Baſilium I. Jacobitarum Patriarcham in Moriba Reſchiphæ caſtro anno Chriſti 923. & Lazarus[c] Athanaſium V. in Catin pago regionis Gehon anno 986. ordinarunt. Michaël I. circa annum 1166. Antiochiam ingreſſus, tres ibi Epiſcopos conſecravit, quorum unus Athanaſius[d] fuit, in locum Athanaſii ipſius Patriarchæ patrui, qui Anazarbenſem Eccleſiam tribus ſuprà triginta annis rexerat.

Geograph antiq. tom. 2. pag. 257. & Ortel. in loc. ſacr.

a Apud Dionyſ. in Chronico.

b Ibid. tom. pag. 347.

c Ibid. tom. pag. 351.

d Ibid. pag. 363.

Anazeta.

*Anazeta*, Ptolemæò *Anzeta*, Syris ܐܢܙܝܛ *Anazit*, & cum aſpiratione ܚܢܙܝܛ *Hanazit*, Armeniæ urbs ad radices montis Saii, teſte Dionyſio in Chronico, qui ad annum Græcorum 706. Chriſti 395. de Hunnorum irruptione in Syriam loquens, ait: ܐܚܪܒܘ ܐܬܪܘܬܐ ܟܠܗܝܢ ܕܣܘܪܝܐ ܕܒܫܦܘܠܝ ܛܘܪܐ ܕܣܐܝ ܐܝܬܝܗܝܢ : ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܪܙܘܢ ܘܡܝܦܪܩܛ ܘܐܡܝܕ ܘܚܢܙܝܛ ܘܫܡܫܛ : *Vaſtaverunt omnes Syriæ regiones, quæ ad radices montis Saii jacent: nempè Arzun, Maipheractam, Amidam, Hanazetam, & Samoſatam*. Montis Saii meminit Maſius[e] qui eum *Tura-Zahoïo*, *hoc eſt*, *montem aridum*, appellat. Is Taurus mons eſt, qui memoratis ſuprà urbibus imminet, diverſiſque in locis diverſa vocabula ab indigenis ſortitur; nam juxta Amidam & Marden, eodem Maſio[f] teſte, *Tora-d-Coros*, ideſt, *mons Cyri*, dicitur. Abraham Hanazetæ Epiſcopus in Chronico Dionyſii ad annum Græcorum 836. Chriſti 525. floruiſſe dicitur, unaque cum illo apud Jacobitas innotuiſſe Maro Stylites in monaſterio ܕܚܫܝܟܐ *Haſicha*, Simeon Incluſus, Sergius Simeonis diſcipulus in ܩܠܣ *Calas*, Mara Abbas cœnobii ܕܣܘܪܬܐ ܕܥܠ ܕܩܠܬ *Surtæ, quod ad Deglatam*, ideſt, *Tigrin ſitum eſt*; Adæus Periodeutes ex cœnobio ܕܦܪܕܝܣܐ *Paradiſi*: & Joannes monachus cœnobii ܕܙܘܩܢܝܢ *Zucheninenſis*, quod in ditione Amidæ poſitum eſt.

e Præf. in Barcepham.

f Præf. in Anaphoram S. Baſilii.

*Anbara*. Vide *Pheroz-Sapor*.

Apamea.

*Apamea* Syriæ urbs, olim ܚܡܬ *Hemat*, deinde ܐܦܡܝܐ *Apamia* dicta; Arabes[g] حماه *Hamah* appellant. Petrum ejus urbis Epiſcopum Monophyſitam, famoſum Catholicæ Eccleſiæ cum Severo Antiocheno perturbatorem, Synodus Conſtantinopolitana ſub Menna anathemate, Juſtinus Imperator exilio multavit. In novo Jacobitarum Jure Apamea Emeſæ conjuncta fuit: utraque demùm Damaſco ut ſuprà dixi.

g Abulpheda in Tab. Geogr. num. 211.

*Aphar*. Vide *Tel-Aphar*.

*Ara-*

Arabia.

*Arabia* ܒܝܬ ܥܪܒܝܐ, Epiſcopatus ſub Maphriani [a] ditione à Maruthæ uſque temporibus inſtitutus. Duplex autem fuit: alter *Arabum* abſolutè dictus, cujus Akula ut plurimum Sedes fuit, aliquando etiam *Balada*, & *Telaphar*: alter *Arabum Taalabenſium Scenitarum*, cujus Sedes in *Hirta Naamanis*. Utriuſque fit mentio apud Bar-hebræum in vita Maruthæ. Priorem Joannes Sarugenſis Maphrianus anno Chriſti 1167. in duos diviſit: mortuo enim Timotheo [b], qui illum Epiſcopatum rexerat, Rahedo quidem diœceſim ܕܒܝܬ ܥܪܒܝܐ ܘܒܠܕ ܘܕܝܪܐ ܕܡܥܠܩ *Arabum*, & *Baladæ*, & *cœnobii Moallak*, quod idem eſt ac cœnobium S. Sergii in monte Sajo poſitum, attribuit, impoſito ei Joannis nomine: Abujaſerum verò, qui Rahedi præceptor erat, Epiſcopum inſtituit ܠܬܠܥܦܪ *Tel-Aphar*, & ܘܐܒܘܡܪܝܡ *Abu-Mariæ*. Cauſam ejus diviſionis exponit idem Bar-hebræus in vita ejuſdem Joannis Sarugenſis in hæc verba: ܟܕ ܟܠܗ ܥܡܐ ܒܫܘܝܘܬܐ ܐܢܫ ܕܫܡܗ ܐܒܘܓܥܦܪ ܓܒܪܐ ܡܫܡܗܐ ܘܡܠܦܢܐ ܕܝܪܝܐ ܗܘܐ : ܫܒܩܗ ܡܦܪܝܢܐ ܘܠܪܗܕ ܕܝܪܝܐ ܬܠܡܝܕܗ ܗܘܐ ܠܐܒܘܓܥܦܪ ܐܣܡܟܗ ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܫܡܗ ܩܪܝܗ . ܘܐܬܬܥܝܪܘ ܠܘܩܒܠܗ ܟܠܗ ܥܡܐ ܘܠܐ ܩܒܠܘܗܝ . ܘܥܡܪ ܒܕܝܢܗܘܢ ܠܫܘܠܛܢܐ ܘܐܠܨܘܗܝ ܗܘ ܡܦܪܝܢܐ ܘܐܣܡܟܗ ܐܦ ܠܗ ܠܐܒܘܓܥܦܪ :

*Quum populus univerſus monachum quendam Abujaſerum nomine, virum virtutibus & doctrina præditum poſtulaſſet, eo tamen Maphrianus rejecto, Rahedum monachum ejuſdem Abujaſeri diſcipulum, impoſito ei Mar Joannis nomine, ordinavit. Quamobrem cuncti adverſus eum inſurgentes, hominem recipere noluerunt. Cauſa itaque ad Principis tribunal deducta, compulſus fuit Maphrianus Abujaſerum quoque ordinare*: cui partem ex illa diœceſi, ut ſupra dixi, attribuit. Abujaſero autem extincto, in priſtinum ſtatum diœceſis illa rediiſſe videtur: eique præfuiſſe in Appendice ad Bar-hebræi Chronicon dicuntur Behenamus Dioſcorus [c] Sciatti, qui anno Chriſti 1412. Behenamo Hedlenſi Patriarchæ manum impoſuit, & Saba [d] Ignatius, qui anno 1482. in Patriarcham Turabdinenſium electus fuit. Qui verò apud Dionyſium & Bar-hebræum in Chronicis vulgò appellantur *Arabum Epiſcopi*, ut Theodorus, Joannes, & Georgius; ii non Akulæ aut Baladæ, ſed Hirtæ Naamanis Sedem habebant, ut mox dicam.

*Arca* ܥܪܩܐ, non ea, quam in Phœnicia Ptolemæus [e] & Socrates [f] Tripolim inter & Antaradum memorant, ſed quæ in Antonini Itinerario à Melitina Armeniæ urbe millibus paſſuum XXVIII. diſtare dicitur: quam & Bar-hebræus [g] inter ſeptem Epiſcopatus circa Melitinam poſitos recenſet. Iſaac [h] ejus loci Epiſcopus Jacobita unàcum

a Hoc tom. pag. 419.

b Hoc tom. pag. 452.

c Ibid. pag. 384.

d Ibid. pag. 386.

e Lib. 5. cap. 16.

f Lib. 7. cap. 36.

g Hoc tom. pag. 260.

h Ibid. pag. 353.

Joanne Abdone Patriarcha anno Chriſti 1029. Byzantium juſſu Græcorum Imperatoris abductus, quum Synodum Chalcedonenſem admiſiſſet, à vinculis & exilio evaſit: mox in Syriam regreſſus, porrecto ſupplici libello, ad communionem Jacobitarum admiſſus fuit. Baſilius [a] conjunctis cum Dionyſio Melitinenſi Epiſcopo ſtudiis Ignatium Davidem Patriarcham plurimum vexavit. Anno Chriſti 1283. Arcam unàcum Lacabena, Calliſura, Semcha, Guba, Claudia, & Gargara deſtructam fuiſſe, teſtatur [b] Bar-hebræus.

a *Hoc tom. pag.* 371.

b *Ibi*. *pag.* 260.

*Arſam*. Vide *Beth-Arſam*.

Arſamoſata. *Arſamoſata* ܐܪܫܡܫܛ urbs Armeniæ ad Arſaniam [c] fluvium, cui Aaron Epiſcopus, teſte Dionyſio, ab anno Chriſti 503. ad annum 518. præfuit, quo ob hæreſim Monophyſiticam à Juſtino Imperatore in exilium pulſus fuit.

c *Ibid. pag.* 113.

*Arſania*. Vide *Tela-Arſania*.

Arzun. *Arzun* ܐܪܙܘܢ Armeniæ urbs, unde *Arzanena* regio Tranſtigritana apud Ammianum, *Arzaniorum oppidum* dicitur [d] Procopio: in Syria ad radices montis Saji locatur à [e] Dionyſio: Abulpheda [f] ارزن *Arzan* appellat, & cum addito ارزن الروم *Arzan-al-Rum*, quia nimirùm ditionis Romæorum terminus erat, apud quam Euphratem fluvium naſci ſcribit. Jeſujabi I. [g] Chaldæorum Patriarchæ patria fuit, unde illi Arzunitæ cognomen impoſitum. Quarto loco inter Epiſcopatus Maphriano ſubjectos [h] nominatur. Zacchæus [i] ejus Eccleſiæ Epiſcopus ſub Dionyſio Maphriano circa annum 1140. diœceſim Ninives invaſiſſe dicitur; Simeon [k] verò anno 1180. partes Theodori Bar-Vehebun adversùs Michaëlem Patriarcham ſuſtinuiſſe. Achæ Epiſcopi Arzun memoria colitur in Kalendario [l] Jacobitarum die 28. Junii.

d *Perſic.* 2.

e *In Chron. ad ann. Græc.* 706. *loc. ſuprà cit.*

f *In tab. Geogr. nu.* 399. & 406.

g *Hoc tom. pag.* 415.

h *Ibid. pag.* 419.

i *Ibid. pag.* 449.

k *Ibid. pag.* 368.

l *Cod. Syr.* 32. *hoc tom. p.* 505.

*Aſſiſſa*, *Aſſaſſinitis*. Vide *Haſſaſſinitis*.

Aſia. *Aſiæ* ܐܣܝܐ unus Epiſcopus occurrit [m] Joannes, quem Bar-hebræus ſucceſſorem Anthimi [n] in Epiſcopatu Conſtantinopolitano Monophyſitarum appellat. Eum verò ſectæ ſuæ in Aſia minori, in Caria, in Lydia, & Phrygia præfuiſſe, ex ipſius Chronico [o] palàm fit. Dionyſius in Chronico ad annum Græcorum 829. poſtquam Epiſcopos Ciliciæ, Cappadociæ, & Syriæ recenſuiſſet, quos Juſtinus Imperator tamquam Chalcedonenſis Concilii impugnatores ſedibus deturbavit, duodeviginti alios ſubjungit Aſiæ, Cariæ, & Phrygiæ Præſules, qui eandem ob cauſam relegati fuere. Sectariorum qui in iis provinciis remanſerant, curam & regimen ſuſcepit Joannes patriâ Amidenſis, à Monophyſita Syriæ Patriarcha illuc miſſus; maximè poſtquam dejecto Anthimo Conſtantinopolitano Patriarcha, res Monophyſitarum in eo terrarum tractu cecidiſſent. Hinc Bar-hebræo is, qui ſimplex Epiſcopus erat, & hæretico Antiochenæ Sedis invaſori ſubjectus, Anthimi Patriarchæ ſucceſſor vocatur: quia nimirùm hæreticis omnibus illarum

m *Ibid. pag.* 83.

n *Ibid. pag.* 329.

o *Ibid. pag.* 85.

rum

rum provinciarum poſt Anthimi depoſitionem præfuit. Itaque in Conſtantinopolitano Patriarchatu per ea tempora id factum eſt, quod poſteà Hieroſolymitano contigit, quem Monophyſitæ, ut ſuprà dixi, Antiocheno Throno ſubjectum voluere: ob exiguum ſcilicet illius ſectæ numerum, quæ in utraque diœceſi commorabatur, æquius viſum iis fuit in locum Patriarchæ unum Epiſcopum ſubſtituere, quàm Patriarcham modicæ plebi præficere.

Aſpharinum. *Aſpharinum* ܐܣܦܪܝܢ, aliàs rejecto Aleph ܣܘܦܪܝܢ *Suphrin*, unde *Syphrea* Marcellino [a], *Siphris* Procopio [b], & *Sipphara* Ptolemæo [c]: Amidâ diſtat, eodem Procopio teſte, ſtadiis 350. ſub Anaſtaſio Imperatore Perſis prodita, ut Joſue Stylites [d] refert. Eſaiam [e] Aſpharini Epiſcopum ſub Joanne Patriarcha ad annum Chriſti circiter 754. laudat [f] Bar-hebræus, eique partem diœceſeos Amidenſis ab eodem Patriarcha traditam affirmat in hæc verba: ܐܦ ܠܗ ܘܠܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܐܡܝܕ ܦܠܓܗ ܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܬܪܝܢ ܘܝܗܒ ܚܡܫܐ ܩܠܝܡܐ ܠܐܫܥܝܐ ܕܐܣܦܪܝܢ ܘܬܠܡܝܕܗ ܗܘܐ ܠܐܬܢܣܝܘܣ ܣܢܕܠܝܐ : ܘܡܕܝܢܬܐ ܘܫܪܟܐ ܕܩܘܪܝܐ ܠܣܘܝܪܐ [uncertain] ܕܡܕܝܢܬܐ . ܘܐܡܝܕܝܐ ܐܬܥܝܩܘ ܘܐܬܚܪܝܘ ܘܐܡܪܝܢ ܕܠܐ ܫܒܩܝܢܢ ܕܬܬܦܠܓ ܐܬܪܢ . ܘܟܕ ܠܐ ܐܬܡܨܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܢܩܛܘܪ ܠܗܘܢ : ܐܬܟܪܝ ܣܢܕܠܝܐ ܘܫܪܟܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܥܡܗ .

*Diœceſim quoque Amidæ in duas Patriarcha dividens, climata quinque Eſaiæ Aſpharini* Epiſcopo Athanaſii *Sandalenſis diſcipulo tradidit; civitatem verò & reliquos pagos Severo* ejuſdem urbis Epiſcopo. *Id quod ægrè ferentes Amidenſes, contradixerunt, ajentes: haudquaquam permittemus, ut regio noſtra dividatur. Quumque iis vim inferre Patriarcha nequiret, offenſus eſt Sandalenſis aliique Epiſcopi cum illo &c.*

Baalbach. *Baalbach* ܒܥܠܒܟ, ſeù ܒܝܬ ܫܡܫ *Beth-Semes*, vel ܡܕܝܢܬ ܫܡܫܐ *Medinat-Semſa*, hoc eſt, *Civitas Solis*, quam Græci *Heliopolim* dicunt, in Phœnice Libaniſia poſita, Epiſcopos Jacobitas à ſeptimo uſque ſæculo habuit. Anthimus [g] ejus urbis Epiſcopus anno Chriſti 691. à Joſepho Patriarcha ordinatus fuit. Theodoſius [h] Anthimi ſucceſſor anno 693. Cyriaco Patriarchæ, qui Joſephum excepit, manum impoſuit. Ejuſdem urbis Epiſcopo ſubjecti fuere Jacobitæ, qui poſitas Damaſcum inter & Heliopolim terras incolebant, nimirùm صدد *Sadad*, كارا *Karam*, *Nabach* نبك & ديرمارموسى *cœnobium S. Moyſis*: quæ poſtea in unam Damaſci totiuſque Phœniciæ diœceſim, ut ſupra dixi, coaluerunt.

*Babylon*. Vide *Bagdadum*.

Bagdadum. *Bagdadum* ܒܓܕܕ, ex ruinis Seleuciæ & Cteſiphontis urbs ad Tigrim ab Almanſore [i] Abbaſidarum Chaliph arum ſecundo condita, ab eodem دار السلام *Dar-aſſalam*, ſeu مدينة السلام *Medinat-aſſalam*, hoc

a *In Chron. Indict XII. ad conſulatum Dexecrati & Voluſiani.*
b *Lib. 1. de bell. Perſ.*
c *Lib. 5. cap. 18.*
d *Tom 1. Bibl. Orient. pag. 276*
e *Hoc tom. pag 338.*
f *In Chron. Syr fol. 277.*
g *Hoc tom. pag. 341.*
h *Ibid. pag. 342.*
i *Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 10.*

hoc eſt, *civitas pacis* appellata fuit: unde Syris dicitur ܡܕܝܢܬ ܫܠܡܐ *Medinet-Salama*, & Græcis Εἰρηνόπολις, teſte Nilo Doxapatrio in notitia Patriarchatus Antiocheni. *Babel*, ܒܒܠ, ſeù *Babylon* recentioribus dicitur, etſi ab antiqua Babylone differat: hæc enim ad Euphratem, Bagdadum verò ad Tigris ripas poſitum eſt. Id nomen à monacho quodam Bagdado dicto, qui Eccleſiæ in illis pratis erectæ inſerviebat, ſortitam urbem ſcribunt [a] Ben-Caſenus & Elmacinus [b]. Aliud etymon tradit [c] Abulpheda قال بعضهم ان بغ بالعجمية بستان وداد اسم رجل يعني بستان داد.

*Ajunt nonnulli*, inquit, BAGH *ſermone Perſico Hortum ſignificare, & DAD nomen proprium viri eſſe: adeoque Bagdadum Hortum Dadi ſonat*. Idem Abulpheda hanc aliam opinionem de nomine Bagdadi [d] præmiſerat: وانما سميت بغداد بهذا الاسم لان كسرى اهدى اليه خصى من المشرق فاقطعه بغداد وكان لهم صنم يعبدونه بالمشرق يقال له البغ فقال ذلك الخصى بغى داد يقول اعطاني الصنم والفقها يكرهون هذا الاسم من اجل هذا وسماها المنصور مدينة السلم لان دجلة كان يقال لها وادى السلم. وكان ابن المبارك يقول لا يقال بغداذ بالذال المعجمة فان بغ شيطان وداذ عطيته وانها شرك وانما يقال بغداد يعنى بالدالين المهملتين وبغدان ايضا.

a *Apud Gabriel. Sionitam & Jo: Heſronitam de urbibus & moribus Orientalium, cap 2.*
b *Lib. 2. hiſtor. Sarac. cap. 3.*
c *In deſcriptione Arak, fol. 76.*
d *Loc. cit.*

*Bagdadum eo appellatum eſt, quod Choſroi eunuchus quidam ex Oriente traditus ſit, quem ille Bagdadum miſit. Idolum autem in Oriente* Bagh *nomine colebant. Ait igitur Eunuchus ille*, BAGHI DAD, *hoc eſt, dedit mihi idolum. Quamobrem Juriſperiti nomen illud execrantur. Eandem urbem Almanſores Medinat-Aſſalam vocavit, quia Deglata* (Tigris) *Vadi-aſſalam*, hoc eſt, torrens pacis *dicebatur. Ajebat autem Ebnol-Mobarach, nequaquam dici debere Bagdadh cum puncto diacritico ſuper ultimum D, quoniam* BAGH *Diabolus eſt, &* DAD *cum puncto diacritico donum ejus ſignificat: quæ gentilium impietas eſſet: ſed dicendum, Bagdad cum duobus D puncto diacritico carentibus, & Bagdan quoque cum N in fine*. Hæc Arabes de nomine Bagdad, quæ regia Chalipharum fuit, comminiſcuntur. Chaldæi Neſtoriani, qui plurimum apud Chaliphas poterant, Sedem Patriarchæ ſui olim Seleuciæ & Cteſiphonte fixam, Bagdadum [e] tranſtulere. Græci ibidem Catholicum habebant, ut ſcribit Nilus [f] Doxapatrius: Sed Abraham [g] cognomento Abraza Neſtorianorum Patriarcha anno Hegiræ 300. Joannem Græcorum Metropolitam, quem Elias ejuſdem gentis Antiochenus Patriarcha Bagdadum allegaverat, ea urbe excedere coëgit, quum à Mahometanis diploma obtinuiſſet, ut adductus Bagdadum Elias Chirographo proprio ſe ſuoſque ſucceſſores ad has conditiones adigeret: [h] *Nimirùm non licere in poſterum Catholico aut Metropolitæ Græco in urbe Bagdado permanere, aut Sedem figere: ſed eum identidem Epiſcopum aliquem eò deſtinare debere, qui Græcos inibi commorantes viſitet, eorum-*

e *Hoc tom. pag. 441.*
f *In notit. Patriarch. Antiochen.*
g [illegible]-*hebræus in* [illegible] *Athana*[illegible] *ann.*
h *Hoc tom. pag. 1.*

que

*que neceſſitatibus conſulat, deinde in regionem ſuam regrediatur*. Idem à Neſtorianis cum Jacobitis [a] actum, quorum Metropolitæ ſeù Maphriano Ignatio Barchichi Joannes Neſtorianorum Patriarcha, ne Sedem Bagdadi figeret, obtento à Chalipha diplomate anno Hegiræ 394. impedimento fuit: non tamen efficere potuit, ut Epiſcopum Maphriano ſubjectum ibidem non haberent. Bar-hebræus in vita [b] ſua narrat, ſe Bagdadi æſtatem anni Chriſti 1265. exegiſſe, ibique quatuor Diaconos & Epiſcopum ordinaſſe Joſue monachum cœnobii S. Ananiæ, cui Timothei nomen impoſuit. Sed & antea Epiſcopos ejuſdem urbis habuerant, ut idem Bar-hebræus refert in vita [c] Dionyſii Patriarchæ, quem teſtatur anno Chriſti 829. Lazarum Babylonis ſeù Bagdadi Epiſcopum à civibus ſuis accuſatum depoſuiſſe, Mamone Chalipha, ad quem Lazarus provocaverat, ſententiam Patriarchæ approbante, aliumque in ejus locum Bagdadenſibus Epiſcopum ſubſtituiſſe. Hic autem Lazarus Barſabta eſt, quem Ecchelenſis [d] *Eleazarum Babylonis Epiſcopum* vocat, quinque [e] in Codicibus Liturgicis *Baſilii* & *Philoxeni* cognomen geſſiſſe dicitur.

a Hoc tom. pag. 444.
b Ibid. pag. 251.
c Ib. pag. 346.
d In not. ad Catal. Ebed p. 135.
e Cod. Syr. Nitr. IV. fol. 218.

Baghedſcia.

*Baghedſcia*, ſeu *Begedſcia* ܒܓܕܫܐ, *oppidum eſt regionis Mardæ juxta Caphartutam*, inquit Abraham [f] Presbyter ex eodem loco oriundus ad calcem libri S. Iſaac, quem idem Abraham anno Chriſti 1210. deſcripſit. *Vicus* dicitur à Daniele Diacono [g] juxta Haſrai pagum & cœnobium Barſumæ in regione Mardæ poſitus. Ejuſdem meminit Joannes [h] Mardæ Epiſcopus, qui Eccleſiam ibi condidiſſe fertur. Baghedſciæ Epiſcopus Joannes laudatur Abrahamo Presbytero ac monacho, qui ad calcem libri Sancti Iſaac [i] ſub Ignatio Salachenſi, cognomento Azizo Barſabta, Turabdinenſium Patriarcha anno Chriſti 1478. in cœnobio SS. Samuelis, Simeonis, & Gabrielis ſediſſe eum affirmat.

f Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 215.
g Ad calcem Codicis Syriaci XXXI. quem Daniel an. Chriſti 1134. exaravit. Hoc tom. p. 505.
h Hoc tom. pag. 222. & 228.
i Tom. 1. Bibl. Orient. p. 216.

Balada.

*Balada* ܒܠܕ, quam *Balat* [k] Maſius appellat, Moſis Barcephæ [l] patria, urbs Meſopotamiæ ad Tigrin ſita, ſex circiter paraſangis à Moſul diſtans, teſte [m] Abulpheda. Ad diœceſim Epiſcopi Arabiæ apud Jacobitas pertinuit: ſed à Joanne Sarugenſi Maphriano Epiſcopus ei peculiaris anno Chriſti 1167. ordinatus fuit Joannes Rahedus, ut ſuprà dixi.

k In præfat. ad Barcepham.
l Hoc tom. pag. 219.
m In tab. geograph. n. 255.

Bartela.

*Bartela* ܒܪܛܠܐ, caſtrum regionis Niniviticæ, teſte [n] Bar-hebræo, qui [o] illud inter præcipuas Maphriani diœceſes in vita Ignatii Lazari ad annum Chriſti 1155. recenſet. Patria fuit Severi Jacobi Bar-Sciacco, Epiſcopi Tagritenſis, cujus opera hoc tomo [p] retuli.

n Hoc tom. pag. 261.
o Ibid. pag. 451.
p A pag. 237.

Baſſora, ſeù Boſra.

*Baſſora* ܒܨܪܐ, ſeù *Boſra*, ܒܨܪܐ, Græcis Βόςρα, Arabibus بصرة *Baſra*, ad Tigrin verſus occaſum ſita, Abulpheda [q] teſte, qui [r] aliam Baſram regionis حوران Huranæ, hoc eſt, Arabiæ Petreæ metropolim

q In tab. geogr. num. 292.
r Num. 188.

haud

haud procul à Damaſco ponit. Syri ܒܘܨܪ *Boſar* quoque & ܦܪܬ ܡܝܫܢ *Perat-Maiſan* appellant: ſic enim Joannes [a] Jacobitarum & Salomon [b] Neſtorianorum ejuſdem urbis Epiſcopi dicuntur. Verùm, ut advertit [c] Abulpheda, ميسان هي بلدة باسفل ارض البصرة *Maiſan regiuncula eſt in extremis finibus terræ Baſræ*: Meſenen in Tigri fluvio inſulam appellant [d] Plinius, Ammianus, & Stephanus.

a Hoc tom. pag. 97.
b Tom. 1. pag. 576.
c In deſcript. Arak. fol. 1.
d Cellar. in notitia orbis antiqui tom. 2. pag. 749.

*Batnæ*. Vide *Sarug*.

*Begadſcia*. Vide *Baghedſcia*.

Beherinum.

*Beherinum* ܒܚܪܝܢ, urbs Charmæ proxima ſub Maphriani poteſtate conſtituta, Epiſcopum habuit Georgium [e], quem Thomas Maphrianus circa annum 844. damnaſſe dicitur, quod Charmæ diœceſim uſurpaſſet. *Becerræ Epiſcopatus in Arabia* meminit Gulielmus [f] Tyrius: à quo Beherinum alium eſſe, Charmæ & Tagriti ſitus, quæ urbes Meſopotamiæ ſunt, ſuadet.

e Hoc tom. pag. 437.
f In libro de bello Sacro. Apud Ortel. in Theſauro.

*Berœa*. Vide *Alepus*.

*Bethammaria*. Vide *Amoria*.

Beth-Arſam.

*Beth-Arſam* ܒܝܬ ܐܪܫܡ, pagus apud Seleuciam ſitus, teſte [g] Bar-hebræo: urbem appellat Dionyſius in Chronico ad annum Chriſti 510. eique Epiſcopum præfuiſſe Simeonem [h] teſtatur, quem ſub Cavade Perſarum Rege Neſtorianis pro fide orthodoxa murum ſe ſe oppoſuiſſe affirmat [i] idem Bar-hebræus. *Diplomate regio munitus Simeon*, inquit, *quacumque pertranſiit, Chirographum ex Armenis, Græcis, Syriſque accepit, profitentibus ſe à fide Neſtorianorum alienos eſſe; literaſque ſubſcriptionibus ſingulorum firmatas ad Regem attulit, qui ſigillo regio eaſdem firmavit: appellatæque ſunt Codices confeſſionis, & in Eccleſia Tagriti urbis repoſitæ, quæ ſola corruptionem Barſumæ* Niſibeni *evaſerat*. Forte Arſames Perſarum Rex, Darii pater, urbi nomen impoſuit.

g Hoc tom. pag. 409.
h Tom. 1. p. 341.
i Loc. cit.

*Beth-Cardu*. Vide *Gozarta*.

Beth-Cudida.

*Beth-Cudida* ܒܝܬ ܟܘܕܝܕܐ, ſeù *Beth-Cudidia* ܒܝܬ ܟܘܕܝܕܝܐ (utroque enim modo appellatur à Bar-hebræo [k]) caſtrum eſt regionis Niniviticæ haud procul à cœnobio S. Matthæi, & à Bartela, in quo Maphrianus novus à Diœceſanis eo ritu excipitur, quem idem Bar-hebræus [l] in vita Ignatii Lazari deſcribit. Patria fuit Joannis [m] Jobi Epiſcopi Nuhadræ ab eodem Bar-hebræo ordinati. Ex tecto Eccleſiæ ejuſdem caſtri Joannes [n] Maphrianus delapſus interiit.

k Hoc tom. pag. 261. & 368.
l Ibid. pag. 451.
m Ibid. pag. 261.
n Ibid. pag. 368.

Beth-Chino, ſeù Beth-Chionia.

*Beth-Chino* [o] ܒܝܬ ܟܝܢܐ, ſeù *Beth-Chionia* [p] ܒܝܬ ܟܝܘܢܝܐ, urbs apud Moſul & Beth-Raman, cui Moſes Barcepha Epiſcopus præfuit. Ex ea oriundus videtur Joannes [q] Maphrianus, cui *Bionitæ*, hoc eſt,

o Maſius in præf. ad Barcepham.
p In vita Moſis Barcephæ. Hoc tom. p. 219.
q Ibid. pag. 112.

Chio-

*Chionitæ* cognomentum: nam vitio amanuenſis literam ܟ *Ch* in ܒ *B* mutatam fuiſſe exiſtimo.

Beth-Daniel.

*Beth-Daniel* ܒܝܬ ܕܢܝܐܝܠ, ideſt, *Danielis domus*, ex tribus [a] caſtris unum erat, in quo novus Maphrianus poſſeſſionem dignitatis ſuæ capiebat.

a *Ibid. pag.* 451.

Beth-Manaëm.

*Beth-Manaëm* ܒܝܬ ܡܢܥܡ ſeu *Manaëm* ܡܢܥܡ, regionis Turabdinenſis, quam ܗܝܬܡܡ *Haitamam* [b] vocant, pagus in ſchiſmate illo, quo Saba Salachenſis [c] Turabdinenſium Patriarcha proclamatus fuit, Epiſcopali dignitate decoratus eſt. Simeon [d] Zabdæ filius Manemita, ideſt, Manemitarum Epiſcopus, Philoxeno in Patriarcham Syriæ electo anno Chriſti 1387. manum impoſuit. Lazarus [e] ex eodem loco monachus ac Presbyter Codicem Syriacum Evangeliorum, qui nunc in Bibliotheca Vaticana exſtat, anno Chriſti 1211. Scetenſi cœnobio largitus eſt.

b *Ibid. pag.* 385.
c *Ibid. pag.* 384.
d *Ibidem.*
e *Ibid. pag.* 236.

*Beth-Nubadra*. Vide *Nubadra*.

Beth-Raman ſeu Beth-Razich.

*Beth-Raman* ܒܝܬ ܪܡܢ, urbs ditionis Niniviticæ, inter Epiſcopales Maphriano ſubjectas [f] ſexta. Moſes Barcepha [g] circa annum Chriſti 900. ei præfuit. Gregorius Bar-hebræus [h] exeunte anno 1277. Michaëlem Mochlem ejuſdem urbis Epiſcopum ordinavit. Olim ܒܝܬ ܪܙܝܟ *Beth-Razich* dicta fuit, teſte eodem [i] Barhebræo: *Beth-Vazich* ܒܝܬ ܘܙܝܟ alii legunt: qua in regione S. Milleſius cum ſociis, & S. Daniel cum Varda Virgine martyrio coronatus eſt, ut ex Actis Martyrum Orientalium [k] retuli.

f *Ibid. pag.* 419.
g *Ibid. pag.* 218.
h *Hoc tom. pag.* 255.
i *Ibid. pag.* 419.
k *Tom.* 1. *pag.* 12. 186. & 187.

*Beth-Garme*. Vide *Garme*.

Beth-Saida.

*Beth-Saida* ܒܝܬ ܨܝܕܐ, non quidem Galilææ, ſed Niniviticæ regionis oppidum, cui Gregorius Barhebræus [l] Baſilium Abrahamum anno 1277. Epiſcopum præficiens, in cœnobio S. Matthæi ſedere juſſit. Etſi enim Ignatius Lazarus [m] Maphrianus uſque ab anno 1155. Moſulanam diœceſim, qua cœnobium S. Matthæi & Ninive continebantur, Tagritenſi copulavit; ejus tamen ſucceſſores ut Epiſcoporum ſibi ſubjectorum numerum augerent, ſuffraganeos quoſdam Epiſcopos ad titulum adjacentium caſtrorum inſtituerunt, quos veluti Vicarios ſuos Tagriti, vel Maipheractæ, vel in cœnobio S. Matthæi Sedem figere jubebant: quales fuere juxta eundem Barhebræum [n] Severus Jacobus Bar-Sciacco, & Baſilius Abrahamus, de quo ſuprà dixi.

l *Hoc tom. pag.* 255.
m *Ibid. p.* 451.
n *Ibid. pag.* 455.

*S. Bertoniæ*. Vide *monaſterium S. Bertoniæ*.

*Boſra*. Vide *Baſſora*.

*Biſuairia*. Vide *Suairia*.

Cæſarea.

*Cæſarea* ܩܣܪܝܐ Cappadociæ urbs notiſſima, ſub Mahometanis

ejuſ-

ejuſdem civitatis tyrannis ſæculo duodecimo Jacobitis frequens, quibus ab anno Chriſti 1166. Epiſcopi præfuiſſe dicuntur. Baſilius [a] nimirùm, quem anno prædicto Michaël Patriarcha cum Ignatio Gargarenſi Epiſcopo ſocium Hieroſolymitanæ peregrinationis adhibuit. Baſilius alter [b] cognomento Damianus, qui ordinationibus Dionyſii Angur Patriarchæ anno 1253. Ignatii Joſue item Patriarchæ, & Gregorii Barhebræi Maphriani anno 1264. interfuit. Jacobus [c] denique, qui anno 1283. ordinationi Ignatii IV. Patriarchæ ſeſe oppoſuit.

Callinicum.

*Callinicum* ܩܠܝܢܝܩܘܣ, urbs Meſopotamiæ in Oſrhoëna ad Euphratis ripas, quam teſte [d] auctore Chronici Alexandrini Seleucus Callinicus conditam de ſuo nomine *Callinicopolim* & *Callinicum* appellavit: Leo autem Imperator, ut [e] auctor Chronici Edeſſeni & Dionyſius Patriarcha affirmant, anno Chriſti 466. impoſito *Leontopolis* nomine inſtauravit: pacis tempore inter Perſas & Romanos commercio deſtinata, ut habetur [f] in Codice Juſtinianeo. Epiſcopum habere cœpit, ex quo à Leone Imp., ut mox dixi, ampliata eſt, ut idem [g] Chronici Edeſſeni auctor affirmat. Paulus [h] ejus urbis Epiſcopus anno Chriſti 518. à Juſtino Imp. propter hæreſim Sede pulſus, convertendis è Græco in Syriacum Severi libris, quos ille adversùs Julianum Halicarnaſſæum de Incorruptibilitate Corporis Chriſti compoſuerat, in cœnobio Seleuciæ apud Edeſſam operam dedit. Thomas [i] Callinici Epiſcopus Athanaſii Patriarchæ & Jacobi Edeſſeni æqualis dicitur ad calcem Codicis Syriaci Nitrienſis XXXI. qui anno Græcorum 1012. Chriſti 701. exaratus eſt. Joannes [k] è Callinicenſi Epiſcopo ab Orientalibus in Patriarcham anno Græcorum 1067. Chriſti 756. adversùs Georgium proclamatus, vixit uſque ad annum Chriſti 765. Theodoſius [l] anno Chriſti 818. manum Dionyſio Patriarchæ impoſuit. Cyriacus [m] ſub Joanne Patriarcha ad annum Chriſti 858. in Codice Nitr. XI. laudatur. Jacobus [n] anno 954. Joannem VI. tamquam Epiſcoporum ſenior ordinavit. Joannes [o] Denha ab Athanaſio Joſue Patriarcha in Synodo, quæ in cœnobio Ananiæ habita fuit, ab Epiſcopatus adminiſtratione amotus, à Michaële Athanaſii ſucceſſore anno 1172. primùm damnatus, deinde ad communionem admiſſus eſt. Ex eadem urbe ortum duxit Petrus junior Monophyſitarum Patriarcha, quem idcircò ܩܠܝܢܝܩܝܐ *Callinicenſem* appellari ex [p] Barſalibæo & Barhebræo hoc tomo obſervavi.

Calliſura.

*Calliſura* ܩܠܝܣܘܪܐ, urbs Epiſcopalis ex ſeptem, quæ circa Melitinam ſunt, teſte Barhebræo [q] qui eam ſua ætate deſolatam ſcribit. Anno Chriſti 1034. Abraham [r] Epiſcopus ei præfuit, qui Dionyſium IV. Patriarcham ordinavit. Anno 1193. Joannes [s] Bar-conon ex eadem ad Melitinæ Sedem translatus eſt. Anno 1274. Andreas [t] Phi-

loxeni

[a] *Hoc tom. pag.* 363.
[b] *Ibid. pag.* 247. 376. & 379.
[c] *Ibid. pag.* [illegible]
[d] *Pag.* 408.
[e] *Tom.* I. *Bibliotb. Orient. p.* 258. & 405.
[f] *Leg.* 4. *de commerc. & mercat.*
[g] *Loc. cit.*
[h] *Hoc tom. pag.* 46.
[i] *Tom.* I. *Bibl. Orient. pag.* 571.
[k] *Hoc tom pag.* 111. 112. & 340.
[l] *Ibid. pag.* 344.
[m] *Tom.* I. *pag.* 566.
[n] *Hoc tom. pag.* 350
[o] *Ibid. pag.* 365.
[p] *Pag.* 69. 77. 332.
[q] *Hoc tom. pag.* [illegible]
[r] *Hoc tom. pag.* [illegible]
[s] *Ibid. pag.* 368.
[t] *Ibid. pag.* 381.

loxeni Nemrod ordinationi, quem Ignatius *III.* in locum Athanaſii Melitinenſis ſubrogaverat, interfuit.

*Canſarum* & *Canſarinum* Vide *Kenneſrin*.

Caphartuta. *Caphartuta* ܟܦܪܬܘܬܐ oppidum Meſopotamiæ haud procul à Marde, quinque paraſangis à Dara diſtans, teſte Abulpheda [a] qui eam
في مستو من الارض ذات اشجار وانهار وهي اكبر من دارا :
*in planitie ſitam, arboribus & fluminibus copioſam, Daraque majorem* appellat. Mardenſi Epiſcopatui conjuncta erat ſub Anania [b] & Ignatio, qui temporibus Cyriaci Patriarchæ vixere. Joannes [c] ejuſdem loci Epiſcopus Mardæ, Caphartutæ, Daræ, Haran, Niſibi, Chaboræ, ac Telbeſmæ ſimul præfuiſſe legitur ab anno Chriſti 1125. ad annum 1165. Joannes Patriarcha [d] anno 869. Synodum ibidem celebravit, in qua Baſilium Maphrianum abſolvens, quos ille Callinici, Haran, & Rheſmæ Epiſcopos in ſchiſmate conſecraverat, ad alias vacuas Sedes tranſtulit.

a *In tab. geograph. num.* 254.
b *Hoc tom. pag.* 217. 223. & 342.
c *Ibid. pag.* 216. & 227.
d *Ibid. pag.* 437.

*Carcaſin*, *Carcaſia*. Vide *Circeſium*.
*Cardu*. Vide *Gozarta*.
*Carina*. Vide *Charma*.

Carſabaca. *Carſabaca* ܟܪܣܒܟ, fortaſſe *Chorſabia* [e] Ptolomæi, Armeniæ minoris haud procul à Tagrito oppidum, cujus Sarbelius [f] Epiſcopus fuerat, antequam à Cyriaco Patriarcha ad Maphriani dignitatem eveheretur, quam poſtea ſponte abdicavit, in cellula quadam Carſabachæ exſtructa ſeſe includens. Vide *Sababarca*.

e *Lib.* 5. *cap.* 7.
f *Hoc tom. pag.* 434.

Carſena. *Carſena* ܟܪܣܢܐ, urbs Cyrrheſticæ apud Mabugum ſeu Hierapolim, Armenis Ciliciæ Regibus ſubjecta. Palutianus [g] Pheſchinenſis cœnobii ad ripas Euphratis ſiti fundator ex eadem regione ortum duxit. Timotheus [h] Carſenæ Epiſcopus anno Chriſti 1148. ad Mabugenſem Eccleſiam tranſiit; ſed paulò poſt, quum Bar-Andreas, qui Mabugo Carſenam commutaverat, cum Philarto ejuſdem Carſenæ gubernatore Armeno diſſidium habuiſſet, eaque urbe excedens, in Pheſchinenſe cœnobium ſe contuliſſet, Timotheus ad ſuam Sedem Carſenam rediit.

g *Hoc tom. pag.* 359.
h *Ibid. pag.* 361.

Cartamina. *Cartamina* ܩܪܛܡܝܢ antiquiſſimum Syrorum monachorum cœnobium apud Marden Meſopotamiæ urbem, ante annum Chriſti 500. conditum, in quo ut Zacharias Melitinenſis [i] refert, aſceticam vitam duxerat Joannes, antequam Epiſcopus Amidæ renunciatus fuiſſet: Vixit autem Joannes uſque ad annum 502. quo Amida à Perſis capta fuit, ut ſcribit Joſue [k] Stylites. Ibidem monachum egit Simeon, qui Dionyſio [l] teſte, anno Chriſti 756. Haranitarum Epiſcopus erat. Medio ſexto ſæculo Epiſcopum habere cœpit, ut ex Chronico Barhebræi colligitur, qui ad annum Chriſti 578. obitum Joannis [m] *Cartaminenſis cœnobii Epiſcopi* recitat: idque ex Orientalis Eccleſiæ more factum vi-

i *Ibid. pag.* 57.
k *Tom.* 1. *Bibl. Orient. pag.* 283.
l *Hoc tom. pag. pag.* 107.
m *Ibid. pag.* 332.

m de-

detur, quem Sozomenus [a] in hiſtoria Eccleſiaſtica laudat, dum ſcribit, *Barſen, Eulogium & Lazarum Epiſcopos fuiſſe non alicujus urbis, ſed honoris dumtaxat cauſa, tamquam ad repenſanda præclara ipſorum facinora in ſuis monaſteriis ordinatos*: quo pacto inſtitutos primùm fuiſſe tàm cœnobii Cartaminæ, quàm S. Matthæi apud Niniven Epiſcopatus exiſtimo; etſi à Patriarchis Jacobitarum diœceſes aliquot iis poſteà adjectæ ſint, ut de cœnobio S. Matthæi infrà dicam. Et Cartaminæ quidem Epiſcopum Mardenſi urbi aliquando præfuiſſe, patet ex auctore Appendicis ad Chronicon Bârhebræi, qui anno 1364. Joannem [b] Severinitam Cartaminæ Epiſcopum laudat: Anno verò 1421. Henochum Invardenſem [c], & CumamSeverinitam Philoxenum anno 1445. ex Epiſcopis Cartaminæ & Mardæ in Patriarchas Turabdinenſium electos commemorat: Anno demum 1461. Georgium Severinitam ejuſdem factionis Mardæ & Cartaminæ Epiſcopum Philoxeno Azizo Bar-Sabtæ Patriarchæ manum impoſuiſſe ſcribit. Quos verò Cartaminæ dumtaxat cœnobium Epiſcopos rexiſſe affirmat Bar-hebræus, præter laudatum Joannem Jacobi Zanzali æqualem, hi ſunt. Ananias non quidem ille [d] junior Mardæ & Caphartutæ, de quo ſuprà dixi, ſed [e] ſenior Cartaminæ Epiſcopus ſub Severo Bar-Maske Patriarcha circa an. 680. Joannes [f] anno 988. ab Athanaſio V. ordinatus, qui characteres Syriacos, vulgò Stronghylos, hoc eſt, rotundos, quorum uſus jam ab annis centum ſublatus fuerat, reſtituit. Ignatius [g] qui cognominis Bar-Vahibi Patriarchæ ordinationi anno 1293. interfuit. Denique [h] Daniel, cujus memoria in Kalendario Syrorum die 9. Dec. colitur.

a *Lib. 6. cap. 32.*
b *Hoc tom. pag.* 383.
c *Hoc tom. pag.* 385.
d *Hoc tom. pag.* 342.
e *Ibid. pag.* 335.
f *Ibid. pag.* 352.
g *Ibid. pag.* 382.
h *Cod. Syr.* 22. *hoc tom. p.* 505.

*Cephæ caſtrum*. Vide *Chipha*.

*Ceſſunium*. Vide *Chiſuma*.

Chabura.

*Chabura* ܚܒܘܪܐ, χαβώϱας *Chaboras* [i] Ptolemæo, الخابور *Al-Chabur* Abulphedæ [k] & Nubienſi, *Aborras* [l] Straboni, & [m] Procopio: *Aboras* [n] Zoſimo & [o] Ammiano: *Abboras* Joanni [p] Malalæ: *Aburas* Iſidoro [q] Characeno: fluvius, & oppidum Meſopotamiæ, cujus Epiſcopus Stephanus [r] ab anno Chriſti 755. ad annum 768. laudatur in Chronico Dionyſii. Bar-turca [s] circa annum 1130. à Joanne XIII. è Synnadæ Eccleſia Chaboram tranſlatus eſt. Daniel [t] Chaboræ Epiſcopus, Maphriani Joannis diſcipulus, ab Ignatio II. circa annum 1252. cellâ Patriarchali excedere juſſus fuit, quod ejuſdem Ignatii nomine epiſtolam ad Mardæ dominum calumniis plenam adversùs Maphrianum præceptorem ſuum ſcripſiſſet. Idem Daniel [u] Alepum profectus, quum apud Negemum Naxuanenſem Mahometanorum antiſtitem profanis Arabum ſcientiis animum applicuiſſet, à Chriſtiana fide ad Mahometanam ſuperſtitionem anno 1253. tranſiit, quod Epiſcopatum Alepenſem conſequi nequiviſſet. Sub Joanne [x] Epiſcopo ab anno 1125. ad annum 1165. Sedes Chaboræ cum Marde, Haran, Niſibi, Dara, Caphartuta ac Telbeſme conjuncta fuit, ut ſuprà dixi.

i *Lib. 5. cap.* 18.
k *Tab geograph.* 256.
l *Lib. 16. pag.* 514.
m *Lib. 2. de bell. Perſ. cap.* 5.
n *Lib. 3. cap.* 2.
o *Lib. 23. cap.* 11.
p *In Juliano p.* 17.
q *Pag.* 4.
r *Hoc tom. pag.* 111. & 114.
s *Ibid. pag.* 360.
t *Ibid. pag.* 375.
u *Ibid. pag.* 377.
x *Hoc tom. pag.* 216.

*Char-*

Charma. *Charma* ܟܪܡܐ, inter Epiſcopatus Maphriano ſubjectos [a] urbs ſe- a *Ibid. pag.* 419.
ptima, eadem fortaſſe ac *Charmodara*, quæ ſuprà Samoſatam ad Eu-
phratem poſt XII. millia paſſuum eſt in Auguſtana tabula, quam Ptole-
mæus [b] *Cholmadaram* apud Euphratem appellat. Zacchæus [c] Char- b *Lib.* 5. *cap.* 15.
mæ Epiſcopus ad annum Chriſti 375. in Chronico Dionyſii laudatur: c *Hoc tom. pag.* 111.
& Baſilius [d] ad annum 1264. apud Barhebræum, qui circa annum d *Ibid. pag.* 379.
840. diſſidium [e] refert Charmenſes inter, & Thomam Maphrianum e *Ibid. pag.* 437.
ortum, quod hic Georgium Beherini Epiſcopum, qui Charmæ diœ-
ceſim invaſerat, damnaſſet.

*Charræ* & *Charran*. Vide *Haran*.

*Chionia*. Vide *Beth-Chionia*.

Chipha, ſeu Cepha. *Chipha*, ſeù *Cepha caſtrum* ܚܨܢ ܟܐܦܐ quod Arabes حصن كيفا *He-
ſn-Chipha*, & per ſyncopen حصنكيف *Haſ-Kaphi* appellant teſte [f] Abul- f *Tab. geograph.* 244.
pheda, urbs eſt Meſopotamiæ ad Tigrin inter [g] Gozartam & Mai- g *Ibidem*: & *Maſius in præfat. ad Anaphoram S. Baſilii*.
pherkin. Ad Epiſcopatum Maipheractæ ſpectat, de qua infrà.

Chiſuma. *Chiſuma* ܟܝܣܘܡ, *Ceſſunium* [h] Theoriano, Syriæ urbs Alepum h *In Diſp. cum Nierſe Armenorum Patriarcha*.
inter & Edeſſam. Cœnobium S. Jacobi ibidem conditum, in quod Ja-
cobus [i] Edeſſenus abdicato Epiſcopatu ſeceſſit: ubi & Dionyſium Tel-
maharenſem monachum egiſſe, auctor eſt [k] Bar-hebræus. Simeon [l] i *Hoc tom. pag.* 336.
ejuſdem urbis Epiſcopus partes Joannis XI. cum Athanaſio Samoſate- k *Ibid. pag.* 344.
no ſuſtituit. Dionyſius [m] anno 1129. Synodo Chiſumæ habitæ præ- l *Ibid. pag.* 356.
fuit, in qua Joannes XIII. electus fuit. Mortuo in eadem Synodo Dio- m *Ibid. pag.* 360.
nyſio Baſilius [n] Barſuma ſubſtitutus, paulò poſt abdicato Epiſcopatu n *Ibidem*.
in Pheſchinenſe cœnobium ad ripas Euphratis ſitum ſe contulit, ubi
quinque annis moratus eſt, donec ejuſdem Joannis XIII. Patriarchæ
juſſu, qui Chiſumæ pro Amida Sedem fixerat, ad ſuam Eccleſiam re-
dire coactus fuit. Anno 1141. idem [o] Barſuma congregatis in caſtro o *Ibid. pag.* 361.
Manſur unàcum Joanne Bar-Andrea Mabugenſi Epiſcopis Occidenta-
libus, libellum canonum condidit, & ad Athanaſium VIII. Patriar-
cham Joannis ſucceſſorem tranſmiſit, hac conditione eum recepturus,
ſi eos canones obſervaturum ſe promitteret. Duobus poſt annis Goſe-
linus Edeſſæ Comes Baſilium è Chiſumenſi ad Epiſcopatum Edeſſenum
advocavit, cujus in locum Athanaſius Patriarcha Eliam [p] monachum p *Ibidem*.
Chiſumæ Epiſcopum inſtituit. Eliæ ſucceſſit Joannes [q] doctrinâ apud q *Ibid. pag.* 208. & 361.
Jacobitas celebris, qui conſcriptum à Joanne Mardenſi de divina Pro- r *Ibid. pag.* 364.
videntia libellum confutavit: diſputationem [r] quoque cum Theoria- s *Ibid pag.* 362.
no habuit ſub Michaële I. Patriarcha & Manuele Comneno Imperatore t *Ibid. pag.* 209. & 362.
anno Chriſti 1170. Idem [s] Joannes anno 1155. Synodo in cœnobio u *Lib.* 2. *de bell. Perſ. cap.* 5.
Barſumæ ſub Athanaſio VIII. Michaëlis præceſſore habitæ interfuit, in x *Lib.* 5. *hiſt. Eccl. cap.* 9.
qua Roabani [t] diœceſis ad Chiſumenſem adjecta eſt. y *Lib* 3 *cap.* 12.

Circeſium, Carcaſin, ſeu Carchiſia. *Circeſium* Procopio [u] Evagrio [x] & Zoſimo [y]: *Circeſium* Eutro- z *Lib.* 9. *cap.* 2.
pio [z] & Sexto [a] Rufo: *Cercuſium* Ammiano [b]: *Circeium* Capitoli- a *Cap.* 13. b *Lib.* 23. *cap.* 11.

 no:

no: ܩܪܩܣܝܢ [a] *Carcaſin* & ܟܪܟܣܝܘܢ [b] *Charcheſion* Syris: Arabibus [c] قرقيسيا *Carchiſia*; oppidum eſt Oſrhoënæ regionis, cujus mœnia Aboras & Euphrates flumina ambiunt. Nonnus [d] Circeſii Epiſcopus Monophyſita anno Chriſti 518. Juſtini juſſu Sede pulſus in exilio interjit: *Cercſinæ* [e] *Epiſcopus* dicitur in collatione Catholicorum cum Severianis habita Conſtantinopoli anno 533.

a In Chronico Dionyſii.
b In epitome Canonum Ebedjeſu tom. 1. Bibl. Orient. pag. 169.
c Abulpheda tab. geograph. 245.
d Dionyſius in Chronico Syriaco.
e Hoc tom. pag. 89.

Claudia.

*Claudia* ܩܠܘܕܝܐ, Bar-hebræo [f] una ex ſeptem Epiſcopatibus qui circa Melitinam Armeniæ minoris urbem ſunt: Ptolemæo [g] *juxta Euphratem fluvium ad præfecturam Lavianam olim ſpectans*: quam hodie *Caſtamenam* vocari tradit Marius Niger [h] apud Ortelium: ſed Caſtamenæ, ſeù ut Arabes proferunt, قسطمونية & كستمونية *Caſtamuniæ* ſitus à Claudia differt: nam Abulpheda [i] teſte, بين قسطمونيـــة وانكوريـــة خمســــــــعة ايام وقسطمونيـــــــــــة فى الشرق عن انكوريــــــــــة; *Caſtamuniam inter & Ancyram iter quinque dierum eſt, Caſtamunia ad ortum Ancyræ poſita*. Cœnobium Modik, & cœnobium Barſumæ in regione Claudiæ ſita eſſe, liquet ex [k] Chronico Barhebræi. Aliud monaſterium in eadem regione [l] à Gajaſa conditum. Thomas [m] Claudiæ Epiſcopus circa annum Chriſti 990. ſub Joanne Abdon Patriarcha vixiſſe dicitur ad calcem vetuſtiſſimi Codicis Syriaci, qui nuper in Bibliothecam Vaticanam illatus eſt. Dionyſius Saliba [n] cognomento Haripha, ab anno 1224. ad 1273. eandem Eccleſiam rexiſſe fertur.

f Hoc tom. pag. 260.
g Lib. 5. cap. 7.
h In Theſauro geograph.
i In Tab. geogr. num. 400.
k Hoc tom. pag. 234. & 341.
l Ibid. pag. 350.
m Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 614.
n Hoc tom. pag. 373. 376. 380. & 381.

*Cœnobiorum Epiſcopi*. Vide *Monaſterium*.
*Conſtantina*. Vide *Teia*.
*Cudidia*. Vide *Beth-Cudidia*.
*S. Crucis cœnobium in Zaz*. Vide *Zaz*.

Cyprus.

*Cyprus* ܩܘܦܪܘܣ, maris mediterranei Inſula notiſſima. Poſt tertiam & quartam Synodum quum Oriens in factiones diviſus eſſet, tres Cypri partes Syriacum ritum amplexæ ſunt, ut [o] notavi tom. 1. nimirùm Maronitæ, Jacobitæ, & Neſtoriani, qui ſuos ibidem Epiſcopos habebant. Jacobus Edeſſenus, qui [p] anno Chriſti 708. obiit, in epiſtola ad Adæum Presbyterum de Benedictione [q] Aquæ in nocte Epiphaniæ, Proclum Cypri Epiſcopum laudat, eumque auctorem Orationis illius Syrorum, *magnus es Domine* &c. agnoſcit. Paulus ejuſdem Inſulæ Epiſcopus anno Græcorum 935. Chriſti 624. triginta S. Gregorii Nazianzeni Homilias è Græco in Syriacum ſermonem convertit, ut liquet ex annotatione, quam ex Codice Nitrienſi tom. 1. deſcripſi. An uterque Jacobita fuerit, non conſtat. Conſtat tamen Jacobitis anno Chriſti 1264. Epiſcopum præfuiſſe [r] Athanaſium, qui in Chronico Bar-hebræi ordinationi Ignatii III. Patriarchæ interfuiſſe dicitur. In Appendice ad idem Chronicon [ſ] narratur, Epiſcopum Cypri unàcum Epiſcopis Hieroſolymæ, Gargar, & Alepi anno Chriſti 1349. Siſidem Ciliciæ urbem petiiſſe, ibique Philoxenum Damaſci Epiſcopum

o Pag. 171.
p Hoc tom. pag. 337.
q Cod. Ecchell. Syr. 4. pag. 274.
r Hoc tom. pag. 379.
ſ Ibid. pag. 383.

in Patriarcham Antiochiæ & Syriæ adverſus Ignatium Iſmaëlem, qui Mardæ ſedebat, inſtituiſſe. Quum autem Leonardus Abel Nuncius Apoſtolicus Ignatium Davidem Jacobitarum Patriarcham anno Chriſti 1583. viſitavit, Iſaacus [a] Cypri ejuſdem ſectæ Archiepiſcopatum tenebat. Dionyſius [b] ad annum Chriſti 1454. & 57. & Athanaſius [c] Cypri Epiſcopi in Pontificali Syrorum Jacobitarum laudantur: & Dionyſius quidem ordinaſſe dicitur Salomonem Diaconum & Joannem Presbyterum in Eccleſia S. Behenami Maguſæ anno Græcorum 1765. & Abrahamum Diaconum in Eccleſia Deiparæ Licoſiæ anno Græcorum 1768. Athanaſius verò in eadem Deiparæ Eccleſia Presbyteros Jacobum, Aaron, Joannem; Diaconos Aaron, Iſam, Conſtantinum, Mamam, Ephræm: in Eccleſia autem S. Georgii Diaconos Davidem, Barſumam, Taliam, & Abdelmeſſiam, ut in laudato Pontificali adnotatur. Eſt autem *Maguſa* ܡܓܘܣܐ Cypri urbs, vulgò *Famagoſta*, olim *Arſinoë* [d] ad Ἀμμόχωστον promontorium, unde corruptum *Famagoſtæ & Maguſæ* nomen puto. *Licoſia* verò, ſeu ut Syri ſcribunt, ܠܦܩܘܣܝܐ *Lephcoſia*, vulgò *Nicoſia*, vetus *Ledrum*, ſeu *Leuteon* eſt, mediterranea Cypri civitas, teſte Stephano Luſignano, cujus meminit Sozomenus [e] & S. Hieronymus [f].

a Thomas à J[illegible] lib. 7. de conv[illegible] gent. pag. 386.
b Cod. [illegible] 4. pag. 80.
c Ibid. pag. 80. & 97.
d Vide Cellar. in Geogr. a[illegible] tom. 2. pag. [illegible]
e Lib. 2. hiſtor. Eccl. cap. [illegible]
f Catal. Scr[illegible] Eccleſiaſ. in Triphyllio.

Cyrus.

*Cyrus* ܩܘܪܘܣ Syriæ urbs, *Cyrrhus* & *Cyrrus* [g] nonnullis dicta; caput regionis Cyrrheſticæ, quam Syri ܐܬܪܐ ܕܩܘܪܣܛܝܐ *regionem Cruſtenſium* appellant: ut enim ex ܕܪܡܣܘܩ *Darmſuk* Damaſcus, derivant ܕܪܡܣܘܩܝܐ *Darmuskojo* Damaſcenus; ſic ex ܩܘܪܘܣ *Curos* Cyrus, ܩܘܪܣܛܝܐ *Cruſtojo* Cyrenſis. In Chronico Dionyſii unus Cyri Epiſcopus Monophyſita occurrit Sergius, qui anno Chriſti 518. à Juſtino Imperatore in exilium pulſus eſt. Vivebat [h] anno Chriſti 533. quo ex parte Severianorum adfuit in Collatione habita Conſtantinopoli ſub Juſtiniano Imperatore. Cyrrhenſium ſeu Cruſtenorum Jacobitarum ſchiſma, ex Bar-hebræi Chronico fusè deſcripſi [i] hoc tomo.

g Vide Cellar. geogr. ant. tom. 2. pag. 426.
h Hoc tom. pag. 89.
i A pag. 342.

Damaſcus.

*Damaſcus* ܕܪܡܣܘܩ, notiſſima Syriæ civitas. Thomas [k] Epiſcopus Monophyſita ei præerat anno Chriſti 518. quo in exilium pulſus eſt. Anaſtaſius [l] anno 818. ordinationi Dionyſii Patriarchæ interfuit. Timotheus [m] Synodicam Joannis Antiocheni ad Juſabum Alexandrinum anno 846. attulit. Joannes [n] anno 1211. legatione functus eſt Joannis Antiocheni Jacobitarum Patriarchæ ad cognominem Alexandrinum Patriarcham, ut ad calcem Codicis [o] Nitrienſis II. refertur. Joannes [p] alter Damaſci Epiſcopus in cœnobio Gavicatæ, quod apud Mopſveſtiam Ciliciæ urbem ſitum eſt, unàcum reliquis Epiſcopis Jacobitis anno 1264. adfuit, quum Ignatius III. Patriarcha ordinatus eſt. Philoxenus [q] ex ejuſdem urbis Epiſcopo in Patriarcham

k Hoc tom. pag. 327.
l Ibid. pag. 344.
m Ibid. pag. 348.
n Ibid. pag. 236.
o Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 561.
p Hoc tom. pag. 379.
q Ibid. pag. 383.

Syriæ

Syriæ anno 1349. à ſchiſmaticis electus fuit. Dioſcorus Jacobus [a] Barkainæus Damaſci Epiſcopatum uſque ad annum 1360. tenuit, quo dignitatem Maphriani uſurpavit. Joſeph [b] Bar-Niſan anno 1445. ab Ignatio Behenamo Patriarcha Damaſcum, Emeſam, totamque Phœniciam regendam ſuſcepit: ex quo tempore unus Jacobitarum Epiſcopus præeſſe cœpit diœceſibus Damaſci, Heliopoleos, Caræ, Sadad, Nabachæ, Tripolis, Emeſæ, & Apameæ. Idem Joſeph [c] anno 1458. à Patriarcha Chaleph Maphrianus Orientis aſſumpto Cyrilli nomine creatus, paucis poſt menſibus Emeſæ deceſſit. Antequam verò ad Maphriani dignitatem evectus eſſet, quum adhuc Baſilius Maadani Maphrianus viveret, è Syria in Meſopotamiam profectus, vacuam Sedem Dioſcoro cognomento Ebn-Dſau Nabachæo reliquit, qui ad calcem Codicis [d] Arabici XL. anno Chriſti 1454. die 24. Novembris Damaſcenæ Eccleſiæ præfuiſſe dicitur. Dioſcoro ſucceſſit Noë Libaniota [e], etſi Emeſæ Epiſcopus paſſim dicatur: qui anno 1489. Maphrianus, & anno 1494. Patriarcha Jacobitarum creatus eſt. Sub Ignatio Davide anno 1583. Jeſu [f] Damaſcenus Jacobitarum Epiſcopus in cœnobio Deiriloomor, quod apud Heliopolim ſitum eſt, Sedem habebat, ut infrà dicam. Poſtremus Jacobitarum Damaſci Epiſcopus Gregorius Abdalazal paucis abhinc annis excedere urbe compulſus eſt: eamque Eccleſiam hæretico Paſtore vacuam, annuente Sacra Congregatione de Propaganda Fide, accepit catholicus Syrorum Epiſcopus Petrus Meſſercia: quo paulò poſt defuncto, ab eadem Sacra Congregatione nuper ſubſtitutus fuit Nehemes, quem olim conſpirantes Jacobitæ ex urbe Alepo Adanam unàcum Petro Patriarcha, aliiſque orthodoxis ejuſdem Syrorum nationis Epiſcopis in exilium miſerant.

*Danielis oppidum*. Vide *Beth-Daniel*.

Dara.

*Dara* دارا, Meſopotamiæ urbs, Niſibi diſtans, teſte Procopio [g], ſtadiis centum minus duobus, à limite autem utriuſque Imperii, Romanorum ſcilicet & Perſarum, ſtadiis circiter triginta ſeptem. Anno Chriſti 506. ex vico urbs facta, ut ſcribunt Joſue Stylites [h], Dionyſius Patriarcha, & Zacharias Melitinenſis [i]: qui addit primum Daræ Epiſcopum à Thoma Amidenſi ordinatum fuiſſe Eutychianum: deinde Thomam Abdiæ filium, qui Juſtini juſſu in exilium pulſus, quod Synodum Chalcedonenſem recipere noluiſſet, anno Chriſti 540. obiit. Urbe autem in Saracenorum poteſtatem anno 641. redacta, Darenſis Sedes ab Amidenſis Metropolitæ juriſdictione exempta fuit, imò in Archiepiſcopalem erecta, ut hoc tomo [k] obſervavi. David Daræ [l] Epiſcopus ad annum Chriſti 755. in Chronico Dionyſii laudatur, & anno 775. Patriarchalem dignitatem uſurpaſſe dicitur. Joannes [m] ejuſdem urbis Epiſcopus, qui doctiſſima commentaria in S. Dionyſium reliquit, ſub Dionyſio Patriarcha circa annum 830.

cla-

a *Hoc tom. pag.* 461.
b *Ibid. pag.* 385.
c *Ibidem.*
d *Ibid. pag.* 509.
e *Ibid. pag.* 462.
f *Thomas à Jeſu lib. 7. pag.* 386.
g *Lib. 1. de bell. Perſ. cap.* 10.
h *Tom. 1. Bibl. Orient. pag.* 281.
i *Hoc tom. pag.* 58.
k *Ibid. pag.* 119.
l *Ibid. pag.* 110 111. & 112.
m *Ibid. pag.* 119 & 347.

claruit. Sub Joanne Mardæ[a] Epiſcopo circa annum 1130. ea Eccleſia conjuncta erat Mardæ, Niſibi, Haran, Chaboræ, & Caphartutæ, ut ſuprà obſervavi.

a *Hoc tom. pag.* 216.

*Deiriloomor*. Vide *monaſterium Deiriloomor*.

Dolucha, Doliche, ſeù Dulichia.

*Dolucha* ܕܘܠܘܟ, Ptolemæo *Doliche*, aliis *Dulichium*, & *Dulichia* urbs Syriæ, XLI. millibus paſſuum à Samoſatis diſtans. In Collatione Catholicorum cum Severianis habita Conſtantinopoli ſub Juſtiniano anno 533. Philoxenus ejus urbis Epiſcopus dicitur à Monophyſitica hæreſi ad orthodoxam fidem converſus: quem Bar-hebræus[b] Philoxenum minorem nepotem ex ſorore Philoxeni Mabugenſis appellat.

b *Hoc tom. pag.* 327.

Edeſſa.

*Edeſſa* ܐܘܪܗܝ, aliàs ܐܘܪܗܘܝ *Orrhoa*, & ܐܪܟ *Arach*, teſte[c] S. Ephræm: Arabibus الرها *Raha*, & ارفا *Orpha*: nonnullis *Roha*: urbs Meſopotamiæ inſignis. Epiſcoporum ejus ſeriem ab anno Chriſti 313. ad annum 769. ex Chronico Dionyſii[d] tom. 1. deſcripſi. Quæ ad Jacobitas ſpectant, huc revoco. Paulus[e] Edeſſæ Epiſcopus Monophyſita anno Chriſti 522. die 27. Julii Euchaita in exilium pulſus eſt, quod Synodum Chalcedonenſem minimè admitteret. Aſclepius[f] Catholicus in ejus locum ſubſtitutus, obiit anno 525. quo defuncto Paulus pœnitentia[g] ductus, ſupplicem libellum Euphraſio Patriarchæ obtulit, ſuamque Sedem recuperavit, quam tenuit uſque ad diem 30. Octobris anni 526. Andreas[h] Pauli ſucceſſor vixit ad finem anni 532. Adæus[i] ab anno 533. Edeſſenam Eccleſiam regendam ſuſcepit. Eulalium[k] Cedrenus ſcribit Edeſſæ Epiſcopum fuiſſe, quum Imago Achiropœta inventa fuit. Amazonium[l] Catholicis præfuiſſe teſtatur Bar-hebræus, quo tempore hæreticorum Epiſcopus erat Theodorus. Nec dubium quin ſubſequutis etiam temporibus ſuum orthodoxi Epiſcopum habuerint. Sed ut ad Jacobitas revertar, Jacobus Baradæus ſeù Zanzalus, cognomento Phaſilta[m] apud Dionyſium ſediſſe legitur uſque ad annum Chriſti 578. Bar-hebræus[n] eum non Edeſſæ Epiſcopum, ſed Metropolitam œcumenicum appellat; ideſt, nulli Sedi addictum, ſed ubique apud ſuos gregales Metropolitico jure fungentem. *Phaſilta* autem nomen cœnobii eſt, in quo Jacobus monachum egerat antequam Epiſcopus Edeſſenus fieret. In perveſto Sanctorum[o] Kalendario, quod Saliba Barchiron Preſbyter ad calcem Codicis Syriaci XXXII. exaravit, Jacobus Phaſilta à Baradæo diſtinguitur: Sic enim habetur ad diem 2. Julii: ܥܢܝܕܗ ܗܘ ܕܩܕܝܫ ܡܪܝ ܣܪܓܝܣ ܕܩܡ ܒܬܪ ܝܥܩܘܒ ܒܘܪܕܥܝܐ ܫܢܬ ܬܫܥܡܐܐ ܘܬܪܬܝܢ: *Sergii, qui ſucceſſit Jacobo Baradæo* (ideſt in Patriarchatu) *anno* Græcorum *nongenteſimo ſecundo*: & ad diem 31. ejuſdem menſis: [Syriac text, approximately two lines]

c *Tom. 1. p. 26.*

d *Pag. 424.*

e *Tom. 1. p 411.*

f *Ibidem.*

g *Ibid. pag. 413.*

h *Ibid. pag. 414.*

i *Ibid. pag. 424.*

k *In Compendio pag. 177.*

l *Hoc tom. pag.* 325.

m *Tom. 1. pag.* 424.

n *Hoc tom. pag.* 327.

o *Ibid. pag.* 505.

Ja-

# Disseratio

*Jacobi Epiſcopi Phaſiltæ ex Umka Izalæ oppido, qui fuit diſcipulus Jacobi magni cognomento Baradæi*: quod & indicatur in Formula Fidei [a], quam electus Patriarcha vel Epiſcopus ante conſecrationem coram Præſide Synodi emittere ſolet apud Jacobitas, ubi præter S. Jacobum Apoſtolum duo alii Jacobi recenſentur, nimirum ܝܥܩܘܒ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܝܥܩܘܒ ܦܣܝܠܬܐ : *Jacobus Patriarcha*, & *Jacobus Phaſiltæ*: quaſi prior Jacobus Baradæus ſit, à poſteriori Jacobo Phaſiltæ diſtinctus. Verùm tàm Bar-hebræus [b] & Jacobus [c] Tagritenſis, quàm Codices Liturgici Baradæum cum Jacobo Phaſiltæ unum eundemque faciunt. Idem Bar-hebræus quo tempore Jacobus Baradæus in vivis erat, duos Edeſſæ Epiſcopos memorat, quos Dionyſius in Chronico prætermiſit: Theodorum ſcilicet [d] ſub Sergio Patriarcha circa annum 540. & Thomam [e] ad annum 542. quo Paulus Niger Patriarcha ordinatus fuit. Baradæo [f] autem anno 578. die 30. Julii defuncto, Severus [g] Jacobitis Edeſſæ commorantibus præfuiſſe dicitur in Chronico Dionyſii ad annum Chriſti 603. Sergium [h] Severo præmittit Bar-hebræus, qui circa annum 591. in ſcripta Petri Patriarchæ inſurgens, propriam ſectam conſtituit, ut ſuprà dixi, quum de Sergianis hæreticis ſermonem feci. Poſt Severum Eſaias [i] à Choſroë Perſarum Rege circa annum 604. eodem Bar-hebræo teſte, in Edeſſenam Eccleſiam intruſus fuit. Simeon [k] anno 650. obiit. Cyriacus Simeoni [l] anno 651. ſuffectus eſt. Jacobus [m] cognomento Interpres librorum, vulgò Edeſſenus, anno 677. Cyriacum excepit, teſte Dionyſio: cui [n] Bar-hebræus repugnat, quum hunc Jacobum dicat ab Athanaſio Patriarcha ordinatum Epiſcopum; Athanaſium verò ab anno Chriſti 684. ad annum 687. Patriarcham fuiſſe. Abdicante Jacobo Epiſcopatum ſuſcepit Abibus ſub Juliano Patriarcha, ut aſſerit [o] Bar-hebræus, qui defuncto paulò poſt Abibo Jacobum ad ſuam Sedem redire coactum affirmat, eamque menſibus quatuor dumtaxat tenuiſſe: ideſt, uſque ad diem 5. Junii anni Chriſti 708. quo mortuus eſt. Rem aliter narrans [p] Dionyſius, Jacobum ſcribit ab anno 677. ad annum 710. ſediſſe: Abibum verò [q] defuncto Jacobo ab anno 710. ad annum 729. Conſtantinus [r] Abibo ſucceſſit vixitque uſque ad annum 754. Timotheus ab anno 754. ad annum 761. Simeon [ſ] ab anno 761. ad 762. quo abdicavit. Zacharias [t] Stylites ab anno 762. ad annum 769. quo Edeſſa ejectus fuit. Elias [u] Zachariæ ſubſtitutus anno 769. Theodoſius [x] Dionyſii Patriarchæ frater, qui librum Carminum S. Gregorii Nazianzeni è Græco Syriacum fecit, circa annum 825. Edeſſenam Eccleſiam regebat. Conſtantinus [y] ad annum Græcorum 1172. Chriſti 861. ſub Joanne Patriarcha floruiſſe dicitur ad calcem Codicis Syriaci III. Athanaſius [z] anno 1074. Baſilio Patriarchæ manum impoſuit. Baſilius [a] Abugalebus, cognomento Barſabuni, ab Athanaſio VII. anno 1094. ordinatus, quadrageſimo poſt

die

a *In Pontificali Syr. pag.* 94.
b *Hoc tom. pag.* 327.
c *Ibid. pag.* 240.
d *Ibid. pag.* 325.
e *Ibid. pag.* 331.
f *Ibid. pag.* 332.
g *Tom.* 1. *p.* 425. & *hoc tom. pag.* 102.
h *Hoc tom. pag.* 333.
i *Ibid. pag.* 334.
k *Tom.* 1. *p.* 425. *Tom.* 2. *pag.* 103.
l *Loc. cit.*
m *Tom.* 1. *p.* 426.
n *Hoc tom. pag.* 335.
o *Ibid. pag.* 336. & 337.
p *Tom.* 1. *p.* 426.
q *Tom.* 1. *p.* 426. & 428. *Tom.* 2. *pag.* 105.
r *Tom.* 1. *p.* 428. *Tom.* 2. *pag.* 105. 107.
ſ *Loc cit.*
t *Tom.* 1. *p.* 428. *Tom.* 2. *pag.* 111.
u *Tom.* 1. *p.* 428. *Tom.* 2. *pag.* 112. & 114.
x *Loc. cit.*
y *Hoc tom. pag.* 345.
z *Tom.* 1. *p.* 607.
a *Hoc tom. pag.* 356
b *Hoc tom. pag.* 212. & 358.

die ab eodem depoſitus fuit: qui idem fortaſſe eſt cum Baſilio Edeſſeno Epiſcopo, quem [a] Bar-hebræus tria carmina metro S. Jacobi, hoc eſt, dodecaſyllabo, de Edeſſæ expugnatione compoſuiſſe teſtatur. Baſilius [b] alter, cognomento Barſumna, è Chiſumenſi ad Epiſcopatum Edeſſenum anno 1143. evectus, obiit circa annum 1169. Athanaſius [c] Denha à Michaële Patriarcha anno 1169. ex Eccleſiæ Edeſſenæ Archidiacono in Epiſcopum ordinatus. Theodorus [d] cognomento Sukair, anno 1207. Joannis XIV. partes adversùs Michaëlem juniorem adjuvit. Joannes [e] anno 1223. ſub Ignatio Patriarcha laudatur in fine Codicis Syriaci VI. Michaëlis [f] meminit Thomas à Jeſu ad annum 1583. Eliam Edeſſæ Jacobitarum Epiſcopum ineunte anno 1716. Alepo Tripolim ſocium itineris habui, qui juſſu Iſaaci ejuſdem gentis Patriarchæ diſperſos per Syriam, Phœniciam, & Palæſtinam Jacobitas viſitavit. Gabriel, Daniel, Agæus, & Abdas Edeſſeni Epiſcopi laudantur in Kalendario [g] Syriaco Jacobitarum ad dies Januarii 9. Februarii 17. Aprilis 28. Julii 7. & Decembris 23.

a Hoc tom. pag. 317.
b Ibid. pag. 361.
c Ibid. pag. 364.
d Ibid. pag 231. & 370.
e Tom. 1. p. 611.
f Lib. 7. de converſ. gent. pag. 386.
g Cod. Syr. 32. hoc tom. p. 505.

Emeſa. *Emeſa* ܚܡܨ, Ptolemæo & Ammiano *Emiſſa*, Stephano *Emiſa*, Plinio *Hemeſa*: Phœniciæ urbs in auſtrum Apameæ: nunc ſubjecta uni Jacobitarum in Phœnicia & Syria propriè dicta commorantium Epiſcopo, qui Damaſci ut plurimùm ſedet: olim ſuos Epiſcopos habuit; quos inter [h] Abraham in chronico Bar-hebræi anno 649. dicitur Theodoro Patriarchæ, & [i] Jacobus anno 897. Dionyſio II. manum impoſuiſſe. Noë Libaniota [k] ex Emeſæ Epiſcopo anno 1489. Maphrianus ordinatus eſt.

h Hoc tom. pag. 335.
i Ibid. pag. 349.
k Ibid. pag. 462.

Euphemia. *Euphemia* ܐܦܘܡܝܐ, Meſopotamiæ urbs, quam Joſue Stylites [l] *Euphediam*, Abulpheda [m] فامية *Phamiam* appellat: à priſcis temporibus Epiſcopos Jacobitas habuit. Joannes [n] Euphemiæ Epiſcopus, Jacobo Zanzalo æqualis, circa annum Chriſti 540. in chronico Bar-hebræi laudatur. Elias [o] anno 709. in Patriarcham electus fuit, poſtquam Euphemiæ Eccleſiam annis duodeviginti rexiſſet. Athanaſius [p] ejuſdem urbis Epiſcopatum anno 846. gerebat, quo à Joanne III. ad Juſabum Alexandrinum Patriarcham unàcum Timotheo Damaſci Epiſcopo allegatus fuit. In Synodica [q] Joannis Patriarchæ ad Mennam, quæ anno Chriſti 969. ſcripta fuit, inter Epiſcopos, qui unàcum eodem Joanne in exilio erant, Sergius recenſetur Euphemiæ Epiſcopus, non Apameæ, ut hoc tomo [r] obſervavi.

l Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 276.
m In tab. geogr. 210.
n Hoc tom. pag. 324.
o Ibid. pag. 337.
p Ibid. pag. 348.
q Ibid. pag. 139.
r Pag. 478.

Gargar. *Gargar* ܓܪܓܪ, caſtrum ad provinciam Amidæ ſpectans teſte [ſ] Bar-hebræo, qui illud [t] inter ſeptem diœceſes enumerat Melitinæ urbi adjacentes. *Carcar* كركر appellatur [u] Abulphedæ, qui ipſum affirmat omnium ætatis ſuæ in Syria caſtrorum munitiſſimum fuiſſe ad occidentalem Euphratis partem poſitum apud كختا *Cachtam*, quam [x] bidui iter à Melitina diſtare ſuprà affirmaverat. Timotheus [y] Gargareñ-

ſ Hoc tom. pag. 369.
t Ibid pag. 260.
u In tab. geogr. 217.
x In tab. geogr. 213.
y Hoc tom. pag. 361.

ſis Epiſcopus anno Chriſti 1138. Athanaſium VIII. Patriarcham in cœnobio Cancratæ Presbyterum ordinavit. Idem [a] Timotheus quinquennio poſt, operâ Goſelini Edeſſæ Comitis, ad Epiſcopatum Samoſatenum translatus eſt. Joſeph [b] nepos & coadjutor Timothei ab Athanaſio VIII. Abugalebi monachi & Joannis Epiſcopi Mardæ hortatu in cœnobium Macronæ circa annum 1160. detruſus. Ignatius [c] Timotheo ſucceſſit, & Michaëlis Patriarchæ anno 1167. itineris ſocius fuit, quum Edeſſa, Chiſuma, & cœnobio Bared luſtratis, Hieroſolymam petiit. Simeon Manemita [d] antequam factionis ſuæ Patriarchatum adeptus eſſet, Gargarenſi præfuerat Eccleſiæ uſque ad annum 1421.

a Hoc tom. pag. 361.
b Ibid. pag. 362.
c Ibid. pag. 363.
d Ibid. pag. 385.

Garme.

*Garme* ܓܪܡܝ, ſeù *Beth-Garme* ܒܝܬ ܓܪܡܝ, Arabibus [e] باجرما *Bagerma*: Metaphraſti [f] *Betgerme*: Agathiæ [g] Scholaſtico *Cerma*: regio Aſſyriæ, qua urbes Dakuka, Sciahar-Kadta, Buazicha, aliæque continentur, quas Elias [h] Damaſcenus Neſtorianorum Epiſcopus recenſet. Apud Jacobitas anno Chriſti 969. Epiſcopum [i] Conſtantinum habuit, qui cum Joanne Patriarcha juſſu Græcorum Imperatoris in exilium pulſus fuit.

e Renaud. to. 2. Liturg. Orient. pag. 271.
f Apud Lipom. tom. 2. in vita S. Bademi.
g Lib. 4. p. 136.
h Hoc tom. pag. 459.
i Ibid. pag. 139.

Gehon.

*Gehon* ܓܝܚܘܢ, [k] regio Ciliciæ, quam fluvius جيحان *Gehon* [l], Græcis, *Pyramus* alluit. Baſilius [m] ejus loci Epiſcopus poſt obitum Joannis XIII. cujus in Cella propter elegantiſſimum characterem & propter rerum gerendarum peritiam morabatur, Patriarchali ejus Sigillo uſus anno 1148. Melitinenſem ſibi Epiſcopatum vendicavit, poſtquam nepotem ſuum Eccleſiæ Gehonis coadjutorem ſibi ſubſtituiſſet. Athanaſius [n] VIII. eodem anno Melitinâ eum in diœceſim ſuam excedere juſſit. Anno 1167. Michaël [o] Patriarcha tàm Baſilium, quàm ejus nepotem ob varia, quorum accuſabantur crimina, Epiſcopatu Gehonis dejecit. Anno verò 1169. in cœnobio [p] Barſumæ Concilium indixit, in quo Abugalebum monachum Gehonis Epiſcopum ordinavit.

k Ibid. pag. 351.
l Abulpheda num. 185. & fol. 66.
m Hoc tom. pag. 360.
n Ibid. pag. 361.
o Ibid. pag. 363.
p Ibidem.

Germanicia, ſeù Marhas.

*Germanicia* ܓܪܡܢܝܩܝܐ, Syris & Arabibus vulgò مرعش *Marhas* [q], Euphrateſiæ urbs, duodecim millibus paſſuum à ripis fluvii Gehonis diſtans, teſte [r] Abulpheda: quam *Baniciam* ܒܢܝܩܝܐ corrupto ex Germanicia nomine appellari ſcribit [ſ] Edenenſis; ſed cum [t] Mabugo, quæ eadem ac Hierapolis eſt, ex auctoritate cujuſdam anonymi Syri perperàm confundit. Thomas [u] ſenior Germaniciæ Epiſcopus hæreſim Monophyſitarum acriter propugnavit ab anno 518. quo Juſtini juſſu in exilium pulſus eſt, uſque ad annum 533. quo Collatio Catholicorum cum Severianis Conſtantinopoli habita fuit. Thomas alter, cognomento Heracleenſis, ejuſdem urbis Epiſcopatum geſſit ad annum 616. quo, [x] Bar-hebræo teſte, *à Domitiano Melitinenſi*

q Ibid. pag. 91.
r In tab. geogr. num. 209.
ſ Hoc tom. pag. 92.
t Ibid. & p. 91.
u Ibid. pag. 89. & 92.
x Ibid. pag. 334.

*nenſi exagitatus, in Ægyptum profectus eſt, habitavitque in Anton Alexandriæ in ſacro Antonianorum monaſterio; ubi memorabili diligentia ſacrum Evangeliorum Codicem & reliquos novi Teſtamenti libros admodùm exacta & accurata emendatione reſtituit poſt primam Verſionem Philoxeni Mabugenſis ſtudio elaboratam.* Idem Barhebræus [a] Thomam Mabugi Epiſcopum vocat, non quod Germanicia cum Mabugo eadem ſit, ſed quia utrique Thomas præfuit. Joannes [b] Germaniciæ Epiſcopus anno 818. electioni Dionyſii I. interfuit. Joannes [c] alter anno 910. Joannem IV. Patriarcham in cœnobio Tel-Sephre ordinavit. Dionyſius [d] Jacobus Barſalibi anno 1154. ab Athanaſio VIII. Epiſcopus Marhaſenſis creatus eſt: anno 1155. Mabugenſi diœceſi ab eodem auctus: demùm anno 1167. à Michaële Athanaſii ſucceſſore ad Eccleſiam Amidenſem translatus.

a Loc. cit.
b Hoc tom. pag. 344.
c Ibid. pag. 349.
d Ibid. pag. 208. 362. & 363.

*Gezerta, Gezira.* Vide *Gozarta.*

**Giaaphar Caſtrum.**

*Giaaphar caſtrum* ܚܣܢܐ ܓܥܦܪ, Abulphedæ [e] قلعة جعبر *Arx Giaabar*, olim دوسرية *Duſaria* appellata, quod à *Duſaro* Duce exercitus Naamanis filii Monderi, eodem Abulpheda teſte, condita fuiſſet: mox *caſtri Giaabar* nomen accepit à Giaabaro, qui eâ potitus fuit. Inter Rakam & Balam juxta Euphratem ad auſtrum poſita eſt. Athanaſius VIII. anno 1148. quo in Patriarcham ordinatus eſt, Baſilium [f] Amidæ Epiſcopum in caſtrum Giaaphar tranſtulit.

e In tab. geogr. num. 234.
f Hoc tom. pag. 361.

**Gozarta, ſeù Gazarta.**

*Gozarta*, ſeù *Gazarta* ܓܙܪܬܐ, hoc eſt, *Inſula*, & cum addito ܓܙܪܬܐ ܕܩܪܕܘ *Gozarta* [g] *Cardu*, *Cardoa* ſcilicet, ſeù *Carduchia*, à proximis Carduchiis [h] montibus ſic dicta: Neſtorianis ܓܙܪܬܐ ܙܒܕܝܐ *Gozarta* [i] *Zebedæa*: Arabibus [k] جزيرة *Gezira*, & cum addito, جزيرة ابن عمر *Gezirat-Ebn-Omar*: *Bezabde*, & *Bizabda* dicitur [l] Ammiano: *Zabdicene* [m] Hieronymo: *Gezerta* denique Maſio [n], qui eam *Tigris Inſulam* vocat, *XII. circiter paſſuum millibus ſuprà Mozal* (Moſul) *poſitam, decem ferè millia paſſuum ſuo ambitu continentem, muris undique cinctam, & à paucis aliis, quàm Chriſtianis hominibus habitatam.* Inter Epiſcopatus Maphriano ſubjectos [o] octavo loco recenſetur. Baſilius [p] Marcianus Geziræ Epiſcopus anno Chriſti 1172. ab Arabibus ejuſdem Inſulæ in carcerem detruſus, Jacobitarum operâ liber dimiſſus fuit. Dionyſius [q] Capharſaltenſis ejuſdem loci Epiſcopatum ad annum 1222. tenuit, quo ab Ignatio Patriarcha in Maphrianum ordinatus eſt. Gregorium [r] Joſephum anno 1243. Joannes Bar-Maadani Maphrianus Epiſcopum Geziræ inſtituit. Gregorius Bar-hebræus [ſ] item Maphrianus Joannem Vehebum, & Dioſcorum Gabrielem Epiſcopos ejuſdem urbis creavit, quorum prior ab anno 1266. ad annum 1280. vixit, alter anno 1285. ordinatus fuit, poſtquam ea Eccleſia ad quinquennium vidua manſiſſet. Ignatius [t] Chaleph eandem Eccleſiam rexit uſque ad annum 1455. quo ad Patriarchalem dignitatem aſcendit.

g Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 540.
h Cellar. in geograph. antiqu. tom. 2 pag. 775.
i Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 419.
k Abulph. num. 251.
l Lib. 20. cap. 15. & 16.
m In Chronic. ad annum XI. Conſtantis.
n In præfat. ad anaphoram Sancti Baſilii.
o Hoc tom. pag. 419.
p Ibid. pag. 452.
q Ibid. pag. 375. & 454.
r Ibid. pag. 454.
ſ Ibid pag. 251. 256. & 262.
t Ibid. pag. 385.

Guba. *Guba* ܓܘܒܐ, una ex ſeptem diœceſibus Melitinæ proximis, quas Bar-hebræus [a] ejuſdem loci olim Epiſcopus recenſet. Dionyſius [b] Barmaudiana Gubæ Epiſcopatum uſque ad annum Chriſti 1096. rexit, quo ab Athanaſio VII. ad Melitinenſem Epiſcopatum evectus fuit. Lazarus [c] ante annum Chriſti 1246. ei Eccleſiæ præfuit. Gregorius [d] Bar-hebræus in locum Lazari ab Ignatio Patriarcha ſuffectus, anno 1247. ab eodem ex Guba in Lacabenam translatus eſt. Barſuma [e] Lazari ex fratre nepos Bar-hebræum excepit.

a *Hoc tom. pag. 260.* b *Ibid. pag. 358.* c *Ibid. pag. 246.* d *Ibid. pag. 246. & 374.* e *Ibid. pag. 246. & 375.*

Gulmarga. *Gulmarga* ܓܘܠܡܪܓܐ, apud Sigaram urbs ad Maphriani ditionem olim ſpectans. Jonas [f] Gulmargæ Epiſcopus in Synodo Epiſcoporum Orientalium in monaſterio Canoſciæ ditionis Sigaræ habita damnatus, à Joanne Bionita Maphriano, quod decretum Synodi ſperneret, Epiſcopatu dejectus eſt.

f *Ibid. pag. 432.*

Gumæ. *Gumæ* ܓܘܡܐ, regio [g] agri Antiocheni, teſte Bar-hebræo, qui [h] eam inter Epiſcopatus Antiochenæ diœceſeos recenſet. *Giumam* جوم appellat Abulpheda [i] additque [k] aliàs الراوندان *Ravandan* nuncupari. Matthæus [l] ſub Joanne Barmaadani, Dionyſio Angur, & Ignatio III. Patriarchis ei Eccleſiæ præfuit ab anno 1255. ad annum 1264.

g *Ibid. pag. 336.* h *Ibid. pag. 260.* i *In deſcript. Syriæ fol. 66.* k *Tab. geogr. num. 220.* l *Hoc tom. pag. 377. & 379.*

Gumal. *Gumal* ܓܘܡܠ [m], urbs in regione Maragæ ſita, inter Epiſcopatus Maphriano ſubjectos quinto loco numeratur. Aitallaha [n] primus ejus loci Epiſcopus à Marutha Maphriano circa annum 629. ordinatus eſt.

m *Ibid. pag. 419.* n *Ibidem.*

Haa. *Haa* ܚܐܚ, caſtrum [o] regionis Turabdinenſis, ex qua in Kalendario [p] Syriaco Jacobitarum ad diem 23. Januarii, 28. Aprilis, 16. Auguſti, 21. Septembris, & 18. Novembris, ortum duxiſſe dicuntur Saba, Phinees, Jazdinus, & Abæus Abbas Cartaminæ. In eodem Kalendario die 28. Septembris memoria colitur Jonæ Haæ Epiſcopi, qui in ܚܡܬ *Hemat* urbe martyrium ſubiiſſe fertur. Bar-hebræus [q] in Chronico ad annum 1174. meminit Ignatii Epiſcopi ejuſdem urbis, quem ait, quum ſuos Presbyteros & monachos apud infidelem principem accuſatum iret, à Curdis ad ſtipitem alligatum interiiſſe. Severus [r] Haæ Epiſcopus anno 1293. Synodo interfuit, quæ in ordinatione Ignatii Barvahibi Patriarchæ in cœnobio Ananiæ habita eſt. Cyrillus [s] Simeon Elianita unus ex Epiſcopis fuit, qui Ignatium Iſmaëlem Barvahibi ſucceſſorem anno 1332. ordinarunt. Philoxenus [t] Azizus Barſabta anno 1461. ex Epiſcopo Haæ in Patriarcham Turabdinenſium electus fuit.

o *Ibid. pag. 501. ad calcem Cod. Syr. 24.* p *Ibid. pag. 505. Cod. Syr. 32.* q *Ibid. pag. 366.* r *Ibid. pag. 382.* ſ *Ibid. pag. 382. 383. & 501.* t *Ibid. pag. 385.*

Hadeth, & Haditha. *Hadeth* ܚܕܬ, ſeù *Hadatha* ܚܕܬܐ, Arabes حديثة *Haditham* appellant. Duplex hujus nominis civitas, teſte Abulpheda [u]: altera in Meſopo-

u *In tab. geogr. num. 258. & 262.*

ſopotamia ad Euphratem fluvium haud procul ab Anbara ſeù Pheroz-Sapor: altera extra Meſopotamiam ad Tigrim verſus ortum eo loco poſita, quo Zeba major Tigri miſcetur, quatuordecim paraſangis à Moſul diſtans. Hadithام in Segeſtana [a] habet Bar-hebræus, cujus Epiſcopum Aaronem circa annum Chriſti 1155. ejurata Mahometana ſecta, quam amplexus fuerat, ad montem Libanum apud Maronitas pœnitentiæ cauſa ſeceſſiſſe refert. Hadethæ [b] ad Tigrim Epiſcopatus Neſtorianorum ſub Metropolita Moſulano commemoratur in Tabula Eliæ. Ejuſdem urbis Epiſcopus Jacobita Abraham in Codice [c] Syriaco Nitrienſi II. laudatur. Joannes Hadethenſis [d] Epiſcopus anno 1029. unàcum Joanne Abdon Patriarcha Byzantium abductus, quod in erroribus Jacobitarum tuendis pertinax eſſet, vitam in vinculis reliquit.

*Hara*. Vide *Harnua*.

Haran, Charan ſeu Charræ.

*Haran* ܚܪܢ, Arabibus [e] حران *Harran*, ſeù *Charran*: Græcis Κάῤῥαι, urbs Meſopotamiæ Craſſi clade notiſſima. Joannes Epiſcopus Haran Monophyſita anno 518. in exilium pulſus eſt, teſte Dionyſio in Chronico, ejuſque memoria in Kalendario [f] Jacobitarum ad diem 2. Decembris colitur. Sergius [g] in eodem Chronico ad annum Chriſti 546. unàcum Achudeme Perſarum Primate, Joanne Armeniæ Catholico, Eunomio Amidæ Epiſcopo, Joanne Pergami, Photio Smyrnæ, Joanne Kenneſrini, Joanne Callinici, Joanne Aſiæ, Joanne & Barſohede Perſarum Epiſcopis claruiſſe dicitur. Simeon [h] ad annum 617. & Simeon [i] alter ad annum 729. & 746. laudantur, quorum poſterior in cœnobio Cartaminæ monachum egiſſe dicitur: utriuſque autem mentio fit in Kalendario [k] Jacobitarum die 3. Januarii, & 2. Junii. Joannes [l] & Iſaac [m] ex Epiſcopis Haran anno 740. & 755. in Patriarchas electi fuere. Athanaſius Sandalenſis [n] qui Iſaaco in Patriarchatu ſucceſſit, ab Haranitis noctu ſuffocatus eſt, quod Abdinenſem quendam Iſaaci diſcipulum ipſis invitis Antiſtitem ordinare deliberaſſet. Dionyſius [o] anno 759. ſub Georgio Athanaſii ſucceſſore claruit. Idem Dionyſius [p] ante annum 755. Epiſcopus Haranitarum in Chronico Dionyſii per anteceſſum dictus fuit, quo tempore, ut ſuprà dixi, non ipſe, ſed Iſaac [q] ſub Joanne Patriarcha Haranitis præerat. Petrus [r] anno 1004. Joanni Abdoni Patriarchæ manum impoſuit. In laudato Jacobitarum Kalendario Iſidorus & Thomas Haranitarum Epiſcopi die 4. Febr. & 5. Jul. memorantur. Sub Joanne [s] anno 1125. Epiſcopatus Haran cum Mardæ, Chaboræ, Niſibis, Daræ, Caphartutæ, & Telbeſmæ conjunctus fuit, ut ſuprà dixi.

Haretbaret.

*Haret baret* ܚܪܬܐ ܒܪܬܐ Armeniæ minoris oppidum, ut liquet ex Abulpheda [t] qui illud inter & Amidam, caſtrum شمشاط *Semſatam* à Samoſata Euphrateſiæ urbe diverſum collocat. Idem Abulpheda [u] caſtrum Zaidi cum Haretbaret unum idemque facit: ſic enim de quarta Arme-

nia

[a] Hoc tom. pag. 362.
[b] Ibid. pag. 459.
[c] Tom. 1. pag. 561.
[d] Hoc tom. pag. 353.
[e] Abulpheda num. 235.
[f] Hoc tom. pag. 505.
[g] In Chronico Dionyſii.
[h] Hoc tom. pag. 102.
[i] Ibid. pag. 105. & 107.
[k] Ibid. pag. 505.
[l] Ibid. pag. 338. & 355.
[m] Ibid. pag. 338. & 339.
[n] Ibid. pag. 110. & 111. & 339.
[o] Ibid. pag. 111.
[p] Ibid. pag. 110.
[q] Ibid. pag. 338.
[r] Hoc tom. pag. 352.
[s] Ibid. pag. 216.
[t] Tab geogr. n. 236.
[u] In deſcriptione Armeniæ fol. 94.

nia ſcribit: والرابعة قرب حصن زياد وهو المسمى بخرت برت وخلاط وارزن الروم وما بين ذلك

*Quarta complectitur caſtrum Zaidi, quod Chartbart dicitur, & Chalatam & Arzan Romæorum, & quidquid iis interjacet.* Barhebræus in hiſtoria Dynaſtiarum [a] refert, Saurnavinum Mogulenſium ducem Melitinâ in حرتبرت *Haretbaret* profectum, ibidem operâ Aaronis medici ipſius Barhebræi genitoris amiſſam ſanitatem recuperaſſe. Leonardus [b] Abel inter Epiſcopos Jacobitas, qui anno Chriſti 1583. ſub Ignatio Davide Patriarcha vivebant, *Joannem Epiſcopum de Hartbert* numerat. Vide *Zaidi caſtrum*. a Hoc tom. pag. 245. b Apud Thomam à Jeſu lib. 7. pag. 386.

Harnua, ſeù Hara.

*Harnua* ܗܪܘܢ nobilis Choraſanæ urbs, quam Amrus [c] in hiſtoria Neſtorianorum, & Abulpheda [d] in deſcriptione Choraſanæ هراه *Haram* appellant. Barhebræus [e] à Marutha Maphriano Epiſcopum Harnuæ inſtitutum ſcribit. ܘܒܗܘ ܙܒܢܐ ܣܓܝܘ ܐܪܬܕܘܟܣܐ ܒܦܪܣ܆ ܘܣܘܓܐܐ ܪܒܐ ܡܢ ܐܘܪܗܝܐ ܕܐܫܬܒܝܘ ܗܘܘ ܡܢ ܦܪܣܝܐ܆ ܝܬܒܘ ܒܣܓܣܬܢ ܘܒܟܘܪܣܢ܆ ܘܫܕܪܘ ܠܘܬ ܡܪܘܬܐ ܡܦܪܝܢܐ ܘܫܐܠܘ ܕܢܣܡ ܠܗܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ. ܘܗܘ ܣܡ ܚܕ ܠܣܓܣܬܢ܆ ܘܐܚܪܢܐ ܠܗܪܘܢ܆ ܘܬܠܝܬܝܐ ܠܐܕܘܪܒܝܓܢ. c Hoc tom. pag. 458. d Tab. geogr. n. 501. e Hoc tom. pag. 420.

*Per idem tempus*, inquit [f], *Orthodoxorum* (ideſt Jacobitarum) *numerus in Perſide auctus eſt: & ingens Edeſſenorum numerus, qui à Perſis in captivitatem abducti fuerant, domicilium in Segeſtana, & Choraſana fixere: qui ad Marutham Maphrianum legationem miſerunt, Epiſcopos ſibi ordinari poſtulantes. At ille unum quidem Epiſcopum Segeſtanæ inſtituit, alterum Harnuæ, & tertium Adorbiganæ.* f In Vita Maruthæ, in Chron. Syr.

Haſſaſſinitis.

*Haſſaſſinitis* ܚܨܨ ܣܢܝܢܝܐ, ſeù ܣܢܝܢܝܬܐ, regio Tagritenſis ditionis, quam Arabes حصاصه *Haſſaſſam* appellant, unde populi *Aſſaſſini*, ſeù *Aſſiſſini*, vel *Aſſaſſinitæ* dicti ſunt; iique non modò Mahometani, quorum Gulielmus [g] Tyrius, Jacobus [h] de Vitriaco, & [i] Renaudotius meminere; verùm etiam Chriſtiani Jacobitæ, quorum ſchiſma ſuprà deſcripſi, & latè hoc tomo [k] expoſui. Haſſaſſinitarum Patriarcha circa annum 890. Zebina [l] fuit, Joannis legitimi Jacobitarum Patriarchæ diſcipulus: Metropolita ſeù Maphrianus, Pheraa [m] à Zebina ordinatus: Pheraa Barnaſicham [n] Moyſis Barcephæ diſcipulum Epiſcopum Moſul inſtituit. Ejuſdem factionis Epiſcopum fuiſſe Matthæum [o] cognomento *Paſtorem*, Anaphoræ Syriacæ auctorem exiſtimo, quem ex Syrorum monumentis cl. Stephanus Edenenſis [p] Haſſaſſinitis præfuiſſe ſcribit: idque ut affirmem, non hac tantùm conjectura adducor, verùm etiam ex ſtylo ejuſdem Anaphoræ Syriacæ, & ex more Epiſcoporum Syrorum ejuſdem ætatis, Liturgias ſcilicet condendi. Sed de his alibi.

g Hiſtor. beli. ſacr. lib. 20. cap. 31.
h Hiſt. Hieroſ. cap. 81.
i Hiſt. Alex. p. 320 & alibi.
k Pag 215. 366. 440 & 452.
l Hoc tom. pag. 440.
m Ibidem.
n Ibidem.
o Ib. pag. 320.
p De Orthodoxis Liturgiarum Scriptoribus c. 2. num. 6.

Hatacha.

*Hatacha* ܚܛܟܐ, Abulphedæ [a] حتاخ *Hattach*, urbs regionis Diarbechir, hoc eſt Amidenſis, haud procul [b] à Maipheracta. Simeon Hatachæ Epiſcopus anno 1293. Synodo interfuit, in qua Ignatius Bar-Vahib ejuſdem præceptor in Patriarcham ordinatus eſt.

a *In tab. geogr. num.* 243.
b *Hoc tom. pag.* 454.

Haura.

*Haura* ܚܘܪܐ, Sarugenſis ditionis pagus, teſte Barhebræo [c] qui Jacobum doctorem antequam ad Epiſcopatum Batnæ aſcenderet, Hauræ Periodeuten, ſeù Viſitatorem fuiſſe ſcribit. Idem Barhebræus, [d] Joannem Zucheninenſem monachum ex Epiſcopo Hauræ in Patriarcham circa annum 740. electum affirmat. Verùm quum idem Joannes ab eodem [e] Barhebræo & ab hiſtoriæ [f] Alexandrinæ Scriptoribus Epiſcopus *Haran* dicatur, conſequens eſt, ut Hauræ ſimul & Haran Epiſcopatum rexerit.

c *Ibid. pag.* 322.
d *Hoc tom. pag.* 338.
e *Ibid. pag.* 355.
f *Apud Renaud. in hiſt. Alex.*

*Heliopolis.* Vide *Baalbach.*
*Heſna*, ſeù *Heſen Zaid.* Vide *Zaidi caſtrum.*
*Heſen Chipha.* Vide *Chiphæ Caſtrum.*
*Heſen Manſur.* Vide *Manſuri caſtrum.*

Hegon, ſeù Eges.

*Hegon* ܗܓܘܢ, ſeù ܐܝܓܣ *Eges*: Ptolemæo & Plinio *Ægæ*, aliis *Ægæa*, ſeù pluraliter *Ægææ*: Ciliciæ oppidum, de quo latè Cellarius [g]. Julius Hegon Epiſcopus anno 518. unàcum reliquis Epiſcopis Monophyſitis à Juſtino Imp. in exilium pulſus eſt. In Profeſſione [h] Fidei, quam Ordinandus coram Pontifice Jacobita emittit, Cyrus & Joannes Ægeatæ inter hæreticos damnantur.

g *Tom. 2. geogr. antiq. pag.* 246.
h *In Pontif. Syr. Cod. Ecchell.* 4. *p.* 95.

Epiphania.

*Epiphania* ܐܦܝܦܢܝܐ, Ciliciæ urbs non longè ab Iſſo, alia ab Epiphania Syriæ, quæ Evagrii Scholaſtici patria fuit. Paulus Epiphaniæ in Cilicia Epiſcopus à Dionyſio inter eos recenſetur, quos Juſtinus Imp. anno 518. exilio multavit.

Hieruſalem.

*Hieruſalem* ܐܘܪܫܠܡ: Græcis Latiniſque Patriarchatus: Jacobitis, Coptis, Armeniis, & Neſtorianis ſimplex Archiepiſcopatus Patriarchæ eorum ſubjectus: etſi ſpecioſum apud Jacobitas quinti Patriarchæ titulum ei Eccleſiæ delatum invenio in Relatione Leonardi [i] Abel. Poſt dejectionem Theodoſii monachi, qui [k] Juvenalis Patriarchæ Hieroſolymitani Sedem invaſerat, primuſque Monophyſiticos errores in ea Eccleſia diſſeminarat, cœperunt Monophyſitæ proprium ibi gregem conſtituere; accedente præſertim Zenonis & Anaſtaſii Imperatorum patrocinio, qui plurimum iis favebant. Quoniam verò ſub Juſtino Catholicus Oriens de hæreticis triumphavit, & monachorum S. Sabæ zelo Hieroſolymitana Sedes à Monophyſitarum faucibus præſervata eſt, ii paulatim imminuti non Patriarcham, ſed Epiſcopum ſibi conſtituerunt, qui Antiocheno ipſorum Patriarchæ ſubeſſet: ea planè ratione, qua Anthimo Conſtantinopolitana Eccleſia dejecto, diſperſos per eum Patriarchatum ſectarios Joannes Aſiæ Epiſcopus regebat,

i *Apud Thomam à Jeſu p.* 386.
k *Hoc tom. pag.* 55.
*Evagr. lib. 2. c. 5.*

bat, ut ſuprà notavi. Primus Hieroſolymorum ſectæ Jacobiticæ Epiſcopus in Chronico Bar-hebræi Severus [a] occurrit, qui anno Chriſti 595. vel juxta alios, anno 597. Athanaſium I. Patriarcham in cœnobio Kennesrinenſi ordinavit. Ignatius Romanus [b] ex Hieroſolymitano Jacobitarum cœnobio, quod Magdalenæ [c] dicitur, in Barſumæ monaſterium ab Athanaſio VIII. circa annum 1140. evocatus, Sanctæ urbis Epiſcopatum accepit, quem [d] uſque ad annum 1185. per integros quinque ſupra quadraginta annos tenuit. Dionyſius Barſalibæus [e] ſuum de Liturgia Syriaca commentarium huic Ignatio nuncupavit. Athanaſius [f] Michaëlis Patriarchæ frater Ignatio ſuffectus, à monachis ejus urbis nequaquam exceptus eſt: ad fratrem igitur regreſſus, Antiochiæ [g] obiit die 21. Octobris anno Græcorum 1504. Chriſti 1193. ejuſque in locum ab eodem Michaële Patriarcha Ignatius Sahada cœnobii Duair archimandrita ſubrogatus eſt. Athanaſius [h] Hieruſalem Epiſcopus anno 1264. ordinationi Ignatii III. Patriarchæ in cœnobio Gavicathæ interfuit. Iſa [i] Hieroſolymæ totiuſque Palæſtinæ ab Ignatio Behenamo anno 1445. Epiſcopus ordinatus eſt. Gregorius [k] Jacobitarum Hieroſolymæ commorantium Epiſcopus exaratum à Jacobo Abdallæ Syro Liturgiarum Codicem, & ab eodem amanuenſi cœnobio S. Mariæ Syrorum in deſerto Scetenſi dono oblatum, die 13. Martii anno Chriſti 1516. propria ſubſcriptione teſtatur, uti ad calcem Codicis Nitrienſis III. adnotatur. Joannes [l] anno 1583. vivebat, quo Leonardus Abel Ignatium Davidem Jacobitarum Patriarcham viſitavit. Gregorius denique, qui antea Joſue appellabatur, unus ex Catholicis Epiſcopis fuit, qui cum Petro Patriarcha circa finem ſæculi decimi ſeptimi conſpiratione Jacobitarum ex Palæſtina & Syria pulſus, in Urbem ſe recepit.

a Hoc tom. pag. 334.
b Ibid. pag. 361.
c Ibid. pag. 363. & 371.
d Ibid. pag. 368.
e Ibid. pag. 176.
f Ibid. pag. 368.
g Ibid. pag. 368.
h Ibid. pag. 359.
i Ibid. pag. 385
k Tom. 1. pag. 562.
l Apud Thomam à Jeſu pag. 386.

Himeria.

*Himeria*, vel *Imeria* oppidum Oſrhoënæ, ſeù Edeſſenæ regionis, cujus Uranius Epiſcopus in Concilio Chalcedonenſi ſubſcriptus legitur. *Amurin* ܐܡܘܪܝܢ Syris dicitur, ejuſque loci Joannes [m] Epiſcopus anno 518. relegatus fuit, quod Chalcedonenſem Synodum rejiceret. Vide *Amoria*.

m In Chronico Dionyſii.

Hirta.

*Hirta* ܚܝܪܬܐ & cum addito ܚܝܪܬܐ ܕܢܥܡܢ *Hirta Naamanis*, urbs Aſſyriæ apud Cupham, à qua tribus paſſuum millibus diſtat, teſte Abulpheda [n] qui cauſam hanc ſubjungit, cur ad Naamanem referatur.

وكانت منازل النعمان ابن المنذر وبها تنصّر المنذر بن امرالقيس وبنى بها الكنائس العظيمة

*Ibi*, inquit, *Sedes erat Naamanis filii Monderi: ibique chriſtianam religionem amplexus Monderus filius Amrilcaiſi, magnificas Eccleſias exſtruxit*. Patria fuit Honaini celeberrimi medici, cujus geſta ex Barhebræo [o] narravi. Ebedjeſu diſcipulus Abdæ Durkonenſis circa annum Chriſti 400. monaſterium apud eam urbem ædificavit, [p] Amro teſte. Neſtoriani [q] Epiſcopum habent, qui Hirtæ ſimul & Akulæ præeſt,

n Tab. geogr. num. 270.
o Hoc tom. pag. 271. 438.
p Ibid. p. 400.
q Ibid. p. 459.

eſt, Patriarchæ eorum immediatè ſubjectus. Jacobitæ quoque ſuum in ea urbe Epiſcopum habuere, teſte Dionyſio in Chronico, qui ad annum Græcorum 862. Chriſti 551. Theodorum laudat *Hirtæ Naamanis Epiſcopum*. Nam Hirtæ vel Akulæ ſedebant Epiſcopi Jacobitæ, qui Arabum dicuntur; ut Theodorus [a] mox laudatus, & Joannes, qui eum excepit ab anno Chriſti 617. ad annum 650. Georgius [b], qui ab anno 686. ad annum 724. ſediſſe dicitur: & Achudemes [c] qui Arabibus præfuit, antequam Maphrianus fieret.

a Tom. 1. pag. 167.
b Hoc tom. pag. 335. & 338.
c Ibid. pag. 414.

Hurin.

*Hurin* ܚܘܪܝܢ, urbs Syriæ inter Palmyram & Damaſcum, quam Arabes hodieque حوران *Huran* appellant: alia ab Haran Meſopotamiæ oppido, de quo ſuprà. Joannes Harduinus & Federicus Spanhemius apud Cellarium [d] præter Haran Meſopotamiæ, aliam ponunt apud Palmyram, quæ eadem cum Hurano eſt. Averiam Palmyrenæ oppidum agnoſcit [e] Ptolemæus. In Auguſtana Tabula, viâ quæ ab Apamea in deſerta Arabiæ loca exit, poſt Palmyram [f] *Haraë* ponitur. Joannes ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܚܘܪܝܢ *Hurini Epiſcopus* inter eos, quos anno 518. Juſtinus Imp. relegavit, poſt Epiſcopum Thadmor ſeu Palmyræ in Chronico Dionyſii recenſetur.

d Tom. 2. geogr. antiq. pag. 717. & 718.
e Lib. 5. cap. 15.
f Cellar. tom. cit. pag. 436.

Jabruda.

*Jabruda* ܝܒܪܘܕ, Laodicenæ provinciæ in Syria oppidum, teſte Ptolemæo [g]: in Notitia [h] Epiſcopatuum *Jambruda* dicitur, & in Phœnicia Libaniſia collocatur. Thomas Jabrudæ Epiſcopus inter Monophyſitas Syriæ Epiſcopos, quos Juſtinus Imp. anno 518. Sedibus dejecit, poſt Alexandrum Abilæ & ante Joannem Palmyræ in Chronico Dionyſii nominatur.

g Lib. 5. cap. 15.
h Cellar. tom. cit. pag. 444.

Irenopolis.

*Irenopolis* ܐܝܪܢܘܦܘܠܝܣ, Ciliciæ ſecundæ urbs, quæ olim *Neronias* dicta fuit, teſte Theodorito [i]. Narciſſus ejus Epiſcopus [k] Sozomeno & [l] Socrati laudatur. Joannes in Chronico Dionyſii anno 518. Juſtini juſſu in exilium pulſus dicitur.

i Lib. 1. hiſtor. Eccl. cap. 7.
k Lib. 3. c. 10.
l Lib. 2. c. 26.

*Kalliſura*. Vide *Calliſura*.

Kenneſrin, ſeu Canſarinum.

*Kenneſrin* ܩܢܫܪܝܢ, aliàs *Kenneſre* ܩܢܫܪܐ, Abulphedæ [m] قنسرين *Kennaſrin*, nonnullis *Canſara*, & *Canſarinum*: urbs Syriæ ſatis ampla initio imperii Saracenici, teſte eodem Abulpheda, nunc pagus, poſtquam illius amplitudo Alepum translata eſt; Covaico قويق Alepi fluvio alluitur; à qua parva manſione diſtat. Celeberrimum apud eam urbem cœnobium Joannis Baraphtonii, quod Kenneſrinenſe dicitur, in hiſtoria Jacobitarum [n] paſſim laudatur, ex quo prodiere Patriarchæ Julianus [o], Theodorus, Athanaſius I. & II. Julianus alter, Georgius, & Dionyſius I. Ibidem [p] Jacobus Edeſſenus & Athanaſius Baladenſis Patriarcha Græcam linguam edocti, interpretandis è Græco in Syriacum ſermonem libris incubuere. Dionyſius I. id cœnobium inſtauran-

m Tab. geogr. num. 222.
n Hoc tom. pag. 47. 54. 111.
o Ibid. pag. 333. 335. 337. 340. 344.
p Ibid. pag. 335. & 336.

di [a] juſſionem ab Othmano duce obtinuit. Iſidorus K[illegible]nneſrinenſis Epiſcopus Monophyſita in Chronico ejuſdem Dionyſii ad annum Chriſti 518. nominatur. Severus [b] Sabocht ejuſdem urbis Epiſcopus ad annum circiter 630. à philoſophicis, mathematicis, & eccleſiaſticis ſtudiis in Chronico Barhebræi commendatur.

a Ibid. pag. 345.
b Ibid. pag. 335.

Lacabena.

*Lacabena* ܠܩܒܝܢ, una ex [c] ſeptem urbibus circa Melitinam, quas ætate ſua deſtructas fuiſſe ſcribit Barhebræus. Baſilius Lacabenæ Epiſcopus eodem Barhebræo teſte [d] circa annum 1143. ob fornicationis crimen ab Athanaſio VIII. depoſitus, quum injunctam ſibi pœnitentiam egiſſet, ab eodem Patriarcha cœnobiis Zabar primùm præfectus, deinde in diœceſim Sababarchæ eâdem de cauſa translatus, demùm poſt tres annos quum ejuſdem flagitii accuſatus fuiſſet, Epiſcopatu dejectus eſt. Eudoxius [e] Bar-Bitra anno 1222. ordinationi Ignatii Davidis Patriarchæ interfuit. Athanaſius [f] Joſue ejuſdem Ignatii diſcipulus anno 1246. ex Lacabena ad Eccleſiam Ptolemaidis translatus eſt. Aaron Tanzig [g] Athanaſii ſucceſſor quum Lacabenæ Sedem per duos ferè annos rexiſſet, dimiſſo Epiſcopatu, Hieroſolymam anno 1247. petiit, ubi & in cellula ſe clauſit: cujus in locum idem Ignatius Patriarcha Gregorium [h] Barhebræum ſubrogavit. Gregorio autem [i] ex Lacabena Alepum translato, Athanaſius Pharagus [k] Lacabenæ regimen ſuſcepit, ex qua primùm à ſchiſmaticis Epiſcopis, deinde ab Ignatio III. Patriarcha Melitinam translatus, tandem anno 1273. ad primam ſuam Eccleſiam revocatus fuit.

c Ibid. pag. 260.
d Ibid. pag. 361.
e Ibid. pag. 371.
f Ibid. pag. 375.
g Ibid. pag. 246. & 375.
h Ibidem.
i Ibid. pag. 378.
k Ibid. pag. 380.

Laodicea.

*Laodicea* ܠܐܕܝܩܝܐ, duplex Syriæ civitas, ut cæteras hujus appellationis Phrygiæ & Lycaoniæ omittam: altera [l] *ad Libanum*, quam Ptolemæus *Cabioſam* nuncupat, eſtque inter Emeſam & Heliopolim, ab hac [m] M.P.LXIV. ab Emeſa XVIII. diſtans: altera *ad mare*, Seleuciam inter & Gabalam, quam Abulpheda [n] ab Antiochia M.P.XLVIII. à Gabala XII. diſtare affirmat. Hujus Epiſcopus Conſtantinus à Dionyſio & Barhebræo [o] inter acerrimos Monophyſiticæ hæreſeos propugnatores recenſetur, quos Juſtinus Imp. anno 518. exilio multavit. Ejus memoriam colunt Jacobitæ in Kalendario [p] die 26. Junii, quod Saliba Barchiron Presbyter exaravit.

l Strabo lib. 16. Plinius l. 5. c. 23.
m Itinerar. Antonini.
n Tab. geogr. n. 201.
o Hoc tom. pag. 327.
p Cod. Syr. ms. 32. Hoc tom. p. 505.

Maadan.

*Maadan* ܡܥܕܢ, Meſopotamiæ regio, ex qua Joannes cognomento *Bar-Maadani* Jacobitarum Patriarcha ortum duxit. Sermed pagus, & caſtrum S. Abel in ea regione nominantur à Joanne [q] Gargarenſi calligrapho, & ab Ignatio [r] Xenaja Patriarcha. Idem [s] Joannes Gargarenſis prædictum pagum Sermed apud urbem ܚܝܙܢ *Hizan* collocat. Hizan autem ab Abulpheda [t] in regione Meſopotamiæ, quæ Diar-bacr dicitur, montibus undique circumdata collocatur. Dionyſius [u] David Epiſcopus Maadan ſub Ignatio Davide Patriarcha anno Chriſti 1586. vivebat. Davidem, ſuppreſſo Dionyſii nomine, cum

q Ad calcem Cod. Syr. ms. 29. hoc tom. p. 503.
r In Chirographo venditionis quorundam librorum, ad calcem Cod. Syr. 28. & 32. hoc tom. p. 270.
s Hoc tom. pag. [illegible]
t [illegible] n.
u [illegible] in pag. 5[illegible]

cum appellat Leonardus Abel in ſua Relatione, quam Thomas [a] à Je- a Pag. 386.
ſu libro 7. de converſione omnium gentium procuranda inſeruit.

Maalta. *Maalta* ſeù *Maaltaja* ܡܥܠܬܝܐ, inter [b] ſubjectos Maphriano b Hoc tom. pag.
Epiſcopatus tertio loco recenſetur à Barhebræo. In Geographia [c] Nu- 419. c Clim. 4. Par.
bienſi معلتايا *Maaltaja* pagus Meſopotamiæ apud Singaram dicitur. 6.

Maara. *Maara* ܡܥܪܐ ſeù *Maarin* ܡܥܪܝܢ, Epiſcopatus Niſibi conjun-
ctus. Ignatium VII. cognomento Sciahabum Patriarcham Epiſcopi
Maaræ [d] & Maipheractæ anno 1365. ordinarunt. Gregorius Mat- d Hoc tom. pag.
thæus [e] Maphrianus, qui ab anno 1317. ad annum 1345. Orienti 384.
præfuit, Epiſcopos duos inſtituiſſe legitur, quorum alterum cœnobio e Ibid. pag. 460.
S. Sergii in monte Saio & urbi Sigaræ præfecit; alterum Maaræ & Ni-
ſibi, & Gozartæ Cardoæ. In Cod. ms. 30. ad calcem [f] hujus tomi, f Pag. 503.
exſtat Arabica, ſed Syriacis literis exarata Oratio Eliæ Hadethenſis *ad*
*Maarinenſes, qui habitant apud Niſibin*. Aliam in Syria *Maaram*,
ſeù *Moarram* commemorat Barhebræus [g], ex qua in Libanum mon- g Hoc tom. pag.
tem Francos perrexiſſe ſcribit, ibique ingentem populi multitudinem 320.
ex iis, qui Nazaræi dicuntur, occidiſſe. Duplicem *Maaram* in Syria
agnoſcit Abulpheda: alteram dictam [h] معرة نسرين *Maarrat-Neſrin*, ſeù h In deſcript.
معرة مصرين *Maarrat-Meſrin*: alteram abſolute [i] المعرة *Al-Maara*, ſeù Syriæ fol. 64.
cum addito معرة النعمان *Maarat-al-Naaman*. i In tab. geo-
graph. num. 218.

Mabug, ſeù Hierapolis. *Mabug* ܡܒܘܓ, Arabicè [k] منبج *Manbeg*: Syriæ Euphrateſiæ urbs: k Abulph. tab.
Straboni [l], & Plinio [m] *Bambyce*: vulgò *Hierapolis*: alia à *Mamu-* geogr. num. 230.
*ga* [n] Ptolemæi, qui Hierapolim in Cyrrheſtica & Mamugam in Caſ- l Lib. 16.
ſiotide ponit: Plinius [o] *Bambyce*, inquit, *quæ alio nomine Hierapo-* m Lib. 5. cap. 33.
*lis vocatur, Syris verò Magog*, (imò Mabog ſeù Mabug.) *Ibi prodi-* n Lib. 5. cap. 15.
*gioſa Atargatis, Græcis autem Derceto dicta colitur*. Huc reſpexit San- o Loc. cit.
ctus Jacobus Sarugenſis, quum in ſerm. de Idolorum lapſu [p] ſcripſit:
*Mabugum Sacerdotum Dearum urbem fecit* Diabolus, *eamque ſuo no-* p Tom. 1. Bibl.
*mine nuncupavit, ut poſt idola in æternum aberraret*. Hierapolis enim Orient. p. 328.
*urbs ſacra*, ſeù *Sacerdotalis* interpretatur. Idem Sarugenſis [q] Deam q Ibid. pag. 327.
ܬܪܥܬܐ *Taratam* non Mabugi tantùm, ſed etiam in urbe Haran coli
teſtatur: ex *Tarata* autem, ſeù *Targata* Atargatim & Derceto dictam
Syrorum Deam, mihi certum eſt. An verò eadem illa ſit cum Aſtarte
ſivè Aſtoreth, ut quidam [r] conjiciunt, aliis judicandum relinquo. Nunc r Vide Cellar.
ad Mabug ut revertar, dupliciter circa eam urbem Ortelius [s] erravit: t. 2. geogr. an-
primùm quum Bambycen Edeſſam Meſopotamiæ urbem eſſe ſcripſit; tiq. p. 428.
deinde quum Mamugam Ptolemæi, ex fide Andreæ Maſii eandem cum s In Theſaur.
Mabugo fecit. Nec meliora Auctor Vitæ Thomæ Heracleenſis, qui [t] geogr.
Germaniciam ſeù Marhas cum Mabugo confundit. Celeberrimus apud t Hoc tom. pag.
Jacobitas fuit Philoxenus, aliàs Xenajas, Mabugi Epiſcopus, quem 91.
Juſtinus Imp. anno 518. in exilium miſit, ut latè hoc tomo [u] dictum eſt. u Pag. 19.


Joan-

Joannes Bar-Andreas [a] anno 1129. Epiſcopatu ejuſdem urbis à Joanne XIII. Patriarcha dejectus eſt, ſubſtituto in ejus locum Bar-Turca: Sed paulò poſt cum eodem Patriarcha reconciliatus Sedique ſuæ reſtitutus [b], anno 1148. Mabugum cum Carſena commutavit: qua etiam urbe excedens, in Pheſchinenſe cœnobium ſe contulit. Anno 1155. Dionyſio Barſalibæo Marhaſenſi Epiſcopo [c] diœceſis Mabugenſis in Synodo, quæ in cœnobio Barſumæ habita fuit, adjecta: Bar-Andreas vero ad Eccleſiam Turabdinenſem translatus, anno poſt in cœnobio Ananiæ obiit. Athanaſius [d] Mabugi Epiſcopus anno 1264. vivebat, quo Ignatius III. Patriarcha ordinatus eſt.

a Ibid. pag. 360.
b Ibid. pag. 361.
c Ibid. pag. 362.
d Ibid. pag. 379.

Maipheracta, ſeù Maipherchin.

*Maipheracta* ܡܝܦܪܩܛܐ, vel ܡܝܦܪܩܛ *Maiphercat*, ſeù ܡܝܦܪܩܝܢ *Maipherchin*; Arabicè, ميافارقين *Majapharchin*, teſte Abulpheda [e] ad auſtrum montis, quem Dionyſius [f] in Chronico *Sajum* appellat; Meſopotamiæ urbs, ſeptem dierum itinere à Moſul per caſtrum Chipha diſtans, octo autem à Moſul per Marden, eodem Abulpheda teſte, qui eam brevitatis cauſa فارقين *Pharchi* etiam vocari teſtatur. *Macepracta* dicitur Ammiano, cujus locum Cellarius [g] illuſtrat. Eandem cum Tagrito ſeù Martyropoli facit Renaudotius [h], idque eâ conjectura, quod Maruthas qui Tagriti Epiſcopus fuit, Maipheractæ etiam præfuiſſe in nonnullis Syriacis Codicibus dicatur, ut notavi tom. 1. p. 174. & expreſsè legitur in Kalendario [i] Syriaco ad diem 17. Februarii. Verùm diverſas urbes eſſe Tagritum, & Maipheractam, norunt qui Meſopotamiam luſtrarunt: & diſertè docet Abulpheda [k] qui Maipheractæ quidem pro ſententiarum diverſitate dat gradus Longitudinis 64. 65. 66. Latitudinis 33. Tagrito verò Longit. 68. 69. Latitud. 34. 35. Quod autem Maruthas & Maipheractæ, & Tagriti Epiſcopus dicatur, eò id factum, quod utrique Eccleſiæ præfuit, qua ratione Joannem Eccleſias Mardæ, Daræ, Niſibis, Haran, Caphartutæ, & Telbeſinæ rexiſſe ſuprà dictum eſt. Athanaſius [l] cognomento Sandalenſis, ex monacho Cartaminenſi Epiſcopus Maipheractæ erat anno Chriſti 746. deinde Patriarchalem Sedem invaſit circa annum 755. Athanaſius VIII. Patriarcha [m] quum anno 1141. Melitinâ in cœnobium S. Aaron Sigaræ ſe contuliſſet, Maipheractenſi Epiſcopo Amidenam Sedem regendam dedit, Tarſenſi verò Antiochiam. Is verò Athanaſius erat, cujus obitum ad annum 1169. refert [n] Barhebræus, ejuſque loco Ignatium Abugalebum Maipheractæ Epiſcopum à Michaële Patriarcha ordinatum teſtatur. Anno 1182. mortuo Abugalebo [o] ſubrogatus fuit Ignatius Gabriel ejuſdem ex fratre nepos, monachus cœnobii Barſumæ. Jacobus [p] Severus, cognomento Bar-Sciacco, Gabrielem excepit, vixitque uſque ad annum 1231. quo obiit. Etſi enim Epiſcopus Sancti Matthæi & Tagriti dicatur; in Pontificali tamen Jacobitarum, in quo Profeſſio Fidei ab ipſo edita legitur, Maipheractæ Epiſcopus diſertè nuncupatur: nimirum à Maphriano, qui Maipheractam, Tagritum,

e In deſcript. Meſopot. n. 241.
f Loc. ſuprà cit. ubi de Anazeta.
g Tom. 2. geogr. antiq. p. 719.
h Tom. 2. Lit. Orient. p. 271.
i Hoc tom. pag. 505.
k Tab. geogr. n. 241. & 266.
l Hoc tom. pag. 107. 110. 338. & 339.
m Ibid. pag. 361.
n Hoc tom. pag. 364.
o Ibid. pag. 368.
p Ibid. pag. 237. & 455.

tum, cœnobium S. Matthæi, & Moſulanam diœceſim uſurpaverat, tamquam Vicarius & Suffraganeus eas Eccleſias regendas ſuſceperat. Joannes [a] Maipheractæ Epiſcopus cum Joanne Saliba Amidenſi præ- *a Ibid. pag. 376.*
ceptore ſuo in urbem Alepum anno 1252. properavit, ut ſchiſma impediret, quod Joannes Barmaadani Maphrianus in Eccleſiam Jacobiticam inducere moliebatur. Malchus ejuſdem urbis [b] Epiſcopus Sy- *b Ibid. pag. 382.*
nodo præfuit, quæ anno 1293. in ordinatione Ignatii Barvahibi Patriarchæ habita eſt. Anno 1365. Epiſcopi Maipheractæ [c] & Maaræ Igna- *c Ibid. pag. 384.*
tium Sciahabum Patriarcham ordinarunt. Gazel [d] denique *Archiepi-* *d An[illegible] Lo-*
*ſcopus de Miapherichin* poſt Pilatum metropolitanum in Muſal & *mam a[illegible] pag.*
Oriente, hoc eſt Maphrianum, anno 1583. à Leonardo Abel in ſua *386.*
Relatione collocatur.

*Manaëm*, & *Manem*. Vide *Beth-manem*.

Manſur caſtrum. *Manſur caſtrum* ܚܣܢ ܡܢܨܘܪ, Arabicè حصن منصور *Meſn Manſur* apud Samoſatam, inquit [e] Abulpheda, ad ortum fluminis الازرق *Az-*
*rak*, & auſtrum Euphratis: monte ipſum inter & Melitinam ad occaſum *e Tab. geogr. n. 224.*
poſito. Manſur Amerita ſub Meruano Chalipharum Amiadum poſtremo id caſtrum exſtruxit, eodem Abulpheda teſte, qui illud ſua ætate dirutum affirmat: ſcribebat autem Abulpheda anno Hegiræ 721. uti ad calcem Operis geographici adnotatur. Stephanus [f] caſtri Manſur Epi- *f Hoc tom. pag.*
ſcopus cum Menna Amidæ & Theodoro Edeſſæ conſpiratione facta, Jo- *231. 370.*
annem XIV. adverſus Michaëlem II. anno 1208. Patriarcham ordinavit. Gregorius [g] ejuſdem loci Epiſcopus anno 1252. ordinationi Dio- *g Ibid. pag. 376.*
nyſii VII. cognomento Angur, interfuit, à quo quum ad Eccleſiam Melitinæ translatus eſſet, Barſuma [h] diaconus Abibi Presbyteri filius, *h Ibid. pag. 376.*
diſcipulus & conſanguineus Ignatii Davidis Patriarchæ, aſſumpto Igna- *380. & 381.*
tii nomine, ab eodem Dionyſio Angur Epiſcopus caſtri Manſur conſecratus eſt.

Marde. *Marde* ܡܪܕܐ ſeù ܡܪܕܝܢ *Mardin*, Arabicè مردين *Maredin*, Onuphrio [i] & Maſio [k] *Merdinum*: Joanni Alberto Widmanſtadio *Mere-* *i In Vitis Pontificum.*
*din*: caſtrum munitiſſimum Meſopotamiæ in vertice montis poſitum, *k In præfat. ad*
cujus altitudo duarum paraſangarum eſt, inquit Abulpheda [l], Niſibi *Anaphoram Baſilii*
ad radices montis relictâ. *Marden ad Tigrim* habet Ptolemæus [m] qui *l Tab. geogr. n.*
eam inter oppida Aſſyriæ recenſet. Urbis incrementa deſcribit [n] Noë *240*
Libaniota. A Michaële I. Sedes [o] Patriarchæ Jacobitarum ibidem fi- *m Lib. 6. cap. 1.* *n Hoc tom. pag. 470. & 471.*
xa: nimirùm in cœnobio Ananiæ, quod Zapharanenſe nuncupatur, *o Ibid. pag. 363.*
& Mardæ proximum eſt. Epiſcopi Mardenſes aliquando in cœnobio Cartaminæ habitarunt, ut ſuprà dixi, quum de Cartamina ſermonem feci. Ananias [p] Mardæ & Caphartutæ Epiſcopus anno Græcorum 995. *p Hoc tom. pag.*
Chriſti 684. Athanaſio Patriarchæ manum impoſuit, Serguna [q] Mar- *335.*
dæ Epiſcopus ab anno 755. ad annum 769. in Chronico Dionyſii lau- *q Ibid. pag. 110. 111. 112. 114.*
datur. Ananias [r] alter monachus cœnobii S. Matthæi anno Græco- *r Ibid. pag. 222.*
rum 1104. Chriſti 793. à Cyriaco Patriarcha Epiſcopus Mardæ & Ca- *& 342.*

phar-

phartutæ ordinatus eſt. Ignatius [a] Ananiæ ſucceſſit circa annum 816. Joannes [b] ab anno 1125. ad annum 1165. Eccleſias Mar e, Caphartutæ, Telbeſmæ, Daræ, Niſibis, Haran & Chaboræ r it. Maudiana à Michaële Patriarcha Epiſcopus Mardæ creatus *ulo poſt quam ab iis civibus vexatus eſſet, Melitinenſium conſilio* ut ſcribit Bar-hebræus, *Byzantium adiit, ubi ſuſcepta Chalcedonenſium religione, ad Maipheractenſem diœceſim remiſſus eſt*. Joannes [d] Aaron Barmaadadani ex Marde Epiſcopo Maphrianus, deinde Patriarcha factus. Joſeph [e] Lader Zache Barvahib Mardæ quoque Epiſcopus fuit, antequam in Patriarcham eligeretur. Timotheus [f] Elias ad annum 1589. à Presbytero Ebednura in fine Codicis Syriaci 23. ſub Ignatio Patriarcha laudatur. Athanaſius Saphar, Mardenſis Epiſcopus catholicus, vir amiciſſimus, ante finem ſæculi proximè elapſi in Urbem advenit, ubi in præſentem uſque diem moratur.

a Ibid. pag. 223.
b Ibid. pag. 207. 208. 216. 361. & 362.
c Ibid. pag. 368.
d Ibid. pag. 454.
e Ibid. pag. 381.
f Ibid. pag. 500.

Marga.

*Marga* ܡܪܓܐ, ditionis Moſulanæ pagus, teſte Amro [g] in vita Abrahæ Neſtorianorum Patriarchæ: alia à Maraga ܡܪܓܗ amplisſima Adorbiganæ regionis civitate, quam deſcribit [h] Abulpheda, quæque in chronico [i] Bar-hebræi frequenter memoratur. Barhadbeſciaba [k] Margæ Epiſcopus libello electionis Dionyſii I. Patriarchæ anno 818. ſe ſubſcripſit.

g Ibid. pag. 435.
h Tab. geogr. num. 417.
i Hoc tom pag. 253. 264. 266. & 268.
k Ibid. pag. 344.

*Marbas*. Vide *Germanicia*.

*S. Matthæi cœnobium*. Vide *monaſterium S. Matthæi*.

Melitina.

*Melitina* ܡܠܝܛܝܢܐ, Græcis Latiniſque *Melitene*, Arabibus *Malatia*. ملطيه وهى فى الجنوب عن سيواس وبينهما نحو ثلاث مراحل وهى فى الغرب عن كختا وكركر وبينهما نحو مرحلتين وهى شمالى زبطره وبينهما مرحلة كبيرة . *Poſita eſt ad auſtrum Sebaſtes*, inquit Abulpheda [l], *tribus circiter manſionibus ab ea diſtans: ad occaſum Cachtæ & Gargaræ, duabus ferè manſionibus ab iiſdem diſſita: & ad aquilonem Zabatræ, à qua longa manſione diſtat*. Vide [m] Cellarium, qui ejuſdem ortum & incrementum ex Procopio deſcribit. Frequentes in ea Syros Jacobitas fuiſſe, conſtat ex chronico Dionyſii & Bar-hebræi: teſtatur & Michaël Epiſcopus Taneos in vita Zachariæ Coptorum Patriarchæ apud Severum Mokaffæum, ex quo quæ ad Joannem Abdonem Jacobitarum Patriarcham ſpectant, hoc [n] tomo deſcripſi. Eandem nacti ſunt patriam Patriarchæ Joannes VIII. & IX. Athanaſius VIII. Michaël I. & II. Maphriani Gregorius Jacobus Michaëlis ſecundi frater & primi nepos: Gregorius Bar-hebræus, vulgò Abulpharagius, ejuſque frater Gregorius Barſuma: Epiſcopus Dionyſius Barſalibæus: aliique plurimi, quos Jacobitæ ſummis laudibus celebrant. Zacharias [o] & Jacobus [p] Melitinæ Epiſcopi laudantur à Barſalibæo commentar. in Evangelia, quorum prior anno Chriſti 540. vivebat. Elias [q] ex monacho cœno-

l Tab. geograph. num. 396.
m Tom. 2. geogr. antiq. pag. 353.
n A pag. 146.
o [illegible]
p Ibid. [illegible]
q [illegible]

cœnobii Zucheninenſis, quod apud Amidam ſitum eſt, Melitinæ Epiſcopatum anno Chriſti 958. regebat, quo monaſterium Sergii in finibus regionis Gubenſis fundatum fuit. Eliæ ſucceſſit Ignatius Iſaac [a] cognomento Curſor, qui [b] anno 969. cœnobium Deiparæ & majorem Melitinæ Eccleſiam, ex ejus nomine *Curſoris* dictam, ædificavit. Curſorem [c] anno 991. Joannes [d] excepit, qui cum ſeptem monachis Jacobitis Byzantium abductus eſt, Græcis Melitinenſem Eccleſiam, quæ Curſoris dicitur, occupantibus. Ignatius [e] anno 1029. cum Joanne Abdone Patriarcha & quinque aliis Epiſcopis ſub Romano Imperatore Conſtantinopolim perductus, à Jacobitica ſecta ad Græcorum fidem tranſiit. Ignatius [f] alter Athanaſii VI. ex fratre nepos, vir Græci & Syriaci ſermonis peritus, quum à patruo Epiſcopus Melitinæ ordinatus eſſet, anno 1063. à Græcis unàcum præfato Patriarcha comprehenſus, in cœnobium Eudoxii, quod ſuprà Melitinam eſt, detruſus fuit; ubi quinto poſt menſe quum patruus obiiſſet, ipſe Byzantium perductus, & in montem Macedoniæ relegatus, mortuo poſt tres annos Imperatore Duca, Melitinam repetiit: quumque [g] anno 1086. Joanni XII. Patriarchæ manum impoſuiſſet, obiit anno 1095. quo ab Athanaſio VII. ei ſuffectus fuit Joannes [h] Saidus Barſabuni. Interfecto poſt quadraginta dies Joanne, quum Melitina urbs, quæ à Turcis capta fuerat, ſeptem annorum ſpatio Epiſcopo caruiſſet, idem Athanaſius Patriarcha ad eum Epiſcopatum è Gubenſi Eccleſia [i] Dionyſium tranſtulit cognomento Barmaudiana, *qui ſcriptionem & lectionem librorum Eccleſiaſticorum*, teſte Bar-hebræo, *ibidem inſtauravit, poſtquam exactam divinorum officiorum ritum, qui in cœnobio Bar-Gaghæi obſervabatur, cœnobitas monaſterii Barſumæ, apud quos deſtructa Guba ſeſe receperat, ſummo cum labore docuiſſet*. Idem Dionyſius [k] quum pro Baſilio Abugalebo Epiſcopo Edeſſeno apud eundem Athanaſium Patriarcham precator acceſſiſſet, tantum abfuit, ut iratum Athanaſium placaret, ut potiùs ab eodem Melitinæ Epiſcopatu dejectus fuerit, ſubſtituto in ejus locum Joanne [l] Eliſæo cœnobii Bared archimandrita, quem tamen Melitinenſes rejecerunt, poſtquam eum vino addictum eſſe cognoviſſent. Athanaſius VIII. exeunte anno 1138. Amidæ in Patriarcham ordinatus, in cœnobium Barſumæ profectus eſt, ubi Theodorum [m] ſororis ſuæ filium, impoſito Ignatii nomine, Epiſcopum Melitinæ creavit. Theodori ſucceſſor Dionyſius [n] obiit ineunte anno 1193. eique à Michaële I. Joannes [o] Barconon ex Eccleſia Calliſuræ tranſlatus, ſubſtitutus eſt. Idem [p] Michaël Patriarcha anno 1172. Abulhaſani Archidiaconi & Romani œconomi Melitinæ operâ inſtauravit majus ejuſdem urbis Templum, quod Ignatius Curſor olim exſtruxerat, perfectumque fuit ejuſdem Templi ædificium anno 1177. Ignatius David quum adhuc Maphrianus eſſet, à Joanne Patriarcha [q] Eccleſiam Melitinæ regendam ad biennium ſuſcepit: mortuo autem Joanne in Patriarcham electus,

ejuſ-

a Hoc tom. pag. 351.
b Ibid. pag. 465.
c Ibidem.
d Ibid. pag. 352.
e Ibid. pag. 353.
f Ibid. pag. 355.
g Ibid. pag. 357.
h Ibid. pag. 211. & 358.
i Ibid. pag. 358.
k Ibid. pag. 359.
l Ibid. pag. 359.
m Ibid. pag. 361.
n Ibid. pag. 368.
o Ibidem.
p Ibid. pag. 365.
q Ibid. pag. 454.

ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopum[a] Dionyſium Jeremiæ filium anno 1222. creavit: quumque à Hieroſolymitana peregrinatione, quam eodem Dionyſio ſocio adhibito ſuſceperat, Antiochiam rediiſſet, eundem Dionyſium[b] tamquam acceptorum beneficiorum immemorem conſpirationiſque quam cœnobitæ Barſumæ in ipſum inierant fuerant, auctorem Melitinenſi Epiſcopatu dejiciendum eſſe decrevit, & ad Alepenſem Eccleſiam, unde Melitinam translatus fuerat, revocandum. Arias[c] juvenis in ejus locum Epiſcopus Melitinæ ordinatus eſt: cui intra anni ſpatium defuncto, Dionyſius[d] Aaron cognomento Angur ſucceſſit, cujus ordinatio in cœnobio Curſoris peracta. Ejus verò cœnobii Eccleſiam Deiparæ nuncupatam idem Ignatius David Patriarcha inſtauravit, ædificatis juxta cœnobium Xenodochiis duobus, altero pro Chriſtianis, altero pro Mahometanis, qui fanum etiam ſuæ ſuperſtitionis ibidem excitari curarunt. Dionyſius Angur anno 1253. in Patriarcham electus, Gregorium[e] Simeonem caſtri Manſur Epiſcopum ad Eccleſiam Melitinenſem tranſtulit. Hic Gregorius[f] ordinationi Ignatii III. fratris ſui anno 1264. interfuit, obiitque anno ſequenti: cujus loco Ignatius Athanaſio[g] Pharago, qui eam Sedem bis olim invaſerat, Melitinæ Eccleſiam commendavit: Sed paulò poſt propter Melitinenſium accuſationes ex Maphriani conſilio eodem Pharago Melitina amoto, Nemrodum[h] ſuum ex fratre nepotem in cœnobio Gavicathæ anno 1273. impoſito Philoxeni nomine ordinavit. Idem Philoxenus Nemrod anno 1283. in Patriarcham conſecratus, ſucceſſorem ſibi in Epiſcopatu Melitinenſi Conſtantinum[i] inſtituit, quem ſchiſmatici Epiſcopi anno 1293. adversùs Ignatium Barvahibum & Ignatium Barſumam ſibi in Patriarcham conſecrarunt.

a Hoc tom. pag. 145. & 371.
b Ibid. pag. 374.
c Ibidem.
d Ibidem.
e Ibid. pag. 376.
f Ibid. pag. 377.
g Ibid. pag. 381.
h Ibidem.
i Ibid. pag. 382.

*Moallak* ܡܥܠܩ. Vide *monaſterium Moallak*, & *S. Sergii*.
*Mobadra*. Vide *Seered*.

Modiad.

*Modiad* ܡܕܝܕ oppidum regionis Turabdinenſis cis Tigrim. Cyrillus Modiadenſis[k] Epiſcopus ſub Ignatio Salachenſi ſeù Azizo Barſabta, Turabdinenſium Patriarcha, ad annum Græcorum 1789. Chriſti 1478. in fine cujuſdam Codicis Syriaci, in quo opera S. Iſaaci continentur, à Presbytero & monacho Abrahamo laudatur.

k Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 216.

Monaſterium S. Abel.

*Monaſterium S. Abel* ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܗܒܝܠ, in regione[l] Maadan, Sedes Epiſcopi Maadanenſis. Vide *Maadan*.

l Hoc tom. pag. 224. 230. & 462.

Monaſterium S. Ab-Hai.

*Monaſterium S. Ab-Hai* ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܐܒܚܝ ad Euphratis ripas ſitum, teſte[m] Bar-hebræo, qui Joannem Barſuſan ibi Patriarchalem dignitatem, quam pridem abjecerat, ſuſcipere coactum fuiſſe ab Epiſcopis refert, & coacta Synodo quatuor ſupra viginti canones de diſciplina Eccleſiaſtica condidiſſe. Idem Bar-hebræus in vita[n] Athanaſii VII. narrat, Davidem ejuſdem cœnobii monachum unàcum Palu-

m Ibid. pag. 355.
n Ibid. pag. 359.

tiano

tiano fundatorem fuiſſe Pheſchinenſis monaſterii, quod juxta Samo-
ſatam ad Euphratem poſitum eſt. Exſtat Syriaca S. Ab-Hai vita in
Cod. 32. ad calcem hujus [a] tomi, quam Michaël Patriarcha emen- a *Pag.* 505.
daſſe dicitur. Archiepiſcopum hujus loci laudat Leonardus Abel in
ſua Relatione ad annum Chriſti 1583. quam Thomas à Jeſu [b] deſcri- b *Lib. 7. de converſ. gent. pag.* 386.
pſit. Eum *Samoſatæ* Epiſcopum fuiſſe exiſtimo, qui in cœnobio
S. Ab-Hai Sedem habuerit, pro more Orientalium recentiorum, ma-
ximè Jacobitarum & Maronitarum, quorum Epiſcopi in cœnobiis
extra urbes poſitis habitant. Eſt & aliud [c] Abæi, ſeù Abæ cœno- c *Hoc tom. pa.* 386.
bium in regione Suræ, quod ab Ignatio XI. inſtauratum dicitur.

Monaſterium S. Ananiæ.

*Monaſterium S. Ananiæ* ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܚܢܢܝܐ, Zapharanenſe [d] nun- d *Ibid. pag* ...
cupatum, haud procul ab urbe Marde, ab Anania [e] Mardæ Epiſcopo e *Ibid. pag* 229. & 3..
& Ignatio Xenaja Patriarcha inſtauratum. Sedes Patriarchæ [f] Jaco- f *Ibid. pag.*
bitarum ab annô Chriſti 1166. uſque in præſentem diem. In Codice
ms. 42. ad calcem hujus [g] tomi, id cœnobium dicatum dicitur *S. Ana-* g *Ibid. pag* 5
*niæ, Eugenio, & XII. millibus Sanctorum*. Joannes Mardæ Epiſco-
pus de æde, ſeù cœnobio S. Ananiæ [h] loquens, *nuſquam invenimus*, h *Ibid. pag.* 222.
inquit, *quando, vel quomodo, & à quo nuncupata fuerit, neque
nomen Sancti, de cujus nomine noſceretur ante Ananiam Epiſcopum*,
quem anno Chriſti 793. à Cyriaco Patriarcha ordinatum ibidem affir-
mat. Sed ex Bar-hebræi Chronico [i] liquet, Ananiam alterum Mardæ i *Ibid. pag.* 335.
Epiſcopum anno Chriſti 684. innotuiſſe, à quo fortaſſe id cœnobium
exſtructum eſt, tametſi *Sanctis Ananiæ, Eugenio, & XII. millibus*
à recentioribus nuncupatum dicatur.

Monaſterium Bared.

*Monaſterium Bared* ܕܝܪܐ ܕܒܪܝܕܐ, hoc eſt, *Frigidum*, à Joan-
ne VII. cognomento Sarighta apud Melitinam urbem fundatum; in
quo idem Joannes [k] ab anno 969. ad annum 985. habitavit. In eo- k *Ibid. pag.* 351.
dem cœnobio Athanaſius [l] quoque Joannis ſucceſſor habitavit, qui l *Ibidem.*
& illud novis ædificiis auxit. Marcus [m] verò ejuſdem monaſterii ar- m *Ibid. pag.* 357.
chimandrita, aſſumpto Dionyſii nomine, in Patriarcham anno 1183.
ordinatus fuit, cujus præceſſor Joannes XII. ibidem ſepultus dicitur.

Monaſterium Barſumæ.

*Monaſterium Barſumæ* ܕܝܪܐ ܕܒܪܨܘܡܐ apud Melitinam urbem,
in quo digitum Barſumæ aſſervari teſtatur [n] Bar-hebræus: Reliquias n *Ibid. pag.* 362.
inſuper Petri [o] Apoſtolorum Principis in theca dexteræ manus inſtar o *Ibid. pag.* 368.
conformata auroque & gemmis ornata incluſas, quas Kalig-Arſelan
Turcarum Rex è caſtris Imperatoris Græcorum ereptas, Michaëli Ja-
cobitarum Patriarchæ dono dedit. Anno 1182. idem cœnobium [p] p *Ibidem.*
& Templum vetus Barſumæ igni concrematum, triennio poſt inſtau-
ratum fuit: Eccleſia autem nova ſpatio duodecim annorum exſtructa,
& duobus aliis annis picturis ornata. Octo ante annis idem Michaël
Patriarcha [q] privilegium, quod ei cœnobio in Synodo poſt obitum q *Ibid. pag.* 366.
Joannis Barſuſan habita conceſſum confirmaverat, ne ſcilicet juriſdi-

ctioni Patriarchæ id cœnobium ſubeſſet, revocavit, poſtquam malo ſuo expertus eſt, inflatos eo privilegio monachos debitam Patriarchæ obedientiam excuſſiſſe. Simeon Presbyter [a] obtento à Tartarorum Rege bino diplomate dominium ejuſdem cœnobii ab Ignatio III. in ſe transferre conatus eſt, donec Epiſcopis ſequeſtribus pacem cum eodem Ignatio fecit. Præfecturam monachis ad tempus concedere conſueverunt Patriarchæ, ut in vita [b] Joannis XIV. & Dionyſii VII. narratur. Prodiere ex eo cœnobio [c] Joannes VIII. Baſilius II. Dionyſius V. Athanaſius VII. Michaël I. Athanaſius IX. Ibidem ſederunt [d] Dionyſius V. Athanaſius IX. Dionyſius VII. Ignatius III. & IV. Terræmotu [e] corruit ſub eodem Ignatio IV. anno Chriſti 1285. Alia Barſumæ [f] cœnobia memorantur in Sena, in regione Claudiæ, apud cœnobium Ananiæ, & juxta pagos Tel-Cobab, & Begadſciam.

a Hoc tom. pag. 381.
b Ibid. pag. 233. 371. & 378.
c Ibid. pag. 352. 356. 357. 363. 369.
d Ibid. pag. 357. 370. 376. 381.
e Ibid. pag. 381.
f Ibid. pag. 154. 222. 226. 228. 341.

Monaſterium Baraphtonii, ſeù Bertoniæ.

*Monaſterium Sancti Bertoniæ*, cujus Epiſcopus Ananias ad annum 1583. à Leonardo [g] Abel apud Thomam à Jeſu laudatur. Corruptum *Bertoniæ* nomen ex ܒܪܐܦܬܘܢܝܐ *Baraphtonio* exiſtimo. Fuit autem Joannes [h] Aphtonius, ſeu Baraphtonius, Abbas cœnobii Seleuciæ S. Thomæ apud Kenneſrin urbem: cujus de nomine cœnobium illud, quod aliàs [i] Kenneſrinenſe dicitur, Aphtonii ſeù Baraphtonii nuncupatur. Kenneſrinenſis verò monaſterii in Bar-hebræi Chronico frequens fit mentio: Ex quo prodiiſſe dicuntur Patriarchæ [k] Julianus I. Athanaſius I. Theodorus, Athanaſius II. Julianus II. Georgius, Dionyſius I. qui Sedem ibi plerumque habuerunt.

g Lib. 7. pag. 386.
h Hoc tom. pag. 46. 47. 54.
i Ibid. pag. 333. 336. & 344.
k Ibid. pag. 333. 335. 337. 340. 344.

*Monaſterium Cartaminæ*. Vide *Cartamina*.

*Monaſterium Chuchtæ*. Vide S. *Matthæi*.

Monaſterium S. Crucis in Zaz.

*Monaſterium S. Crucis in Zaz* ܕܝܪܐ ܕܨܠܝܒܐ ܕܠܥܠ ܡܢ ܙܐܙ ſupra Haam [l] urbem ſitum. Sedes Epiſcopi Haæ. In Kalendario Syriaco [m] ad diem 1. Maji colitur memoria ܘܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܟܦܘܢܐ ܕܠܥܠ ܡܢ ܙܐܙ *S. Joannis Caphone ſuprà Zaz*. In Relatione Leonardi Abel apud Thomam [n] à Jeſu *Elias Epiſcopus in monaſterio Sanctæ Crucis in Zaz* ad annum 1583. laudatur. Vide *Haa*.

l Ibid. pag. 460.
m Cod. ms. 32. hoc tom. p. 505.
n Lib. 7. pag. 386.

Monaſterium Deiriloomor.

*Monaſterium Deiriloomor* دير الاحمر, apud pagum, qui Deiriloomor dicitur, & Heliopoli Phœniciæ Libaniſiæ urbi finitimus eſt. Sedes Epiſcopi Baalbach, ſeù Heliopoleos: nunc ad Damaſcenum pertinet, qui toti Phœniciæ, ut ſuprà dixi, tàm maritimæ, quàm mediterraneæ præeſt. *Jeſu Epiſcopus monaſterii Deiriloomor* à Leonardo [o] memoratur.

o Apud Thomam à Jeſu loc. cit.

*Monaſterium Elpheph*. Vide S. *Matthæi*.

Monaſterium Euſebonæ.

*Monaſterium Euſebonæ* ܕܝܪܐ ܕܐܘܣܒܘܢܐ, apud Teledam Antiocheni agri vicum ab Euſebona & Abibione conditum, teſte Theodorito in Philotheo, cujus verba tom. I. pag. 242. produxi: a temporibus S. Simeonis Stylitæ, qui monaſticam vitam ibi profeſſus eſt, ſatis celebre: Jacobitarum poſteà monachorum domicilium, in quo

prio-

priores ejus ſectæ Patriarchæ aliquandiu manſerunt. Ex eo prodiit [a] Joannes I. cognomento Sedrarum. Jacobum Edeſſenum, poſtquam Epiſcopatu ſe abdicaſſet, è cœnobio S. Jacobi Chiſumæ *monachi Euſebonæ* [b] *ad ſe arceſſiverunt*, *apud quos*, teſte Bar-hebræo, *per undecim annos Pſalmos & Scripturarum Græcam lectionem docuit*, *Græcumque ſermonem ferè jam exoletum reſtituit*. Dionyſius I. juſſionem [c] ab Othomano Duce obtinuit, monachos Euſebonæ, qui Abrahamo Antipatriarchæ parebant, ſibi ſubjiciendi.

a Hoc tom. pag. 335.
b Ibid. pag. 337.
c Ibid. pag. 345.

**Monaſterium Gavicathæ.**

*Monaſterium Gavicathæ* ܕܝܪܐ ܕܓܒܝܟܬܐ apud Mopſveſtiam [d] Ciliciæ urbem. Sedit in eo Ignatius III. qui ex ejuſdem cœnobii Abbate in Patriarcham anno Chriſti 1264. electus fuit. In ſchiſmate, quod ab anno 1293. Jacobiticam Eccleſiam afflixit, Sedes [e] fuit Patriarcharum Siſidis, eorum nimirùm, qui Jacobitis in Cilicia & Syria commorantibus præerant.

d Ibid. pag. 370. & 379.
e Ibid. pag. 382. & ſeq.

**Monaſterium Gubæ.**

*Monaſterium Gubæ Barajæ* ܕܝܪܐ ܕܓܘܒܐ ܒܪܝܐ, ditionis Antiochenæ, in quo [f] Petrus Callinicenſis in cauſa Probi & Joannis Abbatis Synodum habuit. Prodiere ex eo Paulus Niger [g], Elias, Athanaſius & Joſeph Patriarchæ, qui ibidem ſederunt. Turbas à Gubenſibus [h] monachis adversùs Cyriacum & Dionyſium excitatas ſuprà deſcripſi.

f Ibid. pag. 74.
g Ibid. pag. 33. 337. 338. 341.
h Ibid. pag. 342. & ſeqq.

**Monaſterium S. Jacobi in Salacha.**

*Monaſterium S. Jacobi in Salacha* ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܨܠܚ, in monte Abdino cis Tigrim. Sedes Epiſcopi Salachenſis, qui poſtea in Patriarcham Turabdinenſium proclamatus fuit, ut latè [i] hoc tomo.

i pag. 384.

**Monaſterium S. Malchi.**

*Monaſterium S. Malchi* ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܡܠܟܐ, in monte Abdino, qui *Tur-Abdin*, ſeù abſolute *Tur* appellatur. *Melchi* cœnobium dicitur Leonardo Abel, qui Melchez, ideſt Malchum ejuſdem loci Epiſcopum ad annum 1583. laudat. Aliud *Malchi* [k] cœnobium in agro Antiocheno celebre eſt, in quo Athanaſius Patriarcha interpretandis in Syriacum ſermonem libris incubuit.

k Tom. I. pag. 493. & hoc tom. pag. 335.

**Monaſterium Magdalenæ.**

*Monaſterium S. Mariæ Magdalenæ* ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܡܓܕܠܝܬܐ, in urbe Hieruſalem, ubi ſub Ignatio Davide [l] ſeptuaginta monachi Jacobitæ degebant. Sedes Epiſcopi Hieroſolymorum illius ſectæ.

l Hoc tom. pag. 371.

**Monaſterium S. Matthæi.**

*Monaſterium S. Matthæi* [m] *in monte Elpheph* ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܡܬܝ ܕܛܘܪܐ ܕܐܠܦܦ in Meſopotamia apud novam Niniven, quæ Moſul dicitur, olim ܕܝܪܐ ܕܟܘܟܬܐ *cœnobium* [n] *Chuchtæ*, Bar-hebræo teſte, appellabatur, qui monachos duodecim ejuſdem loci unàcum Barſohede Ninives Epiſcopo à Barſuma Niſibeno interfectos affirmat. *Lephephium montem* ܛܘܪܐ ܕܐܠܦܦ vocat Jeſujabus Neſtorianorum Patriar-

m Hoc tom. pag. 342. 403. & 460.
n Ibid. pag. 403.



cha

cha, cujus epiſtola num. 17. exſtat ad monachos ejuſdem montis in Cod. Syr. 16. ad calcem hujus [a] tomi. Anno Chriſti [illegible] Giaapharus Abdallæ Chaliphæ filius quum ſupellectilem ejuſdem cœnobii abſtuliſſet, à malo dæmone correptus interiit, teſte Dion[illegible] [b], qui addit, ablata cœnobio bona poſtmodum fuiſſe reſtituta. [illegible]no 1369. ſub Athanaſio Maphriano [c] à Curdis direptum e[illegible]um Sedes fuit [d] Metropolitæ Ninives, qui & *Metropolita* [illegible] *thæi* dicebatur, & primum à Maphriano locum inter Ori[illegible]piſcopos tenebat: ad Maphriani [e] poſteà diœceſim adjectu[illegible]55. ut ſuprà oſtenſum eſt. Antequam Ninives Epiſcopatum a[illegible]us fuiſſet, ei præfuit Iſaac cognomento Ninivita, de quo latè tom. I[illegible]à pag. 444. diſſerui. Ejuſdem cœnobii Epiſcopi dicuntur à Bar-hebræo [f] Barſohedes, Garmæus, Tobias, Jeſu-Zacha, Sahada, Simeon, & Chriſtophorus, quorum prior, ut mox dixi, circa annum 470. ſub Barſuma Niſibeno vivebat, tametſi cum Perſidis Epiſcopum Dionyſius in Chronico ad annum 546. appellet; Chriſtophorus verò [g] cum Epiſcopis Sigaræ, Nuhadræ, Beth-Raman, & Sciaharzul circa annum 630. Marutham Maphrianum conſecravit. Joannes [h] Saba poſtquam cœnobii S. Matthæi Epiſcopatum abjeciſſet, anno 686. Maphrianus Orientis initiatus eſt. Timotheus [i] Sogdes à Joanne Saliba Maphriano in Metropolitam ejuſdem cœnobii electus, Dionyſium [k] Joannis ſucceſſorem anno 1112. Ninive, Niſibi, finitimiſque locis, excedere coëgit. Sub eodem Dionyſio Maphriano Zacchæus quidem Ninives Eccleſiam invaſit; Barbutela verò cœnobii Archimandrita ſubornato Moſulano præſide Maphrianum compulit, ut ſe ejuſdem loci Metropolitam inſtitueret. Redacto demùm in Maphriani poteſtatem cœnobio, ſuffraganeus Epiſcopus præfici conſuevit, ut Severus [l] Jacobus Bar-Sciacco, Georgius [m] & Stephanus Severinita ejuſdem Georgii diſcipulus, quorum prior ſub Ignatio Patriarcha anno 1231. obiit; Stephanus verò in locum Georgii à Noë Libaniota anno 1496. ſuffectus fuit.

a Hoc tom. pag. 497.
b Ibid. pag. 114.
c Ibid. pag. 462.
d Ibid. pag. 419.
e Ibid. pag. 451.
f Ibid. pag. 403. 411. 414.
g Ibid. pag. 419.
h Ibid. pag. 429. & 430.
i Ibid. pag. 448.
k Ibid. pag. 449.
l Ibid. pag. 455.
m Ibid. pag. 462.

*Monaſterium Moallak.* Vide *S. Sergii*.

Monaſterium Nataphæ.

*Monaſterium Nataphæ* ܕܝܪܐ ܕܢܛܦܐ apud Zapharanum [n] haud procul ab urbe Marde, quod Ananias [o] Mardæ Epiſcopus quum circa annum 793. inſtauraſſet, collectis ſacris omnis generis libris locupletavit. Saba [p] cœnobii Nataphæ Epiſcopus ordinationi Ignatii VI. Patriarchæ anno 1332. interfuit.

n Ibid. pag. 384. & 460.
o Ibid. pag. 222. & 223.
p Ibid. pag. 382.

*Monaſterium Salachæ.* Vide *S. Jacobi*.

Monaſterium Saphyli.

*Monaſterium Saphyli* ܕܝܪܐ ܕܣܦܘܠܘܣ apud Rhe[illegible]nam [q] Meſopotamiæ urbem, quod [r] Athanaſius IX. circa annum 1[illegible]. inſtauravit. Sedes fuit Joannis III. & Dionyſii II. quorum [illegible] vera ibidem condita ſunt. Ex ejuſdem loci monacho in Patriarch[illegible] electus eſt Baſilius I.

q Ibid. pag. 348. 349.
r Ibid. pag. 370.

Mo-

*Monaſterium Seleuciæ S. Thomæ*. Vide *Sancti Bertoniæ*.

Monaſterium S. Sergii.

*Monaſterium S. Sergii in monte Sajo* ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܣܪܓܝܣ ܕܒܛܘܪܐ ܕܣܐܓܘ, cujus feſtum in Kalendario [a] Syriaco ad diem 14. & 23. Decembris celebratur, aliàs معلق *Moallak* dictum [b], è regione Baladæ urbis, quæ ad Tigrim fluvium ſita eſt: ubi Moyſes Barcepha monachum egit. Epiſcopatus Maphriano ſubjectus, quem Gregorius Matthæus Maphrianus [c] circa annum 1330. cum Epiſcopatu Sigaræ conjunxit. Sub Gregorio Bar-hebræo diviſus erat: qui anno 1278. Joannem [d] Denham cœnobii S. Sergii, & Joannem Moyſen Sigaræ Epiſcopos inſtituit.

Monaſterium Teledæ.

*Monaſterium Teledæ* ܕܝܪܐ ܕܬܠܥܕܐ ſic appellatum à proximo Teledæ vico, qui in agro Antiocheno ſitus eſt. Euſebius & Ammianus id cœnobium condidere, ut ex Theodoreto tom. 1. pag. 242. dixi. Monachos ejus loci ineunte ſæculo ſexto hæreſi Monophyſitica infectos fuiſſe, liquet ex epiſtolis [e], quas ad eos Xenajas miſit. Jacobus Edeſſenus rixas monachorum Euſebonæ fugiens, *ad magnum cœnobium Teledæ*, Bar-hebræo [f] teſte, *migravit*, *ibique novennio commoratus*, *veteris Teſtamenti libros emendavit*. In eodem cœnobio ordinati ſunt Sedemque habuere Patriarchæ [g] Joannes V. & VI. Dionyſius III. & Abraham, quorum prior ibidem ſepultus dicitur *in Arca Jacobi Edeſſeni*.

Monaſteria Zabar.

*Monaſteria Zabar* ܕܝܪܐ ܕܙܒܪ in regione Melitinenſi, quibus Baſilius [h] Lacabenæ Epiſcopus ab Athanaſio VIII. Patriarcha præfectus fuit, poſtquam Lacabenæ Epiſcopatu dejectus eſt. Vide *Zabatra*.

Monaſterium S. Zachæ.

*Monaſterium S. Zachæ*, hoc eſt, *Nicolai* ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܙܟܝ, apud Callinicum urbem, ubi [i] Dionyſius I. & Joannes III. aliquandiu Sedem habuere. Ibidem Maruthas [k] antequam ad Maphriani dignitatem evectus fuiſſet, annos viginti tranſegit: & Aitallahas [l] Presbyter tractatum adversùs Neſtorianos compoſuit, quem habemus in Codice Syr. 27. in catalogo, qui huic [m] tomo ſubjicitur.

*Monaſterium Zapharani* ܕܝܪܐ ܕܙܥܦܪܢܝ. Vide *S. Ananiæ*.

*Monaſterium Zaz*. Vide *S. Crucis*.

Mopſveſtia.

*Mopſveſtia* ܡܨܝܨܬܐ, Arabicè مصيصة *Meſſiſſa*, teſte [n] Abulpheda: Ciliciæ urbs notiſſima ad Pyramum fluvium, quem Gehonem hodieque ab indigenis appellari, ex eodem Abulpheda ſuprà notatum eſt. Gavicathæ cœnobium apud eam urbem ſitum eſſe, mox dixi. Ex adverſa Gehonis fluminis parte oppidum كفرنبا *Capharnabam* collocat idem Abulpheda, quod idem fortaſſe eſt cum Capharnabo Sarugenſis regionis pago, in quo Joannem VII. cognomento Sarightam ordi-

[a] Cod. Syr. 32. hoc tom. p. 505.
[b] Ibid. pag. 127. & 219.
[c] Ibid. pag. 460.
[d] Ibid. pag. 255.
[e] Ibid. pag. 37.
[f] Ibid. pag. 337.
[g] Ibid. pag. 350. 351.
[h] Ibid. pag. 361.
[i] Ibid. pag. 344. 348.
[k] Ibid. pag. 416.
[l] Ibid. pag. 307.
[m] Ibid. pag. 502.
[n] Tab. geogr. n. 179.

ordinatum fuiſſe affirmat [a] Bar-hebræus. Joannes Mopſveſtiæ Epiſcopus Monophyſita in Chronico Dionyſii ad annum 518. laudatur.

Moſul, ſeù Ninive.

*Moſul* ܡܘܨܠ, nova Ninive, nonnullis [b] *Muſal* & *Mozal*; Arabicè موصل *Mauſel*, teſte [c] Abulpheda, urbs ad Tigrim fluvium verſus occaſum, ideſt intra Meſopotamiam poſita: diſtat à Maipherchin per Caſtrum Cepham itinere ſex dierum, & à Marde ſeptem dierum: ex adverſa Tigris parte ad ortum eſt antiqua Ninive, quam nonnulli recentiores cum Moſul confundunt. Ad auſtrum Moſuli Zeba minor Tigri miſcetur apud antiquam urbem اثور *Athur*, inquit [d] Abulpheda. Epiſcopi Moſulani Sedes in cœnobio S. Matthæi fuit, ut ſuprà dixi. Daniel [e] Epiſcopus Moſul titulum Metropolitæ à Cyriaco Patriarcha circa annum 817. obtinuit; hac tamen conditione, ut Maphriano Tagritenſi ſubjaceret. Ignatius [f] Lazarus Maphrianus Moſulanam diœceſim Tagritenſi copulavit anno 1155. Hinc deinceps omnes Maphriani titulum Archiepiſcoporum Moſul, ſeù Ninives ſibi vendicarunt. Pilatus [g] *Metropolitanus in Muſal & Oriente* à Leonardo Abel ad annum 1583. laudatur: qui poſtmodum [h] in Patriarcham electus, Ignatius XIX. appellatus fuit. Baſilius Iſaac ſub Petro poſtremo orthodoxorum Patriarcha Archiepiſcopus Ninives, eodem Petro in exilium ob catholicam fidem pulſo, Romam ineunte hoc ſæculo ſe recepit: ubi convertendis in Arabicum ſermonem Theologicis & Philoſophicis libris operam dedit uſque ad annum proximè elapſum, quo in vivis eſſe deſiit. In ſchiſmate Haſſaſſinitarum, Barnaſicha [i] Barcephæ diſcipulus à Pheraa ejuſdem factionis Primate circa annum 890. Epiſcopus Moſul inſtitutus eſt.

*Ninive*. Vide *Moſal*, & *monaſterium S. Matthæi*.

Niſibis.

*Niſibis* ܢܨܝܒܝܢ, urbs Meſopotamiæ antiquiſſima juxta & nobiliſſima: *Achar* olim dicta, ſeù *Achad*, ut legit S. Hieronymus Quæſt. in Geneſ. cap. 10. num. 10. ubi de Nemrod: *regnavit*, inquit, *& in Arach, hoc eſt in Edeſſa; & in Achad, quæ nunc dicitur Niſibis*: quem Scripturæ locum iiſdem planè verbis ante S. Hieronymum expoſuit [k] S. Ephræm: ܐܡܠܟ ܕܝܢ ܒܐܪܟ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܐܘܪܗܝ : ܘܒܐܟܪ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܢܨܝܒܝܢ .
ܘܒܟܠܢܐ ܩܛܝܣܦܘܢ . ܘܒܪܚܒܘܬ ܚܕܝܐܒ . ܒܟܠܚ ܚܛܪܐ . ܘܒܪܣܢ ܪܝܫܥܝܢܐ .
*Regnavit autem in Arach, quæ eſt Edeſſa: & in Achar, quæ eſt Niſibis: & in Calanne, quæ eſt Cteſiphon: & in Rebebot, quæ eſt Adiab* (non Birta, ut autumat Bochartius [l]) *& in Calee, quæ eſt Chetra* (Chartaram vocat Ptolemæus [m]: Charta eſt in notitia Imperii: Chatram & Chataram rectius dixeris) *& in Reſe, quæ eſt Rheſina*. Syris recentioribus ܨܘܒܐ *Soba* dicitur: Sic enim Ebedjeſu Catalogi Syrorum Scriptorum auctor, qui Niſibenus fuit Epiſcopus, *Sobenſis* ubique appel-

[a] Hoc tom. pag. 351
[b] Maſ. in præf. ad anaphoram S. Baſilii.
[c] Tab. geograph. num. 257.
[d] Loc. cit.
[e] Hoc tom. pag. 343.
[f] Ibid. pag. 451.
[g] Apud Thomam à Jeſu p. 386.
[h] Hoc tom. pag. 482.
[i] Ibid. pag. 440.
[k] Commentar. in Geneſ. Cod. Syr. ms. Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 26.
[l] Lib. 4. cap. 21.
[m] Lib. 5. cap. 18.

appellatur. Arabes نصيبين *Naſibin* vocant, teſte [a] Abulpheda: quod & Stephanus [b] confirmat. *Neſibis* in nummis eſt. *Antiochia n Mygdoniæ* Græci dixere, ut Plutarchus [c] affirmat. Urbi ad aquilonem mons *Maſius* [d] imminet, quem Abulqheda جبل الجودي *montem Geudam* nuncupat; unde ܢܗܪܐ ܕܡܣܐ *fluvius Maſius*, Abulphedæ الهرماس *Harmas*, Andreæ [e] Maſio *Hormiz*, ſive *Saocora*, Juliano [f] *Mygdonius*, *inundans infunditur in adjacentem mœnibus campum*. S. Jacobus Niſibis [g] Epiſcopatum ad annum Chriſti 338. ſanctiſſimè rexit. Vologeſus [h] Jacobo ſucceſſit. Quum Neſtoriana lues Orientem infeciſſet, Eccleſiam illam Barſumas [i] invaſit, quem Neſtoriani Epiſcopi ad hanc diem excepere. Pauci ex Jacobitis in ea urbe relicti ſunt, quibus aliquando peculiares, ſæpiùs vicinarum Sedium Epiſcopi præfuere. Abraham [k] Niſibis Epiſcopus in Chronico Bar-hebræi ad annum Græcorum 942. Chriſti 631. laudatur, quo Joanni I. Jacobitarum Patriarchæ manum impoſuiſſe dicitur. Philoxenus [l] ejuſdem loci Epiſcopus circa annum 828. in Synodo Rheſinenſi ſub Dionyſio I. damnatus, in Cyrrheſticam apud Abrahamum Antipatriarcham ſe contulit: unde ſchiſmaticos Niſibin deducens, eam ipſis Eccleſiam tradidit. Idem Philoxenus [m] Cyriacum Patriarcham Dionyſii præceſſorem impulit, ut Simeonem Maphrianum deponeret. Dionyſius VI. ut Joannem Maphrianum ſibi conciliaret, Niſibenam [n] diœceſim circa annum 1094. eidem adjunxit: *Ex quo tempore*, inquit Bar-hebræus, *cœpit Niſibis ad Maphriani ditionem ſpectare*. Nihilominus Joannes [o] Mardæ Epiſcopus, qui certè Patriarchæ ſubjectus erat, ab anno 1125. ad annum 1165. Niſibin unàcum Haran, Chabora, Dara, Caphartuta & Telbeſme gubernavit: & Naironus in Evoplia [p] Mardenſem Epiſcopatum cum Niſibeno hodieque conjunctum affirmat. Verùm in Appendice ad Chronicon Bar-hebræi in vita [q] Gregorii Matthæi Maphriani, circa annum 1330. idem Gregorius dicitur Epiſcopum Maaræ, Niſibi, & Gozartæ Carduchiæ præfeciſſe. Varius itaque ejus urbis ſtatus fuit; maximè poſtquam ex priſtina amplitudine in præſentem ſtatum redacta eſt.

Nuhadra, ſeu Naarda.

*Nuhadra* ܢܘܗܕܪܐ, aliàs ܒܝܬ ܢܘܗܕܪܐ *Beth-Nuhadra*, Arabicè [r] بنيهودرا *Benibudra*; antiquis [ſ] *Naarda*, *Neerda*, & *Nearda*: recentioribus [t] Judæis, ܢܗܪܕܥܐ *Nahardeha*: ubi Hebræos ſatis celebrem ſcholam habuiſſe, refert Bartoloccius [u] in Biblioth. Rabbinica. Inter Epiſcopatus Maphriano ſubjectos [x] nono loco ponitur in Chronico Bar-hebræi [z] ubi Daniel Nuhadræ Epiſcopus Marutham Maphrianum circa annum 630. conſecraſſe dicitur. Jonas [y] ejuſdem urbis Epiſcopatum tenebat anno 755. quo Georgius Patriarcha ordinatus fuit, teſte Dionyſio, qui addit, eundem Jonam anno 773. obiiſſe. Gregorius Bar-hebræus [a] in vita ſua narrat, ſe anno Chriſti 1265. feria

quar-

a Tab. geogr. num. 249.
b De Urbibus.
c In Lucullo.
d Dionyſius in Chronico ad annum Chriſti 754. Strabo lib. 16.
e Præf. ad anaphoram S. Baſilii.
f Orat. 1.
g Tom. 1. p. 17.
h Ibid. pag. 18.
i Ibid. pag. 351.
k Hoc tom pag. 335.
l Ibid. pag. 346.
m Ibid. pag. 434.
n Ibid. pag. 357.
o Ibid. pag. 216.
p Part. 1. cap. 2. num. 18. pag. 46.
q Hoc tom. pag. 460.
r Apud Amrum in vita Patriarch. Neſtor.
ſ Ptolem. lib. 5. cap. 18. Joſeph. Antiqu. Jud. lib. 18. cap. 12.
t Benjamin Tudelen. in Itiner. Cellar. tom. 2. geogr. antiq. p. 719.
u Par. 3. §. 13. pag 663.
x Hoc tom. pag. 419.
y Ibid. pag. 111.
z Ibid. pag. 115.
a Ibid. pag. 249.

quarta intermedia dominici Jejunii in Eccleſia ſuperiori Danielis pagi, Behenamum monachum cognomento Barſummana, Epiſcopum Nuhadrenſium inſtituiſſe, cui nomen Athanaſii impoſuit: Athanaſio autem [a] anno 1279. defuncto, quinque poſt annis, ideſt, anno 1284. in urbe Ninive Jobum monachum [b] ex pago Cudidia, impoſito Joannis nomine, ſubſtituiſſe.

a Hoc tom. pag. 255.
b Ibid. pag. 261.

*Ormia*. Vide *Urmia*.
*Orpha*, *Orrhoa*. Vide *Edeſſa*.
*Palmyra*. Vide *Thadmor*.

Perrhi.

*Perrhi*, ſeù *Perre*, Syris ܦܪܝܢ *Parin*, ſive *Pharin*, oppidum in provincia Euphratenſi, à Melitene Samoſatam tendentibus in Itinerario Antonini traditur M. P. XXIV. abeſſe à Samoſata. Differt à caſtro بارين *Barin*, de quo [c] Abulpheda in deſcriptione Syriæ: illud enim, eodem Abulpheda teſte, una manſione abeſt ab Apamea verſus occaſum, idemque eſt cum antiqua رفنية *Raphanæa*, quæ à Ptolemæo inter Orontem & Antaradum collocatur. At *Parin* in Euphrateſia eſt, ut mox dixi. In Chronico Dionyſii ad annum Græcorum 821. Chriſti 510. *Parin*, ſeù *Perre* urbs Meſopotamiæ dicitur: nimirùm in finibus Euphrateſiæ & Meſopotamiæ poſita erat. Apud eandem urbem anno Chriſti 861. cœnobium erat Jacobitarum, ſeptem Martyribus nuncupatum, uti ad calcem Codicis Syriaci tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 63. adnotatur. In eodem Dionyſii Chronico [d] ad annum Chriſti 510. Gamalinus Perrhorum Epiſcopus laudatur, quod in profligandis quorundam pſeudomonachorum erroribus egregiam operam navaſſet: Inter Epiſcopos verò Monophyſitas quos Juſtinus Imperator anno 518. exilio multavit, Euſtathius ejuſdem urbis Epiſcopus recenſetur.

c Tab. geograph. num. 205.
d Tom. 1. pag. 409.

Pheroz-Sapor, ſeù Anbara.

*Pheroz-Sapor* ܦܝܪܘܙ ܫܒܘܪ, aliàs [e] ܐܢܒܪ *Anbara*, Judæis *Perùz Sciabbùr*, ubi nongenta fuiſſe ejus ſectæ hominum millia jactant, teſte [f] Bartoloccio in Biblioth. Rabbinica. Ad Euphratem ſita eſt, ut ſcribit [g] Abulpheda, qui eam à Bagdado ad decem paràſangas diſtare affirmat. Poſt Nuhadram in catalogo [h] Epiſcopatuum Maphriano ſubjectorum ponitur apud Barhebræum, qui aſſerit primum Pheroz-Saporis Epiſcopum Acham à Marutha Maphriano circa annum Chriſti 630. inſtitutum.

e Pontific. Neſtor. citat. hoc tom. pag. 459. & Cod. Syr. 20. ad calcem ejuſdem tom p. 498.
f Loc. ſuprà cit.
g Tab. geograph. num. 272.
h Hoc tom. pag. 419.

*Raba*. Vide *Edeſſa*.
*Ramatua*. Vide *Zabatra*.

Reſaina.

*Reſaina* ܪܫܥܝܢܐ aliàs *Reſæna* [illegible], *Rhiſin*, ſeù *Rhiſina*: Arabibus راس عين *Ras-Ain*, ideſt, *caput fontis*, eo quod *trecentum & amplius fontes inde emanant, ex quibus* نهر الخابور *fluvius Chaboras coaleſcit*, ut affirmat [i] Abulpheda, qui eandem Bi[illegible]iter ab Haran diſtare ſcribens, opinionem quorundam refellit, à quibus Tigris, non

i Tab. geogr. 239.

Cha-

Chaboras apud Rheſainam ſcaturire dicitur. Abulphedæ conſentit Stephanus, qui *Reſinam oppidum circa Aborum fluuium* collocat: & in Notitia Imperii ſub Duce Oſroëne, ideſt Edeſſenæ provinciæ, *equites ſagittarii indigenæ primi Oſroëni Raſin*. Duplicem Rheſinam [a] Ptolemæus ſtatuit in Meſopotamia: alteram poſt Edeſſam ſub gradu 73. alteram poſt Aphadanam ſub gradu 74. Quæ verò in Geneſi [b] *Reſe* ſeù *Reſen* [c] dicitur, extra Meſopotamiam in Aſſyria [d] eſt, inter Niniven & Chale, ut ibidem deſcribitur: de qua intelligenda ſunt S. Ephræmi verba, quæ ſupra protuli, ubi de Niſibi: ut enim urbes inter fluvios poſitas Syri *Apameas*, hoc eſt, Interamnias dixere; ita eas, apud quas fontes vel amnes erumpunt, *Reſainas*. Rheſinæ ad Chaboram civitatis Epiſcopus Petrus [e] in Dionyſii & Barhebræi chronicis laudatur tamquam ſectæ monophyſiticæ propugnator, ob quam à Juſtino Imp. anno 518. in exilium pulſus eſt. Barhebræus in chronico Sergium [f] Rheſinenſem Archiatrum memorat, qui Aſcolium ejus urbis Epiſcopum, fortaſſe in locum Petri ſuffectum, apud Ephræmum Antiochiæ Patriarcham accuſavit. Theodoſius [g] ejuſdem urbis Epiſcopatum tenebat anno 724. quo Athanaſium III. Patriarcham ordinaſſe dicitur. Poſt obitum Severi Bar-maske in ordinatione Athanaſii II. Synodus Rheſinæ [h] anno 684. habita fuit. *Saphyli* cœnobium apud eam urbem ſitum fuiſſe, ſuprà notavi.

a Lib. 5, cap. 18.
b Cap. 10. v. 12.
c In Textu hebraico.
d Apud Dionyſ. in chron. ad annum Chriſti 772.
e Hoc tom. pag. 327.
f Hoc tom. pag. 323.
g Ibid. pag. 338.
h Ibid. pag. 335

**Reſchipha.**

*Reſchipha* ܪܫܟܝܦܐ oppidum Meſopotamiæ ad Euphratem fluvium cujus meminit [i] Ptolemæus. Jacobus cœcus Reſchiphæ Epiſcopus Iſaacum intruſum Patriarcham [k] anno Chriſti 755. in urbe Rheſina ordinavit. Baſilius I. Patriarcha [l] in Moriba Reſchiphæ caſtro anno 923. conſecratus eſt.

i Lib. 5. cap. 18.
k Hoc tom. pag. 339.
l Ibid. pag. 349.

**Roabanum.**

*Roabanum* ܪܥܒܢ oppidum Euphrateſiæ haud procul à Chiſuma, Epiſcopalis Sedes Jacobitarum, cui præerat Baſilius [m] anno Chriſti 1253. quo morienti Ignatio Davidi Patriarchæ adſtitit. In Synodo, quæ anno Chriſti 1155. in cœnobio Barſumæ ſub Athanaſio VIII. habita fuit, Roabani Eccleſia [n] Joannes Chiſumenſis auctus eſt.

m Ibid. pag. 376.
n Ibid. pag. 209. & 362.

**Romanum caſtrum.**

*Romanum caſtrum*, Syris ܚܨܢܐ ܕܪ̈ܘܡܝܐ *Heſna Romæorum*, Arabibus قلعة الروم *Kalat-al-Rum*, ideſt, *Arx Romæorum*, unde Barhebræi ܩܠܥܐ ܪܗܘܡܝܬܐ *Kala-Rumaita*, cis Euphratem ſitum eſt, teſte [o] Abulpheda, ad occaſum Birtæ, & ad auſtrum Edeſſæ urbis, à quibus æquali ferè manſione diſtat. In nupera Syriæ diviſione ſecundùm Saracenos quidem ad provinciam Kenneſrinenſem ſpectabat, teſte eodem Abulpheda: ſecundùm Armenos verò, qui longo tempore eo potiti ſunt, ad Ciliciam. Aſraphus Rex Almanſoris Clavuni Saracenorum Regis filius illud Armeniis eripuit, ut idem Abulpheda notat. Ibi Patriarchæ Armenorum Sedes aliquando fuit, teſte Barhebræo, qui [p] ad annum Græcorum 1506. Chriſti 1295. Deraſam Patriarcham à Leo-

o Tab. geogr. num. 227.
p Hoc tom. pag. 368.

à Leone Ciliciæ Rege depoſitum eique Baidarum ſubſtitutum ſcribit; anno verò circiter 1182. Theodorum [a] Barvehebun Jacobitam factionis ſuæ Patriarcham in illud Caſtrum apud Armenorum Catholicum ſeſe recepiſſe, ibique uſque ad annum 1192. ſediſſe. Ignatius [b] David Patriarcha Eccleſiam in eodem Caſtro rogatu Joſue Presbyteri, qui ingentem ibi populi Jacobitici multitudinem eſſe, & Eccleſia carere ſignificaverat, propriis ſumptibus circa annum 1246. à fundamentis exſtruxit. Idem Ignatius [c] in caſtro Romano, ubi ab Aytono Rege, à Conſtantino Patriarcha Armenorum, & à Jacobo Presbytero Joſue ejuſdem caſtri Presbyteri filio perhonorificè exceptus fuerat, anno Græcorum 1253. deceſſit, ad Orientalem majoris Armenorum Eccleſiæ partem ſepultus. Dionyſius VII. cognomento [d] Angur, ejuſdem Ignatii ſucceſſor, Alepo in illud caſtrum profectus, filios Joſue Presbyteri inducere nequivit, ut nomen ſuum ad altare proclamarent: ajebant enim ſe Joanni Barmaadani Dionyſii æmulo fidem ſuam obſtrinxiſſe. Simeon [e] Presbyter ac medicus filius Joſue Presbyteri ejuſdem caſtri, magna pars fuit turbarum adversùs eundem Dionyſium, & Ignatium III. ejus ſucceſſorem, nec tumultuari deſtitit, donec Philoxenum Nemrodum ſuum ex fratre nepotem Melitinæ Epiſcopum, deinde Patriarcham gentis ſuæ vidit.

a Ibid. pag. 216.
b Ibid. pag. 76.
c Hoc tom. pag.
d Ibid. pag. 378.
e Ibid. pag. 379. 380. 381.

*Sababarech*. Vide *Sibabarcha*.

Salacha.

*Salacha* ܨܠܚ, oppidum in Tur-abdin ſeù monte Abdino cis, non trans Tigrim, ut Naironus in Evopl. pag. 45. affirmat. Patria fuit [f] Athanaſii V. Patriarchæ, & Danielis [g] ejuſdem urbis Epiſcopi, qui ſub Jacobi Edeſſeni tempora vivebat. Sedes Epiſcoporum Salachæ [h] in cœnobio S. Jacobi fixa, ubi Patriarchæ Turabdinenſes poſtmodum habitarunt, ab anno ſcilicet Chriſti 1364. ad annum 1494. Dioſcorus Moyſes Salachæ Epiſcopus anno 1293. ordinationi Ignatii Barvahibi interfuit. Barſuma ejuſdem urbis Epiſcopus Synodo præfuit, quæ in cœnobio Ananiæ pro ordinatione Ignatii Iſmaëlis anno 1322. congregata eſt. Baſilius [i] Saba ab eodem Iſmaële in locum Barſumæ ſubrogatus, propter cujuſdam Georgii monachi calumnias excommunicatus fuit: quamobrem ab ejuſdem Iſmaëlis obedientia diſceſſit, & novum Patriarchatum Turabdinenſium in Salacha inſtituit. Anno 1583. *Elias Epiſcopus in Salach* [k] apud Thomam à Jeſu commemoratur.

f Ibid. pag. 351.
g Tom. 1. pag. 495.
h Hoc tom. pag. 382.
i Ibid. pag. 383.
k Lib. 7. de converſ. gent. pag. 386.

Samoſata.

*Samoſata* ܫܡܝܫܛ, Syriæ Comagenæ ad Euphratem urbs clariſſima: سميساط *Somiſata* [l] Abulphedæ, qui Romanum & Manſur caſtra non multum ab ea diſtare affirm[illegible] ad au[illegible] Samoſatæ, caſtrum verò Romanum ad [illegible] Abulpheda aliam Samoſatam in Meſopotamia ponit, [illegible] *Semſat* ap[illegible], poſitamque inter Amidam & Haret-[illegible] ſeù Zaidi caſtrum [illegible]mat. Samoſatæ in Comagena Epiſcopi lau[illegible]ur in chronicis Dionyſii & Barhebræi Severus & Conſtantinus: & Severus [n] quidem circa annum 597. ab A-

l Tab. geogr. nu. 221.
m Tab. geogr. 236.
n Hoc tom. p. 334.

tha-

thanaſio I. fratre ordinatus dicitur; Conſtantinus [a] ab anno 746. ad annum 755. claruiſſe. Theodorus [b] Conſtantini ſucceſſor Georgium Syncellum habuit, qui anno 759. in Patriarcham electus eſt. Cyriacus Patriarcha circa annum 797. Severum [c] alterum Samoſatæ Epiſcopum anathematizavit, quod ſibi Samoſatam advenienti fores Eccleſiæ in faciem occluſiſſet. Timotheus [d] anno 878. Ignatium I. & anno 887. Theodoſium Patriarchas ordinavit. Thomas [e] ſub Joanne Abdon Antiocheno & Zacharia Alexandrino Patriarchis circa annum 1000. vivebat, uti adnotatur ad calcem Codicis Syriaci 15. Athanaſius [f] cum Simeone Chiſumenſi facta adversùs Baſilium II. conſpiratione, Joannem XI. cognomento Abdon è Synnadæ Epiſcopo circa annum 1074. Patriarcham conſecravit. Timotheus [g] ſub Athanaſio VIII. è Gargarenſi Epiſcopatu ad Samoſatenum anno 1143. Goſelini Edeſſæ comitis juſſu translatus eſt. Proxima Samoſatæ cœnobia apud Jacobitas celebrantur, *Herbaz*, [h] ubi Ignatius I. monachum egerat: *Mar-Ab-Hai* [i] ubi Sedes Epiſcopi Samoſateni aliquando fuit: & *Pheſchin* [k] cujus monachus David Archimandrita hanc regulam tradidit, ne quid ſcilicet poſſiderent.

a Ibid. pag. 107. 110. & 111.
b Ibid. pag. 340.
c Ib. pag. 342.
d Ibid. pag. 348. & 349.
e Tom. 1. pag. 614.
f Hoc tom. pag. 356.
g Ibid. pag. 361.
h Ibid. pag 318.
i Ibid. pag. 355.
k Ibid. pag. 359.

Sarug.

*Sarug* ܣܪܘܓ, olim ܒܛܢܢ *Batnan*, Stephano *Batnæ*, Procopio [l] *Batne*, Meſopotamiæ oppidum ab Edeſſa M. P. X. diſtans, juxta Itinerarium Antonini, totidemque ab Haran & à Birta, teſte [m] Abulpheda, qui illud ſua ætate dirutum affirmat. De Sarugo, deque S. Jacobo ejuſdem loci Epiſcopo diſſerui [n] toto capite 27. tomi 1. Ejuſdem S. Jacobi Vitam deſcribit Barhebræus in chronico, cujus verba hoc [o] tomo retuli. Athanaſius [p] Sarugenſis Epiſcopus anno 688. Julianum Patriarcham ordinavit. Georgius [q] ejuſdem oppidi Epiſcopatum temporibus Jacobi Edeſſeni, ideſt, circa annum 700. regebat, ut liquet ex ejuſdem Jacobi epiſtola, quæ Cod. Syr. 22. ad calcem [r] hujus tomi habetur. Sergius [s] Sarugi Epiſcopus anno 965. Joannem Sarightam Patriarcham in Capharnabo regionis Sarugenſis pago ordinavit. Gabriel [t] cognomento Sciamabir ab Athanaſio VIII. circa annum 1160. propter incontinentiam depoſitus fuit.

l Lib. 1. de bell. Perſ. cap. 12
m Tab. geogr n 232.
n A pag. 28
o A pag. 341
p Hoc tom. pag. 337
q Tom. 1. pag. 285.
r Pag. 499.
s Hoc tom. pag. 351.
t Ibid. pag. 362.

Saura.

*Saura* ܨܘܪܐ oppidum Meſopotamiæ apud Amidam urbem, cujus Epiſcopatui [u] anno 1471. conjuncta erat, quo Joannes Barſila ab Ignatio X. cognomento Chaleph, Amidæ & Sauræ Epiſcopus inſtitutus eſt. Ab Amidenſi Epiſcopatu disjuncta anno 1583. quo teſte Thoma [x] à Jeſu, Sauræ quidem Epiſcopus Minas erat, Amidæ verò Simeon. Idem Thomas in eadem Sauræ provincia Ephræmum tunc Epiſcopum fuiſſe affirmat. Differt à سورا *Sura*, quam Abulpheda [y] inter Bagdadum & Cupham collocat: hæc enim eadem eſt cum سورا *Sura* Aſſyriæ, de qua mox ſermo erit: Saura verò ad Marden Meſopotamiæ urbem accedit, ut auctor eſt Joannes [z] Mardenſis Epiſcopus, qui cœ-

u Ibid. pag. 385.
x Lib. 7. pag. 386.
y In deſcript. Arak fol. 75
z Hoc tom. pag. 221. & 226.

nobia SS. Abæ & Theodoti apud ܣܘܪ ܩܣܛܪܐ *Sur caſtrum* (ita Sauram vocat) ſita inſtauravit.

Sciaharzul.

*Sciaharzul* ܫܗܪܙܘܠ, Epiſcopatuum Maphriano [a] ſubjectorum undecimus ante Maruthæ tempora inſtitutus; Abulphedæ شهرزور *Sciahrazur* [b], urbs provinciæ الجبال *Al-Gebal*, hoc eſt, Montanæ Arak ſeu Aſſyriæ, à Maraga ſex manſionibus diſſita, & ab Halavana duabus ſupra viginti paraſangis, inter Moſul & Hamdanam, à Zur condita; *Sciahra* enim Perſico ſermone urbem ſignificat, & *Zur* nomen conditoris, ut idem Abulpheda tradit. Jazdephanes [c] Epiſcopus Sciaharzul unus ex iis fuit, qui anno 630. Marutham Maphrianum ordinarunt.

a *Ibid. pag.* 419.
b *Tab. geogr. n.* 436.
c *Hoc tom. pag.* 419.

Seered, ſeu Mobadra,

*Seerd* ܣܥܪܕ, aliàs ܡܥܕܪܐ *Mobadra*, Abulphedæ [d] سعرت *Seert* & اسعرد *Iſeerd*: urbs Meſopotamiæ haud procul à Tigri flumine; à Maipherchin, teſte eodem Abulpheda, diſtat iter unius diei cum dimidio, ab Amida quatuor dierum, à Moſul quinque dierum: ad ortum Moſuli, & ad auſtrum Maipherchin Amidæque poſita. Philoxenus Seeredæ Epiſcopus [e] anno 1332. ordinationi Ignatii VI. Patriarchæ interfuit.

d *Tab. geogr. n.* 264.
e *Hoc tom. pag.* 382.

Segeſtana.

*Segeſtana* ܣܓܣܛܐܢ urbs Choraſanæ regionis, teſte Abulpheda [f], qui Haram itinere undecim dierum ab ea diſtare affirmat. Epiſcopatus à Marutha Maphriano circa annum 630. inſtitutus, ut auctor eſt Barhebræus, qui Haditam Segeſtanæ provinciæ oppidum commemorat, ut ſuprà dictum eſt. Dionyſius in Chronico ad annum Græcorum 1078. Chriſti 767. Georgium Patriarcham de iis, quos Joannes in ſchiſmate ordinaverat, ita loquentem inducit. ܘܕܢܬܝܗܒ ܟܗܢܘܬܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܠܡܢ ܕܨܒܐ ܠܡܐܙܠ ܠܬܚܬܝܬܐ ܕܣܓܣܛܐܢ ܘܕܗܪܒܐ. ܘܐܦ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܫܦܪ ܠܗܘܢ:

*Ut Sacerdotium & Epiſcopatus ei conferatur, qui ad inferiores Segeſtanæ & Harabæ regiones pergere voluerit. Quod & Epiſcopis placuit.*

f *Tab. geogr. n.* 401.
g *Hoc tom. pag.* 420.

Seleucia Iſauriæ, Syriæ, & Babyloniæ.

*Seleucia* ܣܠܘܩܝܐ quadruplex in hiſtoria Jacobitarum occurrit. Prima *in Iſauria*, cujus Epiſcopus Eugenius [h] dogma Tritheitarum cum Conone Tarſenſi propugnavit, manumque Paulo Nigro Patriarchæ cum Jacobo Zanzalo impoſuit. Altera *in Syria*, Pieria dicta, ubi Orontes in mare mediterraneum exit, cujus Epiſcopus Nonnus [i] anno 518. ob hæreſim monophyſiticam exilio multatus, Amidam, unde genus ducebat, ſe contulit, ibi que poſt Thomæ obitum Epiſcopum egit. Tertia item in Syria, quæ *Seleucia Beli* ſeu *Seleucobelus*, appellatur, infrà Antiochiam ad meridiem, haud longè à Kenneſrin urbe, apud

h *Ibid. pag.* 325. 329. & 331.
i *Hoc tom. pag.* 49.

quem

quam cœnobium Bar-Aphtonii exſtabat, quod [a] *monaſterium Seleuciæ S. Thomæ* ad calcem Codicis Syriaci Nitrienſis 29. dicitur. Quarta denique, novemque Seleuciarum, quibus Seleucum nomen impoſuiſſe Appianus in Syriacis teſtatur, nobiliſſima in Babylonia eſt ex adverſa Cteſiphontis parte, ubi Chaldæorum Patriarcham Sedem fixiſſe, hoc tomo [b] obſervavi; *Modainam* recentiores vocant.

a Ibid. pag. 46.
b Pag. 394. 395.

Semcha.

*Semcha*, ſeù *Semaha* ܣܡܚܐ, una ex ſeptem diœceſibus, quas Barhebræus [c] circa Melitinam poſitas, ſuâque ætate deſolatas affirmat. Trans Euphratem ſita videtur ex ejuſdem Barhebræi [d] teſtimonio, qui in Vita Dionyſii III. Patriarchæ, Gajaſam teſtatur ex Oſna Adorbiganæ urbe in regionem Semcham profectum, primùm in cœnobio quodam apud Torſenam pagum habitaſſe, deinde Euphrate tranſmiſſo monaſterium in regione Claudiæ juxta Gregorianum oppidum circa annum 958. condidiſſe. Simeon [e] cognomento Tabakan, ex eadem regione Semaha oriundus, Joannem XIV. Patriarcham cœnobio Barſumæ, cui olim is præfectus fuerat, excedere coëgit.

c Ibid. pag. 260.
d Ibid. pag. 350.
e Ibid. pag. 234.

*S. Sergii.* Vide *monaſterium S. Sergii.*

Sibabarcha, ſeù Sababarech.

*Sibabarcha*, ſeù *Sababarech* ܣܒܐܒܪܟ Epiſcopatus, cis an trans Euphratem, adhuc mihi incompertum. Fortè eadem ac Carſabacha, ex qua ad Maphriani dignitatem Sarbelius [f] evectus fuit. Baſilius [g] ab Athanaſio VIII. ab Eccleſia Lacabenæ ad Sababarecham circa annum 1143. translatus, in Synodo anno 1155. habita utroque Epiſcopatu dejectus fuit, diœceſi Sababarechæ ad Edeſſenam adjectâ. Anno 1180. Epiſcopus [h] ejuſdem loci unàcum Simeone Arzuni, Joſue caſtri Zaidi, & Abrahamo Amidæ, Theodorum Bar-Vehebun adverſùs Michaëlem Patriarcham ordinavit.

f Ibid. pag. 434.
g Ibid. pag. 361. & 362.
h Ibid. pag. 213.

Sigara.

*Sigara* ܫܝܓܪ Arabibus سنجار *Sengiar*, Græcis Latiniſque Σίγγαρα *Singara*, urbs Meſopotamiæ, non Tigri adpoſita, ut contendit [i] Cellarius, ſed tribus ferè manſionibus ab eo diſtans, ut ex ejuſdem urbis civium relatione ſcribit [k] Abulpheda, qui illam totidem manſionibus à Moſul abeſſe affirmat, illam quidem ad occaſum, Moſul verò ad ejus ortum. In proximo Sigaræ monte, qui Sozomeno [l] *Sigoron*, Ptolemæo *Singaras mons* dicitur, *cœnobium* fuit [m] *S. Aaron*, cujus in Chronico Barhebræi frequens mentio; idque à monaſterio S. Aaronis apud Edeſſam ſito diverſum, quod in eodem Barhebræi [n] Chronico memoratur. Mares [o], ſeù Cares, Sigaræ Epiſcopus ex tot Monophyſitis, quos Juſtinus Imp. exilio multavit, unus in Oriente ſuperfuit, quem, teſte Barhebræo, *Monophyſitæ ex omnibus locis conſulebant, impoſitionem manus ab eo accipientes.* Georgius [p] ejuſdem urbis Epiſcopatum anno 630. regebat, quo Maruthas Maphrianus ordinatus eſt. Elias [q] *vir ſapiens & doctor*, ut idem Barhebræus affirmat, *qui priorem S. Gregorii Theologi tomum mirificè expoſuit*

i Tom. 2. geogr. antiq. pag. 721.
k Tab. geogr. n. 252.
l Lib. 6. cap. 23. cujus verba de monachis Meſopotamiæ retuli t. 1. pag. 274.
m Hoc tom. pag. 354. 355. 361.
n Ibid. pag. 284. 350. 351.
o Hoc tom. pag. 327 & 411.
p Ibid. pag. 419.
q Ibid. pag. 338. 339.

illu-

*illuſtravitque, etſi ex Maphriani ditione eſſet* (nam Sigara inter ſubjectos Maphriano Epiſcopatus [a] ſecundo loco nominatur) *eum tamen Athanaſius Sandalenſis ſubſtituto in ejus locum viro quodam flagitioſo, qui Joſue Baer dicebatur, circa annum* 750. *condemnavit*. Idem Elias [b] Sigaræ Epiſcopus Synodo Mabugenſi anno 759. in ordinatione Georgii Patriarchæ habitæ interfuit. Gregorius Matthæus Maphrianus [c] circa annum 1330. Epiſcopatum illum cum cœnobio S. Sergii in monte Sajo conjunxit.

a *Ibid. pag.* 419.
b *Ibid. pag.* 111.
c *Ibid. pag.* 460.

Sis.

*Sis* ܣܝܣ Ciliciæ urbs, Sedes Regis & Patriarchæ [d] Armenorum, inter Anazarbam & Mopſueſtiam ſita, ab utraque M.P.XXIV. diſtans, teſte [e] Abulpheda, qui eam Arabicè سيس *Sis* & سيسية *Siſiam* appellari, conditamque à Leone Armenorum Rege affirmat. Ibi Concilium, quod *Siſenſe* dicitur, ſub Leone III. Armeniæ Rege anno Chriſti 1307. celebratum: cujus Acta refert Galanus in Conciliat. Eccleſ. Arm. cum Romana Par. 1. cap. 28. pag. 445. Ignatius [f] David Patriarcha anno 1246. Eccleſiam Deiparæ in eadem urbe ad latus majoris Armenorum Eccleſiæ ædificavit. Eodem anno Iſa medicus Edeſſenus alteram Jacobiticæ genti Eccleſiam Barſumæ nuncupatam exſtruxit. Dionyſius [g] Siſidis Jacobitarum Epiſcopus anno 1264. ordinationi Ignatii III. Patriarchæ interfuit. Idem Ignatius [h] paulò poſtquam conſecratus eſt, ex Gavicathæ cœnobio *Siſidem cum Epiſcopis profectus, præſentibus Aytono rege, ejuſque filiis, & magnatibus, & nonnullis Epiſcopis, & Doctoribus Armenorum cum magna populi multitudine, in catholica Deiparæ Eccleſia Gregorium Barhebræum* Orientis Primatem proclamavit, ut idem Barhebræus in Vita ſua refert.

d *Galan. in Concil. Eccl. Arm. cum Rom. Par.* 1. *cap.* 19. *n.* 4. *pag.* 226
e *Tab. geogr. n.* 196.
f *Hoc tom. pag.* 375.
g *Ibid. pag.* 379.
h *Ibid. pag.* 247. & 379.

Suairia, ſeu Biſuairia.

*Suairiæ*, ſeu *Biſuairiæ* Epiſcopus Jacobus laudatur apud Thomam [i] à Jeſu ad annum Chriſti 1583. Nomen corruptum puto ex ܨܘܪܐ *Sura*, ſeu ܒܝܬ ܨܘܪܐ *Beth-Sura*: hæc enim Syrorum compoſitio per *Ba*, *Be*, & *Bi*, Arabicè atque Latinè reddi ſolet, ut Beth-Garme [k] باجرمي *Bagermi*: Beth-Cherda باكردا *Bakerda*: Beth-Zabda [l] *Bezabde* & *Bizabda*. Sura autem duplex eſt: altera in Meſopotamia, cui Jacobus præfuiſſe videtur, ut mox ſermo erit: altera in Babylonia, inter Bagdadum & Cupham poſita, teſte [m] Abulpheda, qui eam صورا *Suram* per literam ص *Sad*, & سورا *Suram* per literam س *Sin* appellari obſervat. *Sora*, & *Soria* hebræis dicitur, qui ſcholam ibi habuere, ut in Prologo [n] de Scriptoribus Syris dixi. Illius ſitum deſcribit Cellarius [o] ex Itinerario Beniamini Tudelenſis.

i *Lib.* 7. *p.* 386.
k *Apud Ammarum in hiſt. Patriarch. Neſtor.*
l *Ammian. lib.* 20. *cap.* 15. & 26.
m *In deſcript. Arak, ideſt Aſſyriæ fol.* 75.
n *Tom.* 1. *Bibl. Orient.*
o *Tom.* 2. *geogr. antiq. pag.* 753.

Sura.

*Sura* ܨܘܪܐ, Syriæ urbs juxta Euphratem, teſte [p] Ptolemæo, qui alteram Suram [q] de qua ſuprà dixi, in Aſſyria locavit. *Caſtrum* dicitur Joſue [r] Stylitæ: *Surorum oppidum* [s] Procopio: expugnatum à Choſroë Perſarum Rege unâcum Alepo, & Antiochia anno Chriſti

p *Lib.* 5. *cap.* 15.
q *Lib.* 6. *cap.* 1
r *Tom.* 1. *Bibl. Orient. p.* 2
s *Lib.* 2. *de ædific. cap.* 9.

540. [a] in Chronico Edeſſeno. Marion Suræ Epiſcopus anno 518. in exilium propter hæreſim Monophyſiticam pulſus eſt, teſte Dionyſio in Chronico. Sergius [b] ejuſdem urbis Epiſcopus tamquam illius Sectæ propugnator acerrimus ſub Sergio Telenſi Patriarcha à Barhebræo laudatur. An eadem ſit cum ܫܘܪܐ *Sura*, cujus tria [c] cœnobia Ignatius XI. cognomento Berſila inſtauravit, mihi non liquet. Puto tamen diverſam eſſe: nam hæc Sura in Syria cis Euphratem eſt, ut ſuprà oſtendi; illa verò in Meſopotamia haud procul à Marde, ut ex hiſce Auctoris Vitæ Ignatii XI. verbis demonſtratur. ܬܠܬܐ ܥܘܡܪ̈ܐ ܕܫܘܪܐ ܚܕܬ ܘܨܒܬ ܐܢܘܢ ܒܩܠܝ̈ܬܐ ܫܦܝܪ̈ܬܐ ܘܝܬܝܪܐܝܬ ܠܗ̇ ܕܡܪܝ ܐܒܝ : *Tria (inquit) Suræ monaſteria inſtauravit, pulchriſque cellis exornavit, ac præſertim illud Mar Abæi &c.* Subjungit Auctor impenſas in ornando Zapharanenſi cœnobio ab eodem Ignatio Patriarcha collatas. Atqui Zapharani quidem monaſterium apud Marden ſitum eſt, ut ſæpè dixi: Abæi verò, ſeù Abæ cœnobium in Sura, idem omnino eſt ac illud, quod Joannes [d] Mardenſis juxta *Sur caſtrum* poſitum affirmat, tametſi per literam ܨ *Sade* ibi ſcriptum ſit, hìc autem per ܫ *Scin*. Vide quæ ſuprà de Saura diſſerui.

Symnada, ſeù Synnada. *Symnada* ܣܝܡܢܕܐ, vulgò *Synnada*, [e] & *Synnas*, Phrygiæ urbs Jacobitis olim frequens, quibus Epiſcopus præerat Jacobus [f] anno Chriſti 969. quo unàcum Joanne Sarighta Patriarcha juſſu Græcorum Imperatoris Byzantium abductus fuit. Arabicum سمنادو *Semnadu*, Renaudotius *Semenduam* legit. Abdon [g] ex familia Joannis Abdon Patriarchæ Abbas cœnobii Gaghæi apud Melitinam, à Baſilio II. Epiſcopus Symnadæ ordinatus, Patriarchatum poſt ejus mortem invaſit tenuitque ab anno 1075. ad annum circiter 1095. aſſumpto Joannis XI. nomine, Barturca [h] à Joanne XIII. ex Telbaſer Symnadam tranſlatus, inde Chaboram, quum ob flagitioſam vitam omnibus exoſus eſſet, à quibuſdam Armenis circa annum 1135. interemptus eſt.

Taalabenſium Arabum Scenitarum Epiſcopus. *Taalabenſium Arabum* ܛܥܠܒܝ̈ܐ ܕܛܝܝ̈ܐ ſive ut in chronico Barhebræi legitur ܛܓܒܝ̈ܐ *Taghibenſium*, qui ܥܡܘܪ̈ܝ ܡܫܟܢܐ *Scenitæ*, hoc eſt, *tabernaculorum habitatores* dicuntur, Epiſcopus duodecimo [i] loco recenſetur inter eos, qui ſub Maphriani ditione ſunt. In Hirta Naamanis Sedem habebat, ut ſuprà dixi. In hiſtoria Joſue [k] Stylitæ diſerta fit mentio Arabum *Taalabenſium*, qui Romanis ſubjecti dicuntur, Arabumque Perſis conjunctorum audaciam ſæpius repreſſiſſe. Strabo [l] τὰς Σκηνὰς *Scenas* urbem Arabum Meſopotamiam auſtralem & deſertam inhabitantium commemorat, quos inde *Scenitas* dictos affirmat Stephanus. Idem Strabo Scenas *ſuper foſſam quandam*

ad

a Tom. 1. p. 416.
b Hoc tom. pag. 327.
c Ibid. pag. 386.
d Hoc Tom. pag. 221. 228.
e Cellar. tom. 2. geogr. antiq. p. 148.
f Hoc tom. pag. 139. & 351.
g Ibid. pag. 356.
h Ibid. pag. 360.
i Ibid. pag. 419.
k Tom. 1. pag. 276.
l Lib. 16.

*ad Babyloniæ fines* collocat, *à Seleucia ſchoenis decem & octo*. Quæ omnia cum Hirta conveniunt.

*Tabriz*. Vide *Tauriz*.

Tagrit, ſeu Tecrit.

*Tagrit* ܬܓܪܝܬ, Arabibus تكريت *Tecrit*, urbium Meſopotamiæ (inquit Abulpheda)[a] verſus Aſſyriam poſtrema, cis Tigrim, à Moſul itinere ſex dierum abeſt, ad auſtrum ortumque fluvio alluitur, cui *Iſaaco* nomen Iſaacus Ibrahimi filius copiarum Al-Motuaccheli Chaliphæ ductor impoſuit. Apud eandem urbem erumpit نهر الدجيل *fluvius Degila*, hoc eſt, *Deglata* ſeù *Tigris minor*, qui terras Samræ ad Bagdadum uſque alluit. Dicitur etiam تكريت وايل *Tecrit Vajel*, propter ſororem Bacri filii Vajel, ut idem Abulpheda affirmat, qui arcem urbis à Sapore Ardaſciri filio Perſarum rege conditam ſcribit: Proditam Saracenis à Marutha fatetur[b] Barhebræus, ut ſuprà dictum eſt. Tagritenſem autem urbem à Maipherchin ſeù Martyropoli aliam eſſe, oſtendi ſuprà. Sedes Maphriani ſeù Primatis Jacobitarum fuit ab anno 630. quo Maruthas ibidem ordinatus eſt: idque privilegium eo fortaſſe Tagritenſibus conceſſum, quod ii Barſumæ Niſibeno Neſtorianiſque per Aſſyriam & Meſopotamiam debacchantibus fortiter reſtiterunt, teſte[c] eodem Bar-hebræo, qui ſeriem eorum Maphrianorum ad ſuam ætatem perducit. Epiſcopatus anteà fuerat, ut liquet[d] ex Syriaco ms. Codice, in quo Georgius Tagriti Epiſcopus circa annum 580. dicitur. Deſolatam urbem Dionyſius[e] Maphrianus circa annum 1112. permiſſu Chaliphæ novis ædificiis ornavit. Ignatius[f] Saliba Maphrianus eidem Eccleſiæ Moſulanam diœceſim, qua Ninive & cœnobium Sancti Matthæi continentur, anno 1155. adjunxit. Ab anno 1222. quo Ignatius[g] David ad Patriarchæ dignitatem ex Maphriano evectus eſt, uſque ad annum 1278. quo Gregorius Barhebræus Tagritenſes viſitavit, nullus eam urbem[h] Maphrianus intraverat: ſed ſuffraganeus Epiſcopus eò mitti ſolebat, qui Pontificalia munia loco Maphriani exerceret, qualis fuit inter alios Jacobus Severus Bar-ſciacco[i], qui anno 1231. in vivis eſſe deſiit.

a Tab. geogr. n. 266.
b Hoc tom. pag. 419.
c Hoc tom. pag. 409. 410.
d Tom. 1. p. 465.
e Hoc to. p. 449.
f Ibid. pag. 209. 362. 451.
g Ibid. pag. 454.
h Ibid. pag. 254.
i Hoc tom. pag. 237. & 455.

Tarach.

*Tarach* ܛܪܚ Epiſcopatus in Meſopotamia, quem anno 1583. Gazal tenebat, teſte Thoma[k] à Jeſu. Fortaſsè idem cum Epiſcopatu ܛܠܟ *Talach*, de quo Ebedjeſu in Catalogo pag. 80. Talach autem ipſa eſt, quæ ܛܒܠ *Tibal* Garmæorum urbs Xenajæ patria dicitur Simeoni[l] Beth-Arſamenſi in epiſtola de Neſtorianis, & Auctori[m] vitæ Xenajæ.

k Lib. 7. p. 386.
l Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 352. 353.
m Hoc tom. pag. 10.

Tarſus.

*Tarſus* ܛܪܣܘܣ Ciliciæ urbs antiquiſſima juxta & nobiliſſima, Jacobitis olim frequens, quibus Joannes[n] Epiſcopus an. 668. præerat, quo Severum Bar-Maske Patriarcham ordinavit. Abibus[o] Tarſi Epiſcopus in cœnobio S. Silæ apud Edeſſam anno 846. Joanni III. & Atha-

n Ibid. pag. 335.
o Ibid. pag. 348.

naſi

naſius [a] anno 936. Joanni VI. in Teleda caſtro ditionis Antiochenæ manum impoſuere. Athanaſius VIII. Patriarcha [b] Melitinâ Sigaram anno 1141. profecturus, Maipheractenſi Epiſcopo Amidenam Sedem regendam dedit, Tarſenſi verò Antiochenam. Athanaſius [c] ejuſdem urbis Epiſcopatum regebat anno 1264. quo Ignatius III. Patriarcha conſecratus eſt.

a *Ibid. pag.* 350.
b *Ibid. pag.* 361.
c *Ibid. pag.* 379.

Tauriz ſeù Tabriz.

*Tauriz* ܬܘܪܝܙ, ſeù *Tabriz* ܬܒܪܝܙ Epiſcopatus Maphriano ſubjectus. Abulphedæ [d] *Teuriz* vel *Tebriz*: metropolis Adorbiganæ, ubi Hulachus Tartarorum [e] Rex Sedem habuit, eodem Abulpheda auctore: quod & Barhebræus teſtis præſens in vita Dionyſii Angur Patriarchæ ad annum 1259. confirmat. *Ecbatanam Mediæ urbem* eſſe autumat Malius [f] *Judithæ hiſtoria nobilitatam*. Verùm Ecbatana illa juxta Ptolemæum [g] habet Gradus 88. 37. 45. Tauriz verò ſecundùm Abulphedam, Grad. Longit. 73. Lat. 30. Præterea Niger [h] veroſimilius putat Ecbatanam eandem eſſe cum اصبهان *Esbahan*, quæ Regis Perſarum Sedes eſt, de qua idem [i] Abulpheda. Baſilius [k] Tabrizi Epiſcopus anno Chriſti 1273. obiit, *qui Eccleſiam populo noſtro*, inquit Barhebræus, ideſt *Jacobitis*, *religioſorum mercatorum ope inſtauravit. Supervenere interim monachi quidam ex cœnobio S. Matthæi, & Maphriano* (eidem ſcilicet Gregorio Barhebræo) *ſupplicarunt, illum Epiſcopatum petentes: quibus tamen haudquaquam ſatiſfecit, quia doctrina non ſatis inſtructi erant, & moribus juvenes: ſed eam Eccleſiam Severo ejuſdem cœnobii archimandritæ commiſit, qui ſub diebus feſti magni Reſurrectionis illuc profectus, honorificè exceptus eſt, cœpitque urgere fabricam ædium ejuſdem Eccleſiæ Tabrizi*. Anno Græcorum 1588. Chriſti 1277. *mortuus eſt Severus Epiſcopus Tabrizi* (ut idem Barhebræus [l] ſcribit,) *& contriſtati ſunt valdè fideles* (nimirùm hæretici Jacobitæ) *ob ejus mortem: & ſuffragium commune dedere Joſepho monacho ejus ex ſorore nepoti, qui conſecratus eſt in monaſterio S. Matthæi ab eodem Maphriano diebus Jejunii quadrageſimalis, & abiit, atque in Eccleſia Tabrizi reſedit, appellatuſque eſt Dionyſius*. Anno 1282. idem Barhebræus quum ab Achmede Tartarorum Rege diploma pro ædificatione Eccleſiarum Adorbiganæ, Aſſyriæ, atque Meſopotamiæ accepiſſet, Tabrizum [m] petiit, *habitavitque in Eccleſia, & ædificium Oratorii ejus perfecit, atque januam eidem ex ſectis lapidibus conſtruxit. Cellas quoque ſuper Oratorium Peregrinis ædificavit, & cœmeterium defunctis; quia præter ædiculam ſub limine templi poſitam non erat pro Epiſcopi habitatione locus. Porticum præterea æſtivam conſtruxit, & domum hibernam, & caminum, omniaque perfecit pro viribus ſuis, quæcumque fieri potuerunt, quum reipſa frater ejus Barſuma Saphius hæc omnia faciendi curaret*. Anno ſequenti idem Barhebræus [n] duos medicos di-

d *Tab. geogr. n.* 424.
e *Hoc tom. pag.* 379.
f *Præfat. in Anaphoram Sancti Baſilii.*
g *Lib.* 6. *geogr. cap.* 2.
h *Apud Ortelium in Theſ. geogr.*
i *Tab. geogr. n.* 459.
k *Hoc tom. pag.* 253.
l *Ibid. pag.* 254.
m *Ibid. pag.* 257.
n *Ibid. pag.* 260.

ſcipulos ſuos Tabrizum introduxit; & Abucairum quidem in ipſa Tabrizo habitare juſſit, Joannem verò in Maraga.

Tela, ſeu Conſtantina.

*Tela* ܬܠܐ abſolutè, vel cum addito ܬܠܐ ܕܡܘܙܠܬ *Tela-Mauzlat*, qua compoſitione ab aliis Syriæ ac Meſopotamiæ Telis dignoſcitur: idem enim Syrorum ſermone ſonat *Tela*, ac *mons* ſeù *collis*. *Antipolis* olim dicta, teſte auctore [a] Chronici Edeſſeni, qui eandem anno Græcorum 661. Chriſti 350. à Conſtantio Imp. inſtauratam *Conſtantinamque* appellatam affirmat. Pro *Antipoli* Tacitus [b] *Anthemuſiada* habet. *Tiridates*, inquit, *volentibus Parthis*, *Nicephorium & Anthemuſiada*, *cæteraſque urbes*, *quæ*, *Macedonibus ſitæ*, *Græca vocabula uſurpant*, *recepit*. Stephano *Anthemus*: Ammiano [c], Straboni [d] & Plinio [e] *Anthemuſia*. Cellarius [f] poſtquam allata ſuprà Taciti verba recitaſſet, Conſtantinæ nomen, quod Anthemuſiadi debetur, Nicephorio tribuit, inquiens: *Poſteriori ævo nomen mutavit* (de Nicephorio loquitur) *Conſtantina dicta ſecundùm Stephanum*, *aut Conſtantia ſecundùm Svidam*. Idem Cellarius [g] de ſitu Anthemuſiæ longam quæſtionem movet, quam uno verbo expedire potuiſſet, niſi Nicephorium cum Conſtantina confudiſſet. Conſtantinæ, quam eandem eſſe cum Tela, Antipoli ſeù Anthemuſia, ex Joſue Stylita & Dionyſii Chronico [h] tom. 1. demonſtravi, ſitum deſcribit Theophanes ad annum Anaſtaſii 13. *Conſtantina*, inquit, *Niſibin ad occaſum ſex & quinquaginta ſtadiis*, *totidemque Amidam ſeptentrionem versùs diſtantes habet*. Sophronius Conſtantinæ Epiſcopus, qui in Latrocinio Epheſino ſub Dioſcoro depoſitus fuit, & Baradatus, qui bello Perſico circa annum 503. eandem urbem teſte [i] Procopio Præſul regebat, *Telæ* Epiſcopi à Dionyſio [k] & Joſue [l] Stylita diſertè vocantur: hujus ſcilicet Telæ ſeù Conſtantinæ, quæ in Meſopotamia ſita eſt, ut ſuprà oſtenſum fuit, non autem in Phœnicia, uti eam Henr. Valeſius [m] perperàm collocat. Joannes [n] ejuſdem urbis Epiſcopus Monophyſita in Dionyſii chronico ad annum Chriſti 503. laudatur, anno 512. Sidonienſi concilio interfuiſſe dicitur, & anno 518. Juſtini Imp. juſſu in exilium pulſus. Idem Joannes [o] à Barhebræo inter Canoniſtas, & propugnatores ſectæ Monophyſiticæ recenſetur: cujus etiam nomen, inter Severianos Epiſcopos legitur [p] in collatione, quæ anno 533. tempore Juſtiniani Imperatoris Conſtantinopoli habita fuit. Jonas [q] a Choſroë Perſarum Rege circa annum 616. Telam intruſus eſt. Anno 769. ſub Georgio Patriarcha quum Joannes [r] Telâ excedere coactus fuiſſet, Sabinus ejus locum occupavit. Anno 710. Thomas Stylites ex eadem urbe oriundus à Dionyſio in chronico laudatur.

Tela-Arſania.

*Tela Arſania* ܬܠܐ ܕܐܪܣܢܝܐ, ſeù ad Arſaniam fluvium Armeniæ inter Tigranocerta & Artaxata fluentem, de quo vide [s] Cellarium. Ignatius [t] hujus Telæ Epiſcopus anno Chriſti 1264. cum Dionyſio Claudiæ, Dioſcoro caſtri Zaidi, Athanaſio Lacabenæ, Ignatio Metro

caſtri

a Tom. 1. p. 273. & 395.
b Lib. 6. cap. 41.
c Lib. 14. c. 19.
d Lib. 16.
e Lib. 5. c. 24.
f Tom. 2. geogr. antiq. p. 714.
g Ibid. pag. 711. 730. 731.
h Pag. 273. 395.
i Lib. 2. de ædific. cap. 13.
k In Chron. ad ann. Græc. 757. & 814.
l Tom. 1. Bibl. Orient. p. 277.
m Not. ad lib. 1. Evagr. pag. 58.
n Hoc tom. pag. 53.
o Ibid. pag. 54. 302. 327.
p Ibid. pag. 89.
q Ibid. pag. 334.
r Ibid. pag. 114.
s Tom. 2. geogr. antiq. p. 790.
t Hoc tom. pag. 300.

caſtri Manſur Epiſcopis, Theodoro Cuphlidenſi Abbate cœnobii Barſumæ, & Jacobo caſtri Romani Presbytero, è Cilicia ubi Ignatius III. Patriarcha ordinatus fuerat, Arduam petiit, eundem Patriarcham ejuſque ordinatores apud Regem Tartarorum accuſaturus, quod ipſo inconſulto ordinatio peracta fuiſſet.

Tel-Aphar. *Tel-Aphar* ܬܠܥܦܪ, *Abulphedæ* [a] تل اعفر *Tel-aaphar*, caſtrum Meſopotamiæ, eodem Abulpheda teſte, inter Singaram & Moſul ſitum, ad occaſum Moſuli, ad Singaram propius accedens, à qua paraſangis quinque diſtat: à Balada autem ſex paraſangis. Melchiſedech [b] Maphrianus ex Ephræmia ditionis Tel-Aphar pago ortum duxit. Ignatius Lazarus [c] item Maphrianus, quod Presbyteris caſtri Tel-Aphar conſulentibus de filia cujuſdam Apoſtatæ, quam Chriſtiana mater fideli viro deſponſaverat, an in Eccleſia de more benedici deberet, nec ne; benedici eam oportere, ſi quidem Chriſtiana eſſet, reſpondiſſet; exquiſitis ſuppliciis à Mahometanis anno 1159. affectus fuit. Joannes Sarugenſis [d] Melchiſedechi ſucceſſor, mortuo Timotheo Arabum Epiſcopo, eam diœceſim in duas dividens, Abujaſerum quidem monachum caſtri Telaphar & Abumariæ Epiſcopum inſtituit; Rahedum verò Arabibus, Baladæ & cœnobio Sergii præfecit.

a *Tab. geogr. n.253.*
b *Hoc tom. pag. 437.*
c *Ibid. pag.* 451.
d *Ibid. pag.* 452.

Tel-Baſer. *Tel-Baſer* ܬܠܒܫܪ, caſtrum in Syria, de quo hæc [e] Abulpheda

حصن تل باشر على مرحلتين من حلب فيه المياه والبساتين.

*Caſtrum Tel-Baſer abeſt Alepo duabus manſionibus, aquis hortiſque abundans.* Ibi [f] Joannes XIII. quem Epiſcopi Patriarcham in Synodo Chiſumæ elegerant, operâ Goſelini Edeſſæ Comitis à Dionyſio Maphriano in Eccleſia Francorum anno 1129. conſecratus fuit. Idem Joannes anno 1155. [g] Barturcam, quem caſtro Telbaſer Epiſcopum præfecerat, deinde Symnadam, demùm Chaboram tranſtulerat, propter flagitioſum quam ubique ducebat vitam, Epiſcopatu dejecit.

e *In deſcript. Syriæ fol. 65.*
f *Hoc tom. pag. 360.*
g *Ibid. pag.* 360. *&* 361.

Tel-Beſme. *Tel-Beſme* ܬܠܒܣܡܐ, Joanni [h] Mardenſi ܬܠܐ ܕܒܣܡܐ *Tela-d-Beſme*, ſeù ܬܠܒܣܡܝ *Tel-Beſmai*, ideſt, *collis aromatum*: Joſue [i] Stylitæ, & Dionyſio [k] Patriarchæ ܬܠܒܫܡܝ *Tel-Beſmai* cum litera *Scin*: Caſtellum haud procul ab urbe Marde, ejuſdem Epiſcopatui conjunctum, juxta quod, eodem Joſue teſte, anno Chriſti 503. die 19. Novembris Olympius Telæ & Eugenius Melitinæ Romanorum duces, qui Perſas primùm fuderant, ad urbem Telam colligendis manubiis occupati, à ſupervenientibus Perſarum, Hunnorum, Arabumque copiis ingenti clade affecti ſunt. Ibidem [l] Athanaſius Sandalenſis Maipheractæ primùm Epiſcopus, deinde Jacobitarum Patriarcha, cœnobium, Athanaſii nuncupatum, condidit, quod Joannes Mardenſis poſteà inſtauravit. Joſeph [m] tertius ab eodem Athanaſio Patriarcha in

h *Ibid. pag.* 221. 222 *&* 228.
i *Tom. 1. pag.* 273.
k *Hoc tom. pag.* 111. *& tom.* 1. *pag.* 274.
l *Hoc tom. pag.* 111. 221. 228.
m *Ibid. pag.* 341.

in eodem cœnobio mortuus eſt anno Chriſti 792. Joannes Mardenſis, cujus modò facta eſt mentio, Telbeſinæ, Mardæ, Caphartutæ, Daræ, Niſibis, Haran, & Chaboræ Epiſcopatum rexiſſe dicitur. Vide *Marde*.

**Tel-Patricia.** *Tel-Patricia* ܬܠ ܦܛܪܝܩܝܐ caſtrum circa Melitinam, cujus Epiſcopi laudantur in Chronico Bar-hebræi Dionyſius & Timotheus. Et [a] Dionyſius quidem unàcum Joanne VIII. Patriarcha Byzantium anno Chriſti 1029. abductus, in Jacobitarum erroribus tuendis conſtans fuiſſe perhibetur, poſtque Romani Imperatoris obitum è carcere dimiſſus, ad ſuam Eccleſiam rediiſſe: Timotheus [b] verò anno 1090. Athanaſium VII. in Eccleſia Curſoris Melitinæ ordinaſſe.

**Thadmor, ſeu Palmyra.** *Thadmor* ܬܕܡܘܪ, Joſepho [c] *Thadamora*, vulgò *Palmyra*, Syriæ urbs notiſſima, de qua vide [d] Cellarium. Joannes [e] Thadmoræ Epiſcopus Monophyſita inter eos recenſetur à Dionyſio, quos Juſtinus Imperator anno 518. in exilium miſit.

**Theodoſiopolis.** *Theodoſiopolis* ܬܐܕܘܣܝܘܦܘܠܝܣ Armeniæ urbs ad dextram Euphratis partem, quam Conſtantinus Senatorii ordinis vir Illyricarum copiarum ductor anno 502. Perſis prodidit, ut ſcribunt [f] Evagrius, Theophanes, & Joſue Stylites. Anno ſequenti à Romanis receptam, Anaſtaſius Imperator mœnibus validiſſimis cingi juſſit, teſte [g] Procopio. Anno 750. Saracenis [h] erepta fuit à Conſtantino Imperatore, qui Syros Armenoſque ex ea urbe & ex Melitina in Thraciam tranſtulit. Petrus [i] Theodoſiopolis Epiſcopus in collatione habita Conſtantinopoli anno Chriſti 533. unus ex ſex Epiſcopis Monophyſitis fuit, qui partes Severianorum adverſus Catholicos propugnarunt.

**Tripolis.** *Tripolis* ܛܪܝܦܘܠܝܣ Phœniciæ maritimæ urbs notiſſima, de qua latè Abulpheda [k] & [l] Cellarius. Anno 1253. Joſue Pherſonis filius [m] Epiſcopus Jacobita Tripoli præerat, quem inter & Athanaſium Ptolemaidis ejuſdem ſectæ Præſulem orta contentio à Joanne Bar-Maadani Patriarcha deciſa fuit. Ibi [n] Gregorius Bar-hebræus & Saliba Vagius, ambo Jacobitæ, apud Jacobum quendam Neſtorianum anno 1246. Rhetoricæ & Medicinæ operam navarunt: idemque [o] Saliba Vagius, quem Ignatius David Epiſcopum Alepi & Joannes Barmaadani Maphrianum Orientis inſtituerant, quum Dionyſium Angur adversùs eundem Barmaadani in Patriarchatu confirmatum vidiſſet, abdicata Epiſcopali dignitate medicum egit, donec in vivis fuit. Eccleſia Jacobitarum in eadem urbe [p] S. Behenamo dicata erat. Nunc pauci admodùm Jacobitæ Tripoli habitant, quos Epiſcopus Phœniciæ regit, cujus Sedes Damaſci ut plurimum fixa eſt.

**Tur-Abdin.** *Tur-Abdin* ܛܘܪ ܥܒܕܝܢ, ideſt, *mons Abdinus*, quem indigenæ

ܛܘܪ

a *Hoc tom. pag.* 353.
b *Ibid. pag.* 358.
c *Lib.* 8. *Antiq. cap.* 2.
d *Tom.* 2. *geogr. antiq. pag.* 434.
e *Ad ann. Græcor.* 829.
f *Citati tom.* 1. *pag.* 272.
g *Lib.* 1. *de bell. Perſ. cap.* 10.
h *Ex Dionyſ. Chron. hoc tom. pag.* 109.
i *Hoc tom. pag.* 89.
k *Tab. geograph. num.* 184.
l *Tom.* 2. *geogr. ant. pag.* 446.
m *Hoc tom. pag.* 377.
n *Ibid. pag.* 374.
o *Ibid. pag.* 378.
p *Ibidem.*

ܛܘܪ *Tur* abſolutè appellant, regio cis Tigrim, qua multa oppida, pagi, & cœnobia tàm monachorum, quàm [a] Sanctimonialium continentur. Trans Tigrim Turabdini ſitum collocat [b] Naironus: ſed fallitur. Olim unus Epiſcopus toti regioni præerat, qui Tur-Abdinenſis dicebatur. Crevit poſteà Epiſcoporum illius tractus numerus, ut Salachæ, Beth-Manaëm, & aliorum locorum: ac præſertim poſtquam Saba [c] è Salachenſi Epiſcopo in Patriarcham Tur-Abdinenſium adversùs Ignatium VI. legitimum Jacobitarum Patriarcham proclamatus fuit: quod ſchiſma ab anno 1364. ad annum 1494. duravit. Cyriacus [d] Turabdini Epiſcopus in Chronico Dionyſii ad annum 755. laudatur. Athanaſius VII. circa [e] annum 1129. Turabdinenſem Epiſcopum unàcum Calliſurenſi & Melitinenſi cenſuris, dum vixit, ligatum voluit, nec ullis precibus adduci potuit, ut eum vel morti proximum abſolveret. Anno 1155. Joannes [f] Bar-Andreas Mabugenſis Epiſcopus Turabdinenſem Eccleſiam occupavit, amoto ſeniore ejus loci Epiſcopo. Chamiſius [g] Epiſcopatum illum uſque ad annum 1222. tenuit, quo mortuus eſt. Anno 1583. ſub Ignatio Davide Patriarcha Epiſcopos hoſce Thomas [h] à Jeſu commemorat: *Melchez*, ideſt Malchum *Epiſcopum S. Malchi in Tur*, & *Abelmedich*, ſeù Abdelmeſſiam, *Epiſcopum in eadem provincia Tur*. In Kalendario [i] Jacobitarum, quod Saliba Presbyter edidit, die 3. Januarii colitur memoria Lazari, & die 30. Septembris Ammoïs Epiſcoporum Turabdinenſium. Ammoës autem, ſi benè conjicio, is videtur, qui carmen heptaſyllabum de reſurrectione, quum adhuc Presbyter & medicus eſſet, compoſuit, quod extat Cod. Syr. 38. ad calcem [k] hujus tomi. Jacobi Edeſſeni epiſtola ad Moiſen Turabdinenſem citatur à Barſalibæo [l] Comment. in Evangel.

[a] Hoc tom. pag. 407.
[b] Evopl. Par. 1. Pag 45.
[c] Hoc tom. pag. 384.
[d] Ibid. pag. 111.
[e] Ibid. pag. 359.
[f] Ibid. pag. 209. 362.
[g] Ibid. pag. 371.
[h] Lib. 7. p. 386.
[i] Cod. Syr. 32. ad calcem hujus tomi p. 505.
[k] Pag. 502.
[l] Hoc tom. pag. 158.

Urima.

*Urima* ܐܘܪܝܡ caſtrum in Syria ad ripam Euphratis juxta Samoſatam ſitum, quod Elias Jacobitarum Patriarcha anno Chriſti 718. unàcum reliquis Meſopotamiæ caſtris viſitaſſe dicitur ad calcem [m] Codicis Nitrienſis I. quo quatuor Evangelia anno Chriſti 548. Syriacè exarata continentur. Abramius Urimorum Epiſcopus Socrati [n] nominatur. David ejuſdem Caſtri Epiſcopus erat anno Chriſti 845. ſub Dionyſio Jacobitarum Patriarcha, uti adnotatur in fine [o] Codicis ms. Syriaci, qui tomum primum operum S. Gregorii Nazianzeni complectitur.

[m] Tom. 1. Bibl. Orient. pag 361. Tom. 2. pag. 75.
[n] Lib. 3. hiſtor. Eccl. cap. 25.
[o] Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 172.

Zabatra, ſeù Zabar.

*Zabatra* ܙܒܛܪܐ, ſeù ut Bar-hebræus [p] habet, ܙܒܪ *Zabar*, caſtrum Syriæ eſt à Melitina & caſtro Manſur æqualiter diſtans, cujus ſitum Abulpheda [q] deſcribit in hæc verba: واما زبطره فانهـا حصن من اقرب الثغور الى بلد الروم خربها الروم قال فى كتاب الاطوال ان موضوعها حيث الطول سل لح والعرض لون وزبطرة اليوم خراب خالية من الزرع والسكان ولم يبق منها غير رسم سورها وليس بالكثيـر وهى فى ارض مستوية والجبال تحيط بها والشعرة من جميع جهاتها على القرب منهـا وهى فى الجنوب عن ملطيه على نحو مرحلتين وهى فى جهة الغرب عن حصن منصور على نحو مرحلتين ايضا وبينهـا وبين حصن

[p] Hoc tom. pag. 361.
[q] In deſcript. Syriæ fol. 67.

حصن منصور الجبل والدربند ولقد اختبرت بها فى عام فتحنا ملطيه فى المحرم منه
خمس عشرة وسبعمايه وكان شهر نيسان واصطدنا من ارض زبطره بين شجر البلوط ارانب
كثيرة وهى ارانب كبار الى الغاية لا يوجد بالشام ارانب تقاربهن بالقدر.

*Zabatra caſtrum eſt in finibus regionis Romæorum* ( quo nomine Armeniam & Cappadociam Abulpheda comprehendit ) *à Romæis dirutum, cujus ſitus in libro Longitudinum dicitur eſſe Longitudinis gradium 61. 20. Latitudinis 36. 50. Nunc autem Zabatra deſolata eſt, & inculta, nec quidquam ex ea ſupereſt, præter murorum veſtigia, quæ etiam magna ex parte deſiderantur. Sita eſt in planitie, montibus & ſilvis undequaque circumdata; Abeſt autem à Melitina duabus ferè manſionibus, & à caſtro Manſur totidem manſionibus, eſtque ad auſtrum Melitinæ, & ad occaſum caſtri Manſur: quod inter & ipſam mons nemuſque eminet. Ejus notitiam hauſimus, quum Melitinam menſe Moharramo anni* Hegiræ *decimi quinti ſuprà ſeptingenteſimum, in quem menſis Niſan,* ( ideſt Aprilis ) *incidit, expugnavimus. Quo quidem menſe inter quercus in territorio Zabatræ lepores plurimos venati ſumus, quorum magnitudini pares nullos in Syria reperimus.* Ex literarum Arabicarum confuſione pro زبطره *Zabatra*, ابطوه *Abtuam* legit [a] Renaudotius; & رمطوه *Ramatuam* [b] habet Codex Arabicus 23. quo Fides Monophyſitarum Syrorum Ægyptiorumque continetur. Nam literæ ز cum ر, و cum ر, & cum ه, in ſcriptione facilè confunduntur. Joannes Zabatræ [c] Epiſcopus in epiſtola Joannis Sarightæ ad Mennam Alexandrinum anno Chriſti 969. laudatur. Baſilius ex Lacabenæ Epiſcopo cœnobiis [d] Zabar ab Athanaſio VIII. circa annum 1143. præfectus fuit. Nimirùm quum Zabatra, ut ex Abulpheda mox dixi, diruta eſſet, non caſtro, ſed cœnobiis in ejus territorio poſitis Epiſcopus præfici potuit.

a Hiſtor. Alex. pag. 362.
b Tom. 1. p. 624. Hoc tom p. 139. & 351.
c Loc. cit.
d Ibid. pag. 361.

Zaid caſtrum. *Zaid caſtrum* حصن زيد alias حرت برت *Haret-Baret* appellatum, teſte [e] Abulpheda, in quarta Armenia eſt, juxta ejuſdem Abulphedæ diviſionem, cujus verba ſuprà retuli. Athanaſius VIII. circa annum 1150. Amidâ digreſſus, ut refert [f] Bar-hebræus, *in caſtrum Zaid venit, ubi & tres annos manſit: ordinavit autem Sergium diſcipulum ſuum ejuſdem caſtri Epiſcopum, impoſito ei Joannis nomine.* Joſue [g] caſtri Zaidi Epiſcopus anno 1180. conjunctis cum Simeone Arzuni, Abrahamo Amidæ, & Epiſcopo Sababarchæ ſtudiis, Theodorum Bar-Vehebun in Patriarcham adversùs Michaëlem ordinavit. Baſilius [h] eidem caſtro Epiſcopus præerat anno 1222. quo Ignatius David Patriarcha proclamatus eſt. Dioſcorus [i] circa annum 1255. libros ſacros à Michaële, qui à Chriſtiana fide ad Mahometanam ſectam tranſierat, redimens, Evangelium picturis & ornatum, quod Zebina calligraphus exaraverat, Taurizenſi Eccleſiæ dono dedit. Idem Dioſcorus [k] facta adversùs Ignatium III. conſpiratione, ex Epiſcopo caſtri Zaidi in Maphrianum à tumultuantibus Epiſcopis,

e In deſcript. Armeniæ fol. 94.
f Hoc tom. pag. 362.
g Ibid. pag. 213. 368.
h Ibid. pag. 371.
i Ibid. pag. 378.
k Ibid. pag. 380.

electus, hanc dignitatem paulò poſt abjecit, quum eidem Ignatio obedientiam exhibuiſſet. In finibus ejuſdem caſtri cœnobium Zonicratæ S. Cyriaco nuncupatum Simeon [a] medicus ante annum 1222. exſtruxit, quod anno 1255. à Michaële [b] Simeonis filio apoſtata in Xenodochium Mahometanorum converſum fuit. Ignatius II. Patriarcha [c] è cœnobio Barſumæ, ubi ordinatus fuerat, in illud monaſterium anno 1222. ſe contulit.

a Hoc tom. pag. 371.
b Ibid. pag. 378.
c Ibid. pag. 371.

Zeugma.

*Zeugma* ܙܘܓܡܐ oppidum Syriæ Euphrateſiæ, à Samoſatis M. P. LXXII. diſtans, *tranſitu Euphratis nobile*, inquit [d] Plinius: ibi enim ponte Euphrates trajiciebatur; unde nomen oppido impoſitum: Ζεῦγμα enim pontem ſignificat. Agar Zeugmatenſium [e] vicus in hiſtoria Joſue Stylitæ memoratur. Job [f] Zeugmatis Epiſcopus anno Chriſti 962. Abrahamum; Elias [g] anno 959. Joannem IX. Patriarcham conſecravit.

d Lib. 5. cap. 24.
e Tom. 1. p. 278.
f Hoc tom. pag. 351.
g Ibid. pag. 354.

Hæc de antiquis recentibuſque Syrorum Jacobitarum Epiſcopatibus in Palæſtina, Phœnicia, Syria, Cilicia, Armenia, Cappadocia, Phrygia, Aſia, Meſopotamia, Aſſyria, Arabia, Perſide, Choraſana, & Segeſtana. Nunc ad poſtremum hujus diſſertationis caput accedo, quod eſt de Clero, & Monachis.

X.
De Presbyteris & Clericis.

Cleri nomine non totus Chriſtianus populus intelligitur, ut Sacerdotii deſtructor Lutherus [h] blaterat, quem productis Syrorum teſtimoniis doctè confutat [i] Naironus: ſed certæ dumtaxat ex populo ſelectæ perſonæ, quæ Ordinem aliquem Eccleſiaſticum ab Epiſcopo per manus impoſitionem accipiunt. Ordines autem in Eccleſia Jacobitica, qui peculiarem habent conſecrationem, hi ſunt. I. ܦܣܠܛܝܣ ܐܘܟܝܬ ܡܙܡܪܢܐ [k] *Pſaltes, ideſt Cantor*. II. ܐܢܓܢܘܣܛܝܣ ܐܘܟܝܬ ܩܪܘܝܐ *Anagnoſtes* [l], *ideſt, Lector*. III. ܐܘܦܘܕܝܩܘܢܘܣ ܐܘܟܝܬ ܦܠܓܘܬ ܡܫܡܫܢܐ *Hypodiaconus* [m], *ideſt, Subdiaconus*. IV. ܕܝܩܘܢ ܐܘܟܝܬ ܡܫܡܫܢܐ *Diaconus*, [n] *ideſt, Miniſter*. V. ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܪܝܫ ܡܫܡܫܢܐ *Archidiaconus*, [o] *ideſt, princeps miniſtrorum*. VI. ܩܫܝܫܐ ܐܘܟܝܬ ܟܘܡܪܐ *Presbyter* [p], *ſeù Sacerdos*. VII. ܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ [q] *Chorepiſcopus*. VIII. ܦܪܝܘܕܝܛܐ ܐܘܟܝܬ ܣܥܘܪܐ [r] *Periodeutes, ſeù Viſitator*. IX. ܐܦܝܣܩܘܦܐ [ſ] *Epiſcopus*. X. ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ [t] *Metropolita*. XI. ܦܛܪܝܪܟܐ [u] *Patriarcha*. Sed Chorepiſcopi & Periodeutæ una eademque eſt ordinatio. Item Epiſcopi, Metropolitæ & Patriarchæ: ſi pauca excipias, quæ tamquam ordinationi Patriarchæ peculiaria ſuprà notavi. Ordinationes itaque Syrorum Jacobitarum, ut in

h Lib. de inſtituendis miniſtris.
i Evopl. Par. 2. pag. 320.
k Pontific. Syr. ms. pag. 113.
l Ibid. pag. 114.
m Ibid pag. 116.
n Ibid. pag. 119.
o Ibid. pag. 138.
p Ibid. pag. 127.
q Ibid. pag. 141.
r Ibidem.
ſ Ibid. pag. 149.
t Ibidem.
u Ibidem.

Pon-

Pontificali exhibentur [a] quod Michaëlis I. Patriarchæ auctoritate editum in Bibliotheca Vaticana habemus, octo ſunt: ordines verò, ut à Bar-hebræo [b] numerantur, ſex: videlicet *Cantor*, *Lector*, *Hypodiaconus*, *Diaconus*, *Presbyter*, & *Epiſcopus*: Ex quibus tres quidem priores inter minores reputantur; reliqui *Majores* dicuntur, ut Darenſis [c] lib.4. de Sacerdotio cap.2. tradit: quod & Cl. Stephanus Edenenſis, Antiochenus Maronitarum Patriarcha fusè perſequitur [d] in Tractatu de Chirotonia, & lib.2. Vindiciarum ſuæ nationis, Panophia 8. cap.1. ubi oſtendit, *Subdiaconatum* apud tres Syrorum nationes, Maronitas ſcilicet, Jacobitas, & Neſtorianos, inter minores ordines adhuc reputari: idque præter antiquos Laodicenæ & Antiochenæ Synodorum canones, vigentemque ad hæc uſque tempora apud eaſdem gentes conſuetudinem, ex ipſo Syrorum Pontificali colligit, in quo *hypodiaconus* genu ſiniſtrum flectens, extra cancellos Altaris, impoſitionem manus Epiſcopi ſuper tempora, non ſuper caput accipit: qua in re Eccleſiæ Græcæ conſentiunt, quæ uſque ad Trullanæ Synodi tempora Hypodiaconatum minoribus ordinibus accenſuit. Vide Arcudium de Sacram. Ordinis lib. 6. cap. 9. Hallier. lib. 3. de Hierarch. Eccleſ. ſect. 2. Habertum in Pontifical. Græcorum pag. 47. & Naironum in fine capitis 7. de Ordine.

*Ordines minores apud Jacobitas ſunt Cantor, Lector, & Hypodiaconus. Majores, Diaconus, Presbyter, & Epiſcopus.*

*De prima Tonſura, Oſtiario, Acolyto, & Exorciſta.*

Idem Naironus [f] in Evopl. Par. 2. *Tres*, inquit, *ordines minores*, *nempe* Oſtiarii, ſeù *Janitoris*, *Acolyti*, *&* *Exorciſtæ*, *quamvis peculiares* apud Syros *non habeant conſecrationes*, *includuntur tamen nominatim primi duo in ordinatione Hypodiaconi*. Et paucis interjectis. *In ordinatione Pſaltis ſeù Cantoris & Pſalmiſtæ*, *duo videntur contineri*, *nimirùm primam Tonſuram & Exorciſtatum*. Id quod ex Syriaco Maronitarum Pontificali rectè demonſtrat. Verùm in Pontificali Jacobitarum nullum eſt *primæ Tonſuræ*, aut *Oſtiariatus*, aut *Exorciſtatus* veſtigium: ſed *Acolytatus* duntaxat in conſecratione Hypodiaconi exprimitur [g] his verbis: ܘܬܘܒ ܢܣܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ: ܫܡܥܐ ܕܢܘܪܐ ܘܝܗܒ ܠܗ. ܐܡܪ: ܐܢܐ ܐܝܟ ܙܝܬܐ ܘܫ: *Item accipiens Epiſcopus cereum accenſum*, *tradit ei* (ideſt Hypodiacono) *inquiens*: *ego ſicut oliva &c.* Quod conſulenti idem Pontificale, palàm fit: ubi in ordinationibus Cantoris, Lectoris & Hypodiaconi hæc apud Jacobitas obſervantur. In primis dicuntur preces cantuſque tribus hiſce Ordinibus communes. Deinde [h] legit ordinandus *Cantor*, ſeù alius ex Clericis pro eo, Pſalmum, *In te Domine ſperavi &c.* quo abſoluto introducitur ad Altare, & Epiſcopus recitat ſuper eum hanc orationem: *Deus*, *qui per immenſam gratiam tuam &c.* Deinde idem Epiſcopus dextra eum apprehendit, inquiens: *Det tibi Dominus &c.* Tùm traditur ei liber Pſalmorum ad pectus geſtandus. Mox oſculatur Altare, dexteramque Pontificis, & ab adſtantibus ſalutatur, demùm Euchariſtiâ reficitur. Ordinandus *Lector* legit ex Ezechiele

*Ordinatio Cantoris.*

*Ordinatio Lectoris.*

a *Tom. 1. p. 573.*

b *Nomocanon. cap. 7.*

c *Hoc tom. pag. 122.*

d *Exſtant Arabicè mss. in Biblioth. Collegii Maronitarum de Urbe.*

e *Evopl. par. 2. pag 250.*

f *Pag. 224. & 225.*

g *Pontific. Syr. pag. 119.*

h *Ibid. pag. 113.*

Pro-

Propheta: *Et adduxit me ad portam, quæ reſpicit Orientem &c.* Epiſcopus orat: *Rogamus & deprecamur te &c.* Dat pacem populo, & ſubjungit hanc orationem: *Deus magne &c.* Ambas manus temporibus ordinandi imponit, inquiens: *Deus magne hominumque amator &c.* Dat ordinando Librum, quem ille geſtans, oſculatur altare, & cætera ut in ordinatione Cantoris. Ordinandus *Hypodiaconus* legit ex Iſaia Propheta: *Hæc dicit Dominus qui fecit te & formavit te in utero &c.* Epiſcopus orat: *Domine Deus virtutum &c.* dat pacem populo: Archidiaconus proclamat: *Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti &c.* Epiſcopus: *Eja Domine, fac eum dignum vocatione Hypodiaconatus &c.* Populus, *Amen*. Epiſcopus manus imponit temporibus ordinandi, inquiens: *Deus, qui à ſæculo es &c.* Dat pacem populo, & orat: *Reſpice in nos Domine &c.* Pollice ſignat eum in fronte tribus vicibus, dicens: *Ordinatus eſt in Sancta Dei Eccleſia N. Hypodiaconus pro S. Eccleſia S. N. in nomine Patris &c.* Deinde orat: *Gratias agimus tibi &c.* Imponit humero ejus orarium, inquiens: *Ad gloriam & honorem Sanctiſſimæ Trinitatis &c.* Dat ei cereum accenſum, dicens: *Ego ſicut oliva &c.* Ordinatus oſculatur Altare &c. Quo in ritu, ut vides, nec Tonſura, neque Oſtiariatus, aut Exorciſtatus apparent.

Ordinatio Hypodiaconi.

Attamen qui ex Jacobitica ſecta ad orthodoxam Eccleſiam nuper converſi ſunt Syri, Tonſuram in ordinatione Cantoris, & Oſtiariatum in ordinatione Hypodiaconi ex Maronitarum Pontificali reſtituerunt. Reſtituerunt, inquam: nam Oſtiariatus ab antiquis temporibus in Hypodiaconatu continebatur apud Syros, ut liquet ex hoc Cyriaci Amidenſis Canone, quem refert [a] Bar-hebræus: ܬܫܡܫܬܐ ܕܗܘܦܘܕܝܩܢܐ ܒܥܕܬܐ ܗܢܘ. ܕܟܕ ܐܣܝܪ ܐܣܟܡܗ ܢܛܪ ܬܪ̈ܥܐ ܕܥܕܬܐ ܒܥܕܢܐ ܕܬܫܡܫܬܐ ܘܢܬܒܛܠ ܥܠ ܢܗܝܪ̈ܐ : *Munus Hypodiaconi in Eccleſia eſt hoc: nimirùm, ut ſuo habitu indutus, cuſtodiat fores Eccleſiæ tempore ſacri miniſterii, & lampadum curam gerat*. Exorciſtæ verò diſertam mentionem faciunt Bar-hebræus in Libro Radiorum Part. 7. cap. 3. & Daniel in Nomocanone cap. 6. ſect. 8. quem tamen Syrorum gens veluti ſacrum munus Sacerdotum, aut Diaconorum proprium agnoſcit, non tamquam ordinem ab iis, quos ſupra ex laudato Jacobitarum Pontificali enumeravi, diſtinctum.

a *In Nomocan. cap. 7. ſect. 8.*

Bar-hebræus [b] Exorciſtatum non per ordinationem, ſed per Epiſcopi deputationem conferri affirmans, canonem hunc ex Conſtitutionibus Apoſtolicis ſub nomine Lebæi producit: ܠܐ ܗܘܐ ܒܣܝܡܝܕܘܬܐ ܗܘܐ ܡܘܡܝܢܐ : ܐܠܐ ܒܦܘܩܕܢܐ ܘܡܦܣܢܘܬܐ ܒܠܚܘܕ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ : *Exorciſta non per chirotoniam fiat, ſed juſſu dumtaxat, & permiſſu Epiſcopi*. Verùm contrarium colligitur ex hiſce canonibus, quos ibidem

b *Loc. cit.*

dem Bar-hebræus profert, Conciliorum Laodiceni: ܩܢܘ̈ܢܐ ܕܠܐܕܝܩܝܐ ܡܡܘ̈ܡܢܐ ܕܠܐ ܐܬܬܣܝܡܘ ܡܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ: ܠܐ ܢܡܘܡܘܢ:

*Qui ab Epiſcopo minimè ordinati ſunt Exorciſtæ, ne exorcizent:* & Antiocheni: ܗܘܦܘܕܝܩܢܐ ܘܩܪ̈ܘܝܐ ܘܡܡܘ̈ܡܢܐ ܐܦ ܡܢ ܦܪܝܘܕܘ̈ܛܐ ܡܬܬܣܝܡܝܢ *Hypodiaconi, Lectores, & Exorciſtæ etiam à Periodevtis ordinantur.* Ubi Exorciſta Lectoribus & Hypodiaconis æquiparatur, qui per ordinationem, non per ſimplicem deputationem fiunt. Quamquam, ut ſuprà dixi, Exorciſtarum ordinatio in Eccleſia Syriaca jamdiu ceſſavit.

De Œconomo Eccleſiæ.

In eodem Jacobitarum Pontificali [a] poſt ordinationem Cantoris, [a] *Pag.* 113. electio *Oeconomi* deſcribitur, iiſdem precibus ab Epiſcopo quidem facienda, ſed abſque Pſalterii traditione, ut in Rubrica declaratur in hæc verba: ܘܡܐ ܕܡܬܒܥܝܐ ܘܡܬܓܒܐ ܓܒܪܐ ܥܠܡܝܐ ܕܢܗܘܐ ܪܒ ܒܝܬܐ ܠܥܕܬܐ: ܗܝ ܗܕܐ ܬܫܡܫܬܐ ܕܡܙܡܪܢܐ ܘܢܥܒܕ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܥܠܘܗܝ: ܟܕ ܝܗܒ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܢܥܘܠ ܠܡܕܒܚܐ. ܘܟܠܗܝܢ ܨܠܘܬܐ ܐܡܪ ܥܠܘܗܝ: ܣܛܪ ܡܢ ܗܝ ܕܠܐ ܡܫܠܡܝܢ ܠܗ ܕܢܛܥܢ ܟܬܒܐ ܕܡܙܡܘܪܐ. ܘܐܦ ܠܐ ܕܢܫܩ ܡܕܒܚܐ ܠܡܬܩܪܒܘ ܘܠܐ ܕܢܣܒ ܐܪܙܐ ܡܢ ܦܬܘܪܐ:

*Quando neceſſitas poſtulat, & vir ſecularis eligitur, ut Oeconomus Eccleſiæ fiat: hoc idem Officium* (quod in ordinatione Cantoris peragitur) *convenit ut ſuper eum Epiſcopus faciat, tradendo ei poteſtatem ingrediendi ad altare. Et omnes quidem ſuper eum orationes recitabit, præterquàm quod nec ei Liber Pſalmorum geſtandus traditur, neque is ad oſculum Altaris admittitur, aut Sacramenta ex Altari percipit.* Inter laicos itaque adhuc reputatur, qui nullo ex præfatis ordinibus inſignitus eſt. Non enim omnis Epiſcoporum benedictio, quæ in Eccleſia fit, Clericos facit, ut oſtenditur ex eodem [b] Pontificali, in [b] *Pag.* 141. quo eadem eſt Chorepiſcopi, Periodevtæ, Abbatis, & Abbatiſſæ ordinatio, quum tamen primi duo inter Clericos recenſeantur, (quia ſcilicet ad id munus niſi Presbyter, non aſſumitur,) Abbas verò & Abbatiſſa non item; tametſi Epiſcopus manus iis [c] imponat, quum [c] *Pag.* 143. preces ſuper eos recitat.

De Diaconiſſa.

Diaconiſſarum quoque conſecratio apud Syros exſtat, etſi inter ordines minimè recenſeantur. Earum munus deſcribit Jacobus Edeſſenus hoc Canone, qui in Pontificali [d] Jacobitarum refertur. [d] *Pag.* 144. ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܕܝܠܗ ܡܕܒܚܐ ܠܐ ܡܠܘ ܐܝܬ ܠܗ: ܡܫܠܐ ܕܐܦ ܡܢ ܦܪܝܘܕܘܛܐ: ܒܥܕܬܐ ܕܒܝܬ ܩܘܕܫܐ. ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܗܘܢ. ܘܐܢܫܐ ܡܕܒܚܐ ܕܢܦܩܢ ܢܘܗܪܐ ܒܗ ܒܥܕܬܐ ܩܘܕܫܐ. ܘܢܬܠܝܢ ܩܡ ܠܗ ܩܘܪܒܢܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܢܦܩܢ. ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܠܗܢ ܕܐܝܬ ܐܪܙܐ ܡܢ ܦܬܘܪܐ ܐܡܬܝ ܕܠܝܬ ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

*Poteſtatem intra altare* Diaconiſſa *nullam omninò habet: quoniam & quando ordinatur, in Eccleſia tantùm adſtat* (ideſt, intra cancellos altaris minimè admittitur.) *Hæc autem eſt ejus poteſtas: ut ſcilicet Altare verrat, & lampades in ſanctuario accendat; idque tum, quum Presbyter aut Diaconus abſint. Permiſſum eſt quoque ei in abſentia Presbyteri & Diaconi, ſacramenta ex theca in Sanctuario poſita accipere mulieribuſque & pueris tradere* (qui ſcilicet annum ætatis quintum non exceſſerint, ut exponit Joannes Telenſis apud [a] Bar-hebræum;) *non tamen ea ex altari accipere, aut altari ſuperimponere, aut menſam vitæ quoquo modo tangere. Quando autem ad ſuſcipiendum Baptiſmum mulieres adultæ accedunt, ipſa ungat illas juſſu Sacerdotis: Item viſitet, & ungat gratiâ mulieres ægrotantes. Hæc ejus poteſtas eſt, & res hujuſmodi adminiſtrat: & hac de cauſa ordinatur, ut in ſancta Eccleſia Dei coram Sacerdotibus & Pontificibus miniſtret.* Fusè de Diaconiſſis diſſerit Bar-hebræus in Nomocanone cap. 7. ſect. 7. ubi præter Conſtitutiones Apoſtolorum, citat etiam Canones Conciliorum Laodicæni & Nicæni, Baſilii Magni, & Severi, Joannis Telenſis, & Jacobi Edeſſeni: quorum hæc ſumma eſt. Diaconiſſa ante annum ætatis quadrageſimum ne ordinetur. Si poſt ordinationem nupſerit, excommunicetur. Conſuetudo in ditione Antiochena obtinuit, ut Abbatiſſa monialium Diaconiſſa fiat, ſubditiſque monialibus Euchariſtiam porrigat: idque Presbytero & Diacono abſentibus dumtaxat. In eadem Antiochena ditione quum Diaconiſſa ordinatur, Orarium humero ejus inſtar Diaconorum imponitur. Quum menſtrua patitur, ingreſſu Sanctuarii prohibetur ob reverentiam Altaris. Ad cujus titulum ordinata eſt, in eo Sanctuario dumtaxat miniſtrat. Ungit mulieres oleo catechumenorum, quum baptizantur. Ægrotas viſitat, ungitque (quo oleo, non explicat Jacobus Edeſſenus. Sed de oleo benedicto, non de oleo Infirmorum loqui videtur.) Quum ipſa ægrotat, vices ſuas cuidam ſorori in monaſterio monialium committere poteſt, ut ſcilicet Sanctuarii curam gerat; non ut ſacra myſteria contingat. Partem Euchariſtiæ, ut facere ſolent Diaconi, in Calicem immittere nequit: permiſſu tamen Epiſcopi, vinum & aquam in calice miſcere poteſt: & calicem etiam conſecratum miniſtrare, quum id neceſſitas poſtulat. Hæc ſummatim ex Barhebræo.

[a] Nomocan. cap. 7. ſect. 7.

De iiſdem Diaconiſſis exſtat Michaëlis Patriarchæ Canon in Pontificali [a] Syriaco, quod auctoritate ejus publicatum eſt. [a] Loc. ſuprà cit.

ܟܘܪܛܘܢܝܐ ܐܘܟܝܬ ܣܝܡܬܐܝܕܐ ܕܡܫܡܫܢܝܬܐ ܠܩܕܡܝܢ ܗܘܘ ܥܒܕܝܢ ܘܐܦ ܠܡܫܡܫܢܝܬܐ .
ܡܛܠܗܕܐ ܘܟܬܝܒ ܛܟܣܐ ܕܥܠܝܗܝܢ ܒܨܚܚܐ ܥܬܝܩܐ . ܐܝܬ ܗܘܐ ܓܝܪ
ܐܢܢܩ ܥܠܝܗܝܢ ܥܠ ܡܫܡܫܢܝܬܐ : ܝܬܝܪܐܝܬ ܡܛܠ ܥܡܕܐ ܕܢܫܐ . ܐܝܠܝܢ
ܓܝܪ ܕܡܢ ܥܡܡܐ ܐܘ ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܡܬܦܢܝܢ ܗܘܘ ܠܟܪܝܣܛܝܢܘܬܐ
ܘ ܡܬܩܪܒܢ ܗܘܘ ܠܥܡܕܐ ܩܕܝܫܐ ܟܗܢܐ ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܡܫܚܝܢ ܗܘܘ ܟܘܬܢܐ
ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܒܝܕ ܢܫܐ ܟܕ ܥܡܕܝܢ . ܘܡܛܠܗܕܐ ܐܘܦ ܣܝܡܬܐܝܕܐ ܠܐܢܬܬܐ
ܟܘܪܛܘܢܝܐ ܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗܝ ܕܡܬܓܒܝܐ ܗܘܬ ܕܬܗܘܐ ܡܫܡܫܢܝܬܐ . ܡܛܠ
ܕܝܢ ܕܡܛܠ ܕܫܠܝ ܕܡܢ ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܗܢܐ ܛܟܣܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܥܕܬܐ : ܕܥܡܕ
ܕܝܠܘܕܘܬܐ ܡܬܝܗܒ ܒܥܕܢ ܝܠܘܕܘܬܐ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܝܢ : ܘܠܝܬ ܢܫܐ ܥܠ
ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܕܢܬܥܡܕܢ ܘܥܡܕܝܢ . ܘܡܛܠ ܥܠܠܬܐ ܐܚܪܢܝܬܐ : ܠܐ ܟܬܒܢ
ܗܪܟܐ ܠܛܟܣܐ : ܟܕ ܐܦ ܕܟܬܝܒ ܒܨܚܚܐ ܣܓܝܐܐ ܘܚܬܝܬܐ
ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܘܡܬܩܢܐܝܬ . ܘܐܢ ܐܢܫ ܘܡܬܩܪܒܐ ܡܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܢ ܣܢܝܩܘܬܐ ܠܡܥܒܕ
ܐܢܬܬܐ ܕܢܥܒܕ ܡܫܡܫܢܝܬܐ : ܐܢܬܬܐ ܣܗܝܕܐ ܒܢܟܦܘܬܐ ܘܩܪܝܒܐ ܠܗ
ܠܣܝܒܘܬܐ ܢܥܒܕ . ܡܛܠ ܕܐܦ ܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܘܐܒܗܬܐ ܗܟܢܐ ܦܩܕܘ ܕܢܗܘܐ .

*Chirotoniam, hoc eſt, ordinationem Diaconiſſarum olim faciebant: proptereaque in antiquis Codicibus ordo de iis deſcriptus exſtat: nam Diaconiſſarum opera antiquitùs deſiderabatur, ac præſertim pro Baptiſmo mulierum: quæ enim ex gentibus aut Judæis ad Chriſtianam fidem converſæ mulieres, ad ſacrum baptiſmum accedebant, eas Sacerdotes Pontificeſque, quum baptizarentur, per Diaconiſſas ungebant. Atque idcircò eam ordinabant, quæ ut Diaconiſſæ munere fungeretur, eligebatur. Quia verò Diaconiſſas jamdiù in Eccleſia ceſſaſſe comperimus: eo nimirùm quod in tenera ætate conſtitutis baptiſmus jam confertur, nec ampliùs Diaconiſſis opus eſt, quum nullæ ſint mulieres, quæ baptizentur; his aliiſque de cauſis, quas referre ſuperſedemus, hunc ordinem hìc minimè deſcripſimus, tametſi in pluribus exactiſque voluminibus perfectè accurateque exaratus occurrat. Siquis autem Pontifex Diaconiſſam propter urgentem neceſſitatem aliquando ordinare voluerit, mulierem ordinet, cujus de caſtitate teſtimonium habeatur, quæque ad ſenectutem proximè accedat: quoniam & ſancti Apoſtoli Patreſque talem ordinari decreverunt.* Vide Arcudium de Sacramentis lib. 6. cap. 10. ubi doctè probat, Diaconiſſas nullum habuiſſe Sacrum ordinem, ſed miniſterium Eccleſiæ dumtaxat. Porrò officium Diaconiſſarum in Eccleſia Syriaca diutiùs duravit, quàm in Græca, ut ex citato Michaëlis Patriarchæ teſtimonio liquet. Celebres autem apud Jacobitas præ aliis ſunt, Olympias Diaconiſſa, cujus S. Joannes Chryſoſtomus frequenter meminit, & Anaſtaſia, ad quam Se-

Severus Patriarcha Antiochenus epiſtolam miſit, quam ſermone Ægyptiaco integram habemus in Bibliotheca Vaticana. Utriuſque memoria colitur in Kalendario Sanctorum, quod Saliba Presbyter deſcripſit.

Thomas à Jeſu circa Sacramentum Ordinis errorum quatuor Syros cùm Maronitas, tùm Jacobitas arguit. Primum quod in collatione ſacrorum Ordinum, ætatis ordinandorum rationem non habent, ſed ab illis pueri quarto aut quinto anno ad ſacros ordines promoventur. 2. quod à Sacerdotio minimè removetur mancus aut debilis, dummodo dignus ſit. 3. quod in ſacris conſtituti ad præſcriptum Horarum canonicorum penſum minimè adiguntur. 4. quod Diaconi & Presbyteri uxores habent.

Pro Maronitis doctam reſponſionem edidit cl. Stephanus Edenenſis lib. 2. Vindiciarum ejus gentis, apologia 8. Ad Jacobitas quod ſpectat, jam ſuprà obſervavi, ab iis inter minores ordines computari Cantorem, Lectorem, & Hypodiaconum; in quibus proinde ordinandis definita quædam ætas haud exigitur, ſed arbitrio Pontificis promoventur, poſtquam miniſterium ſuum implere didicerint. Barhebræus *De ætate ordinandorum.*

in ſuo Nomocanone [a] hæc habet de Hypodiaconis. ܦܘܣܩܢܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ. *a Cap. 7. ſect. 8.*

ܘܕܗܕܝܘܛ ܘܠܐ ܝܕܥ ܐܢ ܠܐ ܟܠܗ ܕܘܝܕ ܩܪܐ ܐܦܠܐ ܗܘܦܘܕܝܩܢܐ ܢܬܡܢܐ:

*Canon Perſarum. Qui rudis eſt & ignarus, niſi Davidem totum legere didicerit, ne Hypodiaconus quidem ordinetur.* Et infrà.

ܩܘܪܝܩܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ: ܗܘܦܘܕܝܩܢܐ ܒܨܝܪ ܡܢ ܒܪ ܥܣܪ ܫܢܝ̈ܢ ܠܐ ܢܗܘܐ:
ܘܗܢܐ ܟܕ ܡܫܡܠܐ ܟܠܗܘܢ ܡܙܡܘܪ̈ܘܗܝ ܕܕܘܝܕ.

*Cyriaci Patriarchæ. Hypodiaconus decimo anno minor ne fiat: idque nonniſi poſtquam omnes Davidis Pſalmos percurrerit.* Quem canonem Daniel [b] Barhebræi interpres & abbreviator ita Arabicè reddidit. *b Par. 6. cap. 8.*

لا يجوز ان يصير ابيودياقن من لم يبلغ من العمر عشرين سنة.

*Hypodiaconum ordinari non licet, qui annum ætatis vigeſimum non attigerit.* Verùm Cyriacus decimum annum habet, non vigeſimum. Qui verò in majoribus Ordinibus conſtituti ſunt, ut Diaconus, Presbyter, & Epiſcopus, juxta antiquos receptoſque ab iiſdem Jacobitis canones non in puerili ætate, ut Thomas aſſerit, ordinantur, ſed quemadmodum in Conciliis præſcribitur: nimirùm Diaconus anno ætatis [c] vigeſimo quinto, Presbyter [d] anno trigeſimo, & Epiſcopus [e] anno trigeſimo quinto: quamquam in hoc Patriarchæ eorum diſpenſaverint aliquando, ut quum Gregorius Barhebræus [f] anno ætatis vigeſimo Epiſcopus conſecratus eſt: & nunc quoad Diaconorum ordinationes ab antiqua diſciplina paſſim recedunt, quum eos decimo vel duodecimo anno ordinare ſoleant: quod tamen ex abuſu recentium Epiſcoporum con-

*c Can. 6. Carthagin. & 26. Epiphanii.*
*d Can. 11. Neocæſarien.*
*e Canon ſeptimæ Synodi.*
*f Hoc tom. pag. 263.*

contingit, quàm ex aliqua apud ipſos receptâ lege: ut colligitur ex Synodo[a] Caphartutæ anno Græcorum 1180. Chriſti 869. ſub Joanne III. Patriarcha habita, cujus[b] Canon XVI. de Presbyteris & Diaconis hic legitur. ليس يجب ان يقسم كاهن دون الثلثون وان كان من ضرورة يتقسس ثلث وكذلك الشماس من العشرون ومن ينقص ثلث من الضرورة.

*non oportet Sacerdotem trigeſimo anno minorem ordinari: ſi autem id neceſſitas poſtulet, tribus ante annis fas eſto. Similiter Diaconus ante annum vigeſimum non ordinetur: ſed propter urgentem neceſſitatem tribus annis minor ordinari permittitur.*

De defectibus naturalibus,

Quoad defectus naturales miniſtrorum, verum eſt, quod Syris Thomas objicit: ſed in caſu neceſſitatis dumtaxat id locum habere ex eorumdem Syrorum libris demonſtrat[c] Edenenſis. Barhebræus[d] in Nomocanone quum hanc Apoſtolorum conſtitutionem citaſſet, ܐܢ ܐܢܫ ܡܚܝܠ ܐܘ ܚܕ ܥܝܢܐ ܐܘ ܚܓܝܪ. ܘܫܘܐ ܠܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ: ܢܗܘܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܡܘܡܐ ܕܦܓܪܐ ܡܛܢܦ ܠܒܪܢܫܐ ܐܠܐ ܛܘܠܫܐ ܕܢܦܫܐ.

*Si quis debilis, aut monoculus, aut claudus, Epiſcopatu dignus ſit, fiat: non enim corporis defectus deturpant hominem, ſed ſordes animi:* ſubjungit: ܡܟܝܠ ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܠܗܘ ܡܫܟܚ ܠܡܗܘܐ ܐܢ ܫܘܐ ܗܘ:

*Itaque Presbyter & Diaconus fieri poteſt, ſi dignus ſit.* Excipit tamen ſurdum, & cæcum: de quibus hunc Apoſtolicum Canonem ſubnectens, ܚܪܫܐ ܐܘ ܣܡܝܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ. ܠܘ ܕܛܢܦܐ ܐܠܐ ܕܒܐܝܕܗ ܬܫܡܫܬܐ ܠܐ ܢܬܥܟܒܢ.

*Surdus, aut cæcus ne fiat Epiſcopus: idque non propterea quod immundus eſt, ſed ne per ipſum Eccleſiaſtica officia impediantur:* concludit: ܡܟܝܠ ܐܦܠܐ ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ ܡܫܟܚ ܠܡܗܘܐ:

*Itaque nec Presbyter, neque Diaconus fieri poteſt.* In hiſtoria Patriarcharum Jacobitarum, *Jacobus*[e] *cœcus* Reſchiphæ Epiſcopus Iſaaco intruſo manum impoſuiſſe dicitur. Sed veroſimilius eſt, eum poſt Epiſcopatum, quàm antea cœcum fuiſſe.

De Horis canonicis.

De Horis Canonicis latè Jacobus Tagritenſis[f] in libro Theſaurorum Par. 2. cap. 39. & Barhebræus[g] in Nomocanone; ubi quum ſeptenarium earum numerum expoſuiſſet, ſubjungit: ܥܠܡܝܐ ܕܝܢ ܟܕ ܫܒܥ ܙܒܢܝܢ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܨܠܝܘ ܬܠܬ ܢܨܠܘܢ:

*Seculares autem quum ſepties orare nequeant, ter orent:* ideſt, mane, veſpere, & meridie: quibus verbis Clericos ad ſeptem Horas canonicas recitandas obſtrictos ſubintelligit. Certè Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi apud Syrorum gentem muneri ſuo deeſſe cenſentur, ſi divinum Officium dietim haud perſolvunt. Nam ii vel in ſuis Eccleſiis

exi-

a *Ibid. pag.* 302. & 437.
b *Ad calcem Nomocanonis Danielis.*
c *Lib.* 2. *Vindiciarum Maronit. apol.* 8.
d *Cap.* 7. *ſect.* 5.
e *Hoc tom. pag.* 339.
f *Hoc tom. pag.* 239.
g *Cap.* 5. *ſect.* 5.

exiſtunt, ad quarum titulum ordinati ſunt: vel in itinere, aut demum in loco, ubi Eccleſiam ſui Ritus habent. In itinere Officium Feriale, quod vulgò ܒܝܬ ܓܙܐ *Beth-gaza*, hoc eſt, theſaurus, dicitur, ex codice, & plerumque memoriter recitare ſolent. In Titulari verò, aut alia qualibet ſui Ritus Eccleſia, Horarum canonicarum penſum in Choro perſolvunt, ut præter conſuetudinem, canones iſti à Barhebræo [a] relati declarant. ܩܢܘܢܐ. ܟܠ ܩܫܝܫܐ ܕܒܡܕܝܢܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܠܐ ܟܪܝܗ :
ܘܒܙܒܢܐ ܕܨܠܘܬܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚ ܥܡ ܚܒܪܘܗܝ
ܢܬܚܪܡ. ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܡܫܡܫܢܐ ܘܗܘܦܕܝܩܢܐ.

Canon Perſarum. *Omnis Presbyter qui in civitate moratur, nec infirmus eſt, ſi tempore orationis cum ſuis ſociis non adfuerit, diris ſegregetur. Similiter Diaconi & Hypodiaconi.* ܕܪܒܘܠܐ. ܢܗܘܘܢ
ܐܡܝܢܝܢ ܒܨܠܘܬܐ ܘܚܦܝܛܝܢ ܒܬܫܡܫܬܐ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܥܕܬܐ. ܘܠܐ ܢܒܛܠܘܢ
ܡܢ ܫܥܐ ܕܨܠܘܬܐ ܘܕܡܙܡܘܪܐ ܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ.

Canon Rabulæ. *Sint aſſidui in oratione & diligentes in miniſterio omnes Eccleſiaſtici: nec ceſſent ab horis orationum & Pſalmorum nocte dieque.* : ܝܥܩܘܒ ܕܐܘܪܗܝ. ܟܕ ܩܫܝܫܐ ܠܐ ܩܪܝܒ
ܫܠܝܛ ܠܡܫܡܫܢܐ ܕܢܩܝܡ ܬܫܡܫܬܐ ܘܢܨܠܐ ܘܢܣܝܡ ܒܣܡܐ.

Canon [b] Jacobi Edeſſeni. *Abſente Presbytero, fas eſt Diacono Officium indicere,* (ideſt, in Horis canonicis perſolvendis Choro præeſſe) *orare, & incenſum adolere.* ܩܢܘܢܐ. ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ ܕܠܐ ܡܫܠܡ
ܨܠܘܬܐ ܕܠܠܝܐ : ܠܐ ܢܥܘܠ ܘܢܩܪܒ ܠܡܕܒܚܐ : ܐܠܐ ܒܬܪܥܗ ܢܩܒܠ :

Canon [c] Perſarum. *Presbytero, aut Diacono, qui orationem nocturnam haud perſolvit, ingrediendi altare fas nequaquam eſto, ſed ad ejus fores Communionem accipiat.* In Pontificali Maronitarum Diaconus ab Epiſcopo immediatè poſt ordinationem admonetur his verbis:
ܗܘܝ ܒܪܝ ܐܡܝܢܐ ܒܬܫܡܫܬܐ ܨܦܪܐ ܘܪܡܫܐ ܘܒܦܠܓܗ ܕܠܠܝܐ ܘܠܐ ܬܬܪܦܐ
ܬܪܥܝܬܟ ܠܘܬ ܐܓܘܢܐ ܕܝܠܟ. ܪܚܡ ܨܠܘܬܐ ܐܡܝܢܬܐ.

*Eſto, fili, aſſiduus in Officio mane, & veſpere, & in media nocte, neve mens tua laſſetur ab agone tuo: dilige orationem aſſiduam.* Ubi Pontifex numerum precum Diacono non determinat, (ut cl. Edenenſis [d] obſervat) quum ille ab antiquo fuerit ſtabilitus, & adeò notus, ut diſtinctè exprimi non fuerit neceſſe: ſed eidem expreſsè inculcat preces matutinas, & veſpertinas, & nocturnas, eò quod ad eas accedere ſoleat populus ad Eccleſiam: reliquas omiſit Pontifex, quia & breviores ſunt, & à ſacris miniſtris recitari ſolent, ubi libuerit; ut re-

a Loc. cit.

b Cap. 7. ſect. 6.

c Cap. 4. ſect. 2.

d Tom. 2. Vindic. Marox. apologia 8. objeſt. 4.

lata

lata Pontificis verba exponit Arabicus Interpres in eodem Maronitarum Pontificali: *eſto, fili mi, in miniſterio,* ( hoc eſt, Officio ) *frequens mane, & veſpere, & media nocte: neve mens tua relaxetur ab agone. Attamen reliquas preces recita ubicumque te eſſe contigerit, in Eccleſia, ſive domi, ſive in labore tuo.* Eadem ferè in Pontificali [a] Jacobitarum in Admonitione ad Diaconos & Presbyteros, quam Jacobus Epiſcopus Maipheractæ compoſuit. Idque ex duplici canone ſequitur, quem exactè obſervant Syri: in ſingulis ſcilicet Eccleſiis Horas canonicas ſingulis diebus canendi, & Clericos non niſi ad certam Eccleſiam certumque altare ordinandi.

a *Pag. 106.*

De matrimonio Sacerdotũ, & Diaconorũ.

Demùm quoad Diaconorum & Presbyterorum Jacobitarum matrimonium, quod Thomas accuſat; neque id novum eſt, neque à recepta Orientalium conſuetudine alienum: quinimò in Conciliis approbatum, & à Summis Pontificibus expreſsè permiſſum, modò ante ſacrorum ordinum ſuſceptionem contractum ſit. Vide Arcudium de ſacramentis lib. 7. à cap. 33. Conditionem hanc ex communi Orientalium ſententia requirunt Joannes Darenſes [b] & [c] Barhebræus: ut ſcilicet *Diaconus aut Presbyter Unicam & Virginem ante ordinationem duxerit, & poſt ejus mortem alteram non ducat.* Quibus verbis excluditur à ſacris ordinibus ſuſcipiendis [d] *Digamus,* & qui *viduam* duxerit, aut *meretricem,* aut *repudiatam,* aut *ſervam,* vel qualibet infamia notatam fœminam: quam ſi quis duxerit, etſi Virginem, à ſacris ordinibus ſuſcipiendis arcetur. Diaconus verò aut Presbyter, qui poſt ſuſceptos ordines ad primas vel ſecundas nuptias tranſierit; tamquam Apoſtolici illius mandati, *unius uxoris vir,* tranſgreſſor reprehenditur. Sed ut apud Græcos recentiores, ita & apud Jacobitas [e] hac pœna dumtaxat multatur, ut ad laicorum ſtatum redigatur; cæterum ejus matrimonium tamquam validum ratumque habetur: quo de caſu latè diſſerit Arcudius lib. 7. cap. 40. In Nomocanone Barhebræi [f] citatur hic Ignatii Patriarchæ Jacobitarum canon. ܡܫܡܫܢ̈ܐ ܕܡܝܬ̈ܝ ܡܟܝܪ̈ܬܗܘܢ ܩܕܡ ܠܐ ܢܬܚܠܛܘܢ ܠܗܘܢ ܒܡܫܘܬܦܘܬܐ ܐܘ ܒܢܘܫܩܬܐ: ܢܣܒܘܢ ܢܫ̈ܐ ܘܢܫܡܫܘܢ ܘܢܗܘܘܢ ܐܦ ܩܫܝ̈ܫܐ. *Diaconi, quorum ſponſæ in vivis eſſe deſierunt, antequam cum iis copulam habuerint, aut oſculum eiſdem fixerint; uxores ducant, & Diaconatu fungantur, & Presbyteri quoque fiant.* Ita nimirùm ab iis intelligitur ille Ancyrani canon: *Diaconi quicumque ſi in ipſa ordinatione fuiſſent proteſtati, ſe velle habere uxores, nec poſſe continere, ſi poſtea ad nuptias venerint, maneant in Miniſterio.*

b *Lib. 4. de Sacerd. c. 7.*
c *Nomocan. c. 8. ſect. 5.*
d *Ibidem.*
e *Cap. 8. ſect. 4.*
f *Ibid. ſect. 6.*

De Monachis Syris.

Inſtituti monaſtici origo in Palæſtina & Syria.

Monachorum originem in Palæſtina quidem *Hilarioni S.* Antonii Magni diſcipulo acceptam refert S. Hieronymus in ejuſdem Vita: in Syria verò atque Meſopotamia *Aoni* Sozomenus, de quo lib. 6. hiſt. Eccleſ. cap. 33. hæc habet: *Aones domicilium habuit in Phadana.* Et paucis interjectis. *Hunc porrò Aonem primum apud Syros perinde ac Antonium apud Ægyptios, auctorem fuiſſe ferunt ſolitariæ &*

*arctio-*

*arctioris philoſophiæ*. ܐܒܘܢ, *Abun*, & ܐܒܝ *Abi* ſeu ܐܒܐ *Aba* Syris Occidentalibus appellatur: quæ voces ab Orientalibus ſic proferuntur, *Avun*, *Avi*, & *Ava*: unde Græci *Aonem* dixere. Cœnobium ejus nomini nuncupatum duplex mihi occurrit: alterum [a] in ditione Mardenſi: in monte Libano alterum in Valle, quam *Sanctam* vocant. Ex utriuſque, Hilarionis ſcilicet & Aonis, Schola prodiere tot monachorum agmina, quot ab eodem [b] Sozomeno, & à Theodorito [c] laudantur. Celebriores præ aliis antiquioreſque inſtituti monaſtici propagatores hi feruntur: In Palæſtina Heſychius, Epiphanius, qui poſtea Epiſcopus Cypri fuit, Ammonius & Silvanus. In Meſopotamia apud Niſibenos circa montem qui Sigoron dicitur, Jacobus Magnus, Batthæus, Euſebius, Barges, Halas, Abbo, Lazarus, Abdaleus, Zeno, Heliodorus: Apud Edeſſam, & apud urbes in circuitu Edeſſæ poſitas, Gadanas, Julianus, Ephræm Magnus, Barſes, Eulogius, Protogenes, Euſebius. In Syria & Cilicia, Valentinus, Theodorus, Maroſa, Baſſus, Baſſones, Paulus, Marcianus, Euſebius, Publius, Simeones priſcus, Palladius, Aphraates, Petrus, Theodoſius, Romanus, Zeno, Macedonius, Malchus, Meſymas, Acepſimas, Maro, ejuſque diſcipuli Jacobus & Limnæus, Thalaſſius, Zebinas, Polychronius ejuſque diſcipuli Moyſes & Damianus, Abraham, Salamanus, Euſebius, Maris, Jacobus, Aſclepius, Joannes, Moyſes, Antiochus, Antonius, Baradatus, Thalelæus, & Simeon Stylites. Hæc monaſticæ philoſophiæ apud Syros initia & incrementa. *Diſciplina verò*, ut verbis utar [d] Sozomeni, *communis hæc fuit pene omnibus: animæ quidem præcipuam curam gerere, eamque ad relinquenda hujus vitæ bona promptam ac paratam reddere, orando ſcilicet, jejunando, ac divinos hymnos canendo: & in his quidem rebus maximam temporis partem conſumere. Pecuniam verò & curam civilium negotiorum, corporis item mollitiem & cultum prorsùs contemnere.*

a Hoc tom. pag. 228. & 386.

b Lib. 6. hiſt. Eccl. cap. 32. 33. & 34.

c In hiſt. Religioſa.

d Lib. 6. c. 34.

Multiplex monachorum genus.

Sed non idem omnibus vitæ inſtitutum. Alii enim in monaſteriis ſub Abbatis regimine ſimul vivebant, quos vulgò ܕܝܪ̈ܝܐ *Monachos* ſeu ܟܢܘܫ̈ܝܐ *Cœnobitas* dicimus: Alii ſolitariam vitam eligebant, quos ܝܚܝܕ̈ܝܐ *Solitarios* & ܡܕܒܪ̈ܝܐ *Eremicolas* appellamus: Alii denique vel in cella incluſi, vel ſuprà columnam poſiti: quorum primos ܚܒܝܫ̈ܐ *Incluſos*, alteros ܐܣܛܘܢ̈ܝܐ *Stylitas* vocamus. *Stylitarum* auctor Simeones fuit, quem non catholici modò plurimi imitati ſunt, verùm etiam Monophyſitæ, quorum fit [e] mentio in hiſtoria Jacobitica, eorumque inſtitutum uſque ad annum Chriſti 1400. duraſſe, liquet ex [f] Auctore Appendicis ad Barhebræum de Vitis Maphrianorum, qui Baſilium Behenamum Hedlenſem refert, antequam in Maphrianum electus fuiſſet, ſub Jacobo Stylita in Turri quadam apud Severinum vi-

e Hoc tom. pag. 105. 226. 3.. 350. & 437.

f Hoc tom. pag. 462.

cum monachum egiſſe. *Incluſorum* primus Euſebius legitur apud [a] Sozomenum, qui eum ſcribit *juxta Carras ſponte ſua incluſum*, *monaſticæ philoſophiæ vacaſſe*: idque inſtitutum hucuſque à Syris obſervatur, apud quos in frequentioribus cœnobiis cellæ exſtant ſeorſim à conventu monachorum pro iis, qui includere ſe volunt. Exſtabant etiam *Columnæ* pro iis, qui Styliticam vitam adamarent, ut ex [b] Barhebræo liquet, qui narrat Joannem IV. & VI. *ex Columna cœnobii Curzachel ditionis Antiochenæ* ad Patriarchatum Jacobitarum raptos; Baſilium autem II. *ex columna Beth-Batin ditionis Haran*, & Thomam *ex columna montis Edeſſæ* ad Maphriani dignitatem evocatos. *Eremitis* in Ægypto Paulus præivit: cujus exemplo in Syriæ Meſopotamiæque montibus innumeri Anachoretæ floruerunt: & Jacobitæ quoque ſuos eremitas habuere in *monte Nigro apud Antiochiam*, teſte [c] Barhebræo: ex quorum numero fuiſſe perhibentur Patriarchæ Joannes V. VIII. & XII. Sozomenus [d] de eremitis Niſibenis hæc ſcribit. *Iſtos porrò vulgò Boſcos, ideſt paſcentes, vocabant, qui hoc philoſophandi genus tunc primùm invexerant. Sic autem eos appellant, propterea quod nec domicilia habent ulla, nec pane aut obſonio veſcuntur, nec vinum bibunt: ſed in montibus degentes, Deum perpetuò celebrant; orationibus & hymnis, juxta Eccleſiæ ritum vacantes. Quumque veſcendi tempus advenerit, ſinguli falce arrepta per montem vagantes, inſtar paſcentium pecorum herbas comedunt.* Inſtitutum hujuſmodi quod olim fréquentiſſimè colebatur, poſt ob incurſiones Barbarorum in Syria & Meſopotamia ferè ceſſavit, quum monachi vix in cœnobiis ſecuri eſſent.

*Cœnobitæ* ut apud Catholicos, ita & apud Syros Jacobitas viguerunt olim, vigentque uſque in præſentem diem, quemadmodum ex iis, quæ hodieque ſuperſunt monaſteriis palam fit, & ex Jacobitica hiſtoria colligitur, in qua cœnobiorum mentio paſſim occurrit. Celebriora hæc memorantur. *In Meſopotamia* quidem, monaſterium Gaugalenſe [e] in monte Gaugalio apud Amidam: Senunenſe [f] apud Edeſſam, quod & [g] Senin dicitur. Apud [h] Haran, Telam, & Edeſſam monaſteria Cubæ: Reſmat in Taiſapha: Cataræ: Heſmæ: S. Lazari: Beth-Maadæ: Sancti Abel: S. Milleſii. Athanaſii [i] in Telbeſme: S. Abæ [k] prope Sur: Theodoti [l], quod & Kelat dicitur, apud idem Sur caſtrum: ejuſdem [m] alterum apud vicum Coluc. Deiparæ [n] & S. Domitii in Beth-Tabita, apud Hur & Habar. S. Georgii [o] in Sciaaba & Betheſe. S. Danielis [p] in monte Beriæ, & ad fluvium Chobar. S. Stephani [q] juxta Benebil & Roſemil. Barſumæ [r] apud Telcobab & Begadſciam. Nataphæ [s] apud Haam. S. Ananiæ [t], quod & Zapharani dicitur, apud Marden. Sancti Abel [u] in Maadan. Zoaræ [x] juxta fluvium Chobar. Sancti Eliæ [y] in Lehepha. Ananiæ [z] inter Balam & Callinicum. Cartaminenſe [a] apud Marden. Zucheninenſe [b] apud Amidam. Cœnobium Turrium [c] apud Edeſſam. Abugalebi [d] apud urbem Gargar.

Celebriora Syrorum monaſteria,

a *Hiſt. Eccl. lib. 6. cap.* 33.
b *Hoc tom. pag.* 349. 350. 437. & 441.
c *Ibid. pag.* 350. 352. 357.
d *Loc. cit.*
e *Hoc tom. pag.* 37.
f *Ibid. pag.* 45.
g *Ibid. pag.* 110.
h *Ibidem.*
i *Ibid. pag.* 111.
k *Ibid. pag.* 221.
l *Ibidem.*
m *Ibid. pag.* 106.
n *Ibid. & tom.* 1. *pag.* 215.
o *Ibidem.*
p *Ibidem.*
q *Ibidem.*
r *Ibidem.*
s *Ibid. pag.* 222.
t *Ibidem.*
u *Ibid. pag.* 224.
x *Ibid pag.* 226.
y *Ibid. pag.* 228.
z *Ibid. pag.* 332.
a *Ibid. pag.* 335.
b *Ibid. pag.* 98. & 338.
c *Ibid. pag.* 339.
d *Ib. p.* 365. 371.

Bezo-

Bezonæ,[a] quod & de Columna dicitur, in ditione Callinici. S. Zachæ, ſeù Nicolai[b] apud Callinicum. Hanikitarum[c] apud Baladam. Saphyli[d] apud Rheſinam. Beth-Batenſe[e] apud Haran. Beth-Batenſe alterum[f] in Aſeth pago ditionis Sarugenſis. Telſephre[g] apud Haran. S. Aaron[h] apud Edeſſam. Phares[i] in regione Heſen-Manſur. Cancratæ[k] apud Amidam. Siræ[l] apud eandem urbem. S. Jacobi[m] apud Salacham in regione Turabdini. Modiadenſe[n] in eadem regione. Inkenæ, &[o] Gavicathæ apud Tagritum. S. Matthæi[p] in monte Elphephio apud novam Niniven. Saporis[q] apud Akulam. Nardi[r] apud Nunadram. Canoſciæ[s] in ditione Sigaræ. Severi[t] in monte Edeiiæ. Aluch[u] in regione Tagritenſi. S. Gabrielis[x] apud pagum Severinum, quod &[y] SS. Samueli & Simeoni nuncupatum dicitur. S. Sergii[z] in monte Sajo, quod & Moallak nuncupatur. S. Crucis[a] in Zaz apud Haam. Orientalium[b] monachorum apud Edeſſam. S. Thomæ[c] apud eandem urbem. S. Davidis[d]. S. Joannis[e] S. Barbaræ[f] in monte Edeſſæ. S. Jacobi[g] in monte Edeſſæ. S. Cyriaci[h]. Phaſiltæ[i]. Deiparæ[k] in monte Edeſſæ. Barſumæ[l] in Sena. Malchi[m] in Turabdino. Birkumenſe[n] apud Baladam. Circiſii[o].

*In Syria verò, Palæſtina, Cilicia, Euphrateſia, Ægypto, & Armenia.* Barſumæ[p] apud Samoſatam. Teledæ[q] & Euſebonæ in ditione Antiochena. Joannis Baraphtonii[r] quod Kenneſrinenſe, & S. Thomæ Seleuciæ dicitur. S. Danielis[f] in monte Sciulac, hoc eſt Seleuciæ. Gubæ[t] Barajæ. Licinii[u]. S. Eliſæi[x]. Abibi[y] in Arzenun. Holæ[z] ſeù Arenæ. Tarilenſe[a] apud Berœam. Phaghimtæ[b]. Malchi[c] in ditione Antiochena. S. Jacobi[d] de Chiſuma. Herbaz[e] in ditione Samoſatæ. Curzachel[f] apud Antiochiam. S. Sergii[g] apud Gubam. Gaghæi[h] apud Melitinam. Bared[i] & Curſoris[k] apud eandem urbem. S. Aaron[l] apud Sigaram, quod ad Calliſuræ ditionem ſpectare dicitur. Lazari[m] apud Gubam. Ab-Hai[n] ad Euphratem. Barſumæ[o] apud Melitinam. Zarnuchæ[p] in ditione Melitinæ. Duair[q] in ditione Antiochiæ. Pheſchinenſe[r] ad Euphratem propè Samoſatam. Macronæ[s] in Euphrateſia, ut videtur. S. Mariæ Magdalenæ[t] in urbe Hieruſalem. Zabar[u] ſeù Zabatræ apud Melitinam. Zonicratæ[x] apud caſtrum Zaidum. Baximatæ[y] in Cilicia. Gavicatæ[z] apud Mopſueſtiam. Cuphlidæ[a] in Cilicia. Sarbelii[b] apud Carſabacam. S. Moyſis[c] apud Nabach pagum ditionis Damaſcenæ. Salomonis[d] Dolichæ. S. Domitii in regione Claudiæ[e]. Garumitarum[f]. Demum S. Macarii[g], S. Piſois, & S. Mariæ in deſerto Scetenſi, in quibus Syri monachi cum Ægyptiis à priſcis temporibus habitarunt.

Monachorum Monialiumque Tonſura.

Nec Monachi tantùm, ſed & Moniales apud Syros Jacobitas flo-

a *Ibid. pag* 341. 342. *& tom.* 1. *pag.* 565.
b *Hoc tom. pag.* 344.
c *Ibid pag.* 346.
d *Ibid. pag.* 348.
e *Ibid. pag.* 342.
f *Ibid. pag.* 349.
g *Ibidem.*
h *Ibid. pag* 351.
i *Ibid. pag.* 354.
k *Ibid. pag.* 361. *&* 365.
l *Ibid. pag.* 370
m *Ibid. pag.* 384.
n *Ibid. pag.* 386.
o *Ibid. pag.* 414.
p *Ibid. pag.* 416. *& alibi paſſim.*
q *Ibid. pag.* 416.
r *Ibidem.*
s *Ibid. pag.* 430.
t *Ibid. pag.* 437. 439.
u *Ibid. pag.* 439.
x *Ibid. pag.* 448.
y *Tom.* 1 *p.* 416.
z *Hoc tom. pag.* 452. 460.
a *Ibid. pag.* 460.
b *Tom.* 1. *p.* 411.
c *Ibid. pag.* 561.
d *Ibid. pag.* 569.
e *Ibid. pag.* 572.
f *Ibid. pag* 607.
g *Ibid. pag* 611.
h *Ibid. pag* 612.
i *Hoc tom. pag.* 67.
k *Ibid. pag.* 111. *&* 112.
l *Ibid. pag.* 154.
m *Thomas à Jeſu p.* 386.
n *Ibid. pag.* 346.
o *Ibid. pag.* 351.
p *Hoc tom p.* 1.
q *Ibid. pag.* 37. 334. 337.
r *Ibid. pag.* 46. *& Tom.* 1. *pag.* 57. *& alibi frequenter.*
s *Tom.* 1. *p.* 565.
t *Hoc tom. pag.* 75. 231. 337.
u *Hoc tom. pag.* 83.
x *Ibidem.*
y *Ibid. pag.* 111.
z *Ibid. pag.* 324.
a *Ibid. pag.* 334. *&* 351.
b *Ibid. pag.* 335.
c *Ibid. pag* 335.
d *Ibid. pag.* 336. *&* 344.
e *Ibid. pag.* 318.
f *Ibid. pag.* 349

g *Ibid. pag.* 350. *&* 371. h *Ibid. pag.* 351. *&* 354. i *Ibidem.* k *Ibid. pag.* 352. 371. 374. l *Ibid. pag.* 351. *&* 500. *& alibi ſæpe.* m *Ibid. pag.* 353. n *Ibid. pag.* 355. o *Ib. p.* 357. *& alibi frequenter.* p *Ibid. pag.* 357. 448. q *Ibid. pag.* 359. 360. *&* 368. r *Ibid. pag.* 359. s *Ib. p.* 361. 362. t *Ib. & p.* 371. u *Ib. p.* 361. x *Ibid pag.* 370. 371. 378. y *Ib. p.* 370. z *Ib. p.* 370. 379. 384. a *Ib. p.* 371. b *Ib. p.* 434. c *Ib. p.* 509. d *Ib. p.* 350. e *Ib. p.* 353. f *Ib. p.* 334. g *Ib. p.* 386.

floruiſſe, liquet ex Chronico Barhebræi [a] qui in vita Acacii Primatis refert, *Sanctimoniales montis Abdini in Eccleſia* impium Barſumam Niſibenum *aggreſſas, clavibus cellarum interemiſſe*. In pervetuſto Jacobitarum [b] Pontificali tàm monachorum, quàm monialium Tonſura accuratè deſcribitur, cujus hæc ſumma eſt. Expletis precibus, cantibus, & lectionibus ex veteri & novo Teſtamento editaque à Novitio Profeſſione fidei, Archimandrita ſignat eum pollice in fronte tribus vicibus: dicens, *ſignatur* &c. Novitius dat forficem Archimandritæ, qui eum tondet in crucis formam, inquiens: *Tondetur N.* &c. deinde exuit eum tunica ſeculari, inquiens: *Exuat te Dominus* &c. Induit tunica monaſtica, dicens: *Induat te* &c. Præcingit zona, inquiens: *Præcingat te* &c. Imponit capiti cucullum, dicens: *Virtus fortiſſima* &c. Pallio ſeù Amictu induit, inquiens: *Induat te pallio gloriæ* &c. Legit ex Zacharia Propheta: deinde aquam in pelui poſitam benedicit, lavatque Novitii pedes, dicens: *Aquæ viventes* &c. quod & cæteri adſtantes faciunt. Abſtergens pedes ſindone, dicit: *Flumen pacis* &c. Calceum pedi ſiniſtro imponit, inquiens: *Calceet te Dominus* &c. & pedi dextero, *Det tibi Dominus* &c. Novitius genu flectit ad orientem, occaſum, aquilonem, & auſtrum, inquiens: *Benedic Domine*. Archimandrita dat ei Crucem geſtandam, inquiens: *In confirmationem pactorum quæ pepigiſti* &c. Novitius Crucem geſtans, ad auſtralem partem altaris adſtat: Dant ei pacem: & Archimandrita gratiarum actionem perſolvit. Atque ita monachus tondetur. Idem quoque eſt Tonſuræ monialum Ritus; ſed Orationes, & Lectiones diverſæ.

*Tonſuram* autem ܣܘܦܪܐ vocant, & ܠܒܫܐ ܕܕܝܪܝܘܬܐ *monaſtici habitus impoſitionem*, non *chirotoniam* ܟܘܪܘܛܘܢܝܐ aut *impoſitionem manus* ܣܝܡ ܐܝܕܐ: quoniam monachi monialeſque extra Clerum ſunt reputanturque: ut in Divinis Syrorum officiis paſſim indicatur iis verbis, quibus publicæ pro fidelibus preces exhibentur, ܥܕܬܐ ܘܕܝܪܬܐ ܘܥܡܐ ܡܗܝܡܢܐ *Eccleſiæ, monaſteria, populuſque fidelis*: ideſt, Clerici, Monachi, & Laici: & Canone hoc Apoſtolico declaratur, quem citat [c] Barhebræus: ܒܬܘܠܬܐ ܐܘ ܒܬܘܠܐ ܠܐ ܡܢ ܐܢܫ ܡܬܥܒܕ ܐܘ ܒܣܝܡ ܐܝܕܐ ܡܬܬܣܝܡ:
*Utriuſque ſexus Virgo non à quoquam fit, aut per manus impoſitionem ordinatur*. Uſus tamen in Oriente apud omnes Chriſtianos, maximè Syros, ita invaluit, ut Monachatus ante Epiſcopatum, tamquam ordo ſacer ante ſuperiorem ordinem, neceſſario præmitti debeat. Exemplum habemus in [d] Athanaſio VIII. Patriarcha Jacobitarum, qui quum ante electionem Diaconus ſecularis eſſet, monaſtico primùm ha-

a *Ibid. pag.* 407.

b *Ibid. pag.* 224 *&* 261.

c *Nomocan. c.* 8. *ſect.* 10.

d *Hoc tom. pag.* 361.

habitu indutus fuit, deinde Presbyter, & Patriarcha ordinatus. Idem factum cum Maphrianis [a] Denha, Baſilio, Cyriaco, Joanne, Ignatio, & Athanaſio, qui ex Diaconis, Archidiaconis, aut Presbyteris ſecularibus ad Maphriani dignitatem evecti ſunt, haud ambigo. a *Ibid. pag.* 441. 442. 443. 447.

Abbatis & Abbatiſſæ conſecratio.

In eodem [b] Jacobitarum Pontificali exſtat Ritus Conſecrationis Abbatis, & Abbatiſſæ, cujus ſummam accipe. Poſt preces, cantuſque, & Lectionem ex Apoſtolo, Epiſcopus orat, inquiens: *Deus largitor* &c. Imponit manum capiti ejus dicens. *Det tibi Dominus* &c. & hymno dicto, Euchariſtia eum reficit. Ubi notandum, Tonſuram monachorum monialiumque ab Archimandrita perfici; Archimandritæ vero & Abbatiſſæ conſecrationem ab Epiſcopo: Antiquum enim Eccleſiæ Orientalis Jus eſt, quod hodieque viget, ut monachi Archimandritis, Archimandritæ Epiſcopis ſubjecti ſint, quemadmodum ſtatuitur in Concilio Chalcedonenſi, cujus hunc canonem [c] Barhebræus, etſi Monophyſita laudat: ܠܐ ܐܢܫ ܕܝܪܝܐ ܢܒܢܐ ܕܝܪܐ ܘܢܟܢܫ ܐܚܐ ܐܠܐ ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ: ܟܠܗܘܢ ܕܝܪܝܐ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܢܫܬܥܒܕܘܢ. b *Pag.* 141. c *Cap.* 7. *ſect.* 10.

Monaſteria Epiſcopis ſubjecta.

*Nequis monachus monaſterium ædificet, Fratreſque congreget, niſi Epiſcopi juſſu. Omnes monachi Epiſcopo ſubjaceant.* Georgius Patriarcha apud eundem Barhebræum. ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܕܠܐ ܦܘܩܕܢܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܐ ܢܬܥܒܕ. ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܕܡܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܝܠܗ ܦܪܩ ܘܟܪܘܙܘܬܗ ܢܓܕ ܚܪܡ ܢܗܘܐ:

*Archimandrita abſque juſſu Epiſcopi ne fiat. Archimandrita, qui à proprio Epiſcopo defecit, ejuſque Proclamationem* (hoc eſt, commemorationem ejus nominis in Liturgia & divinis Officiis) *ſuſtulit, anathema ſit.* Jacobus Edeſſenus: ܐܣܛܘܢܝܐ ܕܩܐܡ ܠܘܩܒܠ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܟܬܒ ܚܪܡܐ ܠܥܘܕܪܢܗ ܘܠܟܠ ܕܡܫܬܘܬܦ ܠܗ ܚܪܡ ܢܗܘܐ. ܗܘ ܘܡܩܒܠܢܐ ܕܚܪܡܗ ܚܪܡ ܢܗܘܘܢ. ܘܐܦ ܪܝܫܝ ܕܝܪܐ ܘܕܝܪܝܐ ܕܥܒܕܝܢ ܟܢܘܫܝܐ ܠܘܩܒܠ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗ: ܢܬܦܪܫܘܢ. ܘܠܐ ܢܬܩܒܠܘܢ ܥܕܡܐ ܕܢܬܘܒܘܢ ܡܢ ܚܫܒܐ ܒܝܫܐ ܘܢܩܒܠܘܢ ܩܢܘܢܐ:

*Stylita, qui Epiſcopo reſtiterit, excommunicationeſque ad ejus loca ſcripſerit, anathema ſit ipſe, & qui ejus excommunicationes admiſerit. Similiter & Præfectus monaſterii, & monachi, qui conventus faciunt adversùs Epiſcopum eique haud obtemperant, ſegregentur, nec ante ſuſcipiantur, quàm à prava ipſorum ſententia receſſerint, Canonemque admiſerint.* Idem à Georgio Patriarcha definitum hoc canone: ܘܐܦ ܕܝܪܝܐ ܐܘ ܐܣܛܘܢܝܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܡܢ ܐܘ ܕܝܪܝܐ ܐܘ ܕܡܬܚܪܝܢ ܠܡܕܒܪܢܘܬܗ ܐܘ ܠܩܢܘܢܐ:

*Præfectis monaſteriorum & Stylitis fas non eſt, epiſtolas deciſionum, aut judiciorum, aut adhortationum ad urbes pagoſve ſcribere.* Michaël Patriarcha duodecim canones in cœnobio Ananiæ ſub pœna interdicti & excommunicationis edidit, teſte Barhebræo, ܘܦܘܩܕܢܐ ܘܪ̈ܝܫܕܝܪܐ ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܡܬܝܢ̈ܝܐ ܠܡܦܪܝܢܐ ܢܫܬܥܒܕܘܢ ܘܡܕܡ ܕܒܠܥܕܘܗܝ ܘܠܐ ܢܥܒܕܘܢ ܐܢ ܙܥܘܪܐ ܐܘ ܪܒܐ ܢܗܘܐ. *ut, ſcilicet, Archimandrita & monachi Matthæani ſub Maphriani poteſtate ſint, ipſiuſque injuſſu faciant nihil, ſive magni ſive parvi momenti ſit.* Id tamen in iis dumtaxat cœnobiis locum habet, in quibus Sedes eſt Patriarchæ, Maphriani, aut Epiſcoporum. Nam cætera monaſteria Epiſcopis quidem, ut ſuprà dixi, ſubjecta ſunt; immediatum verò monachorum regimen ad Archimandritas ſpectat, quorum abſque ſuffragiis monachos ordinari Cyriacus Patriarcha vetat hoc canone: ܕܝܪ̈ܝܐ ܕܠܐ ܐܓܪ̈ܬܐ ܕܪܝܫܕܝܪܐ ܘܕܐܚ̈ܐ : ܠܐ ܢܣܝܡ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܥܠܝܗܘܢ ܐܝܕܐ ܒܟܝܪܘܛܘܢܝܐ. *Sine Archimandritæ Fratrumque literis Epiſcopus ne monachis manum imponat in chirotonia.* Nonnulla quoque monaſteria ab Epiſcoporum juriſdictione exempta eſſe voluerunt Patriarchæ Jacobitarum, quando vel diſertum iis Privilegium conceditur, (quale eſt Græcorum Patriarcharum *Stauropegium*) vel cadavera eorum in ipſis tumulantur. Canon Perſarum apud Barhebræum: ܟܠ ܕܝܪ̈ܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܐܘ ܩܬܘܠܝܩܐ ܩܒܝܪ ܒܗܘܢ : ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܐ ܢܫܬܠܛܘܢ ܒܗܘܢ : ܐܠܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܡܥܪܒܐ ܘܩܬܘܠܝܩܐ ܒܡܕܢܚܐ : *In cœnobia, in quibus Patriarcha, aut Catholicus ſepulti ſunt, poteſtatem non habeant Epiſcopi, ſed Patriarcha in Occidente, & Catholicus in Oriente:* Eadem enim hac in re eſt Syrorum Jacobitarum, Neſtorianorumque conſuetudo. Michaël[a] Patriarcha ſubjectum præceſſoribus ſuis Barſumæ cœnobium anno 1174. ſui juris fecit: hoc eſt, decrevit, ut à Patriarchæ juriſdictione exemptum proprio Archimandritæ ſubeſſet: quod Privilegium in Synodo poſt obitum Joannis Barſuſan habita, ei cœnobio conceſſum fuerat; raro quidem & pernicioſo exemplo, ut idem Michaël expertus didicit.

[a] Hoc tom. pag. 366.

Canones de monachorum inſtituto.

De monachorum Profeſſione, Votis, & Regulis latè diſſerit Barhebræus in Nomocanone, ubi citat canones Apoſtolorum, Nicæni, Ancyrani, Chalcedonenſis, Perſarum, Baſilii, Liſi, Rabulæ, Jacobi, Edeſſeni, Joannis Telenſis: Patriarcharum Joannis, Georgii, Cyriaci, Dionyſii & Michaëlis: ex quibus hoſce ſeligo, qui inſtitutum monaſticum illuſtrant. *Perſarum.* ܘܦܘܩܕܢܐ ܠܗ ܠܡܫܬܐܠܬܐ ܢܦܩܘܢ ܠܥܠܡܐ

[illegible]

De probatione Monachorum.

*Præfectus monaſterii ne ſecularem cito tondeat, ſed poſt annum probationis.* Eorundem: [illegible]

*Presbyter, aut Diaconus, qui* monaſticum habitum *induere voluerit, annum unum in cancellis antea miniſtret: deinde induat. Sin autem frater eſt* (hoc eſt, Laicus), *in alio miniſterio à Præfecto cœnobii conſtituatur per annum antequam induat.* Nicæni Canon 81. ex iis nimirùm, quos Arabicos vulgò dicimus. [illegible]

Monachi Monialeſque caput radunt, & laneis nigris utuntur. Incluſi capillos nutriunt, & lorica ferrea induuntur.

*Monachi ne capillos nutriant, ſed totum caput radant, neve ſuper id coronam ex capillis relinquant.* Qua in re monachi Syri à Presbyteris differunt, qui *Coronam* ex capillis gerebant, geruntque hodie apud Maronitas; ſecùs apud Jacobitas, atque Neſtorianos. *Rabulæ.* [illegible]

*Monachi Incluſi dumtaxat capillos nutriant, & ferro induantur:* Lorica nimirùm ferrea, qualem Barſumas [a] geſtaſſe dicitur, unde cognomentum لابس الحديد *ferro induti* ei adhæſit. *Cyriaci Patriarchæ.* [illegible]

[a] Nairon. Evopl. par. 1. p. 53.

*Non liceat per Deum mulieri Moniali balneum ingredi, aut corpus aqua abluere, neque veſtimentis lineis aut aliis indui, præter lanam: neque capillos nutrire: ſed tondeatur.* Rabulæ. [illegible]

Monachi ab eſu carnis abſtinent.

[illegible]: *Monachi & Moniales ab eſu carnis abſtineant: vino autem modico propter infirmitatem utantur.* Perſarum. [illegible]:

Nihil propriũ poſſident.

*Monachus, qui carnem comedit, veluti mœchus, judicetur.* Rabulæ. [illegible]:

*Nemo ex Fratribus quidquam ſibi proprium poſſideat, ſed omnia communia ſint, & ſub poteſtate Archimandritæ.* Ancyrani. [illegible]

[illegible]

Nubere nequeunt, ſi profeſſi ſunt.

*Qui Virginitatem ſpoponderunt, & promiſſis nequaquam ſtant; ſententiam eorum qui duas uxores duxere, impleant.* Nicæni. [illegible]

De Monachis apoſtatis.

*Qui ſemel mundo abrenunciarunt, deinde ad eum rediere, decennio in pœnitentia maneant. Et, ſi veram pœnitentiam in lacrymis oſtenderint, tertio anno ſuſcipiantur.* Baſilii. [illegible]

*Qui ſeipſos in ordine Monachorum recenſuerunt abſque publica profeſſione, ſi legaliter nupſerint, ne reprehendantur.* Chalcedonenſis. [illegible] *Monachi & Moniales, qui habitum exuerint, ſub interdicto ſint. Epiſcopus autem poteſtatem habet miſerendi eorum.* Rabulæ. [illegible] *Monachi & Moniales, qui habitum exuerint, pœnitentiam agant; alioquin excommunicentur unàcum eorum parentibus, ſi ipſis conſentiant.* Ejuſdem. [illegible] *Secularis, qui filiam fœderis* (hoc eſt, Monialem) *deſponſaverit, excommunicetur.* Jacobi Edeſſeni. [illegible]

*Monachi apoſtatæ, qui uxores duxerint, ne monaſtico habitu induantur:* quem tamen Canonem Joannes Patriarcha ſic emendavit. [illegible] *Monachus qui habitum deponens, uxorem duxit, ſi pœnitentiam egerit, permittatur ei, ut relicta ea muliere, ad ſchema* (hoc eſt, ſacrum habitum) *redeat.* Rabulæ.

De conjugatis & ſervis, qui monachatum deſiderant.

[illegible] *Uxor abſque viri conſenſu diſciplinam* (monaſticam) *neſuſcipiat: neque vir abſque voluntate conjugis.* Chalcedonenſis. [illegible]

*Servus injuſſu domini ne monachus ſuſcipiatur.* Rabulæ. [illegible]

Mo-

Habitus monachorum extra monaſteria.

*Monachi viſitatores omneſque fratres extra monaſteria ne laneis nigriſque veſtibus induantur, ne ſcilicet ſchematis honor vileſcat.* In margine additur hæc nota: ܕܠܡܐ ܐܣܟܝܡܐ ܕܥܠܡܝܐ ܢܠܒܫܘܢ ܐܘ ܡܐܢܐ ܚܘܪܐ ܕܥܡܪܐ ܘܠܐ ܩܘܩܠܐ : *Nimirùm habitu ſecularium utantur, aut veſtibus albis laneis abſque cucullo*: quod tamen poſtremum opponitur communi monachorum Syrorum conſuetudini, qui cucullum ne in Liturgia quidem exuunt: opponitur & huic Perſarum canoni: ܕܝܪܝܐ ܕܡܫܡܫܝܢ ܟܘܡܪܘܬܐ ܒܥܕܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܐܘ ܕܩܘܪܝܬܐ : ܡܐܢܐ ܚܘܪܐ ܢܠܒܫ ܠܥܠ ܡܢ ܐܣܟܝܡܐ :

Cucullum in capite perpetuò gerunt.

*Monachus, qui ſacerdotio fungitur in Eccleſia civitatis aut pagi, veſtes albas gerat ſupra ſchema*: ut faciunt & Epiſcopi Syri, qui cidarim cucullo ſuperimponunt. Et inter Regulas, quas Angelus Sancto Pachomio [a] tradidiſſe fertur, hæc eſt: *ut ſcilicet accedentes ad communionem ſacramentorum Chriſti, & cingulos ſolvant, & melotem deponant, cucullis utentes tantummodò*. Rabulæ. ܕܝܪܝܐ ܕܠܐ ܩܫܝܫܐ ܘܕܝܪܝܬܐ ܕܠܐ ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܠܐ ܢܐܙܠܘܢ ܠܟܢܘܫܬܐ :

[a] *Apud Roſveidum in vit. Patrum lib. 1. pag. 120.*

Presbyter Monachis & Diaconiſſa Monialibus præſunt in Choro.

*Monachi abſque Presbytero, & Moniales abſque Diaconiſſa ne pergant ad Synaxes*: ut enim Presbyter Monachis, ita & Diaconiſſa Monialibus præeſt in Divinis Officiis. Ejuſdem. ܕܝܪܝܐ ܘܕܝܪܝܬܐ ܠܐ ܢܥܡܪܘܢ ܥܡ ܥܠܡܝܐ . *Monachi & Moniales ne cohabitent cum ſecularibus*. Ejuſdem. ܢܫܐ ܠܓܘ ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܕܝܪܝܐ ܠܐ ܢܥܠܢ :

Nec viris monaſterium monialium, nec mulieribus monaſterium virorum ingredi fas eſt, nec monachis cum ſecularibus cohabitare licet.

*Mulieres intra fores monaſteriorum ne ingrediantur*. Joannis Telæ, & Jacobi Edeſſeni. ܕܝܪܝܐ ܢܫܐ ܠܕܝܪܝܟܘܢ ܠܐ ܢܥܠܢ *O Monachi, ne mulieres in veſtra monaſteria ingrediantur*. Perſarum. ܕܝܪܝܐ ܕܝܢ ܠܕܝܪܐ ܕܐܚܘܬܐ ܟܠ ܟܠܗ ܠܐ ܢܥܘܠ.

*Monachus autem monaſterium ſororum ne ingrediatur omninò*. Cyriaci Patriarchæ. ܠܐ ܢܫܬܠܛ ܡܢ ܐܠܗܐ ܠܓܒܪܐ ܕܢܥܘܠ ܠܕܝܪܐ ܕܐܚܘܬܐ ܐܠܐ ܐܢ ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ ܕܝܗܒ ܠܗܘܢ ܩܘܪܒܢܐ . *Viro per Deum non liceat ingredi monaſterium ſororum, niſi Presbytero aut Diacono, qui eis Euchariſtiam præbet*. Ejuſdem. ܟܠܗܝܢ ܕܝܪܝܬܐ ܐܚܕܐ ܥܡ ܚܕܐ ܒܥܘܡܪܐ ܢܬܟܢܫܢ ܘܢܬܒܢ ܘܬܬܩܝܡ ܩܕܡܝܗܝܢ ܚܕܐ ܣܒܬܐ ܕܬܦܪܢܣ ܐܢܝܢ ܒܡܣܬܢܩܢܘܬܐ .

*Moniales omnes in unum cœnobium congregentur ibique degant, & ex iis una, quæ ætate provecta ſit, eligatur, ut neceſſaria iis ſubminiſtret*. Rabulæ. ܕܝܪܝܬܐ ܘܡܫܡܫܢܝܬܐ ܕܩܘܕܫܐ ܐܝܬ ܠܗܝܢ ܕܝܪܐ ܐܘ ܩܕܡܝܗܝܢ ܘܐܢܫܐ : ܠܘܬ ܚܕܐ ܢܬܟܢܫܢ ܥܡ ܚܕܐ ܢܬܒܢ ܠܒܝܬܐ .

*Moniales, quæ in urbibus pagiſque ſunt nec habent monaſterium aut cœnobium ſororum, binæ ſimul in una domo maneant, binæque ad Eccleſiam vadant.* Perſarum. ܘܒ̈ܢܬܐ ܕܒܩܘܪ̈ܝܐ ܘܒܡܕܝܢ̈ܬܐ ܕܠܝܬ ܠܗܝܢ ܕܝܪܐ ܘܡܕܒܪܢܘܬܐ ܘܥܕܬܐ ܕܐܚ̈ܘܬܐ : ܬܪ̈ܬܝܢ ܢܗܘ̈ܝܢ :

Monachus excipi non debet abſque dimiſſoria Archimandritæ.

*Monachus in cella ſocii ſui monachi ne dormiat. Sæculares autem, qui monaſterium adeunt, in ædibus communibus dormiant.* Rabulæ. ܠܐ ܐܢܫ ܢܕܡܟ ܐܝܟ ܕܥܠܡ̈ܝܐ ܕܡܢ ܒܪܐ ܠܕܝܪܐ ܐܠܐ ܒܥܘܡܪܐ ܘܡܫܪܝܐ ܦܪܝܫܐ .

*Monachum ex uno ad alterum monaſterium migrantem nequis ſuſcipiat, niſi ex fide præfecti prioris monaſterii.* Ejuſdem. ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܠܥܘܡܪܐ ܘܠܡܥܡܪܢܘܬܐ ܠܐ ܢܩܒܠ ܐܠܐ ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܪܝܫ ܕܝܪܐ ܕܠܘܬܗ ܗܘܐ ܐܘ ܒܐܓܪܬܐ ܕܪܝܫܗ ܘܒܝܕ ܚܒܪܗ ܠܐ ܢܩܒܠܘܢܝܗܝ ܡܢ ܕܝܪܐ .

Regulæ Monachorum extra monaſterium.

*Monachi ne pagos urbeſque petant, ſed Viſitatores dumtaxat: iique in Eccleſia aut monaſterio commorentur, nevè per domos vagentur.* Ejuſdem. ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܠܐ ܢܦܩܘܢ ܠܩܘܪ̈ܝܐ ܘܠܡܕܝܢ̈ܬܐ ܐܠܐ ܣܥܘܪ̈ܐ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ ܘܠܐ ܢܬܟܪܟܘܢ ܡܢ ܒܝܬ ܠܒܝܬ ܒܥܕܬܐ .

*Præfectus monaſterii ne Fratribus permittat, ut conſanguineos adeant, ne colloquiis vanis relaxentur.* Jacobi Edeſſeni. ܘܪ̈ܝܫܝ ܕܝܪ̈ܐ ܠܐ ܢܦܣܘܢ ܠܐܚ̈ܐ ܠܡܐܙܠ ܠܘܬ ܐܚܝܢ̈ܐ ܐܘ ܠܡܬܒܛܠܘ ܒܡܠ̈ܐ ܣܪ̈ܝܩܬܐ .

*Monachi ne pergant ad vigilias, aut commemorationes Martyrum, aut convivia, etſi cauſam prætendant, ut ibi orent.* Dionyſii Patriarchæ. ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܘܩܕܝ̈ܫܐ ܠܐ ܢܦܩܘܢ ܡܢ ܕܝܪܗܘܢ : ܠܫܗܪ̈ܐ ܐܘ ܠܥܘܗܕܢܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܐܘ ܠܡܫܬܘܬܐ .

*Monachus qui ob neceſſitatem monaſterio ſuo excedit, juſſu Epiſcopi in civitate aut pago maneat.* Perſarum. ܐܝܢܐ ܕܒܚܢܩܐ ܢܦܩ ܡܢ ܕܝܪܗ ܠܐ ܢܩܘܐ ܐܠܐ ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܐܘ ܒܩܘܪܝܐ .

De Monachis, Stylitis & Incluſis, qui Sacerdotes ſunt aut Diaconi.

*Fratres injuſſu Archimandritæ ne exeant è monaſterio.* Eorundem. ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܘܩܕܝ̈ܫܐ ܕܥܡܪܝܢ ܒܕܝܪ̈ܐ : ܕܠܐ ܦܘܩܕܢܐ ܕܪܝܫ ܕܝܪܐ ܠܐ ܢܦܩܘܢ ܡܢ ܕܝܪܐ ܐܘ ܡܢ ܣܛܘܢܐ ܐܘ ܡܢ ܚܒܘܫܝܐ .

*Monachus, qui ſtudiorum cauſa civitatem ingreditur, in Eccleſia maneat, nec à jejunio aut oratione ceſſet: quodſi pauper ſit, artem decentem exerceat.* Rabulæ. ܘܕܝܪܝܐ ܕܥܐܠ ܠܡܕܝܢܬܐ ܡܛܠ ܝܘܠܦܢܐ ܒܥܕܬܐ ܢܩܘܐ ܘܠܐ ܢܒܛܠ ܡܢ ܨܘܡܐ ܘܡܢ ܨܠܘܬܐ .

*Monachus qui neque Presbyter eſt, neque Diaconus, ne audeat Euchariſtiam porrigere.* Ejuſdem. ܕܝܪܝܐ ܕܠܐ ܩܫܝܫܐ ܘܠܐ ܡܫܡܫܢܐ : ܠܐ ܢܡܪܚ ܠܡܬܠ ܩܘܪܒܢܐ ܠܐܢܫ .

ܘܢܥܡܕܘܢ

[Syriac] *Presbyteri & Diaconi monachi in locis, ubi Clerici non ſunt, miniſtrare poſſunt jubente Epiſcopo.* Jacobi Edeſſeni. [Syriac]

*Non convenit, ut Stylitæ Liturgiam ſuper columnis ſuis faciant.* Ejuſdem. [Syriac]

*Indecens eſt, ut Incluſi Liturgiam celebrent, niſi ob neceſſitatem: neque ut ſanctum Corpus apud Stylitas ſupra columnam ponatur, ſi adeſt, qui eis Euchariſtiam porrigat.* Rabulæ. [Syriac] *Monachi Pſalmos diſcant, & Moniales etiam*

De Pſalmodia. *cantica.* Ejuſdem. [Syriac] *Monachi & moniales horas orationum impleant, Pſalmoſque recitent die nocteque.* Perſarum. [Syriac]

*Noctes dominicarum, ſi fieri poteſt, in officio Fratres tranſigant.* Eorundem. [Syriac] *Monachus, qui unum dumtaxat Pſalmum novit, eundem in omnibus Orationibus repetat.* Eorundem. [Syriac]

*Monachus, qui in cella ſua orare voluerit, in diebus ferialibus dumtaxat id ei permittatur, non in feſtis, aut Dominicis.* Rabulæ. [Syriac] *Nemo Fratrum ſolitariam vitam ducat, niſi cujus opera diu probata fuerint.* Perſarum. [Syriac]

De menſa. *Monachus, qui officio nocturno minimè interfuerit, ne fratribus ad menſam conſideat.* Eorundem. [Syriac] *Quum Fratres veſcuntur, commentarium legatur, ut unàcum corpore etiam anima nutriatur.* Eorundem. [Syriac]

De opere manuum.

*Præfectus monaſterii quum fratres probaverit, unumquemque ei miniſterio præficiat, cui aptus ſit.* Eorundem. [illegible] *Monachus quum ab opere manuum ceſſaverit, divinis libris vacet.* Eorundem. [illegible] *Donec monachus in miniſterio communitatis erit, nihil pro ſe ipſo poterit operari.* Eorundem. [illegible]

De cubitu.

*Fratres ſuper ſtoreis ſtratiſque cubent: Archimandrita verò & ægroti in lectulis: quin tamen lumbos ſolvant aut veſtes exuant.* Rabulæ. [illegible]

De ſepultura.

*Arcæ, in quibus monachi ſepeliuntur, in terra condantur. Archimandrita quum moritur, fratres eum cum ſilentio ſepeliant, nec ſæculares ad ejus funeris pompam congregentur.*

De Jejuniis Jacobitarum Monachorum & ſæcularium.

Denique de Jejuniis monachorum hæc Jacobus Edeſſenus [a] in epiſtola ad Joannem Stylitam: [illegible] *In Oriente viros Aſcetas ego novi, qui per totum annum ſeptenis hebdomadis jejunant, & ſeptenis manducant & bibunt, donec Jejunium magnum auſpicentur.* Quæ Jacobi verba quum Bar-hebræus [b] in libro Ethicorum Par. 1. cap. 6. ſect. 6. retuliſſet, ſubjungit: [illegible] *Sunt & quidam Aſcetæ, qui toto vitæ ſuæ tempore jejunant.* Id verò de ſuſceptis ſponte jejuniis intelligitur. At jejunia, quæ ex præcepto Eccleſiæ Jacobiticæ omnes adulti, ac præſertim monachi, obſervare tenentur, hæc ab eodem Bar-hebræo in Nomocanone cap. 5. ſect. 2. & in libro Ethicorum loc. cit. numerantur: [illegible]

Jejunium Quadrageſimæ. Jejunium Apoſtolorum.

*Quinque jejunia præter jejunium feriæ quartæ & ſextæ per totum annum colimus. Jejunium magnum quadrageſimæ: Jejunium Apoſtolorum: Jejunium migrationis Deiparæ: Jejunium Nativitatis; & Jejunium Niniviticum.* Primum à feria ſecunda per octo ſuprà quadraginta dies ante Dominicam Reſurrectionis protrahitur. Alterum Orientales quidem à feria ſecunda poſt Pentecoſten uſque ad

con-

a *Apud Bar-hebræum in Nomocanone cap. 5. ſect. 2.*

b *Ho- ... pag. 304.*

complementum quinquaginta dierum producunt; Occidentales verò die vigeſima nona Junii ſolvunt, in qua feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli celebratur; ſed à nonnullis, ut loc. cit. advertit idem Bar-hebræus, feria ſecunda poſt Dominicam Pentecoſtes inchoatur: ab aliis feria ſecunda hebdomadæ ſequentis. Tertium Jejunium à Kalendis Auguſti ad feſtum Aſſumptionis Deiparæ colitur. De quarto Jejunio hæc idem Bar-hebræus. ܨܘܡܐ ܕܝܠܕܐ ܢܙܝܪܐ ܡܢ ܚܡܫܬܥܣܪ ܒܬܫܪܝ ܐܚܪܝ. ܫܪܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ. ܘܥܠܡܝܐ ܒܡܥܪܒܐ ܡܢ ܥܣܪܐ ܒܟܢܘܢ ܩܕܡܝ. ܫܪܝܢ ܬܪܝܢ ܫܒܘܥܝܢ. ܘܒܡܕܢܚܐ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܕܝܠܗ ܕܗܘ ܝܪܚܐ.

Jejunium Deiparæ.

*Jejunium Nativitatis Aſcetæ quidem à quintadecima Novembris per quadraginta dies deducunt: Seculares verò in Occidente à decima Decembris per duas hebdomadas, in Oriente à Kalendis ejuſdem menſis.* Quintum Jejunium, quod Ninivitarum dicitur, à feria ſecunda tertiæ ante jejunium quadrageſimale hebdomadis, uſque ad feriæ quintæ matutinum ejuſdem hebdomadæ obſervant Orientales; Occidentales verò uſque ad matutinum Sabbati. Quid verò in hiſce jejuniis præſtandum ſit, Canones ſequentes ab eodem Bar-hebræo citati docent. *Canon Cyriaci* [a] *Patriarchæ. Presbytero, aut Diacono, aut ſexus utriuſque fideli, qui vigeſimum ætatis annum excedit, fas non eſto ſolvendi jejunium feriæ quartæ & ſextæ, exceptis quinquaginta diebus Pentecoſtes, præterquàm ſi morbo, aut preſſurâ, aut vi aliqua detentus ſit, aut mulier gravida, vel lactans.* Gregorii Bar-hebræi. ܒܝܘܡܬܢ ܠܐ ܒܟܠܗܘܢ ܝܘܡܝ ܦܢܛܩܘܣܛܝ ܣܘܪܝܝܐ ܘܝܘܢܝܐ ܫܪܝܢ ܐܪܒܥܬܐ ܘܥܪܘܒܬܐ܆ ܐܠܐ ܒܫܒܬܐ ܕܚܘܕܬܐ ܒܠܚܘܕ.

Jejunium Nativitatis Domini.

Jejunium Ninivitarum.

a Hoc tom. pag. 305.

De feria quarta & ſexta.

*Diebus noſtris non omnibus diebus Pentecoſtes Syri Græcique feriam quartam & ſextam ſolvunt, ſed in hebdomada in Albis dumtaxat.* De Syris Jacobitis loquitur. Nam Maronitæ antiquum Syrorum ritum hac in re à Paſchate Reſurrectionis uſque ad feſtum Aſcenſionis obſervant. ܡܫܡܠܝܢ ܐܝܬܘܗܝ. ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܩܫܝܫܐ ܕܢܬܠ ܠܥܠܡܝܐ ܕܢܫܬܐ ܚܡܪܐ ܥܡ ܪܚܡܗ ܒܨܘܡܐ ܕܐܪܒܥܝܢ. *Jacobi Edeſſeni. Non licet Presbytero facultatem ſeculari dare, ut vinum cum amico bibat in Jejunio quadrageſimæ.* ܩܘܪܝܩܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܟܠ ܡܗܝܡܢܐ ܐܘ ܡܗܝܡܢܬܐ ܕܠܐ ܢܛܪ ܨܘܡܐ ܕܐܪܒܥܝܢ ܢܬܦܪܫ ܡܢ ܥܕܬܐ. ܘܗܟܢܐ ܡܢ ܕܫܬܐ ܚܡܪܐ ܐܘ ܐܝܢܐ ܕܡܢ ܚܡܪܐ ܡܢ ܒܪ ܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ ܘܠܥܠ.

Carnis, Lacticiniorum, Vini, Piſcium, Oleique abſtinentia in Jejunio.

*Cyriaci Patriarchæ. Si quis utriuſque ſexus fidelis jejunium quadrageſimale haud obſervaverit, ab Eccleſia ſegregetur. Similiter & quicunque vinum aut quodlibet vini genus biberit, ſuprà vigeſimum ætatis annum conſtitutus.* ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܐܠܝܢ ܕܐܟܠܝܢ ܒܣܪܐ ܒܨܘܡܐ ܕܐܪܒܥܝܢ ܐܘ ܒܐܪܒܥܐ

ܕܐܟܠܝܢ ܒܥܪܘܒܬܐ. ܐܘ ܒܐܪܒܥܒܫܒܐ ܒܣܪܐ ܐܘ ܚܡܪܐ ܒܨܘܡܐ ܪܒܐ. ܢܬܚܪܡܘܢ. *Joannis Patriarchæ. Qui feria ſexta aut quarta carnem comedunt, aut vinum in Jejunio magno bibunt, interdicantur.* Gregorii Bar-hebræi. ܐܦܠܐ ܒܝܥܐ ܐܘ ܚܠܒܐ ܐܘ ܓܒܬܐ ܡܬܐܟܠܝܢ ܒܐܪܒܥܒܫܒܐ ܘܥܪܘܒܬܐ. ܡܢ ܚܡܪܐ ܕܝܢ ܘܢܘܢܐ ܒܨܘܡܐ ܪܒܐ ܒܠܚܘܕ ܡܬܟܠܝܢ ܡܗܝܡܢܐ. ܢܟܦܐ ܕܝܢ ܐܦ ܡܢ ܡܫܚܐ ܡܬܟܠܝܢ. ܘܒܝܘܡܬܐ ܡܫܬܥܝܢܐ ܕܨܘܡܐ ܪܒܐ ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܡܫܝܚܝܐ ܕܢܫܪܐ ܨܘܡܐ ܩܕܡ ܫܥܐ ܬܫܥ: ܒܫܒܬܐ ܕܝܢ ܘܒܚܕܒܫܒܐ ܘܒܫܪܟܐ ܕܨܘܡܐ ܟܠܗܘܢ ܒܛܗܪܐ. ܒܥܪܘܒܬܐ ܕܝܢ ܘܐܪܒܥܒܫܒܐ ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܡܗܝܡܢܐ ܕܢܬܚܫܚ ܒܡܐܟܘܠܬܐ ܟܠܝܬܐ ܩܕܡ ܡܥܪܒ ܫܡܫܐ. ܘܐܢ ܥܕܡܐ ܠܨܦܪܐ ܢܬܘܚܪ ܝܬܝܪ ܙܕܩ. ܡܛܠ ܕܡܢ ܢܘܗܪܐ ܫܘܪܝܐ ܕܒܪܝܬܐ ܥܒܕ ܐܠܗܐ ܘܠܐ ܡܢ ܚܫܘܟܐ. ܐܝܟ ܕܚܘܝܢ ܒܡܐܡܪܝܢ ܕܝܠܢ.

*Neque ova, aut lac, aut caſeus quarta & ſexta feriis comeduntur. A vino autem & piſcibus in Jejunio magno dumtaxat fideles abſtinere tenentur. Aſcetæ verò etiam ab oleo ſe continent. Et in ferialibus quidem Jejunii magni diebus non licet Chriſtiano ante horam nonam jejunium ſolvere: Sabbatis verò & Dominicis & in cæteris omnibus Jejuniis meridie. Feria autem quarta & ſexta non licet fideli ante Solis occaſum vetitis cibis uti* (hoc eſt, lacticiniis vel carne:) *idque ſi à veſpere ad matutinum differatur, æquius erit: quoniam à luce initium creationis fecit Deus, non à tenebris, ut in noſtris tractatibus oſtendimus*: Nimirùm in Candelabro Sanctorum, Fundamento 2. cap. 3. ſect. 1. ſcopo 6. ubi Bar-hebræus gentis ſuæ morem ſugillat, qui feria ſexta & quarta ſtatim poſt Solis occaſum jejunium ſolvunt. Ejus verba hoc tomo[a] protuli. Quod autem de Aſcetis obſervat Bar-hebræus, eos ſcilicet in Jejunio quadrageſimali non modo à vino & piſcibus, ſed etiam ab oleo abſtinere, hanc regulam ſeculares hodie ita amplexi ſunt, ut jejunium ſolvi credant, ſi vel oleo utantur. Sic enim diſciplina monachorum ad ſeculares tranſiit: *& ſeculo addicti homines & mulieres* (ut verbis utar doctiſſimi Allatii diſſert. 1. de libris Eccleſiaſticis Græcorum num. 1. de Typico:) *abſtinentias & jejunia Monachis, & ſimilis ſortis hominibus à Patribus præſcripta ita amplectuntur atque iis obligantur, ut ab iis vel minimum quidem unguem recedere piaculum ſit. Quare in tota Græcia* (addam ego & in Syria) *ferè ſecularium hominum ac monachorum vitæ inſtitutum, ſi uxores tantùm ſubtrahas, à quibus monachi ex præcepto abſtinent, quoad omnia unum idemque eſt.* Uſque adeò ſeverioris diſciplinæ legis Orientalibus placuerunt.

[a] Pag. 285.

Hæc de Syrorum Monachorum inſtituto ex ejuſdem nationis monumentis huc ideò congeſſi, ut ex iis, quæ veteres de cœnobitis Syris ſcripſere, hodiernus eorundem ſtatus agnoſcatur. Etſi enim

à Bar-

à Barſumæ temporibus celeberrima Syriæ Meſopotamiæque monaſteria cœperunt paulatim hæreſi Monophyſitica infici, donec orthodoxa fides ab iis (maximè in Meſopotamia) omninò exciderit; monaſticæ tamen diſciplinæ vigor ad hanc diem in ſuo robore permanſit; Deo ita diſponente, ut ex ipſis Catholica Eccleſia hoſtibus ſuis teſtes haberet, quos Novatoribus iſtis opponeret, qui Monachatum annexaque ei vota, tamquam libidini ſuæ minimè conſentanea, averſantur.

Qui plura de Syris monachis ſcire aveat, conſulat Syros ipſos monachos, qui egregios de inſtitutione monaſtica commentarios edidere: Iſaacum [a], inquam, magnum, alterum cognomento Ninivitam, Joannem Sabam, Gregorium, Abrahamum, Joannem Apamenſem: & Ananjeſu Chaldæum, libri [b] *Paradiſi* collectorem, in quo Græcorum, Ægyptiorum, Syrorumque Aſcetarum opera continentur. Eaque è Syriæ Ægyptique angulis in Bibliothecam Vaticanam nuper illata ſunt. Moſes denique Barcepha [c] elegantem tractatum ſcripſit, in quo myſteria exponit, quæ in Tonſura Monachorum continentur, ubi hæc de Monachatus origine diſſerit. [illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

*Intellige itaque, Fili, & tecum auditores omnes noverint, quid ſit Monachatus, & quæ ſint myſticæ ſignificationes hujus Inſtituti. Exercitationes ſiquidem monaſticæ anteceſſere monaſticum habitum. Nam veteres habitu hujuſmodi carebant, quum tamen caſta monachatus opera haberent, Henoch, inquam, & Noë, & Melchiſedech, & Moiſes, & Joſue filius Nun, & Elias, & Eliſæus, & Jeremias, & Daniel, plureſque alii eorum ſimiles: quorum temporibus etſi hic habitus nequaquam conceſſus fuiſſet; continentiam tamen, Aſceſim, juſtitiam, æquitatem & ſanctitatem colebant, &* fue-

a *Tom. 1. p. 567. 568. 569. 586. 607. 608.*
b *Hoc tom. pag. 492. 493.*
c *In Pontificali Syror. Jacobitar. pag. 257.*

*fuerunt ex iis etiam, qui virginitatem corporum ſuorum ſervavere. Quum autem ſervator omnium Chriſtus apparuit, Joannes Baptiſta, & Sancti Apoſtoli, & Evangeliſtæ eorumque diſcipuli hoc idem Monachatus inſtitutum amplexi, Deo vivebant. Tum verò Dominus Deus inter cætera dona ſua hanc etiam formam habitus monaſtici temporibus Antonii Magni conceſſit: omneſque qui eo induuntur, hoc eſt, qui eo digni ſunt, Monachi appellantur, & ædes illorum Monaſteria vocantur.* Itaque ad Antonium Magnum originem ſuam nomenque Syri Aſcetæ referunt, qui ſeipſos abſolutè *monachos*, & aliquando cum addito *Antonianos* [a] appellant; ſive ii Maronitæ ſint, aut Neſtoriani, vel Jacobitæ. [a] *Tom. 1. pag. 215.*

Atque hæc de Syris Monophyſitis in præſenti Diſſertatione dicta ſint ſatis.

# INDEX CAPITUM
## TOMI SECUNDI.


| | Anno Chriſti. | Pagina |
|---|---|---|
| CAPUT I. *Barſumas Presbyter & Archimandrita.* | 450. | 1 |
| CAP. II. *Xenajas Mabugenſis, qui & Philoxenus Epiſcopus Hierapolis.* | 518. | 10 |
| CAP. III. *Paulus Epiſcopus Callinici.* | 518. | 46 |
| CAP. IV. *Maras Epiſcopus Amidæ.* | 520. | 48 |
| CAP. V. *Joannes Epiſcopus Telæ.* | 520. | 53 |
| CAP. VI. *Joannes Bar-Aphtonius Abbas Canſarenſis.* | 530. | 54 |
| CAP. VII. *Zacharias Epiſcopus Melitinæ.* | 540. | 54 |
| *Hiſtoriæ ejuſdem Epitome.* | | 55 |
| CAP. VIII. *Jacobus Baradæus, ſeu Zanzalus, Epiſcopus Edeſſæ.* | 550. | 62 |
| CAP. IX. *Petrus Junior, Patriarcha Antiochiæ Monophyſitarum.* | 578. | 69 |
| CAP. X. *Moyſes Aghelæus, & Simeon Abbas.* | 570. | 82 |
| CAP. XI. *Joannes Epiſcopus Aſiæ.* | 570. | 83 |
| *Hiſtoriæ ejuſdem Epitome.* | | 85 |
| CAP. XII. *Cyriacus Epiſcopus Amidæ.* | 600. | 90 |
| CAP. XIII. *Thomas Heracleenſis Epiſcopus Germaniciæ.* | 610. | 90 |
| CAP. XIV. *Elias Patriarcha Jacobitarum.* | 710. | 95 |
| CAP. XV. *Joannes Epiſcopus Baſſoræ.* | 650. | 97 |
| CAP. XVI. *Dionyſius I. Patriarcha Jacobitarum, cognomento Telmaharenſis.* | 800. | 98 |
| *Hiſtoriæ ejuſdem Epitome.* | | 101 |
| CAP. XVII. *Cyriacus Patriarcha Jacobitarum.* | 800. | 116 |
| CAP. XVIII. *Joannes Epiſcopus Daræ.* | 830. | 118 |
| CAP. XIX. *Philoxenus Lazarus Epiſcopus Bagdadenſis.* | 830. | 123 |
| CAP. XX. *Theodoſius Patriarcha Jacobitarum.* | 890. | 124 |
| CAP. XXI. *Dionyſius II. Patriarcha Jacobitarum.* | 900. | 125 |
| CAP. XXII. *Baſilius I. Patriarcha Jacobitarum.* | 930. | 126 |
| CAP. XXIII. *Moyſes Barcepha Epiſcopus Beth-Raman.* | 900. | 127 |

| | Anno Christi. | Pagina. |
|---|---|---|
| Cap. XXIV. *Dionyſius III. Patriarcha Jacobitarum.* | 960. | 131 |
| Cap. XXV. *Joannes VII. cognomento Sarighta, Patriarcha Jacobitarum.* | 970. | 132 |
| Cap. XXVI. *Athanaſius V. Patriarcha Jacobitarum.* | 1000. | 141 |
| Cap. XXVII. *Joannes X. qui & Barſuſan, Patriarcha Jacobitarum.* | 1060. | 143 |
| Cap. XXVIII. *Joannes VIII. cognomento Abdon, Patriarcha Jacobitarum.* | 1010. | 145 |
| Cap. XXIX. *Dionyſius IV. Patriarcha Jacobitarum.* | 1040. | 152 |
| Cap. XXX. *Joannes IX. Patriarcha Jacobitarum.* | 1050. | 153 |
| Cap. XXXI. *Michaël I. cognomento Magnus, Patriarcha Jacobitarum.* | 1166. | 154 |
| Cap. XXXII. *Dionyſius Jacobus Barſalibi, Epiſcopus Amidæ.* | 1170. | 156 |
| Cap. XXXIII. *Joannes Saidus Barſabuni, Epiſc. Melitinæ.* | 1094. | 211 |
| Cap. XXXIV. *Theodorus Joannes Bar-Vehebun Patriarcha Jacobit.* | 1180. | 213 |
| Cap. XXXV. *Joannes Epiſcopus Mardæ.* | 1160. | 216 |
| Cap. XXXVI. *Michaël II. Patr. Jacobit.* | 1210. | 230 |
| Cap. XXXVII. *Joannes XIV. qui & Joſue Puſillus, Patr. Jacobit.* | 1215. | 232 |
| Cap. XXXVIII. *Jacobus Severus Epiſc. Tagritenſis.* | 1230. | 237 |
| Cap. XXXIX. *Joannes XV. cognomento Bar-Maadani, Patr. Jacobit.* | 1252. | 242 |
| Cap. XL. *David Pauli, & Daniel Chettab.* | | 244 |
| Cap. XLI. *Gregorius Barhebræus, vulgò Abulpharagius, Primas Orientis.* | 1250. | 244 |
| Cap. XLII. *Patriarchæ & Primates ſeù Maphriani Syrorum tùm Jacobitarum, tùm Neſtorianorum.* | | 321 |
| Cap. XLIII. *Dioſcorus Gabriel Epiſcopus Geziræ.* | 1285. | 463 |
| *Dioſcorus Bar-Kainæus Primas Jacobitarum.* | 1360. | 463 |
| *Severus Epiſcopus Canſarenſis.* | 640. | 463 |
| *Joannes Saba ex Epiſcopo S. Matthæi, Primas Jacobitarum.* | 680. | 463 |


Cap.

| | Anno Christi. | Pagina. |
|---|---|---|
| CAP. XLIV. *Daniel Preſbyter.* | | 463 |
| CAP. XLV. *Ignatius V. qui & Joſeph Bar-Vahib, Patriarcha Jacobitarum.* | 1293. | 464 |
| CAP. XLVI. *Ignatius IX. qui & Behenamus Hedlenſis, Patriarcha Jacobitarum.* | 1412. | 465 |
| CAP. XLVII. *Ignatius XI. qui & Joannes, ſeù Ananias Xenajas, Patr. Jac.* | 1484. | 468 |
| CAP. XLVIII. *Ignatius XII. qui & Noë Libaniota, Patr. Jacobitarum.* | 1494. | 468 |
| *Hiſtoria ejuſdem.* | | 469 |
| *Addenda & Corrigenda.* | | 473 |
| *Catalogus Patriarcharum Jacobitarum.* | | 479 |
| *Catalogus Primatum ſeù Maphrianorum Jacobitarum.* | | 482 |
| *Index Codicum manuſcriptorum.* | | 485 |

# SCRIPTORES SYRI,

## *QVORVM MENTIO*

## In hoc Tomo facta eſt.

1. PHARAADES, ſeù Aphraates Perſa, cujus meminit Sobenſis in Catalogo Scriptorum Syrorum pag. 55. *Librum paræneticum Syriacè edidit, duaſque ſuprà viginti epiſtolas juxta ordinem Alphabeti*, inquit Gregorius Bar-hebræus Par. 3. Chronici Syriaci in vita Papæ Seleucienſis Epiſcopi, cumque circa annum Chriſti 320. floruiſſe refert. Vide hoc Tomo pag.398.

2. ACHÆUS ſub Jezdegerde Perſarum Rege Epiſcopus Seleuciæ, ſcripſit hiſtoriam Martyrum, qui in Oriente ſub Sapore paſſi ſunt: item geſta S. Abdæ præceptoris ſui. Hoc Tom. pag.401.

3. SAMUEL diſcipulus Barſumæ Archimandritæ, ſcripſit hiſtoriam præceptoris ſui circa annum Chriſti 460. quæ Jacobitarum manibus teritur. Ejus meminit Bar-hebræus in libro, cui titulus Candelabrum Sanctorum, Fundam. 4. cap. 6. ſect. 2. & 3. Vide hoc tomo pag.296.

4. MATTHÆANORUM monachorum Canones duo ſuprà viginti, conditi anno Græcorum 810. Chriſti 499. quos *eodem antiquo charactere ad ſuam uſque ætatem in cœnobio S. Matthæi aſſervari* teſtatur Bar-hebræus in Chronici Syriaci Parte 3. in vita Acacii. Vide hoc tomo pag.408.

5. SIMEON Kokita, hoc eſt, ex Koka Aſſyriæ loco oriundus: claruit in agro Antiocheno in pago, quem Ghiſiram dicunt, circa annum Chriſti 510. idemque, teſte Bar-hebræo in Chron. Syr. Par. 2. in vita Severi Patriarchæ, auctor eſt Canticorum, quæ apud Syros *Kokenſia* appellantur. Pag.323.

6. SERGIUS Rheſinenſis Archiater, *primus fuit*, teſte Bar-hebræo in Chronico Syriaco fol. 25. *qui libros Philoſophicos & Medicos ex Græco in Syriacum traduxit*. Claruit, eodem Bar-hebræo teſte, ſub Ephræmo Patriarcha Antiocheno circa annum Chriſti 530. Pag. 323.

7. JULIANUS I. Patriarcha Petri Callinicenſis Syncellus ac ſucceſſor, ſcripſit librum pro eodem Petro adversùs Sergium Edeſſæ Epiſcopum, qui editum à Petro in Damianum Alexandrinum volumen reprehendebat. Obiit anno Chriſti 594. Pag.333.

8. JOANNES I. Patriarcha cognomento Sedrarum, jubente Amro Saadi filio Arabum Dynaſta, Evangelia è Syriaco in Arabicum ſermonem interpretatus eſt. Obiit anno Chriſti 649. Pag.335.

9. SE-

9. SEVERUS qui & Sabocht, Epiſcopus Kenneſrinenſis, à philoſophicis, mathematicis & Eccleſiaſticis ſtudiis apud Bar-hebræum commendatus. Vivebat anno Chriſti 640. Pag.335.

10. MARUTHAS Maphrianus Jacobitarum fuit ab anno Chriſti 629. ad annum 649. In monaſterio S. Matthæi *Ritus & Canones*, teſte Bar-hebræo, *ordinavit*. Pag.416.

11. CHIDIDATUS Senorinus Amidenſis claruit anno Chriſti 660. Verſus Jambicos S. Gregorii Nazianzeni anno Græcorum 976. Chriſti 665. è Græco Syriacos fecit, quorum fragmentum habemus Cod. Syr. ms. 28. ad calcem hujus Tomi pag.502.

12. ATHANASIUS II. Patriarcha Jacobitarum, patria Baladenſis, obiit anno Chriſti 687. Iſagogen Porphyrii, Dialecticoſque Ariſtotelis libros è Græco in Syriacum convertit anno Chriſti 956. in cœnobio Malchi, ubi monachum agebat. Vide Tom.1. pag. 493. & hoc Tom. pag.335.

13. ATHANASIUS III. Patriarcha Jacobitarum obiit anno 740. Synodum celebravit anno Græcorum 1037. Chriſti 726. in qua Armenos cum Syris Jacobitis conciliavit. Vide Galanum in Conciliatione Eccleſiæ Armenæ cum Romana Par. 1. pag. 105. & hoc tomo pag.296. & 338.

14. ELIAS Sigaræ Epiſcopus primam Partem S. Gregorii Nazianzeni commentariis illuſtravit. Circa annum 756. ab Athanaſio Sandalenſi depoſitus eſt, ſubſtituto in ejus locum Joſue Bacro. Vide hoc Tom. pag.338. & 339.

15. THOMAS Diaconus ſcripſit Tractatum de Punctis & interpungendi ratione, quem citat Jacobus Edeſſenus in Onomaſtico ad calcem hujus Tomi pag.499. Cod. Syr.22. qui anno Græcorum 1291. Chriſti 980. exaratus eſſe dicitur. Obiit autem Jacobus Edeſſenus die 5. Junii anno Græcorum 1019. Chriſti 708. ut ſcribit Bar-hebræus, cujus verba retuli hoc Tom. pag. 337.

16. GEORGIUS Patriarcha Jacobitarum obiit anno Chriſti 790. Quum in carcere eſſet, *ſcripſit*, Bar-hebræo teſte, *elegantes Orationes*, *& Hymnos: ſed & Canones 22. poſtquam inde exiit, conſtituit*. Commentaria in quatuor Evangelia per modum interrogationis & reſponſionis exſtant in Bibliotheca Vaticana. Synodica ejuſdem ad Joannem Alexandrinum Patriarcham XLVIII. laudatur à Renaudotio in Hiſtoria Alexandrina. Fragmentum epiſtolæ ad Guriam Diaconum Edeſſenum refertur à Bar-hebræo. Vide hoc Tomo pag.341.

17. THEODOSIUS ex Presbytero & monacho cœnobii Kenneſrinenſis, Epiſcopus Edeſſæ, frater Dionyſii I. Patriarchæ Jacobitarum, anno Græcorum 1113. Chriſti 802. Homiliam S. Gregorii Nazianzeni de miraculis Eliæ è Græco Syriacam feciſſe dicitur, in Codice Syr. 28. ad calcem hujus Tomi pag. 502. Ejus meminit Bar-hebræus in Chronico Syriaco Par. 2. in vita Dionyſii I. hoc Tomo pag. 345.

ubi

ubi affirmat, eum Carmina Theologi in Syriacum tranſtuliſſe.

18. PAULUS auctor verſionis τῶν ſeptuaginta apud Syros, Epiſcopus Telæ ſeu Conſtantinæ in Meſopotamia appellatur à Bar-hebræo hoc Tomo pag.279. Edeſſenus in Kalendario Jacobitarum dicitur, ut pag.47. obſervavi. De ejus ætate nihil certi affirmari poteſt, niſi quod elaborata ab eodem Syriaca veteris Teſtamenti verſio Heracleenſi quidem & Mabugenſi poſterior ſit; etſi ab antiquis Jacobitarum ſcriptoribus commendata.

19. ANTONIUS Rhetor, monachus Tagritenſis, quinque Orationes ſcripſit, quas Rhetoricam Philoponi nuncupavit, ut Bar-hebræus teſtatur, qui eundem floruiſſe refert ſub Dionyſio I. Patriarcha circa annum Chriſti 825. Vide hoc Tomo pag.307. & 345.

20. JOANNES III. Patriarcha ab anno Chriſti 846. ad annum 873. Jacobiticam Eccleſiam rexit. Anno verò Græcorum 1180. Chriſti 869. Synodum Caphartutæ celebravit, cujus octo Canones à Bar-hebræo laudantur hoc tom. pag. 302. ſex autem ſuprà viginti Arabicè exſtant ad calcem Nomocanonis Danielis.

21. ABIBI Tagritenſis epiſtolam ad Chriſtianos Arabas, treſque alias de Sancta Trinitate laudat Joannes IX. Jacobitarum Patriarcha in Synodica ad Chriſtodulum Alexandrinum miſsâ anno Chriſti 1066. Vide hoc Tomo pag.154.

22. JAHIA Abu-Zachariæ, Ebn-Adi, hoc eſt, Joannes pater Zachariæ, filius Adi, ſcriptor Jacobita, obiit, Bar-hebræo teſte in hiſtoria Dynaſtiarum, die 13. Auguſti anni Græcorum 1285. Chriſti 974. Scripſit multa opera, è quibus epiſtolam ad Alcaſemum Abil-Haſanum adversùs Neſtorianos laudat idem Joannes IX. Jacobitarum Patriarcha in epiſtola, cujus ſuprà memini.

23. ISA Abu-Ali, Zaraæ filius, filii Iſaac, filii Marci, Philoſophus Bagdadenſis Jacobita, natus eſt Bagdadi menſe undecimo anno Hegiræ 331. Chriſti 1008. Obiit die 19. menſis octavi anni Hegiræ 398. Chriſti 943. Quinque libros de Dialectica & Medicina Syriacè compoſuit: ſex autem è Syriaco in Arabicum tranſtulit. Pag.311. & 444.

24. JOANNES Maro, non is qui Syris Maronitis Patriarcha præfuit, ſed alter Monachus Jacobita, qui quum cœnobio Gaghæi apud Melitinam ſito ab anno Chriſti 1001. ad annum 1013. præfuiſſet, ad monaſterium Aaronis in montem Edeſſæ profugiens, ibidem quatuor poſt annis deceſſit. Ejus commentaria in Sapientiam Salomonis citantur à Bar-hebræo. Pag.283. & 351.

25. IGNATIUS Barchichi Maphrianus Jacobitarum quum anno Chriſti 1016. à Chriſtiana fide ad Mahometanam ſuperſtitionem defeciſſet, Carmen de Pœnitentia ſcripſit, cujus initium ex Bar-hebræo produxi pag.443.

26. JOSEPH monachus tres ſermones ſcripſit de Petro Diacono, quem

quem Barbari anno Græcorum 1369. Chriſti 1058. Melitinæ trucidarunt. Pag.317.

27. Basilius, qui & Abugalebus Barſabuni, Epiſcopus Edeſſæ, obiit anno 1129. Scripſit de expugnatione Edeſſæ tria Carmina metro S. Jacobi. Pag.317.

28. Joannes Bar-Andreas, hoc eſt, Andreæ filius, Epiſcopus Mabugenſis obiit anno Chriſti 1156. Scripſit Tractatum de Divina Providentia adversùs Joannem Mardenſem. Item Carmen ſermone Armenico, quo Armenios Judaicorum rituum accuſat. Denique Carmen Syriacum ſub nomine Michaëlis monachi, quo Athanaſium VIII. Patriarcham carpit, quod ſacros ordines pecunia venderet. Citantur à Bar-hebræo hoc Tomo pag.208. 211. 360. 361. & 362.

29. Joannes Chiſumæ Epiſcopus Bar-Andreæ æqualis, edito libello doctrinam Joannis Mardenſis de Providentia Dei impugnavit. Pag.208. Idem cum Theoriano diſputavit pro Michaële Jacobitarum Patriarcha anno Chriſti 1170. Vide pag.364.

30. Saliba Carigara Presbyter Jacobita, cui Dionyſius Barſalibæus pleraque ſua opera nuncupavit, obiit Melitinæ anno Chriſti 1164. Scripſit librum adversùs Joannem Mardenſem. Pag.208. 361. & 362.

31. Athanasius VIII. Patriarcha Jacobitarum obiit anno Chriſti 1166. Habuit Synodum in cœnobio Barſumæ anno 1155. in qua Canones quadraginta conditi. Pag.362. 363.

32. Gregorius Barſuma Saphius, qui & Bar-hebræus junior, ſenioris Bar-hebræi Abulpharagii frater, Maphrianus Jacobitarum, obiit anno Chriſti 1308. Vitæ fratris ultimam manum appoſuit, ſuamque ipſe conſcripſit, quæ exſtat ad calcem Chronici Syriaci Bar-hebræi. Pag.460.

# SCRIPTORES INCERTÆ ÆTATIS.

33. ELias Salamenſis, qui & Aphtonius, Diateſſaron Syriacum confecit: hoc eſt, ex quatuor Evangeliis unum digeſſit, cujus meminit Dionyſius Barſalibæus hoc tomo pag.159.

34. Aitallahas Presbyter & monachus cœnobii S. Zachæ, hoc eſt, Nicolai apud urbem Callinicum, ſcripſit Diſputationem adversùs Neſtorianos, quæ exſtat in Codice Syriaco 27. ad calcem hujus Tomi pag.502.

35. Eudochus, ſeù Eudoxius, Presbyter Melitinenſis, ſcripſit Tractatum de Vocibus Æquivocis Syriacis, cujus Bar-hebræus meminit hoc Tomo pag.308.

36. Athanasius medicus Amidenſis

37. Philagrius medicus Syrus: &

38. Gre-

38. GREGORIUS Epiſcopus & medicus: quos laudat Bar-hebræus in Chronico Syriaco hoc tomo pag. 315.

39. GEORGIUS Presbyter Regtenſis inter hiſtoriographos à Bar-hebræo laudatur pag.314.

40. GOSIUS Alexandrinus Syntagma medicum Aaronis Presbyteri è Græco Syriacum fecit. Pag.315.

41. AMMOES Presbyter & medicus edidit Carmen Syriacum de reſurrectione, quod exſtat in Cod. Syr. 28. ad calcem hujus Tomi pag. 502.

42. DANIELIS monachi Tractatus, qua in re Chriſma differat ab Euchariſtia. Exſtat ad calcem hujus Tomi pag.505. in Codice Syriaco, qui exaratus eſſe dicitur anno Chriſti 1234. Alius proinde hic Daniel eſt ab eo, qui Nomocanonem Bar-hebræi abbreviavit: nam Bar-hebræus anno Chriſti 1226. natus eſt, & anno 1286. obiit.

43. JOSEPH Bar-Garib Metropolita, &

44. JOSUE Ben-Hebron monachus Nomocanonem ſcripſere: quos David Emeſenus Gregorio Bar-hebræo & Daniele Presbytero priores fuiſſe teſtatur hoc Tomo pag.464.

45. DAVID Emeſenus Nomocanonis Auctor, cujus loco mox citato facta eſt mentio.

46. LISUS ſcripſit de re Canonica, cujus teſtimonium Bar-hebræus in ſuo Nomocanone uſurpat hoc Tomo pag.302.

47. CHRONICON Syriacum anonymum eidem Bar-hebræo memoratur in hiſtoria Dynaſtiarum, hoc tomo pag.310.

48. HISTORIAS Patrum, & Doctorum, & Martyrum apud Syros Jacobitas quinque ſuprà centum & viginti numerat Bar-hebræus. ibid. pag.303.

# SCRIPTORES SYRI SABÆI.

49. THABETI Ben Korra opera de Sabæorum ſecta, & alia. Pag.311.316.

50. THABETI Ben Senan Hiſtoria. 311.317.

51. SENANI Ben Thabeti Aſtronomia. 311.

52. ABRAHAMI Ben Helal epiſtolæ. 311.

*Scriptores Syri Neſtoriani, quorum hic mentio fit, in Tomum ſequentem rejiciuntur.*



D. Muratori inv. et del — Frezza Scul. Romæ sup. perm.

# BIBLIOTHECÆ ORIENTALIS CLEMENTINO-VATICANÆ

## TOMUS SECUNDUS.

## De Scriptoribus Syris Monophyſitis.

### Caput I.

### *Barſumas Presbyter & Archimandrita.*

I. Barſumæ patria, & inſtitutum.

FUIT Barſumas patria Samoſatenus ex vico ܐܘܛܢ *Autan*, ut Dionyſius in chronico ad annum Græcorum 746. Chriſti 435. Michael Meligenſis in Synaxario Coptorum die 9. Mechir, & Auctor Vitæ ejuſdem Cod. noſtro Syriaco XVI. tradunt. Adoleſcens in ſpeluncam, monaſticæ profeſſionis amore ductus, juxta Euphratem fluvium ſe recepit, ubi & nonnullos diſcipulos, eodem Meligenſi teſte, habuit. *Quum enim*, inquit ille, *ad Dei cognitionem* Barſumas *perveniſſet*, *relictis parentibus ad fluvium Euphratem ſe contulit*, *& ſanctum quemdam virum*, *Abraham nomine*, *adivit*: *qui veritus parentum eius indignationem*, *in paternam ipſum domum reduxit. Tum Barſumas in rupe quadam domicilium quæſivit*, *ubi complures habuit ſui inſtituti imitatores.*

فلما ولد ونشا في معرفة الله هرب من ابايه واتي
الى نهر الفرات واقام عند رجل قديس يقال له
ابراهيم فمضى به الى الديارة خوفا من ابايه . فاتي
الى شقيف وسكن هناك وصارت له تلاميذا .

Certè monachis eum præfuiſſe affirmant Acta Conciliabuli Epheſini

lecta Chalcedone Act. I. ubi *Presbyter*, & *Archimandrita* appellatur.

II. Ejuſdem ficta miracula.

Pergit porrò Meligenſis, & ratus inſignem ſanctimoniam miraculis carere non poſſe, quoniam nulla de ſuo Barſuma repererat, vel ipſe comminiſcitur, vel ab aliis Jacobitis conficta retexit, quum addit. *Amaram illius loci aquam precibus Barſumæ in dulcem Deus convertit. Multa inſuper miracula per ipſum patrata ſunt, è quibus hæc ſummatim delibare viſum eſt. Quum aliquando Barſumas cum ſuis diſcipulis à cella procul abeſſet, fuſis ad Chriſtum precibus ſolem in occaſum vergentem continuit, donec cellam ingreſſus eſt. Præterea quum urbis Ragam incolæ ethnica hactenus ſuperſtitione impliciti, Deo eorundem impietatem juſtiſſimè vindicante, pluvia diu caruiſſent, eam calamitatem deprecaturi, ad ſanctum virum adiere, à quo chriſtianæ religionis myſteriis imbuti, quum ſe Chriſto nomen daturos ſpopondiſſent, ſi pluviam impetraſſet, continuò Barſuma Chriſtum orante largiſſimum imbrem nubes profudere: quo miraculo ethnici illi diſſipata avitæ ſuperſtitionis caligine, divinæ fidei lumen acceperunt. Aliam quoque urbem ad Deum convertit, & plurima idolorum fana deſtruxit.* وكان مـــأ الموضـــع مـــرا فصلى فابدله الرب حلوا . واجـــرى الرب على يديه ايات عظام . فمنها انه دفعة كان بعيدا من قلايته هـــو وتلاميذه وامسى عليهم النـــهـــار . فسال المسيح فمسك له الشمس الى ان وصـــل الى قلايته . ودفعة اخرى كانت مدينة راغـــام اهلها كفرة وامتنع المطـــر بامـــر الله ان لا ينزل عليهم . ولما ضاق بهم الامر قصدوا القديـــس . فوعظهم وقرر معهم ان يومنوا بالمـــسيح اذا مـــا اعانهم بالمطر . فســـال المسيح ثم فنـــزل المطـــر فامنوا بالله . وكذلك مدينة اخرى ردها الى اللـــه : وهدم برابيا كثيرة : & paucis interjectis: وبـــشـــر فى مدن الســـامرة وامـــضـــوا على يـــده لمـــا ان صـــنـــع لهـــم ايـــــات : *Sed & in civitatibus Samaritanorum prædicavit Evangelium, patratiſque ibi plurimis miraculis, ad fidem eos perduxit.* Hæc & alia permulta comminiſcuntur Jacobitæ de Barſuma in Syriaca ejuſdem Vita, cujus meminit Barhebræus in ſua Theologia loco mox citando; callidè tamen, ut quod in rebus confictis ſtudioſè vitari ſolet, nulla nota plerumque conſignentur nomina perſonarum, aut temporum, aut locorum, nè fraus facilè poſſit deprehendi.

III. Jejunia, & hypocriſis.

De auſterioris autem vitæ cultu, deque admirandis Barſumæ jejuniis idem Meligenſis loco citato: وكان قد عمل له مكان يكون قايم فيه ولم يجلس فاقام قايما بغير جلوس اربعة وخمسين سنة . وكان اذا لزه النـــعـــاس ينـــام وهـــــو قـــايم . وكان يـــصـــوم جـــمـــعـــة جـــمـــعـــة : *Locum ſibi*, inquit, *hoc pacto aptaverat, ut ſedendi poteſtas non eſſet, ſed rectus ſtare cogeretur: manſitque in eo ſitu quatuor ſupra quinquaginta annos; nec niſi rectus, ſi quando ſomnus oppreſſiſſet, dormiebat. Jejunium verò per integras hebdomadas protrahebat.* Hinc grande myſterium in ejus nomine agnoſcunt ſectarii: Barſumas enim Syrorum ſermone ܒܪܨܘܡܐ *Bar-Sauma*, hoc eſt, *filius jejunii* interpretatur; quaſi *jejunio natus*, ut dicitur in Syriaca ejuſdem Vita Codice noſtro XVI. & *jejunio educatus eſſet*: ܕܡܢ ܟܪܣܐ ܕܐܡܗ ܕܨܘܡܐ ܗܘܐ ܘܒܨܘܡܐ ܐܬܪܒܝ. Similia nugatur quiſquis eſt Auctor Profeſſionis Fidei, quæ ab ordinandis apud Jacobitas exigitur Cod. Arab. Collegii Maronitarum de Urbe fol. 400. ubi Barſumæ jejunium ad integros quinquaginta quatuor annos ridiculè producit in hæc verba: مار برصوما سيد العباد وزين الناسكيـــن الذى تم اربعة وخمسين ســـنـــة مـــا قعد على الارض ولا اكل خـــبـــزا ولا شـــرب مـــــا : *Mar Barſumas monachorum dominus & Aſcetarum decus, quatuor annos ſupra quinquaginta tranſegit,*

nec

*nec unquam in terra ſedit, aut panem comedit, vel aquam bibit*. Quod quis crederet, niſi inſenſatus Jacobita?

IV. S. Simeonem Stylitam conſulit. Demum peregrinationem à Barſuma ad S. Simeonem Stylitam ſuſceptam narrat ſuprà laudatus Meligenſis. وكان هذا القديس فى زمان سمعان العمودى فاشتهى ان يراه . فجا اليه هذا القديس وتباركا من بعضهم ثم عاد الى ديره .

*Porro hic ſanctus*, inquit, *æqualis erat Simeoni Stylitæ: quem videre cupiens, adiit, & alter alterius benedictione donatus eſt: mox ad ſuum cœnobium remigravit*. Hiſce nimirum fabulis primipilo Monophyſitarum Barſumæ auctoritatem ex ſanctiſſimi Stylitæ familiaritate mendicare ſectarii conantur; quum tamen Evagrii teſtimonio lib. 2. cap. 10. conſtet, S. Simeonem pro Synodo Chalcedonenſi, qua Barſumas damnatus eſt, graviſſimas ad Leonem Imperatorem, & ad Baſilium Antiochiæ Patriarcham literas dediſſe.

V. In Eutychianum errorem abripitur. Hæc jejuniorum & ſingularis ſanctitatis fama, quam ſibi monachum hypocritam in aſceterio comparaſſe ſuprà dixi, fallendis populis opportuna fuit, & Eccleſiæ Syriacæ funeſtiſſima: quando egregium ille in Neſtorianos zelum prætendens, Eutychianam verè hæreſim primus in Meſopotamiam invexit. Exacto per Epheſinam Synodum Neſtorio, in duas Oriens ſciſſus erat factiones. Nonnulli pro decretis Synodi acriter, ut par erat, pugnabant, quos inter eximius Rabulæ Edeſſeni Epiſcopi ardor celebrabatur. Cæteri Joannem Antiochenum Patriarcham ſequuti, ex privato in S. Cyrillum odio ad impii Neſtorii defenſionem conſpiraverant: & hi quidem rurſus bifariam diviſi, partim damnatum Neſtorii errorem ad extremum uſque ſpiritum propugnarunt, plerique cum S. Cyrillo reconciliati ſunt. Non abſimili æſtu Clerici quoque & Monachi, ſuos quiſque æmulatus Antiſtites, ferebantur: ſed præ cæteris Chaldæi, Aſſyrii, Perſæ, atque hujuſce gentis in Edeſſena Schola Alumni, quos pro Neſtoriano dogmate adverſus communem Meſopotamenorum ſententiam ſtetiſſe notavi tom. 1. pag. 351. Hinc reliqui Syrorum Monachi, vel Epiſcopi, qui præfatos hæreticos, antequam Eutychiana hæreſis innoteſceret, impugnabant, apud univerſos Orientalium Eccleſiarum moderatores pro orthodoxis habebantur: necdum enim oppoſitam Neſtorianis doctrinam ad unius naturæ aſſertionem Eutyches contraxerat. Quamobrem Barſumas, obſcurus cæteroquin in angulo Euphrateſiæ monachus, inclareſcere in Syria cœpit, quaſi hoſtis Neſtorianorum acerrimus, ſed revera Neſtorianos ſimul & orthodoxos uno impetu feriens: namque Apollinaris & Manichæorum placitis imbutus, eadem Syris ipſe perſuadere conabatur, quæ Græcis Eutyches: *Ita enim* (ut verbis utar Auctoris Breviculi Hiſtoriæ Eutychianiſtarum tom. 4. Concil. Labb. pag. 1079.) *Ita*, inquam, *nihil volunt Eutychianiſtæ inter ſe eſſe, atque Neſtorium, ut quicumque apud eos Eutychianiſta non fuerit, Neſtorianus prorſus habeatur. Quæ eſt calliditas omnium ferè novatorum*, inquit Pagius ad ann. 451. num. 45. *ut qui cum ipſis non deſipiunt, ſtatim præcipites ire dicant in dogma aliquod pravum, & hæreſim manifeſtam: quaſi media aliqua non ſit, & ſana doctrina*.

Et quidem Barſumam Eutychiana hæreſi laboraſſe, ex Synodo Chalcedonenſi Act. 1. conſtat, ubi ille in Latrocinio Epheſino ſententiam Dioſcori amplexus, Eutychetis fidei & abſolutioni ſubſcribit in hæc verba: *Barſumas Presbyter & Archimandrita per interpretem Euſebium monachum dixit. Et ego, ut filius, ſequor proprios patres, & teſtimonium perhibens catholicæ fidei ſanctiſſimi & religioſiſſimi archimandritæ Eutychis, conſentio & concordo, & gratulor, quoniam reſtituiſtis ei ſacerdotii gradum & principatum ſanctiſſimi ſui monaſterii*. Idem disertè tradit Gre-

Gregorius Barhebræus, vulgò Abulpharagius, Scriptor & ipſe Monophyſita, in libro Theologico, quem nuncupat ܕܙܠܝܩܐ *Radiorum*, par. 3. cap. 3. ſect. 2. ubi hoſce ſibi objicit refellitque Eutychiani erroris patronos. ܡܦܩ ܒܪܘܚܐ ܕܝܘܠܝܢܝܣܛܐ. ܕܗܘ ܐܦ ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܠܚܫܘܗܝ ܕܡܪܢ ܨܒܝܢܝܐ ܘܠܐ ܟܝܢܝܐ ܡܘܕܐ. ܘܡܘܫܐ ܒܪ ܟܐܦܐ ܠܦܓܪܗ ܕܐܕܡ ܥܕ ܠܐ ܚܛܐ ܕܢܣܒܗ ܡܪܢ ܕܠܒܫ ܡܣܗܕ. ܘܒܬܫܥܝܬܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ ܕܠܐ ܐܝܟ ܦܓܪܐ ܗܘ ܕܐܢܫܐ ܦܓܪܗ ܕܡܪܢ ܡܬܐܡܪ. ܦܘܢܝܐ. ܣܓܝܐܐ ܐܢܘܢ ܘܡܗܝܪܐ ܝܬܝܪ: ܕܠܐ ܗܟܢ ܣܒܪܝܢ. ܩܕܝܫܐ ܓܝܪ ܒܣܝܠܝܘܣ ܐܡܪ ܐܢܐ ܘܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܘܝܘܚܢܢ ܘܐܡܦܝܠܘܟܝܘܣ ܘܣܪܘܓܝܐ ܘܐܘܪܗܝܐ. ܕܚܫܐ ܟܝܢܝܐ ܨܒܝܢܐܝܬ ܐܡܪܝܢ ܕܩܒܠ.

*Defenſio Julianiſtarum. Philoxenus, inquiunt, paſſiones Domini voluntarias, non naturales agnoſcit. Moyſes quoque Barcepha corpus Adæ, antequam is peccaſſet, Dominum induiſſe teſtatur. Denique in hiſtoria Mar Barſumæ, corpus Domini noſtri haud inſtar corporis humani eſſe dicitur. Reſponſio. Longè plures ſunt, iique doctiores, qui ſecùs ſentiunt: Sanctus, inquam, Baſilius, & Gregorius, & Joannes, & Amphilochius, & Sarugenſis, & Edeſſenus, qui naturales Dominum paſſiones ſponte ſuſcepiſſe affirmant.* Quibus verbis Barſumam verè Eutychianiſmo infectum fuiſſe, fatetur Barhebræus, negaturus certè, ſi falſo hæc de Barſuma narrari crediſſet. Quamobrem Jacobitarum Syriæ & Ægypti hæreticorum inconſtantiam mirari ſatis nequeo, qui quum Eutychen non ſecus atque Neſtorium execrentur, & in Eccleſiaſticis ipſorum libris paſſim veluti hæreſiarcham traducant, Barſumam tamen & Dioſcorum ejuſdem erroris, & majorum etiam criminum reos tamquam ſanctos colunt, ac veluti primarios ſectæ ſuæ auctores propugnatoreſque agnoſcunt: quodque magis mirandum eſt, idem Barſumas à Barhebræo, qui Eutychianos cæteroquin averſatur, Sanctus ſimul & Eutychianus uno eodemque loco appellatur. Id Severianis objecerunt Catholici in Collatione habita Conſtantinopoli anno Domini 533. tempore Juſtiniani Imperatoris circa initium in hæc verba: *Dicite nobis, qualem opinionem de Eutyche habetis? Orientales dixerunt: Tamquam hæreticus, magis autem princeps hæreſis. Reverendiſſimus Epiſcopus dixit: De Dioſcoro verò, & ſecundo in Epheſo Concilio, quod ab ipſo congregatum eſt, qualem? Orientales: Tamquam orthodoxorum. Epiſcopus dixit: Si Eutychen velut hæreticum condemnatis, quemadmodum Dioſcorum, & cum eo congregatos orthodoxos dicitis eſſe, qui Eutychen quidem hæreticum juſtificarunt, Flavianum verò & Euſebium condemnarunt?* &c.

VI. Conciliabulo Epheſino intereſt.

Excitatis igitur ab Eutyche circa naturas Chriſti in Eccleſia diſſidiis, quum S. Flavianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus novaturientem hominem in Synodo compeſcuiſſet, ejuſque ſententiæ Jacobus Diaconus & Archimandrita Syrorum per Zoticum Monachum ſuum (ut in Act. 1. Concil. Chalced. legitur,) ſubſcripſiſſet; Barſumas tamen damnati Eutychetis patrocinium ſuſcepit, & Jacobum prædictum cæteroſque in civitatibus Orientis conſtitutos Epiſcopos, qui Eutychiano errori adverſabantur, quaſi Neſtorianæ hæreſeos fautores averſatus, Orientalium quorundam Archimandritarum nomine legationem in Urbem regiam obire coactus eſt. Indicta jam fuerat à Theodoſio Juniore Epheſina altera Synodus, in qua Eutychetis cauſa

ia plenis Epiſcoporum ſuffragiis expenderetur. Huic ut ſibi intereſſe liceret, Barſumas Imperatori ſupplicavit, à quo tres epiſtolas in Concil. Chalced. Act. 1. relatas obtinuit. Alteram ad ipſum Barſumam, cujus initium *noſtram pietatem*: Alteram ad Dioſcorum Alexandrinum, *Pervenit ad noſtræ Serenitatis auditum*: Tertiam denique ad Juvenalem Hieroſolymitanum, cujus exemplar in Actis laudati Chalcedonenſis Concilii nequaquam inſertum eſt. Quibus in literis id bonus Theodoſius de catholicis Orientis Epiſcopis affirmat, quod mendaciſſimus Barſumas ipſi retulerat. *Noſtram*, inquit, *pietatem latere non potuit, in quali ſint certamine conſtituti per Orientem religioſiſſimi & ſanctiſſimi Archimandritæ, pro fide laborantes catholica, & quoſdam Epiſcopos in civitatibus Orientis conſtitutos, Neſtorianæ hæreſeos participes averſantes, collaborante etiam orthodoxo populo eiſdem religioſiſſimis Archimandritis*. Deinde Barſumam tamquam omnium Orientalium Monachorum legatum in Synodo locum habere jubet, his verbis ipſum alloquens. *Quoniam igitur & tua Sanctitas pro Catholica fide tantum laborem ſuſtinuit, ut ad noſtram perveniret pietatem, juſtum eſſe duximus, tuam Sanctitatem puritate vitæ & catholica fide probabilem ad Epheſinam pergere civitatem, & locum tenentem omnium religioſiſſimorum Archimandritarum Orientalium, conſidere ſanctæ Synodo, quæ ibidem diſpoſita eſt, convenire, & cum aliis ſanctis Patribus & Epiſcopis, quæ ſunt Domino placita, ordinare*.

Hinc ortum habuit fabula illa, quæ in Barſumæ Vita apud Meligenſem legitur loc. cit. his verbis:

ومضى الى الملك ثاودوميوس الصغير وثبته على
الايمان . فاعرض عليه اموال . فابى ان
ياخذها . فكتب ان يكون له السلطان على
جميع اساقفة كرسى انطاكية واعطاه خاتمه . ولما
اجتمع المجمع بافسوس على قطع نسطور حضر
هذا الاب وكتب له الملك بان يطيعوه كل روسا
بلاد انطاكية فكان يكتب الى ساير المدن
ويختم بخاتم الملك الذى اعطاه . فتعصبوا
اقوام اشرار وسعوا فيه للملك انه قد صار ياكل
ويشرب ويلبس . فسير الملك بعض اصدقاه . فلما
جا فلم يجد عليه شيا مما قالوا عنه . ثم احضره
للملك . فلما وجده الملك لم يتغير عن اموره
الروحانية فاكرمه واعاده حيث كان .

*Profectus autem ad Theodoſium Juniorem Imperatorem, in fide eum confirmavit, oblataſque ab ipſo ingentes opes recuſavit. Scripto igitur præcepit Theodoſius, ut in omnes Antiocheni Throni Epiſcopos poteſtatem Barſumas haberet, & anulum quoque ſuum ipſi tradidit. Quum autem Epheſina Synodus adverſus Neſtorium congregata eſſet, interfuit & hic Pater, cui Imperator ſcripta ſchedula conceſſit, ut omnes regionis Antiochenæ Præſules ei obtemperarent. Ille verò ſignatas Imperatoris anulo literas ad ſingulas urbes dabat. Quod fuit in cauſa, ut quidam flagitioſi homines conſpiratione facta Imperatorem adierint, & Barſumam ipſi detulerint, quaſi monaſticæ profeſſionis deſertorem, utpote qui abdicata veteris diſciplinæ ſeveritate commeſſationibus atque compotationibus operam daret, & pretioſis veſtibus uteretur. At miſſis Imperator quibuſdam familiaribus ſuis, qui rem accuratè perquirerent, quum nihil eorum, quæ de Barſuma jactabantur, deprehendiſſet, iterùm eundem ad ſe arceſſit, hominemque conſpicatus ex ſpiritualis vitæ propoſito nihil omninò remiſiſſe, ampliori ipſum honore affecit, & in locum ſuum abire juſſit*. Ubi Auctor Monophyſita præterquam quod Latrocinium Epheſinum cum Oecumenica Synodo, quæ adversùs Neſtorium in eadem urbe habita fuerat, confundit, à laico etiam Principe poteſtatem in univerſos Antiocheni Throni Præſules Presbytero Barſumæ contra omnes Eccleſiæ Canones traditam, anulumque Imperatorium ad obſignandas ubique literas conceſſum nugatur: quum Barſumas reverà nil aliud, ut ſuprà vidimus, à

Theo-

Theodoſio in Eutychianos nimiùm propenſo impetraverit, præter tres epiſtolas, quibus illi, ut Concilio Epheſi mox habendo intereſſe liceret, indultum eſt.

VII. In S. Flaviani necem conſpirat.

Quantum verò ea poteſtate Barſumas abuſus fuerit, declarant Acta ejuſdem Conciliabuli relecta Chalcedone. Nam primò Eutychetis doctrinæ & abſolutioni ſubſcripſit, ut ſuprà diximus num. 5. Deinde Flaviani damnationem ab impio Dioſcoro decretam amplexus eſt, in hæc verba: *Barſumas Presbyter & Archimandrita, interpretante eum Euſebio monacho, dixit. Et ego ſequens ſanctos Patres, qui in Nicæa convenerunt, & qui in Epheſo prius, nunc verò veſtram Sanctitatem, Flavianum quondam Conſtantinopolitanæ civitatis Epiſcopum & Euſebium damnatos à vobis condemnabo, ſciens quæ à veſtra Sanctitate acta ſunt, ſecundùm Dei timorem eſſe confecta.* Demùm ex Anachoreta & Sacerdote ſatelles factus, valida monachorum manu in Synodum irrupit, & Flaviano ipſi necem molitus eſt: *Irruebant enim in Eccleſiam milites cum armis* (inquit Baſilius Seleuciæ Iſauriæ Epiſcopus Dioſcorum increpans Act. 1. Concil. Chalced.) *& inſtabant monachi qui cum Barſuma, & parabolani, & multitudo alia grandis*: qui per ſummos terrores ac minas nolentium Epiſcoporum ſuffragia adverſus Flavianum extorquentes, eoſdem coëgerunt ſubſcribere puris albiſque membranis, in quibus deſcribendum quid eſſet, ignorarent. Et Act. 4. Diogenes Cyzici Epiſcopus ſacrilegum hominem inter refractarios monachos ſacræ Synodo ſeſe obtrudentem coarguens, *Barſumas*, inquit, *qui inter illos intravit, occidit B. Flavianum. Ipſe inſtabat & dicebat, occide*. Quod ſcelus & Patres univerſi conteſtantes, exclamarunt: *Omnem Syriam Barſumas evertit: duxit ſuper nos mille monachos*.

Atque hìc obiter notandus cl. Euſebii Renaudotii lapſus, qui tom. 2. Liturg. Orient. pag. 99. pro S. Flaviano Conſtantinopolitano Epiſcopo, quem à Barſuma interfectum fuiſſe mox vidimus, *Proterium* Alexandrinum ponit, in hæc verba: *At monſtro ſimile, Barſomæ nomen, ſcelerati illius monachi, qui Proterium occidiſſe dictus fuit in Chalcedonenſi Concilio, à quo anathemate perculſus, in Romana editione cum Sancti titulo reperiri*. Ubi doctiſſimus Vir quum acriter in Fr. Thomam de Terracina Miſſalis Chaldaici Cenſorem invehitur, quod Barſumæ nomen ſanctis Martyribus Stephano & Georgio adjungi permiſiſſet, eundem redarguens tamquam *Antiquitatum Eccleſiaſticarum imperitum*, non advertit, hallucinationis cenſuram in ſe quoque retorqueri poſſe, qui Proterium Alexandrinum cum Flaviano Conſtantinopolitano nulla habita nominis, ſedis, temporis, aut celeberrimi illius facti ratione confuderit. Præterquam quod ſi nuda Miſſalis Chaldaici verba expendantur, tantum abeſt, ut conſtet, Barſumam ibi expreſſum, monachum eſſe illum, quem Jacobitæ ſectæ ſuæ propagatorem laudant, ut potiùs colligatur alterum Barſumam martyrem ibi deſignari: Stephano enim & Georgio martyri, ut ſuprà dixi, adjunctus eſt. Barſumam verò martyrem alium à monacho in Syria claruiſſe, notavi in priori tom. pag. 331. Celeberrimum nimirùm Edeſſæ Epiſcopum, ſanctorum Sarbelii & Barbææ magiſtrum, quem Eccleſia Catholica in Martyrol. Rom. ſub die 30. Jan. celebrat: ubi Syriacum nomen ܒܪܨܘܡܐ *Bar-Sauma*, ad Latini ſermonis leges, ut ſolet, inflectens, in *Barſimæum* convertit: quemadmodum etiam ܫܪܒܝܠ *Sciarbel* ejuſdem Barſumæ, ut modò dicebam, diſcipuli nomen ibidem in *Sarbelium* commutavit. Æquius igitur erat, ut Renaudotius Romanum Cenſorem de martyre Barſuma locum illum intellexiſſe crederet. Scio Jaco-

Jacobitas exiſtimare hic & alibi non martyrem, ſed monachum ſuum Barſumam intelligendum eſſe. At enim Romanus Cenſor errores non niſi in Libro, quem præ manibus habebat, expreſſos expurgare ſui officii eſſe ducebat. Sed ad Barſumam.

VIII. In ſacro Chalcedonenſi Concilio damnatur.

Admiſſus in Concilium ut fidei ſuæ rationem redderet, nihil ad rem, quæ agitabatur, ſubdolus Barſumas reſpondit, ſed ſupplicationi à monachis Synodo porrectæ ſubſcribens, hanc fidem, quæ neutiquam exigebatur, obtruſit: *ſic credo, quomodo trecenti decem & octo: & ſic baptizatus ſum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ſicut ipſos Dominus docuit Apoſtolos*. Quaſi verò Synodus aliter ſentiret, aut Nicænam Synodum non perinde Neſtoriani admitterent. Tergiverſanti igitur cum ſociis Barſumæ terminus ad ejurandum Eutychianum dogma præſcribitur à Synodo Act. 4. his verbis: *Chriſti Domini benignitatem atque humanitatem imitans ſancta hæc & univerſalis Synodus, probat laudatque magnificentiſſimos & glorioſiſſimos Judices, & ſacrum Chriſtique amantem Senatum, de condeſcenſione erga monachos Caroſum, Dorotheum, Barſumam, & qui cum ipſis ſunt: ut memoratis ad deliberandum & ad obediendum ſancto huic & Oecumenico Concilio, & iis, quæ ab eo de recta fide ſtatuta ſunt, darentur triginta dierum induciæ, ideſt, à 15. die præſentis Octobris uſque ad Novembris 15.* Anni nimirùm Chriſti 451. quo Synodus habita eſt. Quid verò poſt hæc de Barſuma ſociiſque actum ſit, ex Synodi geſtis non liquet. Certum tamen videtur, eos Patribus obtemperare detrectantes, poſt præſcriptam quintamdecimam diem Novembris, anathemate perculſos fuiſſe.

IX. Quid de ejus geſtis & morte Jacobitæ.

Verùm audiamus Meligenſem de Barſumæ geſtis in Concilio Chalcedonenſi, deque ejuſdem exitu loco ſuprà citato ſic de more fabulantem.

ولما جمع الملك مرقيان المجمع سالوا اصحاب الملك ان لا يحضرهم برصوما لعلمهم بالنعمة التى فيه . ولما انصرف المجمع بالقول بالطبيعتين غلبهم وابطل اقوالهم فكتبوا للملك فيه . فاستحضره ولم يستطيع ان يقاوم النعمة التى فيه . ثم انصرف داعيا على الملكة فلم تقيم الا يسيرا وماتت . وكانوا المخالفين يعاندوه ويكتبوا الى اهل البلاد ان لا يسمعوا له الشعب فلم يسمعوا منهم . واتفقت الذى رحل ومعهم اسقف وكمنوا له فى الطريق ان يقتلوه . ولما ان ارسلوا خلفه ليأتي معهم الى الكنيسة فلما جا اليهم وتوسطوا معه فى الطريق رجموه . فصارت حجارتهم تعود على روسهم وانصرفوا خاريين . وبعد ذلك لما اراد الرب ان يخرجه من سجن هذا العالم فارسل اليه ملاكه ليعزيه ويعرفه ان الى اربعة ايام ينتقل من هذا العالم . فارسل تلميذه الى البلاد المجاورة لهم . فعزى كل المومنين وفيما طاف التلميذ وجا الى حيث راس يوحنا المعمدان فقبل الراس وبكى وماله فى مرقيان الملك . فجاه الصوت من الراس يقول لا تخاف فانه قد مات لان برصوما اشتكاه الى المسيح . فاما القديس فانه بارك على تلاميذه وتنيح وظهر عمود من نور قايما على باب القلاية . فراوه المومنين من بعد فاتوا ووجدوا القديس قد تنيح . فتباركوا منه ودفنوه كما يجب ووضعوه فى قبر .

*Mox congregata à Marciano Imperatore Synodo, rogarunt familiares ejuſdem, ut Patrum conſeſſu Barſumas excluderetur: noverant enim, quantam is à Deo nactus fuiſſet gratiam. Quumque duas in Synodo naturas aſſeruiſſent, oppoſuit ſe Barſumas, eorumque ſententiam impugnare cœpit. At illi hominem apud Imperatorem detulere, qui omni ope contendit, ut ad ſuam opinionem Barſumam pertraheret: nihil tamen effecit: neque enim poterat reſiſtere gratiæ, quæ in ipſo inhabitabat. Quare dimiſit eum: qui Imperatrici mala imprecatus, abjit. At illa paucis poſt diebus interiit. Hac ergo de cauſa adverſarii in Barſumam inſurrexerunt, datis ad provinciales literis admonentes, ut ab homine caverent. Verùm ſpe ſua fruſtrati ſunt: neque enim quiſquam eis aſſenſus*

*ſus eſt. Conſpirarunt autem adverſus Barſumam viri bis mille unacum Epiſcopo quodam, ut per inſidias interceptum perimerent. Quumque illum invitaſſent, ut ſecum ad Eccleſiam pergeret, iſque libenter annuiſſet, ex inopinato hominem infeſti adoriuntur. At lapidibus, quibus hoſpitem obruere moliebantur, in eorundem capita recidentibus, rubore ſuffuſi victique recedere coacti ſunt. Poſthæc volens Deus è carcere hujus ſæculi Barſumam educere, miſit ad eum Angelum ſuum, qui ipſum conſolaretur, eique ſequuturam quatuor poſt diebus mortem indicaret. Hoc ille accepto nuncio, diſcipulum ſuum ad vicinas circum regiones miſit, ut fidelium animos confirmaret. Ille verò quum ad eum locum perveniſſet, ubi caput Joannis Baptiſtæ ſervabatur, deoſculans illud, flere cœpit, & de Marciano Imperatore conqueri: ad quem vox hujuſmodi è ſancti Præcurſoris capite emiſſa eſt: ne timeas, inquit; periit enim Imperator, quia Barſumas illum apud Chriſtum accuſavit. Sanctus verò Barſumas diſcipulis ſuis benedixit, & requievit in pace. Et ſtatim apparuit columna ignis ſuper oſtium cellæ, quam & reliqua fidelium multitudo procul videns, ad Sanctum virum confluxit, eumque honorificè extulit.*

Hucuſque Meligenſis, vera falſis commiſcens. Verum enim eſt, Barſumam à conſeſſu Patrum Chalcedonenſis Synodi non modò prohibitum, ſed etiam velut S. Flaviani interfectorem & Dioſcori ſatellitem diris devotum fuiſſe. Verum quoque eſt, S. Pulcheriam Marciani conjugem biennio poſt Concilium atque ſoſpite adhuc marito, diem ſuum obiiſſe; quemadmodum etiam vero proximum exiſtimo, catholicos Antiſtites ipſumque Marcianum in Barſumam Orientis perturbatorem totque ſcelerum reum pro Canonum æquiſſima ſeveritate pœnas ſtatuiſſe. Reliqua verò, quæ Meligenſis ſuo Barſumæ appinxit, omnium ferè gentium hiſtoriis, traditionibus, atque omnis generis documentis repugnant. Cauſa, cur iſta Auctor Jacobita mentiretur, illa ipſa fuit, qua Barſumas apud omnes Orientis populos laborabat, infamia, quam quum nullo alio pacto abſtergere ſe poſſe conſideret, ad conſuetas hæreticorum artes confugit. Adeò iſtis perſuaſum eſt, veræ religionis notam omnium ferè clariſſimam conteſtatiſſimamque eſſe miraculorum donum: quod tamen Jacobitarum aliorumque hæreticorum cætibus defuiſſe, & nunc deeſſe, tàm certum eſt, quàm haudquaquam poſſe à rerum Auctore vanam aliquam & mendacem vitæ inſtituendæ rationem ac Superos colendi formulam prodigiis commendari; imò nec permitti quidem, ut eadem à malo Dæmone præſtigiis ſuis veluti ſignis adulterinis, quorum fraudem Deus non detegat, obſignetur. His præmuniendum lectorem duxi, ne ſi quando in progreſſu operis noſtri hujus generis quædam occurrant, aliquam inde auctoritatem aut laudem à nobis quæri exiſtimaret Scriptoribus heterodoxis, quorum non modò elucubrationes, ſed præcipua etiam geſta exponere, noſtra nos ſcribendi methodus & ratio cogit. Occurrent autem pauca, & nigro ubique theta notata, atque nonniſi neceſſitate cogente depromta; ubi videlicet deficientibus certioribus atque ſincerioribus documentis recurrendum erit ad Jacobitarum fontes, lutulentos illos quidem, ſed qui de Jacobitarum rebus ſcribenti, quando nulli alii ſuppetunt puriores, minimè ſint negligendi.

X. Ejus interitus, memoria apud Monophyſitas, & Templum in Monte Libano.

*Deceſſit ex hoc ſæculo* (ut notat Auctor Syrus vitæ ejuſdem in Cod. noſtro Syriaco XVI.) *Anno* Græcorum *ſeptingenteſimo ſexageſimo nono*, Chriſti 458. *die prima Februarii, ſepultuſque fuit die tertia ejuſdem menſis:*

ܢܦܩ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܠܥܠܡܐ ܗܢܐ ܒܫܢܬ
ܫܒܥܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܬܫܥ ܒܚܕ
ܒܫܒܛ ܘܐܬܩܒܪ ܒܬܠܬܐ ܒܗ.

Hinc

Hinc feſtum Barſumæ apud Armenos quidem agitur Kal. Februar. ut in libro, quem Donazuiz appellant, impreſſo Conſtantinopoli Anno Armenorum 1150. Chriſti 1701. Apud Jacobitas verò cùm Syros, tùm Ægyptios die tertia ejuſdem menſis, ut ex Kalendariis Syriacis & Arabicis liquet. Porrò memoria ſceleſtiſſimi hujus pſeudomonachi in omnibus ferè Monophyſitarum Codicibus ſacrum miniſterium continentibus occurrit. Sed & ejus cultum apud Maronitas in Monte Libano propagare conatus eſt Dioſcorus quidam cognomento ابن ضو *Ebn Dhau*, Jacobitarum Hieroſolymis degentium Epiſcopus, cum Moiſe ابن عطيه *Ebn Athia*, & Noë Bacuphenſi, aliiſque, quorum meminit cl. Stephanus Edenenſis in Chronico ad annum Chriſti 1487. Cod. noſtro Arabico 82. Hi enim in oppido Beſciara domicilium nacti, Abdalmonemum Libaniticæ provinciæ Præfectum in ſuum errorem pertraxere, Templumque ab eo ſub nomine Barſumæ in eodem oppido extrui curarunt: cujus Templi mentionem facit Abdalmonemus ipſe in ms. Cod. Syr. & Arab. Evangeliorum Bibliothecæ Collegii Maronitarum de Urbe fol. 9. in hæc verba:

لما كان فى سنة الف وسبعماية واحد وسبعين من
سنين اسكندر اليونـــاني ابن فيليفوس اوقفوا
الانجيــل الطاهر المقدمين وهم المقدم عبدالمنعم
ابن الزين والمقدم بدر ابن القمر عن انفسهـــم
وانفـــس والديهم وعن اولادهم وعن نفس المقدم
رزق الله وولده يعقوب اوقفوه للقديـــس الطاهر
الفاضل مار برصوما المعمور بقريـــــة بشرى .
عبدالمــنــعــــم ابن الزين كتب .

*Anno Alexandri Philippi Græcorum Regis* 1771. (Chriſti 1460.) *hunc ſacri Evangelii Codicem Dux Abdalmonemus Zaini, & Dux Badrus Camari pro animabus ſuis, & pro animabus parentum ſuorum, & pro filiis ſuis, & pro anima Ducis Reſcallæ & Jacobi ejus filii, legarunt ſancto, puro ac præſtantiſſimo Mar Barſumæ, cujus Templum ſitum eſt in oppido Beſciara &c. Scripſit Abdalmonemus Zaini filius.* Objit hic Abdalmonemus, Edenenſi teſte in Chronico, anno Chriſti 1469. Templum vero Barſumæ in oppido Beſciara excitatum fuerat ante annum 1460., ut ex præfata epigraphe conſtat. Fallitur ergo Edenenſis, quum in eodem Chronico ad annum 1487. templi hujus conditorem alterum Abdalmonemum facit, quem anno Chriſti 1495. objiſſe refert. Nec minus deceptus fuit Michael Riſius Maronitarum Patriarcha, dum Beſciarenſe Templum Barſumæ martyri, non monacho dicatum fortaſsè exiſtimans, hanc adnotationem in laudato Evangeliorum Cod. fol. 3. appoſuit:

ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܚܝܐ ܠܥܠܡ. ܦܛܪܘܣ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܪ̈ܘܢܝܐ.

فلما كان تاريخ ســنــة الف وثمانماية واثنين
وثمانين من سنين اسكندر اليوناني انتهبت الضيعة
قرية بشرى واخذوا انجيل مار برصوما وبقا سنة غايب
واشتراه القس سركيس ابن الخورى هارون من القرية
المذكورة بمبلغ اربعماية واوقفه للقديس المذكور .
واى من غيره يكون القديس مار برصوما خصمه .

*In nomine Dei vivi in æternum. Petrus Patriarcha Maronitarum. Anno Alexandri Græcorum Regis* 1882. (Chriſti 1571.) *directo oppido Beſciara, ablatus fuit etiam Codex Evangeliorum Mar Barſumæ: quumque per annum integrum deſideratus fuiſſet, repertus tandem à Sergio Preſbytero filio Aaron Archipresbyteri, de dicto oppido Beſciara, redemptuſque fuit quadringentis nummis, & legatus ab eodem fuit prædicto Sancto. Quiſquis igitur ipſum diſtraxerit, ſanctum Mar Barſumam experiatur ultorem.* Cæterùm conſtans apud Maronitas fama eſt, quam Edenenſis in Chronico loc. cit. Gabriel Barclaius in ſuis epiſtolis ad Libaniotas tùm Jacobitarum fautores, tùm adverſarios, & Syriacum ipſum Barſumæ Officium à Jacobitis in Monte Libano relictum confirmant, Barſumam, cui Templum Beſciaræ dicatum erat,

non martyrem Edeſſenum, ſed impium monachum Samoſatenum fuiſſe.

XI. Epiſtolas aliquot conſcripſit.

Inter Scriptores Syros Barſumæ locum damus ex iis, quæ Jacobitæ de ſuo anteſignano prædicant: ipſum videlicet plures ad ſectarios literas ſcripſiſſe, quæ hactenus in Meſopotamia circumferri dicuntur. Aſceticas aliquot ſe legiſſe teſtatur amiciſſimus idem ac rerum Syriacarum doctiſſimus Iſaac Archiepiſcopus Ninives, qui à Jacobitis propter orthodoxam fidem exagitatus, in Urbem ſe recepit, ubi Philoſophicis ac Theologicis libris è Latino in Arabicum convertendis ſtrenuam operam etiamnum impendit: additque, ſe dudum de iis dubitaſſe, an genuinæ ſint: Barſumam enim, inquit, à ſanctitate quidem & miraculis ab antiquis Monophyſitis plurimum; ab eruditione verò & doctrina nequaquam commendatum fuiſſe, ex omnibus ferè illorum hominum monumentis liquet.

XII. Alius à Barſuma Niſibeno, & Ægyptio.

Denique advertendum, duos alios exſtitiſſe Barſumas, quorum frequens eſt apud Orientales memoria, ut rectè monet Renaudotius tom. 2. Lit. Orient. pag. 99. Alterum Niſibenum Metropolitam Neſtorianiſmi apud Aſſyrios inſtauratorem, de quo dixi in priori tom. pag. 204. 346. & 351. Alterum Ægyptium Anachoretam *Nudum* cognomine, quem Copti in Synaxario die 5. menſis parvi referunt, in Eccleſia S. Mercurii in Cairo vetere, olim Babylone, aſceticam vitam per annos viginti egiſſe: mox in carcerem à Mahometano Principe detruſum, deinde poſt ſeptem dies libertate donatum, ad monaſterium شهران *Sciaharan* perrexiſſe, quod iter unius diei à Cairo vetere Thebaidem verſus diſtat, & mutato nomine دير برصوما العريان *monaſterium Barſumæ nudi* ab indigenis modò appellatur: Ibi demum deceſſiſſe die ultima anni Martyrum 1033. hoc eſt, 27. Auguſti anno Chriſti 1317. quem eum eſſe, qui لابس الحديد *ferro indutus* vocatur, contra Naironum Evopl. pag. 53. rectè conjicit Renaudotius tom. cit. p. 100.

## CAPUT II.

### *Xenajas Mabugenſis, qui & Philoxenus Epiſcopus Hierapolis.*

I. Xenajæ patria.

XENAJAS genere Perſa, in provincia Garmæorum in oppido *Tahal* natus eſt, ut ex Simeone Beth-Arſamenſi demonſtravi in priori tom. pag. 353. quod & confirmatur ex Anonymo Jacobita in Syriaca ejuſdem Vita Cod. noſtro Syr. 13. in hæc verba: ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܒܘܓ ܚܟܝܡ ܒܐܠܗܐ ܘܝܕܘܥ ܒܝܕܥܬܐ ܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܡܪܝ ܐܟܣܢܝܐ ܕܫܡܗ ܡܫܬܒܚ ܒܟܬܒܐ ܐܬܪܗ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܕܝܢܬܐ ܬܚܠ ܕܐܝܬܝܗ ܒܐܬܪܐ ܕܦܪܣܝܐ: *Philoxenus Epiſcopus Mabugenſis Deo ſapiens & ſcientia illuſtris, idem eſt ac Mar Xenajas, cujus nomen ab editis voluminibus celebratur. Patriam habuit TAHAL oppidum in regione Perſarum ſitum.*

II. Ejuſdem conditio ex Theodoro Lectore.

Conditione *ſervum*, eumque *Divini Baptiſmatis exortem* facit Theodorus Lector in hiſt. Eccl. relatus in Septima Synodo, Nicæna II. Act. 5. his verbis: *Perſa quidam Xenaias vocatus, quem tempore ſacerdotii ſui Calendio inveniens Eccleſiaſtica adulterare dogmata, & caſtella excitare* [1] *pellit*

NOTA.

1 *Excitare:* Rectiùs *vicos evertere*, ut vertit Henr. Valeſius pag. 569. *Vicos Antiochiæ viciniores nondum Baptiſmi lavacro expiatus, Clericum ſe fingens, à vero fidei ſenſu deturbabat*, inquit Theophanes ad annum Zenonis 17. & ex eo Cedrenus.

*pellit à regione. De hoc multa, quæ à diverſis audiens ſcrutatus ſum, ex parte dicam. A Perſarum enim regione proprium dominum fugiens, ad Romanorum pervenit.* Et paulò poſt. *Hunc Petrus pro Cyro Hierapolienſium Eccleſiæ Epiſcopum tranſmittit; quem non poſt multum Epiſcopi à Perſide venientes quaſi vernulam arguebant, & ut divini exortem Baptiſmatis. Quo comperto Petrus quid oporteret fieri non curans, dixit ſufficere illi Epiſcopi conſecrationem ad ſupplementum divini Sacramenti.* Eadem ex Theodoro tradunt Theophanes, Cedrenus, Nicephorus, cæterique recentiores: ſed & Tharaſius Conſtantinopolitanus Patriarcha poſtquam in Concilio lectus eſt, quem ſupra deſcripſi, Theodori locus, ſic Patres alloquutus eſt: *Audiamus, ſacrati Viri, qui non receperunt venerabiles imagines, NON BAPTIZATI, Manichæi, & hi qui phantaſiam prædicant in Chriſti diſpenſatione: ex quorum pollutionibus Chriſtianos accuſantis hæreſeos introductores fomites ſuſceperunt.*

III. Baptiſinus Xenajæ vindicatur.

Verùm Xenajam, ſceleſtiſſimum cæteroquin hæreticum, Baptiſmo tamen nequaquam caruiſſe, nec Clericum ſe, quum ordinatus non fuiſſet, finxiſſe, rationibus haud contemnendis ſuaderi poſſe exiſtimo: Tùm quia is in regione Garmæorum, antequam è Perſarum ditione in Syriam erupiſſet, Neſtoriano jam dogmati & Ibæ Edeſſeni Mariſque Perſæ conatibus, unàcum fratre Adæo, Papa Lapethenſi, Bar-hadbeſciaba Carduenſi, Beniamino Aſſyrio, aliiſque ſeſe oppoſuerat, ut ex Simeone Beth-Arſamenſi rerum Chriſtianarum in Perſide peritiſſimo notavi in priori tom. pag. 352. quæ omnia *vernulæ* homini & *nondum baptizato* haudquaquam conveniunt: Tùm quia ex ipſis Xenajæ ſcriptis, qualis is fuerit, deprehenditur: ſic enim Zenonem Imperatorem alloquitur in Epiſt. *de Incarnatione Dei Verbi* Codice noſtro Syr. 2. ܐܠܗܘܬܗ ܡܫܝܚܝܐ

ܒܪܐ ܚܕ ܡܢ ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܐܝܟ ܕܡܘܕܥ
ܡܠܬܗ ܕܟܕ ܐܡܪ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܦܘܩܘ
ܬܠܡܕܘ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܘܐܥܡܕܘ
ܐܢܘܢ ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ .
ܒܫܡܗ ܗܟܝܠ ܕܗܢܘ ܕܡܝܬ ܥܡܕܬ .
ܘܗܘ ܕܒܫܡܗ ܥܡܕܬ : ܥܠܘܗܝ ܡܘܕܐ
ܐܢܐ ܕܡܝܬ ܚܠܦܝ . ܘܗܘ ܕܒܡܘܬܗ
ܥܡܕܬ ܘܒܫܡܗ : ܠܗ ܠܒܫܬ
ܐܢܐ ܕܒܥܡܕܐ ܡܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ .

*Unigenitus Filius unus eſt de Trinitate, ſicut ipſe ſignificat, quum ad Diſcipulos ſuos ait: Ite, docete omnes populos, & baptizate eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Igitur in ejus nomine BAPTIZATUS SUM, qui mortuus eſt: & illum, cujus in nomine BAPTIZATUS SUM, confiteor pro me mortuum fuiſſe: eum denique, cujus in nomine & morte BAPTIZATUS SUM, credo me ex BAPTISMO induiſſe.* Quid clarius dicere potuiſſet, ut ſe baptiſmo initiatum ſignificaret? Et in Tract. *de Trinitate & Incarnatione* Codice noſtro Syriaco 10.

ܘܗܫܐ ܒܟܠܙܒܢ ܐܚܝܕܝܢ ܘܢܛܪܝܢ ܘܠܐ
ܡܚܒܠܝܢ ܒܚܕ ܡܢ ܦܘܪܣܝܢ ܐܘ ܪܘܫܡܐ
ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܐܘ ܚܬܡܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ .

*Nunc & ſemper retinemus, cuſtodimus, nec ulla ratione corrumpimus aut ſignaculum fidei, aut ſigillum Baptiſmatis*: ubi loquitur Xenajas de Symbolo Nicæno, deque Forma, ut vocant, Baptiſmi: de qua profectò non ita ſollicitus fuiſſet, ſi Baptiſmo caruiſſet. Tùm demùm quia Pontifices Orthodoxi, quales erant in Syria non pauci ſub Petro Cnapheo, non baptizatum nec ritè ordinatum hominem in Epiſcopali dignitate nequaquam tuliſſent; eoque ſolo de crimine convictum Xenajam Flavianus ſanctiſſimus Antiochiæ Preſul omni honore ſpoliaſſet: nec ordina-

dinari ſe à Paſtore ordinum ſacrorum exorte permiſiſſent Catholici Hierapolitæ, quos ipſe Xenajas in Epiſt. *ad Monachos Senunenſes* Codice Nitrienſi 27. fol. 121. à ſe & Baptiſmo, & Ordinibus ſacris initiatos refert in hæc verba: ܘܟܕ ܣܝܡܘܬ ܐܝܕܝ ܩܒܠܘܗ ܟܠܗ؛ ܩܠܪܘܣ ܣܛܪ ܡܢ ܚܕ ܒܠܚܘܕ ܐܚ̈ܐ ܘܐܚ̈ܘܬܐ ܟܠܗܘܢ ܐܢܐ ܟܬܒܬ: ܘܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܢܫ ܦܠܓܗ ܕܡܕܝܢܬܐ ܥܡܕܬ ܘܡܢ ܗܠܝܢ ܐܢܐ ܐܓܪܐ: ܩܒܠܬ ܕܐܝܟ ܠܝ ܥܒܕܘܗܝ ܘܐܝܟ ܗܪܛܝܩܐ ܠܡܚܪܡܘ ܠܝ ܥܒܕܘ.

*Quumque univerſus Clerus, uno dumtaxat excepto, impoſitionem manus à me ſuſceperit, & fratres ſororeſque omnes ego deſcripſerim, & dimidiam, ut ita dicam, civitatis partem baptizaverim; hæc tamen ab ipſis mihi merces reddita eſt, ut me veluti hæreticum anathematizarent.*

Quare veroſimilius puto cæteris Xenajæ flagitiis, quæ plurima erant & veriſſima, hoc aliud nequaquam verum de Baptiſmo non ſuſcepto, ex fama, quæ res hujuſmodi exagerare ſolet, ab orthodoxis in odium flagitioſiſſimi hominis adjectum fuiſſe: quod indicare videtur Theodorus Lector, quum ſcribit: *de hoc multa quæ à diverſis audiens ſcrutatus ſum, ex parte dicam*: non enim ex publico ille inſtrumento, aut de viſu, ſed ex auditu refert quod ſupra de Xenaja dictum eſt. Id verò, quod Tharaſius narrationem Theodori confirmans in Synodo ſubjunxit, nullum in hac parte hiſtoriæ pondus addit; præſertim quum eundem Xenajam *Manichæum & qui phantaſiam in Chriſti diſpenſatione prædicaverit*, afferat: à qua hæreſi quantum Xenajas abhorruerit, conſtat ex multis voluminibus mox recenſendis, in quibus Eutychianos ille & Manichæos diſertè refellit. Nec mirum eſt, nec novum, ab aliquo etiam ſanctiſſimo œcumenicarum Synodorum Patre ex privata ſententia, vel ex vulgi rumore, aut ex alicujus Scriptoris auctoritate, id aliquando affirmatum fuiſſe, quod à veritate longe diſtaret. In eadem Act. 5. Concilii Nicæni II. Joannes Theſſalonicenſis Epiſcopus dum ſacrarum Imaginum cultum vindicat, in hunc errorem labitur, ut Angelos & animas eſſe corporeas affirmet: quod doctiſſimus Binius in notis ad laudatam Synodum advertit his verbis: *Notandum, quod hac Actione* (V.) *Joannes Theſſalonicenſis ait, Angelos & animas eſſe corporeas, idemque cum Baſilio & Athanaſio univerſam Eccleſiam ſentire, falſum eſt, & ab Eccleſia nequaquam receptum. Quod autem ex profeſſo & inſtituto Synodi allegabat, Angelos & Animas pingi poſſe, judicio Eccleſiæ probatum eſt. Rationem quam ille ibidem intulit, Synodus non curavit: utpote quod de retinendo uſu Imaginum dumtaxat in ea ageretur.* Vide Bellarminum to. 2. Controv. lib. 2. de Conciliorum auctoritate cap. 12. ubi de erratis Epiſcoporum in his quæ ad fidem aut bonos mores non pertinent.

IV. Quo anno Epiſcopatum Hierapolis, ſeu Mabugi adeptus eſt, & Philoxenus appellatus.

Quo anno Xenajas Hierapolis Epiſcopus renunciatus ſit, colligitur ex laudata ipſius Epiſtola ad monachos Senunenſes, quam ex Philippopoli Thraciæ urbe ſcripſit, paulò poſtquam in exilium cum Severo pulſus fuit: nimirùm circa annum Chriſti 522. ut infra oſtendam. In ea ſiquidem Epiſtola Hierapolitanam Eccleſiam per *quatuor ſupra triginta annos* ſe rexiſſe teſtatur, inquiens.

ܠܗ̇ܝ ܡܕܝܢܬܐ ܗܢܐ ܕܡܒܘܓ ܕܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܘ ܡܠܟܘܬܗ ܘܫܢ̈ܝܐ ܘܕܡܫܝܚܐ ܩܕܡ ܗܘܐ ܘܗܘܐ ܠܗܘܢ ܘܢܦܠ ܠܡܫܡܫܘܬܐ ܘܠܡܕܒܪܘ ܘܡܠܟ ܘܐܬܚܡܘ ܘܐܪܥܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܐܬܠܒܟ ܘܐܘܟܠ ܫܢܝܢ ܟܕ ܡܕܡ ܐܢܐ ܟܠܠ ܫܢܝܐ ܕܐܬܝܐ ܐܪܒܥܐ ܠܗܘܢ ܡܦܩܝܢ ܗܘܐ ܠܡܫܡܫܘ ܘܐܫܬܘܢ ܘܗܘܫܢ ܡܫܡܫܐ:

*Hujus*

*Hujus igitur* (ideſt, Alexandri) *fidem amplecti juſſi ſunt Clerici & Monachi noſtræ civitatis ab eo, qui ipſis præeſt; noſtram autem fidem, quæ Patrum & Apoſtolorum eſt, & quam ego per annos triginta quatuor in omnibus Eccleſiaſticis conventibus ipſis prædicaveram, jubentur ab eodem, veluti Manichæorum hæreſim reputare.* Quare ſi ab anno 518. quo is in exilium pulſus, annos 34. retrogrediendo numeres, Epiſcopatum inierit, neceſſe eſt, anno Chriſti 485. ut Baronius rectè ſcribit, & conſtat ex Summario Synodi à Petro Fullone celebratæ tom. 4. Concil. Labb. pag. 1103. in quo legitur: *Zenon Calendione Antiocheno in exilium acto in Oaſim, Petrum Fullonem denuò reſtituit: qui hæretica convocata Synodo, ſacram Chalcedonenſem Synodum anathemate notavit, & multis cum ſceleribus Xenajam Hierapolis Epiſcopum deſignavit*: idque Theophanes innuit, de Petri Fullonis reſtitutione ad annum prædictum hæc ſcribens: *Imperator autem Zeno à tyrannis ſe opprimentibus liber, Calendionem Antiochenſium Eccleſia expulit, & Oaſim relegavit, atque Petrum Fullonem in Sedem reſtituit.* Et paucis interjectis: *Petrus autem Fullo Antiochiam ingreſſus, multa nefanda perpetravit, ut puta Synodi execrationes, Epiſcoporum abrogationes, noxiorum intruſiones, ordinationes illegitimas, & his ſimilia*: quibus verbis Xenajæ ordinationem proculdubio intelligit, de quo idem Theophanes ad annum Zenonis 17. laudatum Theodori Lectoris locum exſcribens, & *Calendion quidem*, inquit, *exitium exterminaverat*, (Xenajam ſcilicet expellendo;) *Petrus autem Fullo Hierapoleos Epiſcopum conſecratum appellaverat Philoxenum*.

Fallitur ergo Anonymus Vitæ Xenajæ Auctor, qui in cit. Cod. noſtro Syr. 13. cum *anno Chriſti* 488. Epiſcopatum iniiſſe refert, in hæc verba:

ܘܟܕ ܐܬܡܠܝ ܒܟܠܗ ܡܠܦܢܘܬܐ

ܕܣܘܪܝܝܐ ܘܒܝܕܥܬܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ
ܡܠܝܐ : ܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܡܒܘܓ
ܡܕܝܢܬܐ ܒܝܘܡܝ ܙܝܢܘܢ ܡܠܟܐ
ܒܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܐܘܟܝܬ ܫܢܬ
ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܬܡܢܐ
ܠܡܐܬܝܬܗ ܕܡܪܢ :

*Quumque omnigena Syrorum eruditione imbutus eſſet, & ſcientia Spiritus Sancti abundè inſtructus, Mabugi urbis Epiſcopus factus eſt ſub Zenone Imperatore anno* (Græcorum) *octingenteſimo, hoc eſt, quadringenteſimo octogeſimo octavo ab adventu Domini noſtri*. Nam præterquamquod Petrus Fullo, à quo Xenajas Epiſcopus ordinatus eſt, duobus ante annis perierat, ut vult Eminentiſſimus Baronius, vel ſaltem eodem anno Chriſti 488. ut demonſtrat Pagius, annus autem Græcorum octingenteſimus ex communiori Syrorum ſententia reſpondet anno Chriſti 489. non 488.; idem Anonymus in citata Xenajæ Vita ad calcem de tempore Epiſcopatus ejus hæc addit:

ܐܪܒܥܝܢ ܐܠܐ ܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ
ܕܒܪ ܠܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ :

*duodequadraginta annis ſanctam rexit Eccleſiam*: quæ tamen ſupputatio ſive ad exilii, ſive ad mortis ejus tempus referatur, nullo modo ſtare poteſt, ſi dicatur is anno 488. Epiſcopatum iniiſſe: relegatus enim fuiſſet, vel interiiſſet non anno Chriſti 518. vel circa 522. quibus exilium & mors ejus contigere, ſed anno 526. in quem neutrum cadere poteſt.

V. Catholicos exagitat, & Flavianum Antiochenum ad Henoticum Zenonis ſuſcipiendum adigere nititur.

Epiſcopatum adeptus Xenajas, in id totus incubuit, ut ſacram Chalcedonenſem Synodum abrogaret, ac Monophyſitarum hæreſim Henotico Zenonis veluti temperatam verbo ſcriptiſque confirmaret. Furenti ſuppetias tulere Petrus Fullo, ejuſque ſucceſſor Palladius, uterque in Catholicos infenſiſſimus. Quum autem Palladio hæretico Flavianus ortho-

thodoxus anno Chriſti 498. ſubſtitutus fuiſſet, Xenajas hominem exagitare cœpit, ut vel eum in ſuam ſententiam induceret, vel ſede dejiceret. Rem narrat Evagrius lib. 3. hiſt. Eccl. cap. 31. ex Epiſtola Monachorum Palæſtinæ ad Alcyſonem Nicopolis in Illyrico Epiſcopum. *In hoc*, inquit, *rerum ſtatu quum eſſent totius orbis Eccleſiæ, Eutychiani & Dioſcoriani ad exiguum prorſus numerum redacti ſunt. Quumque brevi defecturi eſſent, ita ut amplius in terris non exſtarent, Xenajas quidam verè nominis ſui, ideſt, alienus à Deo, neſcio quo conſilio, nec qua de cauſa ſuſceptas adverſus Flavianum inimicitias exercens: prætextu tamen fidei ut plerique narrant, adverſus eum commoveri, eumque tamquam Neſtorianum calumniari cœpit. Sed quum ille Neſtorium ſimul ejuſque opinionem ſub anathemate damnaſſet, Xenajas relicto Neſtorio, ad Dioſcorum* [1] *tranſgreſſus eſt, & ad Theodorum ac Theodoritum & Ibam ac Cyrum & Eleutherium* [2] *ac Joannem, alioſque neſcio quos, nec unde collectos. Ex quibus quidam Neſtorii dogma revera ſectati fuerant: quidam verò quum in ſuſpicionem ejus rei veniſſent, poſtea idem dogma ſub anathemate damnaverant, & in Eccleſiæ communione extremum diem clauſerant. Hos, inquit, omnes Neſtoriani dogmatis aſſertores niſi anathematizaveris, Neſtorianus es, licet Neſtorium millies cum doctrina ipſius anathematizes. Scriptis etiam literis ad fautores Dioſcori & Eutychis, eos concitavit, ſuadens eis, ut ſibi adverſus Flavianum auxilio eſſent, exigerentque ab eo, non quidem ut ipſam Synodum, ſed ut eas dumtaxat perſonas quas ſuprà nominavi, ſub anathemate damnaret. Quibus quum Flavianus Epiſcopus diu multumque reſtitiſſet, aliique rurſus cum Xenaja adverſus illum inſurrexiſſent, Eleuſinus ſcilicet Cappadociæ ſecundæ Epiſcopus, Nicias Laodiceæ quæ eſt in Syria, & ex aliis locis alii, quorum odii adverſus Flavianum quænam cauſæ fuerint, haud noſtrum eſt, ſed aliorum exponere: tandem illos hoc facto quieturos eſſe arbitratus, ceſſit illorum contentioni. Quumque ſupradictas perſonas ſcripto anathematizaſſet, libellum ſuum ad Imperatorem miſit: nam & hunc adverſus Flavianum, tamquam Neſtoriani dogmatis propugnatorem, commoverant. Sed neque hac re contentus Xenajas, exegit iterum à Flaviano, ut & Synodum ipſam, & eos qui duas naturas in Chriſto prædicaverant, alteram carnis, alteram Deitatis, anathemati ſubjiceret. Qui quum id facere recuſaſſet, rurſus Xenajas eum ut Neſtorianum accuſavit.* Et paucis interjectis. *Interea Xenajas & Dioſcorus, multis Epiſcopis ſibi adjunctis, intolerabiles erant, dum tumultus concitarent adverſus eos, qui Synodum anathemati ſubjicere recuſabant. Ex quibus eos, qui ad finem uſque ipſis non ceſſerant, multis machinationibus in exilium ejici curarunt.* Sed de his infrà.

Nequid vero Xenajas intentatum relinqueret, quo conceptam animo hæreſim firmius ſtabiliret, bis in Urbem regiam ad Anaſtaſium Imperatorem, qui Monophyſitis impensè favebat, profectus eſt, ut ipſe teſtatur in laudata ad Senunenſes Epiſtola fol. 129. in hæc verba. VI. Bis Conſtantinopolim proficiſcitur.

ܘܐܙܠܬ ܕܝܢ ܙܒܢ̈ܝܢ ܬܪ̈ܬܝܢ ܠܡܕܝܢܬܐ
ܡܠܟܘܬܐ

N O T Æ.

1 *Dioſcorum*. Ita in omnibus Evagrii editionibus. Sed legendum puto *Diodorum*, quum hìc de Neſtorianis Epiſcopis, non de Eutychianis agatur, nec Dioſcoro Xenajas aut ſeniori, aut juniori anathema unquam dixiſſe perhibeatur. Quod & confirmatur ex eo quia Theodoro, Theodorito, Ibæ aliiſque qui hìc nominantur, tùm à Catholicis tùm à Monophyſitis præmitti aut conjungi ſolet *Diodorus* Tarſenſis, non Dioſcorus Alexandrinus, qui ab eis omnino abhorruit

2 *Eleutherium*. Eutherium lego, qui fuit Tyanorum in Cappadocia ſecunda Metropolita, Neſtorii familiaris, & pertinaciſſimus S. Cyrilli hoſtis.

ܘܡܕܡ ܕܡܢ ܦܠܒܝܢܘܣ ܘܡܩܕܘܢܝܘܣ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܕܡܕܝܢܬܐ
ܡܠܟܘܬܐ ܘܩܕܡܝܗܘܢ ܡܢ ܩܠܢܕܝܘܢ :
ܣܒܠܬ ܕܝܢ ܐܦ ܗܠܝܢ ܒܟܠ ܕܘܟ ܡܬܝܕܥܢ
ܘܡܬܬܢܝܢ . ܫܒܩ ܐܢܐ ܕܝܢ ܗܠܝܢ
ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܟܬܫ ܠܘܩܒܠܝ ܒܙܒܢܐ
ܕܩܪܒܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܠܘܬ ܪ̈ܘܪܒܢܐ ܗܢܐ
ܡܪܚܘܬܐ ܕܝܠܗ ܕܐܬܐܡܪ : ܦܠܒܝܢܐ
ܗܪܛܝܩܐ : ܘܡܢ ܗܠܝܢ ܠܘܬܝ ܕܓܕܫ
ܠܝ ܒܐܘܪܗܝ ܘܒܐܬܪܐ ܕܐܦܡܝܐ
ܘܠܘܬ ܥܡܗ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܟܕ ܐܝܬܝ
ܒܕܝܪܐ ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܒܣܐ : ܘܡܢ ܗ
ܠܘܬ ܒܢ̈ܝ ܢܣܛܘܪܝܐ : ܘܠܘܬ ܟܕ ܙܒܢ̈ܬܐ
ܠܡܕܝܢܬܐ ܡܠܟܘܬܐ ܠܘܬܝ ܐܙܠܬ
ܘܐܚܪܢܝܬܐ ܐܣܬܟܠܘ ܒܐܘܗ ܠܘܬܗ
ܡܕܡ ܕܗܪܛܝܩܐ ܢܣܛܘܪܝܢܐ :

*Quæ autem à Flaviano & Macedonio Antiochiæ & regiæ Urbis Archiepiſcopis, & ante hos à Calendione pertulerim, ubique locorum nota ſunt & narrantur. Omitto quæ adverſus me tempore belli Perſici* [1] *apud optimates molitus eſt prædictus Flavianus hæreticus, & quæ mihi acciderunt Edeſſæ* [2], *& in regione Apameenſium, & Antiochenorum, quum eſſem in monaſterio beati Mar* [3] *Baſſi: & quas denique ſtruxerunt mihi inſidias hæretici Neſtoriani, quum ſemel & iterum ad Urbem regiam profectus ſum.* Utriuſque Xenajæ profectionis meminerunt Eccleſiaſtici Scriptores. Et ſecundam quidem narrat Theophanes ad annum Anaſtaſii 16. Chriſti 506. *Xenajam*, inquit, *Manichæorum ſectatorem*, *Philoxenum alias dictum*, *utpote qui unà ſecum ſentiret*, *Anaſtaſius Byzantium accerſivit. Macedonius autem Clero*, *Monachis*, *& populo propter eum tumultuantibus*, *neque communione*, *neque alloquii familiaritate dignatus eſt*: *quocirca clam eum Urbe ſubduxit Anaſtaſius*. Primam verò profectionem refert Victor Tununenſis in Chronico ad Conſulatum Joannis Gibbi anno 499. geſtum, his verbis: *Anaſtaſius Imperator Flaviano Antiocheno & Philoxeno Hierapolitano Præſulibus*, *Conſtantinopoli Synodum congregat*: *& contra Diodorum Tarſenſem*, *Theodorum Mopſveſtenum cum ſcriptis*, *Theodoritum Cyri*, *Ibam Edeſſenum*, *Eucherium* (Eutherium) *Quirum* (Cyrum) *& Joannem Epiſcopos*, *ceteroſque alios*, *qui in Chriſto duas prædicabant naturas duaſque formas*, *& qui non confitentur Unum de Trinitate crucifixum*, *unàcum Leone Epiſcopo Romano*, *& ejus Tomo*, *atque Chalcedonenſi Synodo*, *inferre anathema perſuaſit*. Quæ Tununenſis narratio, ut benè advertit Pagius ad ann. 498. num. 8. ex Theophane corrigenda eſt, qui ſcribit, *Macedonium Conſtantinopolitanum Epiſcopum Anaſtaſii Imperatoris conſilio Monaſteria Urbis à præcipua Eccleſiæ communione ob Zenonis Concordiæ Sanctionem ſe dirimentia*, *ſtuduiſſe reconciliare*, *& quum propoſitum non poſſet exſequi*, *de convocandis in unum*

per

NOTÆ.

1 *Belli Perſici*. Quod ſub Anaſtaſio Imperatore, & Cavade Perſarum Rege geſtum deſcripſi ex Joſue Stylita in priori tomo à pag. 272.

2 *Edeſſæ*. Joſue Stylites in Chronico ad annum Græcorum 809. Chriſti 498. Xenajam refert Edeſſenorum licentiam pro concione increpaſſe. ܘܟܕ ܐܦ ܒܐܘܪܗܝ ܐܫܬܟܚ
ܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܒܘܓ ܗܘ ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ
ܐܝܟܢܐ ܕܡܣܬܒܪ ܗܘܐ ܕܠܘܬܗ ܕܟܠܢܫ ܡܬܚܙܝܢ ܒܡܠܟܘܬܐ :
ܕܡܠܦܢܐ ܒܐܝܕܗ ܢܣܒ ܗܘܐ ܡܛܠ ܗܕܐ ܚܕ ܝܘܡ ܡܠܠ ܥܡܗܘܢ :

*Quumque Mabugenſis Epiſcopus Xenajas Edeſſæ verſaretur cui inter alios potiſſimum convenire credebatur, ut per eam occaſionem Doctoris partes aſſumeret, hàc tamen de re* (hoc eſt, de ſpectaculis abrogandis) *una duntaxat die ſermonem ad ipſos* (Edeſſenos) *habuit*.

3 *Baſſi*. Recole quæ de monaſterio Baſſi notavi in priori tom. pag. 243.

*per Vrbem peregrinantibus Epiſcopis, deque ſcripto firmandis, quæ Chalcedonenſis Synodus recte decreverat, Imperatori auctorem fuiſſe: quod per actum ſcripturæ conſignatum poſtea factum eſt*: videlicet, ut idem Theophanes ſubjungit, *Monachis Dii, & Baſſiani, & Inſomnium atque Matronæ, qui ab iis qui Vnionis Sanctionem admiſerant, cœtus Eccleſiaſticos ſeparatim agere propoſuerant, in arrepto ſemel conſilio conſtanter perſeverantibus, illos potius ſuæ concedere voluntati decrevit Macedonius, quàm duriorem in eos ciere perſecutionem.* Et hæc quidem Macedonius. Verùm Xenajam longe aliud Imperatori conſilium ſuggeſſiſſe, credibile eſt: illud nimirum, quod ex Tununenſi ſupra deſcripſi: à quo tamen abhorruiſſe Flavianum conſtat, tùm ex iis, quæ ex Evagrio retuli: tùm quia nulla Epiſcoporum Synodus Conſtantinopoli habita eſt, ut affirmat Theophanes loc. cit. aut ſiqua habita fuiſſet, Macedonius ei potius, quàm Flavianus intereſſe debuiſſet. *Quis enim credat*, ut recte advertit Pagius, *Conſtantinopoli Synodum habitam, à qua abfuerit Macedonius Patriarcha Conſtantinopolitanus, & interfuerit Flavianus Patriarcha Antiochenus? Hoc procul dubio abſurdum.*

VII. Sidonienſem Synodum congregari curat.

Hæc Xenajas Conſtantinopoli. At in Syriam reverſus, ab anno 507. ad annum 510. frequentibus apud Anaſtaſium Imperatorem calumniis Flavianum vexare non deſtitit, donec
1 is Zenonis Henoticum [1] ſuſcepit: *qui Epiſcoporum ſibi ſubditorum congregata Synodo*, ut refert Theophanes, *prolixam ſcripſit Epiſtolam, Nicænam, Conſtantinopolitanam & Epheſinam admittens Synodos, Chalcedone verò actam ſilentio præteriit.* Et paucis interjectis: *Porrò Flavianus privatam Anaſtaſio dedit Epiſtolam, qua in mentem ejus omninò concedit, quemadmodum etiam impius Xenajas, qui eò progreſſus eſt temeritatis, ut adverſus diviniſſimum Leonem Romæ Epiſcopum, Synodum ipſam, & utriuſque aſſeclas execrationes immitteret. Quin etiam Conſtantinus Seleuciæ Epiſcopus Sanctam Chalcedonenſem Synodum anathemate percuſſit, eadem prorsùs ac Xenajas ſcribens. Flavianus autem, ac ſi ipſos eo nomine accuſare maluiſſet, hæc omnia Imperatori per literas renunciavit. Imperator Flaviano ſuccenſuit; Conſtantinum autem atque Xenajam probavit amplius &c.*

Quo Anaſtaſii favore abuſus Xenajas, Sidone Synodum congregari poſtulavit, in qua Orientales & Palæſtini Epiſcopi Chalcedonenſe Concilium palàm rejicerent. *At Anaſtaſius Imperator*, ut ſcribit Cyrillus in Vita Sancti Sabæ edita per Coteleriumtom.3. pag. 289. *effræni inſania in Flavianum ac Eliam Patriarchas uſus, præcipit Synodum Sidone Epiſcoporum Orientalium & Palæſtinorum fieri, juſſitque ut Synodo præeſſent Soterichus Cæſareæ Cappadociæ & Philoxenus Hierapolis, qui Epiſcopi decreta Concilii Chalcedonenſis præcipue anathematizabant, nec non Eutychi, Dioſcoro, eorumque pravæ alienæque doctrinæ patrocinabantur.* Meminit hujus Synodi Theophanes ad annum Anaſtaſii 20. Auctor Libelli Synodici, Marcellinus in Chronico, & Dionyſius Jacobitarum Patriarcha ad annum Græcorum 823. eamque anno Chriſti 512. inchoatam, & ſequentis anni initio finitam, docte Pagius oſtendit. Tantum verò abfuit ut in ea Synodo hæretici triumpharent, ut potiùs veritas catholica confirmata ſit: operâ præſertim Eliæ Hieroſolymitani Antiſtitis, qui Flaviano animum contra heterodoxos addidit, ut conqueritur Anaſtaſius Imperator cum S. Saba ejuſdem Eliæ legato in cit. tom. 3. Coteler. p. 300.

Ve-

NOTA.

1 *Henoticum*. Vide quæ notavi in priori Tom. pag. 343. de SS. Flaviano & Elia Patriarchis, qui Henoticum Zenonis ſuſceperunt.

*l eſter Archiepiſcopus propugnatorem ſe fecit Chalcedonenſis Synodi, quæ Neſtorii dogmata confirmavit; neque hoc ſolum, ſed etiam Antiochiæ Præſulem Flavianum labefactatum ad ſe pertraxit. Unde quum Chalcedonenſis doctrina anathemate catholico & univerſali percutienda jam eſſet à Synodo, quæ nunc Sidone congregata eſt, ipſe ſolus prohibuit, re unàcum Flaviano compoſita.* Sed & Eutropius Tribunus utrique Præſuli adverſus impios Xenajæ & Soterichi conatus ſuppetias tulit. Hic enim, ut narrat Theophanes, non modo laudatam Synodum *dicto citius diſſipavit ſolvitque*, verùm etiam ea abrogata *Flaviano Antiochiæ & Eliæ Hieroſolymorum, ſubjectiſque ipſis Epiſcopis, ut quæ Sidone fuerant acta literis ad Imperatorem referrent, auctor fuit.*

VIII. In Flaviani depoſitionē conſpirat.

Quare ſpe ſua fruſtratus Xenajas, unàcum Soterícho impietatis ſocio ad Imperatorem reſcribit, niſi Flavianus & Elias ſedibus deturbati in exilium mittantur, cunctos Concilii Chalcedonenſis propugnatores fore, turbarum quæ in toto Oriente excitabantur, ipſos auctores fuiſſe affirmans, ut ſcribit Theophanes loc. cit. cui conſonat Cyrillus in Vita S. Sabæ pag.307. inquiens: *Itaque quum Flavianus & Elias Patriarchæ, ſicut dictum eſt, Sidonem veniſſent, literaſque blandas ac* [1] *diſpenſatorias ad Imperatorem miſiſſent, Synodumque Sidoniam, quæ contra rectam fidem congregata fuerat, diſſolviſſent, atque ad proprias ſedes eſſent reverſi, indignati Soterichus & Philoxenus, ad effrænem iram concitaverunt Imperatorem, quaſi per Patriarcharum aſtutiam, fraudem, & ſimulationem deceptus fuiſſet. Unde accepta quam volebant poteſtate, multum auri Antiochenæ plebi tribuendo, variis modis Flavianum affligentes, & quodammodo ſuffocantes, cogenteſque Chalcedonenſem Synodum anathemate ferire, cum ab Epiſcopatu expulſum exilio damnarunt.* Porrò quales tùm Xenajas in urbe Antiochena tumultus excitaverit, & quibus de criminibus Flavianum apud Imperatorem poſtulaverit, ex ore ſenum quorundam decrepitorum, *qui cuncta quæ in Flaviani ejectione acciderant, memoria tenebant*, deſcribit Evagrius lib.3. cap.32.

IX. Severum in Antiochena Synodo Epiſcopum ordinat.

*Ejecto Flaviano, Severus ad Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ promotus eſt anno urbis Antiochiæ quingenteſimo ſexageſimo primo, menſe Dio, Indictione ſexta currentis tunc circuli*, inquit Evagrius lib. cit. initio cap. 33. hoc eſt, menſe Novembri anni Chriſti 512. ut late Eminentiſſimus Noriſius diſſert. 3. de Epochis Syro-Macedonum cap. 6. Xenajam autem in Severi intruſione primas geſſiſſe, teſtatur Anonymus Vitæ ejuſdem Auctor in laudato Cod. noſtro Syriaco 13. ܗܘ ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܗܘܐ ܪܫܐ ܕܣܘܢܗܕܘܣ ܕܒܗ ܐܬܬܣܝܡ ܡܪܝ ܣܐܘܝܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ. *Ipſe*, inquit, *Xenajas præfuit Synodo, in qua ordinatus eſt Mar Severus Patriarcha.* Synodum verò pro Severi ordinatione habitam indicat Theophanes anno Incarnationis ſecundùm Alexandrinos 504. qui Kalendis Septembris anni Chriſti 511. inchoatur: *Conſilium ſubinde dabant, qui ad eum* (Flavianum) *expellendum ab Imperatore miſſi fuerant Magiſtratus, ut ob enatos tumultus* (quos Monachi tùm Flaviano, tùm Xenajæ aventes in urbe Antiochia excitaverant, teſte Evagrio loc. cit.) *ad breve tempus ſecederet. Illo itaque ad Platanos* (urbem Syriæ Antiochiam inter

N O T A.

1 *Diſpenſatorias.* Hæ Flaviani & Eliæ literæ fuerunt in cauſa, ut à Theophane aliiſque Scriptoribus tanquam proditæ religionis rei accuſarentur; præſertim quum eas Monophyſitæ depravaſſent, ut teſtantur Monachi Palæſtinæ in Epiſt. ad Alcyſonem apud Evagr. lib.3. cap.31.

ter & Laodiceam poſitam) *profectò, impium Severum in ſchiſmaticorum monaſterio ad Gazæ Majumam priùs monachum agentem, confeſtim ordinaverunt Epiſcopum: Flavianum verò Petras ſimul cum aliis pluribus Epiſcopis, Clericis, & Monachis ferro onuſtos relegaverunt.* Sed clarius Dionyſius in chronico ad annum Græcorum 823. Chriſti 512. poſtquam Sidonienſem Synodum deſcripſit, de Antiochena hæc ſubjungit: ܦܠܒܝܢܐ

ܗܪܛܝܩܐ ܐܫܬܟܚ. ܡܬܚܠܦܢܘܬܐ ܦܩܕ
ܡܠܟܐ ܐܢܣܛܣܝܘܣ ܕܬܬܟܢܫ ܬܘܒ
ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܬܬܥܒܕ ܐܚܪܬܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܚܠܦ ܦܠܒܝܢܐ. ܘܟܕ ܐܬܟܢܫܬ.
ܥܒܕܘ ܐܢܫ ܠܐܢܫ ܕܝܪܝܐ ܕܫܡܗ
ܣܘܝܪܐ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܬܐܘܕܘܪܐ.

*Flaviano hæretico deprehenſo, juſſit Anaſtaſius Imperator aliam Antiochiæ Synodum fieri, in qua Patriarcha in locum Flaviani ſubſtitueretur. Congregata igitur Synodo ordinaverunt quemdam Monachum, Severum nomine, ex monaſterio Theodori.* Meminit ejuſdem Antiochenæ Synodi Auctor Libelli Synodici Conc. Labb. tom. 5. pag. 1414. & Xenajas ipſe in laudata Epiſtola ad Senunenſes fol. 107. inquiens: ܐܠܐ ܐܟܡܐ ܕܒܟܠ

ܡܕܡ ܕܒܗ ܥܠܡܢܝܬܐ ܘܡܘܬܒܐ
ܕܣܘܢܗܕܘܣ ܗܘ ܕܦܘܪܢܣܐ ܡܪܝܐ
ܘܗܘܘ ܕܝܠܢ ܘܡܕܝܢܬܐ ܕܨܘܪ ܡܠܟܐ
ܕܟܠܐ ܐܚܪܢܐ. ܟܠܩܝܕܘܢܐ: ܗܢܝܢ
ܘܡܫܠܡܘ ܠܗܘܢ ܐܦ ܐܦܝܣܩܘܦܐ

ܟܠܗܘܢ ܕܒܟܠ ܕܘܟ ܗܘܐ ܡܢ ܫܢܝܐ
ܐܪܒܥܝܢ ܟܕ ܫܘܝܢ ܐܡܪܐ ܘܚܬܡܝܢ ܠܟܬܒܐ
ܗܢܘܛܝܩܘܢ ܘܚܪܡܐ ܕܣܘܢܗܕܘܣ
ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ ܘܛܘܡܣܐ ܕܠܐܘܢ.

*Sed in omnibus conſentimus & communicamus Synodo, quæ in ditione Ægyptiaca* [1] *congregata eſt, & huic noſtræ Orientali, quæ paulo ante habita fuit Antiochiæ: quibus & conſenſere omnes ubique locorum Epiſcopi quadraginta* [2] *ab hinc annis ſubſcribentes libro Henotico, & anathema dicentes Synodo Chalcedonenſi, & Tomo Leonis.* Ubi per Antiochenam Synodum, eam Philoxenus intelligit, quæ in ordinatione Severi habita fuit, cujus actorum pars legitur apud Dionyſium in chronico ad annum citatum.

X. In Catholicos Syriæ ſecundæ debacchatur.

Quantum ſub Severo in Catholicos debacchatus fuerit Xenajas, apparet ex Epiſtolis Monachorum Syriæ ſecundæ ad Hormiſdam Papam, ad Joannem & Mennam Conſtantinopolitanos Patriarchas, & ad Quintam generalem Synodum, in quibus etſi nomen Xenajæ expreſſum non eſt, haud dubium tamen, quin ille conjunctis cum Severo Antiocheno & Petro Apameenſi ſtudiis Eccleſiam Dei tamquam ferus aper devaſtaverit.

XI. De Tyria Synodo à Severo & Xenaja celebrata, Dionyſii teſtimonium expenditur.

Dionyſius in Chronico Tyriam Synodum à Severo & Xenaja celebratam refert his verbis. ܒܫܢܬܗ

ܠܡܬܦܠܐ ܘܟܢܘܫܝܐ ܕܨܘܪ ܐܬܟܢܫܬ
ܣܘܢܗܕܘܣ ܒܨܘܪ ܡܢ ܦܝܣܘܬܗ ܕܡܒܒܓ
ܐܢܣܛܣܝܘܣ ܘܐܬܟܢܫܘ ܠܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ

*dato ei ſuo Henotico, Alexandriam remiſit: qui hæretica convocata Synodo, Chalcedonenſem Sanctam Synodum anathemate notavit.* De hac intelligendum eſſe Xenaiam, colligitur ex ſequentibus.

N O T Æ.

1 *Ægyptiaca.* Duæ Alexandrinæ Pſeudo-Synodi nominantur in Libello Synodico Concil. Labb. tom. 4. pag. 1151. & 1152. Altera ſub Timotheo Æluro celebrata anno Chriſti 476. Altera ſub Petro Mongo Æluri ſucceſſore anno 482. quo Zeno Imperator Henoticum promulgavit, de qua hæc Auctor Synodici: *Zeno Imperator Petrum Mongum,*

2 *Quadraginta abhinc annis,* hoc eſt, anno Chriſti 482. quo Zeno Imperator Decretum Henoticum promulgavit, cui pleríque Orientalium ſubſcripſere.

ܐܦܣܩܘܦܐ ܡܕܢܚܝܐ ܘܕܐܦܡܝܐ
ܘܕܐܘܦܪܛܘܣܝܐ ܘܕܐܘܣܪܗܢܐ ܘܕܡܣܦܘܛܡܝܐ
ܘܕܐܪܒܝܐ ܘܕܦܘܢܝܩܐ ܕܠܒܢܘܢ .
ܘܩܕܡܘ ܕܝܢ ܠܗܕܐ ܣܘܢܗܕܘܣ
ܐܝܠܝܢ ܗܘܘ ܣܘܝܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܛܝܡܬܐܘܣ ܕܡܕܝܢܬܐ
ܡܠܟܬܐ ܒܝܕ ܢܦܝܩܝ ܕܝܠܗ . ܐܠܝܐ
ܕܐܘܪܫܠܡ ܒܝܕ ܢܦܝܩܝ ܕܝܠܗ .
ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ .
ܣܘܡܟܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܪܗܘܡܝ .
ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܕܡܒܘܓ . ܝܘܚܢܢ
ܕܬܠܐ . ܦܘܠܐ ܕܐܘܪܗܝ ܘܫܪܟܐ . ܣܘܝܪܐ
ܕܝܢ ܐܘܕܥ ܫܪܪܐ ܘܚܘܝ ܕܒܟܬܒܐ
ܗܢܘܛܝܩܘܢ ܕܙܢܘܢ ܡܠܟܐ ܡܕܡ
ܠܐ ܫܪܐ ܡܢ ܕܒܟܢܫܘܬܐ ܕܟܠܩܝܕܘܢ
ܐܬܥܒܕܘ ܒܟܠܩܝܕܘܢܐ ܗܘܐ .
ܘܟܠܗܘܢ ܗܘܘ ܐܚܪܡܘܗܝ ܓܠܝܐܝܬ
ܥܡ ܬܘܣܦܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܘܫܪܪܐ
ܘܐܟܪܙܘ ܟܠܗ ܫܪܪܐ ܐܦܣܩܘܦܐ :

*Anno Græcorum* 826. (Chriſti 515.) *juſſu Anaſtaſii Imperatoris congregata fuit Synodus Tyri, ubi convenerunt omnes Epiſcopi Orientales, & Apameæ, & Euphrateſiæ, & Oſrhoenæ, & Meſopotamiæ, & Arabiæ, & Phœniciæ Libani. Præfuerunt Synodo Severus Patriarcha Antiochiæ, Timotheus urbis regiæ per vicarios ſuos, Elias Hieroſolymorum per vicarios ſuos, Joannes Patriarcha Alexandriæ, Symmachus Patriarcha Romæ, Philoxenus Mabugi, Joannes Telæ, Paulus Edeſſæ &c. At Severus veritatem declarans oſtendit, per Henoticum Zenonis Imperatoris libellum res in Concilio Chalcedonenſi geſtas nequaquam abrogari. Quare anathema ipſi* (hoc eſt, Henotico) *palàm dixerunt unàcum additamento fidei facto, & veritatem omnem prædicarunt Epiſcopi, qui cum Severo & Xenaja convenerunt.* Hujus Pſeudo-Synodi ne veſtigium quidem apud Græcos Latinoſque Scriptores. Quid quod anno Chriſti 515. quo hæc Tyria Synodus habita fuiſſe dicitur, nec Symmachus Papa in vivis erat (obiit enim anno 514.) nec Elias Hieroſolymitanam Sedem regebat, (relegatus quippe fuit anno 513. ejuſque in locum ſubſtitutus Joannes Marciani filius *tertio Septembris menſis, initio undecimæ Indictionis*, ut notat Cyrillus in Vita Sancti Sabæ pag. 310.) Videtur itaque Dionyſius hoc impiorum Conciliabulum cum altera Synodo Tyria confudiſſe, quæ poſt fugam Severi pro fide orthodoxa ſtabilienda ſub Epiphanio illius urbis Epiſcopo congregata fuit anno Chriſti 518. de qua conſule doctiſſimos Baronium & Pagium.

XII. Xenajæ exilium & interitus.

Anaſtaſio è vivis ſublato quum Juſtinus ſenior gubernacula Imperii ſuſcepiſſet, turbandæ Xenajas Eccleſiæ finem fecit. Nam, ut ſcribit Theophanes, non Severum dumtaxat Juſtinus, ſed *Xenajam quoque, Philoxenum nomine, Hierapoleos Epiſcopum cum Manichæis ſentientem, Petrumque Apameæ cum omnibus eodem contagio afflatis in exilium pius Imperator expulit.* Id contigit *menſe Gorpiæo, quem Romani Septembrem vocant, anno Urbis Antiochiæ quingenteſimo ſexageſimo nono*, inquit Evagrius lib. 4. cap. 4. hoc eſt, anno Chriſti 518. ut late probat Eminentiſſimus Noriſius de epochis Syro-Macedonum.

Quo Xenajas exulaverit, aut ubi diem clauſerit, ex Latinis Græciſve Scriptoribus haud liquet. In urbem Thraciæ Philippopolim eum deportatum fuiſſe, conſtat ex Codice Nitrienſi 27. in quo Epiſtolæ ejuſdem ad Senunenſes monachos titulum hunc amanuenſis præfigit:

ܐܓܪܬܐ ܕܟܬܒ ܡܪܝ ܐܟܣܢܝܐ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܡܒܘܓ ܠܘܬ ܕܝܪܝܐ
ܕܒܝܬ ܣܢܘܢ ܟܕ ܡܬܪܕܐ ܗܘܐ ܠܦܝܠܝܦܘܦܘܠܝܣ

ܠܣܢܘܢܝ̈ܐ ܐܘܪ̈ܗܝ ܕܡܢܐ ܕܐܫܬܕܪܬ
ܡܢ ܦܝܠܝܦܘܦܘܠܝܣ ܕܐܬܪܩܝܐ
ܠܡܟܠܐ ܕܐܬܪܚܩ ܗܘܐ :

*Ejuſdem Mar Xenajæ Epiſcopi Mabugenſis Epiſtola ad Monachos Senunenſes de Incarnatione Domini noſtri adverſus duarum naturarum aſſertores, miſſa è Philippopoli Thraciæ urbe, quo relegatus fuit.* Inde Gangra in Paphlagoniæ urbem translatum, ibique fumo ſuffocatum interiiſſe, teſtatur anonymus Vitæ ejuſdem Auctor in cit. Cod. noſtro Syr. 13. in hæc verba: ܘܟܕ ܡܠܝܗ̇ ܠܥܕܬܐ ܡܠܦܢܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܘܦܫܩ ܟܬܒ̈ܐ ܘܦܪܣܡ ܠܗ̇ ܠܡܗܝܡܢܘܬܐ ܕܢܣܛܘܪܝܘܣ ܒܡܐܡܪ̈ܘܗܝ ܕܟܬܒ ܥܠܝܗܘܢ : ܗܢܘܢ ܕܡܫܬܥܠܝܢ ܒܬܪܬܝܢ ܟܝ̈ܢܐ ܐܣܩܘܗܝ ܠܓܢܓܪܐ. ܘܟܠܝܘܗܝ ܕܝܢ ܒܥܠܝܬܐ ܚܕܐ ܘܐܬܟܪܘ ܬܢܢܐ ܡܢ ܬܚܬ ܒܝܬܐ ܠܬܚܬ ܘܐܚܕܘ ܬܪܥܐ. ܘܚܢܩܘܗܝ ܐܬܟܠܠ ܒܟܠܝܠܐ ܕܬܘܕܝܬܐ ܫܪܝܪܬܐ :

*Quum autem divina doctrina Eccleſiam impleviſſet & Scripturas expoſuiſſet, fideique Neſtorianæ impietatem libris quos adverſus ejuſdem aſſertores conſcripſit, pateſeciſſet, in urbem Gangra ab illis relegatus, ibidem fumo necatus eſt. Incluſus namque cœnaculo, & excitatum in inferiori cubiculo fumum, accipere coactus foribus de induſtria occluſis ſuffocatus eſt: atque per hunc modum veræ confeſſionis coronam eſt conſequutus.* Nimirùm paulò poſt annum Chriſti 522. quo præfatam ad Senunenſes Epiſtolam ex Thracia ſcripſit: nam à publicatione Henotici Zenonis, quæ anno 482. contigit, uſque ad tempus datæ illius Epiſtolæ anni 40. numerantur, ut notavi ſuprà pag. 18. quod fuit ſecundum Xenajæ exilium, ut infrà ex ejuſdem Epiſtolæ titulo patebit. De primi autem exilii loco nihil certi adhuc è Syrorum monumentis deprehendere licuit.

XIII. Ejuſdem memoria apud Jacobitas.

Impium Catholicæ Eccleſiæ hoſtem *corona confeſſionis* donatum affirmat auctor heterodoxus, ſuæ ſectæ decreta ſequutus. Philoxeni enim memoriam colunt Jacobitæ die 10. Decembris, 18. Februarii, & 1. Aprilis, ut in Kalendario Cod. ms. Syr. Vatic. 25. Eundem in Liturgia Doctoribus adjungunt, & in Profeſſione Fidei, quæ ab ordinandis exigitur, unàcum Apoſtolis & Sanctis Patribus ſe recipere proteſtantur, patremque ſuum & Doctorem appellant: Jacobiticæ enim hæreſeos, cujus ſummam ex eodem infrà dabimus, ipſe fuit apud Syros auctor & propagator acerrimus, cujus proinde judicium in difficilioribus quæſtionibus ſectarii conſulere non dubitarunt, ut Severus Antiochenus non infimi cæteroquin apud Monophyſitas ſubſellii, qui Xenajam controverſiæ de corruptibili & incorruptibili judicem poſtulavit.

XIV. Xenajæ ſtylus, & errores.

Scripſit Syriacè, ſi quis alius, eleganthiſſimè, atque adeò inter optimos hujuſce linguæ ſcriptores à Jacobo Edeſſeno collocari meruit, ut notavi in priori Tom. pag. 475.

Errores ejus, præter Monophyſiſmum, duo alii graviſſimi deprehenduntur. Alter de Spiritus Sancti proceſſione, quem ex Tractatu de Trinitate & Incarnatione Cod. Nitrienſi 25. fol. 17. eruo in hæc verba:

ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܟܢܐ ܕܒܪܐ ܡܢ ܐܒܐ ܗܘ̣ ܗܟܢܐ
ܐܦ ܪܘܚܐ ܡܢ ܒܪܐ : ܐܠܐ ܬܪܘܝܗܘܢ
ܐܝܬܝܗܘܢ ܡܢ ܐܒܐ. ܐܒܐ ܒܠܚܘܕ
ܐܝܬܝܐ. ܘܒܪܐ ܒܪ ܐܝܬܝܐ.
ܘܪܘܚܐ ܡܢ ܐܝܬܝܐ.

*Non enim ſicut Filius ex Patre eſt, ita & Spiritus ex Filio, ſed ambo ex Patre. Pater ens ſolummodò: Filius, Entis Filius: & Spiritus ex Ente.* Ubi manifeſtè negat Spiritum Sanctum ex Filio procedere; incohærenter tamen ad principia, quæ ſu-

prà

prà ſtatuerat de diſtinctione perſonarum his verbis: ܡܬܦܪܫ ܐܒܐ ܡܢ ܒܪܐ ܒܗܕܐ ܒܠܚܘܕ ܕܐܝܬܘܗܝ ܝܠܘܕ ܘܠܐ ܐܬܝܠܕ. ܘܐܦ ܒܪܐ ܡܢ ܐܒܐ ܒܗܝ ܕܐܬܝܠܕ ܘܠܐ ܐܘܠܕ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܗܘ ܪܘܚܐ ܡܢ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܒܗܝ ܕܬܡܝܕ ܪܘܚܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܘܠܐ ܐܒܐ ܘܠܐ ܒܪܐ:

*Pater in hoc duntaxat diſtinguitur à Filio, quod ſit genitor ingenitus: Filius item à Patre, quod ſit genitus, non genitor: Ita & Spiritus à Patre & Filio, quod ſemper ſit Spiritus Sanctus, numquam Pater aut Filius.* Si enim Filius in eo duntaxat diſtinguitur à Patre, quod ſit genitus, non genitor; ſequitur manifeſtè eum cætera habere, quæ habet Pater, præter generandi fœcunditatem, atque adeò communem ipſi cum Patre eſſe virtutem ſpirativam Spiritus Sancti.

Alter Xenajæ error, idemque notiſſimus, eſt de tollendis Incorporeorum Imaginibus: cujus indicium habes in citato Tractatu de Trinitate & Incarnatione, ubi ſic ille: ܒܟܝܢܗ ܕܠܐ ܕܡܘܬܐ ܗܘ ܒܚܙܘܢܝܬܐ ܕܝܠܢ ܒܕܡܘܬܐ ܡܬܚܙܐ. ܐܬܨܝܪ ܓܝܪ ܒܕܡܘܬܐ ܫܘܚܠܦܐ ܕܨܒܐ ܨܒܝܢܗ ܕܐܝܟ ܟܘܢܝܐ ܕܫܡܗܘܗܝ ܢܨܘܪ ܢܦܫܗ. ܠܗ ܕܝܢ ܡܢ ܒܪܝܬܐ ܠܐ ܐܫܟܚ ܠܡܨܝܪܘ:

*Deus ſimilitudinis expers eſt: in viſionibus autem apud nos per ſimilitudines oſtenditur. Depictus eſt enim in variis ſimilitudinibus, quia complacuit voluntati ejus, ut ſecundùm nominum ſuorum figuram ſeipſum quoque depingeret. Ipſum verò creatura nulla potuit depingere.* Quæ verba etſi ad imagines in mente expreſſas commodè referri poſſint, ratio tamen cui Philoxeni theſis innititur, eſt illa ipſa, quam Iconoclaſtæ poſtcà uſurparunt: *Corporeis* nempè *imaginibus incorporea depingi minime oportere.* Quamobrem merito ejus erroris accuſatur Philoxenus à Joanne Diacrinomeno, hoc eſt, Hæſitante, è Monophyſitarum ſecta ſcriptore, cujus hæc verba Act. 5. Concil. Nicæni II. referuntur. *Non enim licitum aſſerebat Xenajas, Angelos, quum incorporei ſint, corpora facere, & quaſi in humanis formis exiſtentes corporeos formare. Sed nec illud exiſtimare, honorem aut gloriam impendere Chriſto, imaginem ei per picturæ artem efficere: eſſe autem illi ſolam acceptabilem noſſe in ſpiritu & veritate adorationem.* Et poſt alia. *Noſſe autem dicit & illud eſſe puerilis ſenſus, fingere in Columbæ idolo ſanctiſſimum & adorandum Spiritum; præſertim quum Evangelicæ nequaquam tradant literæ, quia factus eſt columba ſpiritus, ſed quia in ſpecie columbæ apparuit aliquando: quia verò diſpenſatorie, non ſubſtantialiter ſemel oſtenſus eſt, non ideò aptum piis eſt corporis idolum faciendi. Hoc Philoxenus docens unàcum doctrina etiam opus patrabat. Crebrò namque Angelorum imagines quidem deponens delebat; eas verò quæ Chriſtum figurabant, in abditis locis occultabat.* Eandem Xenajæ hæreſim ſpirat anonymus Auctor Encomii in Jacobitas Cod. Arab. ms. Bibliothecæ Collegii Maronitarum de Urbe fol. 43. ubi in Latinos ſic invehitur: ولليوم الافرنج يصوروا صورة الاب كزى شيخ وصورة الابن فى حضنه وروح طالعة من فم الاب ونازلة على راس الابن :

*Et uſque in præſentem diem Franci* [1] *depingunt imaginem Patris tamquam Senis, & imaginem Filii in ſinu ejus, & Spiritum Sanctum ex ore Patris prodeuntem, & ſuper caput*

NOTA.

[1] *Franci*. Ita Latinos appellare ſolent Syri Arabeſque Scriptores, ut notavi in priori tom. pag. 499.

*put Filii deſcendentem*. Et fol. 87.

فلا توصف لك الاه قايم ولا الاه جالس . اسمع قوله ايضا فى الانجيل انا والاب واحد . اهرب يا حبيب القلب الروحاني من تصوير الافرنج اليوم واسمع قوله ايضا فى الانجيل الاقدس ان من راني راى الاب ولا احدا يعرف الابن الا الاب الذى ارسله ولا احدا يعرف الاب الا الابن ;

*Tu verò noli deſcribere tibi Deum ſtantem, aut Deum ſedentem. Audi quid ipſe dixit in Evangelio: Ego & Pater unum ſumus. Fuge chariſſime in ſpiritu, fuge hodiernum depingendi Francorum morem, & audi quæ etiam in ſacro dixit Evangelio: Qui videt me, videt & Patrem: & nemo novit Filium, niſi Pater qui eum miſit; nec Filium quis novit, niſi Pater.* Hanc nimirùm doctrinam Jacobitis tradidere Xenajas & Severus, quos Iconoclaſtarum parentes fuiſſe, liquet ex Act. 5. ſeptimæ Synodi. Eidem tamen ſententiæ quoad Incorporeorum imagines nonnullos veteres Catholicos ſubſcripſiſſe, oſtendit Petavius lib. 15. de Incarn. cap. 14. non quod ab imaginibus, in quibus Deus ipſe Prophetis ſe ſpectandum adorandumque obtulerat, abhorrerent, ſed ut Anthropomorphitarum errorem per ea tempora graſſantem à Fidelium mentibus quam longiſſimè removerent. Ne autem Novatores Chriſtianos Orientales ipſis in hac parte conſentire credant, animadvertendum eſt, Jacobitas contrariam prædictis ſuis Doctoribus doctrinam cum Catholica Eccleſia retinuiſſe: quod perantiquæ imagines in eorum Eccleſiis depictæ, ejuſque ſectæ perpetuus & communis uſus manifeſtè declarant.

XV.
In errorem Incorrupticolarum impegit.

Gregorius Bar-hebræus in Libro Radiorum par. 3. cap. 3. ſect. 2. eandem videtur Philoxeno cum Juliano Halicarnaſſæo de Chriſti corpore ſententiam tribuere. Verba ejus retuli ſuprà pag. 4. Hæc enim dictio, *paſſiones Domini voluntariæ*, duplicem ſenſum habere poteſt: primum orthodoxum, ut credamus Chriſtum ſua ſponte ſe obtuliſſe paſſioni & morti: alterum hæreticum & probabiliùs à Xenaja intentum, quod Chriſtus famem, ſitim, laſſitudinem & alias hujuſmodi naturales affectiones non ex naturali corporis indigentia, defectuque virium naturaliter contingenti ſentiret, ſed quod iſtas affectiones ſibi aſciſceret atque aptaret pro libito, eo modo quo poſt reſurrectionem ſuam manducaſſe & bibiſſe dicitur: quæ fuit Incorrupticolarum hæreſis ex Manichæorum placitis à Juliano adverſus Severum excogitata. Et in hoc ſenſu loquutum fuiſſe Xenajam, Bar-hebræus indicat loco ſupra citato ſcribens, ab illo contrariam Patribus ſententiam fuiſſe propugnatam: ex quo capite Manichæiſmum Xenajæ veteres objecere, etſi Manichæos ipſe in libris ſuis paſſim execretur: nam hæreticos in ſuis opinionibus inconſtantes fuiſſe, & ex veris principiis falſas quandoque theſes collegiſſe, ut cæteros taceam, liquet ex Monophyſitis & Monothelitis, quorum primi ex vera & hypoſtatica humanitatis ac divinitatis Chriſti unione commiſtionis atque converſionis experte unam tamen naturam, & ſecundi unam voluntatem unamque operationem incohærenter deducebant: *quippe* (inquit Petavius lib. 1. de Incarnat. cap. 14.) *ut errantium temerè incerta veſtigia ſunt, ſic hæreticorum incondita ac diſſonæ ſunt voces: nec minus diſcordes inter ſe, quàm cum veritate pugnantes*. An verò Xenajas Monotheliſmo etiam infectus fuerit, dicam infrà, ubi de ejus Profeſſione Fidei.

XVI.
De Hierapoli, cui Xenajas Epiſcopus præfuit.

Ad Hierapolim quod ſpectat, cujus Epiſcopatum Xenajas geſſit, hanc Syri appellant ܡܒܘܓ *Mabug*, ܐܝܪܐܦܘܠܝܣ *Hierapolim*, & ܡܕܝܢܬ ܟܘܡܪ̈ܐ. *Urbem Sacerdotalem*, ſeù *Sacram*: quæ enim Græcè Ἱεράπολις dicitur, hæc Syriaco ſermone ܡܕܝܢܬ ܩܘܕܫܐ

*Urbi*

*Urbs Sacerdotum*, redditur. Pro *Mabug* Arabes منبج *Manbeg* proferunt, teſte Abulpheda, Yacuto, aliiſque Geographis. Hinc primo rejiciendus Ortelius, qui Mabugum à Hierapoli diſtinguens, *Mabuc Syris*, inquit, *Membich Saracenis*, *vocari civitatem quandam Hierapolitanorum ait Metaphraſtes in Surii Sanctorum hiſtoria de imagine Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Secundo audiendus non eſt Auctor Vitæ Thomæ Heracleenſis, qui Cod. noſtro Syr. 16. Germaniciam cum Mabugo confundit, inquiens: ܒܡܒܘܓ ܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܒܓܪܡܢܝܩܝ ܕܗܝ ܗܝ ܡܒܘܓ: *Poſtmodum Epiſcopus factus eſt Germaniciæ, quæ eadem eſt ac Mabug*. Tertio hallucinatur Edenenſis, qui cap. 7. de hæreticis Anaphorarum auctoribus num. 10. Mabugum cum مرعش *Marhas*, eandem urbem facit. Denique fallitur Naironus, qui in Evopl. pag. 51. Berhœam cum Hierapoli confundit, contra expreſſam Procopii auctoritatem lib. 2. de bello Perſico hæc ſcribentis: *Sic ea die Magnus Epiſcopus Antiochiam versùs, & Choſroës Berhœam ivere, quæ civitas inter Hierapolim & Antiochiam ſita, iter diei expedito ab utriſque diſtat*.

## *Opera Xenajæ*.

XVII. Scripta Xenajæ. 1. Commentaria in Scripturam.

*Commentaria in Sacram Scripturam*. ܦܘܫܩܐ ܕܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ. Citantur paſſim à Dionyſio Barſalibæo in expoſitione Evangeliorum: à Gregorio Barhebræo in Horreo myſteriorum in Matth. cap. 20. 22. & ab Auctore Syro Expoſitionis in Evangelia per modum interrogationis & reſponſionis Cod. Syr. Vatic. Joannes Darenſis Tract. 2. de Reſurrect. corporum cap. 14. laudat Philoxeni expoſitionem in Matthæum.

2. Verſio Evangeliorum.

*Verſio Sacrorum Evangeliorum*. Hanc è Græco edidit Xenajas, teſte Thoma Heracleenſi in nota ad calcem Codicis Evangeliorum exarati anno Græcorum 927. Chriſti 616. qui in Bibliotheca Angelica S. Auguſtini de Urbe exſtat: ubi hæc de Verſione Philoxeni. ܐܬܦܫܩ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܐܪܒܥܐ ܐܘܢܓܠܣܛܐ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ ܩܕܡ ܒܡܒܘܓ ܡܕܝܢܬܐ ܒܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܫܥܣܪ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܡܩܕܘܢܝܐ ܒܝܘܡܝ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܡܘܕܝܢܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܗܕܐ ܡܕܝܢܬܐ ܘܫܠܡ. *Tranſlatus fuit liber hic quatuor Evangeliſtarum primùm quidem in urbe Mabugo diebus religioſiſſimi Mar Philoxeni Confeſſoris ejuſdem urbis Epiſcopi &c.* Tempus factæ Verſionis deſignatur in Codice ms. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis Syriaco membranaceo, qui Evangelia quatuor continet elegantiſſimè ſcripta anno Alexandri 1503. Chriſti 1192. ubi ad calcem hæc leguntur apud Renaudotium tom. 2. Liturg. Orient. pag. 389. *Hic eſt liber quatuor Evangeliorum Sanctorum, qui translatus eſt ex Græca lingua in Syriacam ſtudio exactiſſimo maximoque labore, primo quidem in urbe Mabug ſive Hierapoli anno* 819. *Alexandri Macedonis* (hoc eſt, Chriſti 508.) *tempore S. Philoxeni Confeſſoris & Epiſcopi ejuſdem civitatis*. Cætera deſcribam, ubi de Thoma Heracleenſi. Laudat hanc Philoxeni Verſionem Auctor Jacobita in Profeſſione Fidei Cod. ms. Arabico Bibliothecæ Collegii Maronitarum de Urbe fol. 414. in hæc verba. فيلوكسينوس المنبجى مفسر الانجيل الى لغة السريانية الذى طيبه على كل من يقرا الانجيل بالسرياني من الملكية واليعاقبة والنساطرة والموارنة. واما السريان فعندنا نسخة الهرقل لتوما الحرقلى:

Phi-

*Philoxenus Mabugenſis*, *qui Evangelium in Syriacam linguam convertit*. *Ejus verſione utuntur quotquot Evangelium Syriacè legunt*: *Melchitæ*, *inquam*, *Jacobitæ*, *Neſtoriani*, & *Maronitæ*. *Nos verò Syri habemus editionem Heracleenſem à Thoma Heracleenſi elaboratam*. Mentitur Jacobita: nam quatuor laudatæ Nationes non Philoxeniana Verſione, ſed ea, quam ܦܫܝܛܬܐ *Simplicem* appellant, quæque ab Apoſtolorum temporibus in Eccleſia Syriaca publicata eſt, utuntur: Soli Jacobitæ editam primum à Philoxeno, deinde ab Heracleenſi correctam verſionem in Eccleſia legunt.

Bar-hebræus in Horreo myſteriorum videtur Heracleenſem cum Verſione Philoxeni confundere, & ex duabus unam facere. Sic enim ſcribit in Præfatione ad Evangelia:

ܐܟܢܐ ܬܘܒ ܒܚܬܝܬܘܬ ܡܢ ܝܘܢܝܐ
ܠܣܘܪܝܐ ܐܬܬܦܫܩ ܒܡܒܘܓ
ܡܕܝܢܬܐ ܒܝܘܡܝ ܚܣܝܐ
ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܒܝܕ ܚܣܝܐ ܬܐܘܡܐ
ܚܪܩܠܝܐ ܒܥܘܡܪܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܢܛܘܢܝܢܘܣ.

*Deinde accuratius è Græco in Syriacum translatum fuit* (loquitur de Teſtamento Novo) *in urbe Mabug diebus religioſi Philoxeni per religioſum Thomam Heracleenſem in ſacro Antonianorum monaſterio*. Mendum manifeſtum. Nam Philoxenus obiit circa annum Chriſti 520. Thomas verò editionem ſuam elaboravit anno 616. ut ſuprà vidimus. Quare Bar-hebræi locum amanuenſis vitio fortaſsè corruptum, ſic reſtituo.

ܒܝܘܡܝ ܚܣܝܐ ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ. ܘܡܢ
ܐܬܦܚܡ ܠܘܬ ܪܘܫܡܐ ܕܝܠܗ
ܕܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܗܘ ܚܣܝܐ
ܐܬܛܪܦܐ ܕܚܣܝܐ ܡܬܝܒܠ:

*Diebus religioſi Philoxeni*: *poſtea ad exemplar ipſius Philoxeni collatum fuit per religioſum Thomam Heracleenſem* &c.

3\. Anaphora.

*Anaphora* ܐܢܐܦܘܪܐ. Exſtat Cod. Nitr. 3. fol. 216. & Nitr. 4. fol. 185. Initium: ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ ܘܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ: *Domine Deus fortis & incomprehenſibilis*: de qua ſic Edenenſis cap. 7. de hæreticis Anaphorarum auctoribus:

ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܡܒܘܓ
ܕܗܘ ܡܪܒܝܣ ܠܗ ܐܢܐܦܘܪܐ ܠܗ
ܕܪܝܫܗ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ.

*Philoxenus Epiſcopus Mabugi*, *quæ eſt Marbas*, (hoc falſum, ut monui ſuprà p. 23.) *habet Anaphoram*, *quæ incipit*, *Domine Deus fortis*. Ejuſdem meminit Schultingius tom. 3. p. 106. in Indice Liturgiarum num. 22. ubi in notam ætatis Philoxeni graviſſimus error obrepſit: ſic enim ille: *Sancti Philoxeni* (Liturgia) *Chaldaicè compoſita anno à nativitate Domini ducenteſimo ſeptuageſimo*. Prodiit Latinè per Renaudotium tom. 2. pag. 310. qui ex fide Codicis Colbertini 3922. alteram Philoxeno tribuit Anaphoram, cujus initium ܐܠܗܐ ܗܘ ܚܝܐ ܕܟܠ ܘܢܘܗܪܐ: *Deus vita omnium & lux*: eamque publicavit in cit. tom. pag. 301. Exſtat ſub ejuſdem Philoxeni nomine in Cod. Ecchellenſi 5. fol. 56. Sed eam Simeoni Perſæ reſtituendam eſſe, demonſtravi in priori tom. p. 345.

4\. Precatio.

*Precatio* صلاة è Syriaco in Arabicum ſermonem translata. Exſtat ms. in Cod. Arab. Vatic. 52. fol. 65. & 53. fol. 54. & impreſſa charactere Syriaco in libro, quem appellant شحيم *Hebdomadarium*, ſeu Horas ſeptem Canonicas, quæ à ſecularibus Maronitis recitari ſolent.

5\. Ordo Baptiſmi.

*Ordo Sacri Baptiſmi*. ܛܟܣܐ ܕܥܡܕܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ ܩܕܝܫܬܐ: Exſtat Syriacè in Rituali Jacobitarum

rum Codice Ecchellen. 4. fol. 223. poſt Severi Antiocheni Ritum. Tres enim Baptiſmatis Ritus uſurpant Jacobitæ: Primum Apoſtolis, ſeu Jacobo fratri Domini adſcribunt in laudato Rituali fol. 199. Alterum Severo fol. 210. Tertium denique, eumque omnium breviſſimum, Philoxeno noſtro.

Scio, nonnullos Syros opinari, Anaphoram, Precationem, & Ordinem Baptiſmi, de quibus ſuprà, non Philoxeni noſtri hæretici fœtum eſſe, ſed alterius orthodoxi ejuſdem Hierapolitanæ urbis Epiſcopi, qui Nicæno Concilio interfuit, & ſubſcriptus legitur inter Patres ejuſdem Synodi, licet Philotimus in quibuſdam exemplaribus dicatur. Verùm non conſtat ſeniorem illum Philoxenum quidquam ſcripſiſſe; contra verò in laudatis operibus, ac præſertim in Anaphora, quædam ſunt quæ Xenajæ noſtri ingenium ætatemque redolent, ut illud de incarnatione Verbi ܘܠܐ ܫܘܚܠܦܐ *abſque mutatione* apud Renaud. to.2. p.311. & 312. quod in ejus ſcriptis adverſus Eutychianos frequenter occurrit: denique Jacobitæ, qui Xenajam ſuum optimè norunt, Ordinem Baptiſmi, Anaphoram & Precationem ſuprà memoratas, ad ipſum conſtanter referunt.

VI. Tractatus de Trinitate & Incarnatione.

*De Trinitate & Incarnatione Tractatus III.* ܡܐܡܪ̈ܐ ܬܠܬܐ ܥܠ ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܘܥܠ ܡܬܒܪܢܫܢܘܬܐ: quorum primus *de Trinitate* inſcribitur, in quo de Deo trino & uno ampliſſimè differit. Secundus *de Incarnatione Verbi*, in quo per octo capita (ܪ̈ܫܐ *ſententias* vocat) continuata oratione invehitur in Eutychianos, quos *Phantaſiaſtas* appellat, in Neſtorianos, & in Chalcedonenſes, unam ſtatuens in Chriſto perſonam unamque naturam: ſed & alios hæreticos confutat, qui malè de Incarnationis myſterio ſenſerunt, ut Manes, Marcion, Valentinus, Bardeſanes, Sabellius, Apollinaris, Photinus, Marcellus Galata, Arius, Aetius, & Theodorus Mopſveſtenus. Idem agit in tertio Tractatu quem in quinque Capita, ſeu ſententias partitur.

Et quidem in Tractatu de Trinitate nihil notatu dignum occurrit, ſi eum errorem excipias, quem circa Spiritus Sancti proceſſionem admittit Xenajas, ut notavi ſupra pag. 20. In Tractatu verò de Incarnatione nec orthodoxum gerit, nec Eutychianum, ſed mediam quandam init viam, quam Jacobitæ poſt ipſum tenuere & uſque in hodiernum diem tenent: unam ſcilicet in Chriſto eſſe naturam, ex Divinitate & humanitate compoſitam, converſionis tamen, confuſionis & commiſtionis omnino expertem. Sic enim ille de Incarnationis myſterio. Filius, inquit, qui unus ex Trinitate eſt, univit ſibi perſonaliter corpus anima rationali & mente præditum, in utero Deiparentis. Non ante formatum corpus, quàm Verbo unitum, ſed in puncto temporis & formatum & unitum. In hoc Chriſtus natus, in hoc enutritus, in hoc paſſus, in hoc mortuus. Divinitas Filii nec paſſa nec mortua. Hæc autem omnia non apparenter, non phantaſticè, ſed vere & naturaliter geſta. Denique Verbum non in carnem converſum, aut cum ea commiſtum, vel confuſum, neque ab ea diviſum, & viceverſa; ſed eo modo humanitati unitum, quo anima rationalis corpori: & quemadmodum ex anima rationali & corpore una conflatur humana natura; ita ex humanitate Chriſti & divinitate una conſurgit natura, non quidem ſimplex, ſed compoſita, ſeu, ut recentiores Jacobitæ loquuntur, ܚܕ ܟܝܢܐ ܥܘܝܦܐ *Una natura duplex*, vel ut Xenajas loquutione S. Cyrilli in epiſt. 1. ad Succeſſum abutitur, *poſt unitionem in Chriſto una tantummodò Verbi incarnata natura*. Nam tribus

tribus omninò modis rem *componi*, ſeu ex duabus *unam effici* intelligebant Monophyſitæ, ut obſervat Petavius lib. 3. de Incarnatione cap. 6. (ſi phantaſticam apparitionem excipias, qualem Manichæi & nonnulli Eutychiani aſſeruere.) Aut nimirùm unà pereunte & in alteram velut abſorptâ, incolumis & ſola iſta ipſa remanet; cujus generis exemplum habes in aquæ ſtilla, quæ in vini amphoram projecta, naturam mutat & in vinum convertitur: aut ex duabus mutatis fit aliqua tertia diſſimilis ambarum, ut in elementis apparet, ex quibus miſtorum corporum ſubſtantia conflatur: aut demùm ex duabus ſalvis & integris tertia itidem & diverſa componitur, ut videre eſt in anima & corpore, ex quibus hominis natura conſtat. Atqui Xenajas, ut ex hoc Tractatu colligitur, primi quidem & ſecundi generis compoſitionem rejicit, quam ſolos admiſiſſe ſtolidiores Eutychianos monet idem Petavius lib. 1. cap. 14. Tertium igitur compoſitionis genus probat, quod excogitarunt doctiores Monophyſitæ, qui aſſiduis Catholicorum diſputationibus irritati & calefacti, ad iſta ſubtilius enucleanda compulſi ſunt, ut notat Sophronius in epiſt. ad Sergium Act. 2. Synodi VI. Ejus verba, quæ in priori tom. pag. 81. Syriacè retuli, hæc ſunt: *Item quum ait Beatus Ephræm*, miſcuit [1] naturas tamquam pharmacum, *id pro* univit *intellexit. Non enim exiſtimavit Sanctus, eo modo naturas divinitatis & humanitatis ad commiſtionem veniſſe, quo aqua & vinum, aut cæteræ humidæ liquidæque naturæ, quæ naturarum ſuarum veritatem amittere ſolent, diverſumque ſaporem acquirere. Abſit, ut ita de Verbo ejuſque corpore aut Sanctus ille, aut alii eidem æquales, aut nos ipſorum diſcipuli ſentiamus, & dicamus, ea inſtar aquæ & vini permiſta fuiſſe*. Et paucis interjectis: ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܐܬܚܠܛ ܡܠܬܐ ܥܡ ܦܓܪܗ ܗܢܘ ܕܐܬܚܝܕ ܘܠܐ ܐܫܬܚܠܦ ܒܚܘܠܛܢܐ ܐܘ ܒܫܘܚܠܦܐ: ܘܠܐ ܐܡܪ ܕܒܦܘܚܡܐ ܢܚܘܝܘܗܝ:

*Quomodo autem Verbum cum ſua carne commiſtum, hoc eſt, unitum fuerit abſque confuſione & abſque corruptione, oportet ut exemplis demonſtremus* &c. Plura autem exempla producit, ſed potiſſimùm unionis animæ cum corpore. Hinc ab Eutychianis ſimul & Catholicis Xenajas recedit: ab illis quidem, quia carnem Chriſti veram eſſe, & ex Virgine ſumptam, & divinitati citra confuſionem aut mutationem aut diviſionem unitam affirmat; à Catholicis verò, quia non duas aſſerit poſt unitionem manſiſſe naturas, ſed *ex duabus unam compoſitam*: quod animæ rationalis, & corporis exemplo, ut ſuprà dixi, oſtendere fruſtra conatur. Vide S. Thomam lib. 4. contra Gent. cap. 35. & Par. 3. quæſt. 2. art. 1. ubi iſtud *naturæ unius & compoſitæ* commentum evertit; & Petavium de Incarn. lib. 3. cap. 10. ubi rationem aſſignat, propter quam non fit in Chriſto natura una ex duabus in unum concurrentibus, fit autem ex duabus una partibus, ex quibus homo componitur.

Quàm verò inter ſe differant hæ duæ dictiones *natura duplex*, & *una natura duplex*, nemo non videt. Prima *in duabus Chriſtum naturis* ſecundùm Concilii Chalcedonenſis definitionem ſignificat: Altera *ex duabus unam Chriſti naturam compoſitam*, ut Dioſcorus Alexandrinus ajebat & poſt ipſum Monophyſitæ: Atque hæc compoſitio unum infert operationum & voluntatum Chriſti principium, quæ Monothelitarum hæreſis

NOTA.

1 *Miſcuit*. Miſtionem pro Unione à Syris uſurpari, ibidem ex Philoxeno & Edeſſenſi demonſtravi.

reſis fuit *Eutychianorum ac Monophyſitarum*, (ut recte eam nominat Petavius de Incarn. lib. I. cap. 19.) *appendicula*. Id autem Monophyſitæ ſub *una natura duplici* ſubdolè intelligebant, quod poſteà Monothelitæ ſub *una Dei virili operatione*: quorum proinde loquendi formulam damnavit anathemate Synodus Lateranenſis ſub Martino I. Secretario 5. in hæc verba: *Siquis ſecundùm ſcelcroſos hæreticos Dei virilem operationem, quod Græci dicunt θεανδρικὴν, unam operationem inſipienter ſuſcipit; non autem duplicem eſſe confitetur ſecundùm SS. Patres, hoc eſt, divinam & humanam; aut ipſam Deivirilis, quæ poſita eſt, novam vocabuli dictionem, unius eſſe deſignativam, ſed non utriuſque mirificæ & glorioſæ unitionis demonſtrativam, condemnatus ſit*. Vide Pagium ad annum 633. num. 5.

Quibus monachis opus ſuum nuncupaverit Xenajas, non liquet: nam primum Codicis noſtri folium deſideratur. Ad Syros verò homines, eoſque fortaſsè Neſtorianos ipſum ſcripſiſſe, colligi poteſt ex fol. 103. ubi hæc de Theodoro Mopſveſteno.

ܘܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܒܝܢܬܟܘܢ ܡܠܦܢܐ
ܘܡܦܫܩܢܐ ܟܬܒܘܗܝ ܡܢ ܟܠ ܐܢܫ ܩܪܐ
ܡܬܩܪܐ: ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܐܡܪ ܐܢܐ ܐܒܘܗ
ܘܥܠܬܗ ܕܗܕܐ ܗܪܣܝܣ: ܘܠܐ ܐܬܚܡܪ
ܠܡܣܡ ܬܪܝܢ ܒܢܝܢ:

*Et is, qui inter vos Doctor nuncupatur & ab unoquoque Commentator Librorum vocitatur, Theodorus, inquam, hæreſeos hujuſce pater & cauſa, duos ponere filios non erubuit*. Atqui ſub Xenaja apud ſolos Neſtorianos Theodorus tamquam Doctor habebatur ejuſque nomen in honore erat: quem proinde tùm Catholici, tùm Monophyſitæ unacum Neſtorio deteſtabantur.

Demum quod ſpectat ad noſtrum Codicem, is paucis poſt obitum Xenajæ annis exaratus eſt, videlicet anno Chriſti 564. ut liquet ex hac adnotatione quæ ad calcem ejuſdem fol. 160. apponitur. ܐܫܬܠܡ ܕܝܢ
ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܒܫܢܬ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܡܩܕܘܢܝܐ
ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܚܡܫ ܒܝܪܚ
ܢܝܣܢ ܒܥܣܪܝܢ ܒܗ.

*Abſolutus eſt hic liber anno Alexandri* 875. (Chriſti 564.) *menſe Aprili, die vigeſima*. Pertinuit olim ad Abraham & Jacobum Epiſcopos, uti legitur ibidem: ܘܕܐܒܪܗܡ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܛܝܝܐ ܠܫܢܝܐ ܣܓܝܐܬܐ.

*Abrahami Arabum Epiſcopi ad multos annos*. Et mox ܐܬܝܗܒ ܟܬܒܐ
ܕܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܕܡܒܘܓ ܕܢܟܦܐ
ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܒܘܓ:

*Liber hic Philoxeni Mabugenſis ſpectat ad religioſum Mar Jacobum Epiſcopum Mabugenſem*: cujus ſermo de Jejunio &c. exſtat in Cod. Arab. Vatic. 67. pag. 248.

*De uno ex Trinitate incarnato &* VII. De Uno ex Trinitate incarnato & paſſo.
*paſſo, Diſſertationes X.* ܡܐܡܪܐ
ܥܣܪܐ ܥܠ ܚܕ ܡܢ ܬܠܝܬܝܘܬܐ
ܩܢܘܡܐ ܐܠܗܝܐ ܕܐܬܒܣܪ ܘܚܫ:

Exſtant in Cod. Nitr. 26. qui annorum 900. ætatem præ ſe fert.

Subjungitur Reſponſio ad Anonymum, in qua Adverſarii errores in plura capita diſtributos refellit & objecta diluit in eodem Cod. fol. 114. initium: ܡܣܝܡ ܐܢܐ ܕܝܢ ܒܫܘܠܡܗ
ܕܡܡܠܠܐ ܗܢܐ ܐܦ ܗܢܘܢ ܪܫܐ ܕܓܘܕܦܝܟ
ܦܘܢܝܐ ܕܥܒܕܬ ܠܘܩܒܠ ܡܠܝܢ ܕܗܘܐ
ܘܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ ܕܗܢܘܢ ܩܪܝܢܐ ܘܡܬܠܝܢ
ܢܣܬܟܠܘܢ ܠܐܚܝܕܘܬܐ: ܘܒܗܕܐ ܐܦ
ܗܘ ܠܟܝܢܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܡܕܝܢ ܠܒܪܢܫܐ
ܘܠܡܬܘܕܥܘ ܐܠܗܐ ܗܠܝܢ ܒܚܘܣܪܢܐ.

*Subjiciam autem in fine hujus Diſſertationis ipſa blaſphemiarum tuarum capita, eamque confutationem quam ad-*

*adverſus noſtram doctrinam concinnaſti: ut hoc pacto ex tuorum verborum lectione errorem tuum unuſquiſque per ſe comprehendere poſſit: Deinde epiſtolam quoque deſcribam, quam ad monachos tranſmiſi, quamque ejuſmodi blaſphemiis impugnaſti.*

Sequitur *Epiſtola ad monachos*, quæ fuit cauſa diſſidii Xenajam inter & Adverſarium, ibid. fol. 123. his verbis: ܡܚܪܡ ܢܣܛܘܪܝܘܣ ܘܐܘܛܘܟܐ ܘܡܠܦܢܘܬܗܘܢ ܘܠܬܠܡܝܕܝܗܘܢ ܘܠܟܠ ܕܫܠܡ ܠܗܘܢ: ܘܠܟܠ ܕܠܐ ܡܚܪܡ ܠܗܘܢ ܒܦܘܡܗ ܘܒܠܒܗ. ܘܠܟܠ ܕܠܐ ܡܘܕܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܡܠܬܐ ܚܕ ܡܢ ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܐܨܛܠܒ ܚܠܦܝܢ. ܡܢ ܕܠܐ ܪܚܡ ܠܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܢܗܘܐ ܚܪܡ:

*Anathema Neſtorio & Eutycheti, & doctrinæ eorum, & diſcipulis eorum, & omnibus, qui ipſis cõnſentiunt, & qui eos ore & corde non anathematizant, & qui non confitentur, Chriſtum Deum Verbum unum ex Trinitate, pro nobis crucifixum. Qui non diligit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, anathema ſit.*

Demum ſententiam ſuam Xenajas confirmat auctoritate Patrum, quos abundè congerit, ut demonſtret, *Chriſtum unum eſſe de Trinitate*, & rectè de eo dici, *Unus ex Trinitate incarnatus & paſſus*. *Ephræmi*, nimirùm, *Syri* ex Hymno cujus initium, *Gratia appropinquavit oribus blaſphemis*, ex Hymno de Latrone: de Precibus: de Fide: de Sponſa Regis: de Saba Juliano: de Nicomedia; de Martyribus Niſibenis: de Thoma: de nativitate Domini: de Eccleſia: adverſus Judæos & hæreticos: & in illud, *In principio erat Verbum*. *Chryſoſtomi* in Matth. & Joan. & Lib. de Sacerdotio: & in Pſalmos. *Cyrilli* epiſt. ad Succenſum Epiſc. Cæſarien. & ad Valerianum, & ad Neſtorium, & Lib. de Fide. *Euſebii Emeſeni* ex Lib. de Fide, & Homil. de novis mutationibus, & Homil. habita Beryti. *Alexandri* Alexandrini. *Theophili* Alexandrini. *Athanaſii* epiſt. ad Epictetum. *Baſilii* Magni. *Gregorii* Theologi, & *Attici* Epiſcopi Conſtantinopolitani.

Summam hujus controverſiæ, quæ Orientalem Eccleſiam diu multumque divexavit, accipe. Scripſerat Xenajas ad monachos quoſdam Syros prolixam de Incarnationis myſterio epiſtolam, in qua propoſitionem hanc frequenter uſurpabat, *Unus è Trinitate deſcendit de cœlo, incarnatus eſt, paſſus, crucifixus, mortuus, reſurrexit, aſcendit in cœlum*, & ſimilia; notare volens tùm Neſtorianos, qui humanitatem Chriſti à divinitate ac perſona Verbi ſeparabant, tùm Eutychianos, qui corpus phantaſticum ab eodem Verbo aſſumptum opinabantur. Excepit illam cum riſu Anonymus Neſtorianus reprehendens maximè illam dictionem *Unus è Trinitate*, quaſi duæ, non tres divinæ perſonæ remanſerint in cœlo, ſi unus è Trinitate dicatur in terram deſcendiſſe, quæ ſunt ipſius Anonymi verba à Xenaja initio Diſputationis relata: aliaque ſubjungit abſurda, quæ ex ea propoſitione ſequi affirmat, ſed maximum ait eſſe *Vocis illius novitatem*. Ad hæc Xenajas è Scriptura & Patribus demonſtrat vocem illam nec novam eſſe, nec veteribus incognitam; ejus verò ſenſum explicat, ac veritatem ratione Patrumque teſtimoniis tuetur. Demùm objecta Adverſarii diluens, has quinque Propoſitiones colligit, è quibus quid ipſe circa Incarnationis myſterium ſenſerit, liquido apparet. ܐ. ܕܗܘ ܦܪܨܘܦܗ ܕܒܪܐ ܚܕ ܡܢ ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܐܠܗܐ ܡܠܬܐ ܢܣܒ ܡܢ ܥܡܢܐ ܐܢܫܐ ܘܠܐ ܡܬܦܪܫܢܐ ܦܪܨܘܦܐܝܬ ܡܢ ܐܚܕܐ ܬܠܝܬܝܘܬܐ. ܒ. ܗܘ ܗܘ ܕܡܢ ܒܪܐ ܦܪܨܘܦܐܝܬ ܗܘ ܐܬܒܣܪ ܡܢܗ ܢܫܐ ܒܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܢ ܒܬܪ ܗܘ ܡܟܝܠ

[illegible]

*I. Ipſa Filii Perſona, Unus è Trinitate, Deus Verbum, deſcendit de cœlo incomprehenſibiliter, & in Virgine perſonaliter inhabitavit. II. Idem ille, qui in ea perſonaliter inhabitavit, ipſe ex eadem Virgine incarnatus eſt, ex carne ejus & ex oſſibus ejus perſonaliter abſque converſione & ineffabiliter: & factus eſt homo viſibilis, attrectabilis, & compoſitus, quum tamen, ut Deus, remanſerit in ſua ſpiritualitate, ſubtilitate ac ſimplicitate, prout Deum decet. Ipſum verò ejus corpus ex eodem Virginis corpore, non aliunde eſſe creditur. III. Si is qui incarnatus eſt, Deus eſt, Deus quoque erit qui natus eſt: & ſicuti qui in Virginem ingreſſus eſt, unus erat ſpiritualis, cujus ſpiritualis natura ex Patre eſt; ita idem ipſe unus ex eadem Virgine prodiit, cujus ex natura veritatem corporis ſui habet. Quamobrem rectè appellatur Virgo Dei genitrix, eò quod unam Dei incarnati perſonam ineffabiliter genuit. IV. Non eſt alius & alius,*

[illegible]

*& alius, neque proprietates alterius & alterius: neque alius infans qui videbatur, & alius ſublimis & altiſſimus Deus Verbum. Neque alius qui ex ventre initium duxit, & alius qui ex Patre abſque principio genitus eſt. Neque in binarium excrevit una illa Dei perſona, qui homo factus eſt, neque alius Filius naturalis & Verbum extra Jeſum Chriſtum, de quo in Scripturis humana omnia prædicantur, ſed in omnibus verbis, operibus, paſſionibus & miraculis, quæ ab invicem differunt, unus idemque eſt Deus Verbum, qui abſque converſione homo factus eſt. V. Et quemadmodum opus paſſionis & mortis nomini Chriſti, aut Filii, aut Jeſu, vel Unigeniti tribuitur; ita & vere ac fideliter de nomine Dei prædicatur: & ſicuti reprehenſione caret qui credit Chriſtum & Filium paſſum fuiſſe; ſic etiam qui affirmat, Deum aut Verbum crucifixum & mortuum: nam conſtat, unum illum Unigenitum, qui in mundo apparuit & in omnibus quæ homines pati ſolent, præter peccatum, tentatus fuit, ipſum eſſe Chriſtum & Filium naturalem: conſtat inſuper, eum qui natura Filius eſt, natura quoque Deum eſſe. Si igitur paſſus dicitur Filius, qui non per gratiam, ſed per naturam Filius eſt, ſequitur credi quoque oportere, Deum paſſum eſſe ac mortuum, non autem hominem ab ipſo ſeparatum, aut qui ipſum ſequatur, aut in quo ipſe, tamquam alius in alio, inhabitet.* Hucuſque Xenajas.

Qui plura de famoſæ illius quæſtionis origine & progreſſu ſcire deſiderat, conſulat Baronium ad annum 519. Petavium lib. 1. de Incarn. cap. 18. & lib. 5. cap. 2. & Noriſium lib. 2. hiſt. Pelag. cap. 18. & ſingulari Diſſertatione ea de re edita: ubi fusè de monachis Scythis, quos communis fert Scriptorum ſententia, celeberrimam illam *de Uno ex Trinitate* quæſtionem Conſtantinopoli circa annum Chriſti 519. primùm excitaſſe. At in Oriente eandem controverſiam tàm inter catholicos & hæreticos, quàm inter hæreticos ipſos, Monophyſitas ſcilicet & Neſtorianos jamdiu agitari cæptam fuiſſe, liquet ex laudato Xenajæ libro: nimirùm, pauló poſtquam Petrus Fullo clauſulam illam, *Qui crucifixus es pro nobis*, Triſagio addidit, quando occaſione illius additamenti quæri cœptum eſt de veritate harum propoſitionum, *Chriſtus unus eſt è Trinitate*, & *Unus è Trinitate paſſus, crucifixus, & mortuus.*

VIII. Epiſtola ad Abraham & Oreſtem Presbyteros Edeſſæ de Stephano Bar-Sudaili.

*Epiſtola ad Abraham & Oreſtem Presbyteros Edeſſenos de Stephano Bar-Sudaili Edeſſeno.* ܐܓܪܬܐ ܠܘܬ ܐܒܪܗܡ ܘܐܘܪܣܛܐ ܩܫܝܫܐ ܕܐܘܪܗܝ ܡܛܠ ܣܛܦܢܐ ܒܪ ܨܘܕܝܠܝ.

Exſtat in Cod. Syr. Vat. XV. fol. 60.

Initium: ܣܛܦܢܐ ܡܠܦܢܐ ܗܘ ܕܥܡܟܘܢ ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܥܡܟܘܢ ܡܢ ܩܕܝܡ ܘܗܫܐ ܥܡܪ ܒܐܬܪܐ ܕܐܘܪܫܠܡ: ܫܡܥܬ ܕܐܢܫܐ ܡܢܗܘܢ ܫܕܪ ܠܘܬܟܘܢ ܡܢ ܩܠܝܠ ܝܘܡܬܐ ܥܡ ܐܓܪܬܐ ܘܦܘܫܩܐ ܕܡܦܩܘܗܝ.

*Stephanum illum virum doctum qui olim apud vos habitabat, nunc verò in Hieroſolymorum regione moratur, accepi ad vos miſiſſe paucis abhinc diebus quoſdam è ſuis unàcum epiſtolis & commentariis à ſe editis.* Hæc Stephani commentaria ut ſupprimantur, ne in publicum prodeant, & fidelium animos corrumpant, admonet laudatos Presbyteros Xenajas, inquiens: ܐܢ ܗܟܝܠ ܟܬܒ ܠܘܬܟܘܢ ܐܝܟ ܕܫܡܥܬ: ܐܘ ܫܕܪ ܠܟܘܢ ܟܬܒܐ ܕܓܘܕܦܘܗܝ: ܙܗܝܪܐ ܕܗܠܝܢ ܠܐܢܫ ܠܐ ܬܚܘܘܢ: ܘܡܛܫܝܢ ܠܗܠܝܢ ܘܢܬܢܛܪܘܢ ܒܟܠ ܚܝܠܐ ܘܒܟܠ ܙܗܝܪܘܬܐ ܡܢ ܟܠܗ ܚܝܠܐ ܘܙܗܝܪܘܬܐ ܗܠܝܢ ܘܡܢ ܟܬܒܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܒܢܝܐ: ܢܣܬܬܪܘܢ:

*Sive igitur ad vos ſcripſit, ut didici, ſive libros blaſphemiarum ſuarum vobis tranſmiſit, illud omni ſtudio vobis caven-*

*cavendum eſt, ne cui in manus veniant, ac præſertim monialium, quæ in Æde Eccleſiæ inhabitant, nequid detrimenti propter inſitam fœminis ſimplicitatem atque levitatem, patiantur.*

Deinde errores ejus exponens ſubjungit. ܘܡܕܓܠ ܠܗܘܢ ܟܬܒ̈ܐ ܘܦܣܩ ܣܒܪܐ ܐܦ ܠܟܠ ܟܪ̈ܣܛܝܢܘܬܐ ܘܡܠܦ ܠܟܠ ܒܪܢܫܐ ܕܢܚܛܐ ܟܡܐ ܕܨܒܐ ܘܟܠܐ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܬܐ ܘܡܢ ܕܢܬܦܢܘܢ ܠܘܬ ܠܐܠܗܐ ܐܦ ܠܚܢ̈ܦܐ ܝܗ̈ܘܕܝܐ ܘܗܪ̈ܣܝܘܛܐ ܘܡܒܛܠ ܐܦ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܠܡܘܗܒܬܐ ܕܐܪ̈ܐܙܐ ܐܠܗܝ̈ܐ ܘܠܥܡܠܐ ܘܠܪܗܛܐ ܕܚܠܦ ܙܕܝܩܘܬܐ . ܐܢ ܓܝܪ ܐܝܟ ܡܠܬܗ ܕܥܘܠܐ ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܕܝܢܐ ܠܐ ܐܝܬ ܐܠܐ ܐܦ ܠܚܕܐ ܡܫܘܚܬܐ ܘܦܘܪܥܢܐ ܟܠܢܫ ܡܬܡܢܐ . ܚܕ ܐܝܩܪܗܘܢ ܕܦܛܪܘܣ ܬܠܡܝܕܐ ܘܫܡܥܘܢ ܚܪܫܐ : ܘܦܘܠܘܣ ܟܪܘܙܐ ܘܝܗܘܕܐ ܡܫܠܡܢܐ ܘܫܠܝ̈ܚܐ ܘܡܣܒܪ̈ܢܐ . ܗܘܝ ܕܡܬܚܙܝܐ ܡܠܬܐ ܘܫܘܠܡܐ ܘܐܝܬܘܗܝ ܕܦܘܪܥܢܐ ܘܐܦ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܠܡܫܝܚ ܕܡܠܐ ܐܡܪ ܕܗܘܐ ܟܡܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܡܢ .

*Mendaces etiam Scripturas facit* (Stephanus Bar-Sudaili) *& ſpem Chriſtianis præcidit, docens cuique licere pro arbitratu peccare, prohibens catechiſmum, & Gentiles, Judæos Hæreticoſque à Deo avertens: ſed & ſacrum Baptiſmum abrogat, & divinorum Sacramentorum dona tollit, & labores curſuſque pro ſectanda juſtitia abolet. Si enim juxta impium ipſius dogma, non modo judicium non erit, ſed etiam ad unam eandemque retributionis menſuram unuſquiſque venturus eſt, & eundem honorem recipient Petrus diſcipulus ac Simon magus, Paulus prædicator ac Judas proditor, cæterique Apoſtoli ac Evangeliſtæ: & quod ſummæ impietatis ac dementiæ eſt, omnia affirmat unius ejuſdemque cum Deo naturæ effectum iri &c.* Et paucis interjectis. ܐܡܪ ܗܟܢܐ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܚܕ ܟܝܢܐ ܘܐܦ ܦܓܪܗ ܕܡܠܬܐ ܗܘܐ ܒܪ ܟܝܢܐ ܕܐܝܬܘܬܗ ; ܗܟܢܐ ܐܦ ܟܠ ܒܪܝܬܐ ܠܐܠܗܘܬܐ ܥܬܝܕܐ ܠܡܗܘܐ ܒܪܬ ܟܝܢܐ ܕܐܠܗܘܬܐ :

*Sic ait: Quemadmodum Pater & Filius & Spiritus una ſunt natura, & corpus Verbi conſubſtantiale eſt eſſentiæ ejuſdem; ita & unaquæque creatura Divinitati futura eſt conſubſtantialis.* Rurſus idem Stephanus quod ab Apoſtolo ſcriptum eſt, ܢܗܘܐ ܐܠܗܐ ܟܠ ܒܟܠ *erit Deus omnia in omnibus*, ad ejuſdem trahit erroris argumentum, ut creaturas omnes unius cum Deo ſubſtantiæ futuras eſſe affirmet: id quod ex Origenis officina mutuatus eſt, cujus apud Theophilum Alexandrinum in epiſt. 1. Paſchali relata à Theodoreto Dial. 2. ejuſmodi ſententia legitur, *quemadmodum Filius & Pater unum ſunt: ita & anima, quam aſſumpſit Filius, & ipſe unum ſunt*: hoc eſt, ut Origenis verba idem Theophilus interpretatur, ejuſdem cum divinitate ſubſtantiæ anima Chriſti eſt: & Sanctus Hieronymus in epiſt. ad Avitum ſcribit, Origenem dixiſſe, Deum & Angelos & animas, ac rationales adeo creaturas omnes quodammodo unius eſſe ſubſtantiæ. Vide Petavium lib. 1. de Incarn. cap. 15.

Pergit Xenajas deliramenta Bar-Sudaili referens: ܐܬܚܫܒ ܕܝܢ ܒܡܫܬܥܝܢܘܬܗ ܕܐܦ ܡܢ ܗܘ ܕܡܫܬܡܥ ܠܘܬ ܕܐܡܪ ܡܢ ܐܢܫ ܕܚܘܫܒܐ ܘܡܫܪ ܫܠܡ ܚܝ̈ܠܐ ܘܒܝܫܘܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܩܢܘܡܝܐ : ܕܒܝܬ ܐܢܫܐ ܕܝܢ ܒܝ ܒܪܘܚܐ ܡܠܬܐ ܠܟܠܢܐ ܗܘ ܘܡܢ ܗܘܢ

[illegible]

*Reperi autem*, inquit, *in ejus commentariis, quod in Evangelio dicit Dominus*, Hodie & cras virtutes faciam, & tertia die conſummabor, *ab ipſo in commentum hujuſmodi detortum, ut per feriam ſextam hunc mundum intelligat, quem & malum appellat; per Sabbatum, requiem, quam poſt conſummationem fore affirmat; per Dominicam verò perfectionem, qua Deus omnia in omnibus futurus eſt, nimirùm omnia in Deo futura ſunt unius ejuſdemque naturæ & eſſentiæ*. Triplicem videlicet mundi ſtatum à Barſudaili diſtingui, ſcribit Xenajas: præſentem, quem malum ex Manichæorum ſententia appellat: futurum poſt animæ à corpore ſeparationem, in quo ex Millenariorum errore voluptuoſæ cujuſdam vitæ ſtatum fingit: & æternum poſt mille annorum curſum, in quo ex Origenis fabulis cuncta creata ejuſdem fore cum creatore naturæ comminiſcitur. Subjungit Xenajas impietatem ſceleratiſſimi hominis deſcribens:

[illegible]

[illegible]

*Venerunt ad me viri fide digni, & dixerunt, ſe cellam ejus ingreſſos, parieti inſcriptam reperiſſe hanc ſententiam*, Omnis natura Divinitati conſubſtantialis eſt. *Quamque in blaſphemiam acriter inve ti eſſent, & res ad aliorum complurium notitiam perducta varios rumores excitaſſet, ille timore correptus ſcripturam quidem de pariete ſuſtulit, in libris tamen ſuis eandem ſententiam occultavit. Cuidam verò Judæo ad ſepulcrum Patrum Abrahæ filiorum ſedenti hæc idem, ut mihi narrarunt, ad ipſum accedens dixiſſe fertur: Ne timeas, neque mœrore conficiaris, quod crucifixor appelleris: fatum enim tuum cum Abraham eſt: ubi fatum dixit pro ſorte.*

Antequam in apertam Stephanus hæreſim incidiſſet, acceperat à Xenaja Epiſtolam, quam ille idcircò oſtentabat, ut ejus nomine & auctoritate errores ſuos tueretur. Hoc itaque mendacium confutaturus Xenajas, exemplar ejuſdem Epiſtolæ ad præfatos Presbyteros Edeſſenos tranſmittit, inquiens: [illegible]

[illegible]

ܬܠܡܝܕܐ ܘܠܦܘܩܥܬܐ ܕܡܠܘܗܝ
ܦܘܫܩܗ ܕܫܠܝܚܐ.

*Memini, me olim Epiſtolam ad ipſum per quendam ejus diſcipulum Abraham nomine dediſſe, cujus exemplar nunc ad vos tranſmiſi, quum nondum mihi compertum fuerat in omnes ejuſmodi blaſphemias ipſum per ſummam audaciam prorupiſſe, ut in commentariis ſuis in Pſalmos, quorum aliquot ad manus meas pervenere, de ſeipſo viſiones revelationeſque ſuperbè jactet, & dictitet ſibi ſoli datum Scripturarum ſenſum accuratè percipere: ubi & Scripturas ſomnia vocat, commentaria autem ſua, ſomniorum expoſitionem*. Et paucis interjectis:

ܫܡܥܬ ܓܝܪ ܕܐܡܪ ܠܟܘܢ ܕܐܦ
ܒܐܘܪܗܝ ܐܬܩܒܠܬ ܡܠܦܢܘܬܗ : ܘܬܘܒ
ܐܦ ܡܢܢ ܡܫܬܒܚ ܐܡܬܒܚ : ܕܒܥܕܐ
ܘܢܦܠܬ ܐܓܪܬܐ ܗܕܐ ܕܟܬܒܬ ܕܐܦ
ܒܐܝܕܝܐ ܗܘܐ ܕܒܡܕܝܢܬܐ ܠܗ
ܕܗܘܝܘ ܫܕܪܬ ܠܟܘܢ ܘܝܕܥܘܗ
ܘܡܬܟܣܣ ܡܢ ܣܓܝܐܐ :

*Nam audivi, ipſum vobis dixiſſe, etiam Edeſſæ doctrinam ſuam admiſſam fuiſſe: jactare inſuper, ſe ſummis laudibus à nobis attolli: donec incidit in manus quorundam Monachorum ibidem commorantium Epiſtola hæc, quam ego ſcripſeram, cujus & exemplar vobis tranſmitto, intellexeruntque ipſum pluribus à me reprehendi.*

Claudit Epiſtolam Xenajas, ad prædictos Presbyteros inquiens:

ܗܕܐ ܗܘܡܠܐ ܕܦܩܕܬܟܘܢ ܟܠܟܘܢ ܐܚܝܐ
ܗܘܝܢ ܕܢܛܪ : ܡܕܡ ܕܡܘܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܘܗܠܐ ܡܢܗܘܢ ܒܠܥܘܕ ܘܩܪܘ ܒܗ
ܘܠܐ ܡܫܬܟܚܬ ܐܠܐ ܦܫܝܛܬ. ܐܢܐ ܒܪ ܢܫ
ܐܦ ܠܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܒܟܬܒܐ
ܗܘܝܬ ܘܐܦܘܣ ܡܛܠܬܗ ܡܫܝܚܐ
ܟܠܠܗܐ ܕܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܗܘܬ ܘܠܐ

ܬܫܬܡܠܘܢܝ ܠܗ ܗܢܐ ܒܡܟܝܠܬܐ :

*Quum igitur has meas literas acceperitis, quod æquum & congruum eſſe noveritis, id ad ipſum ſcribite, hominemque non perfunctoriè, ſed acriter reprehendite. Ego verò etiam Epiſcopo Hieroſolymorum de ipſo ſcripſiſſem, niſi & cauſa fidei obſtaret, & quod ſumus ab ejus communione ſeparati.* Quibus verbis Eliam orthodoxum Hieroſolymorum Antiſtitem hæreticus Xenajas perſtringit.

Porrò Stephanus Bar-Sudaili, quem Philoxenus in hac Epiſtola reprehendit, monachum egerat in Edeſſena regione, ubi & evolvendis ſacræ Scripturæ Patrumque voluminibus ſedulam operam navarat. Sed in errores Origenis lapſus, primum quidem de hominis fine, hoc eſt, de Paradiſi & Gehennæ æternitate dubitare cœpit, ut notavi in priori tom. pag. 303. ubi doctam S. Jacobi Sarugenſis ad eundem epiſtolam retuli. Mox in apertam hæreſim prorumpens, Origenianas fabulas palàm Edeſſenis venditare auſus fuit, à quibus rejectus, Hieroſolymam ſe recepit, quò Origeniſtæ confluxerant, ut narrat Cyrillus in Vita Sancti Sabæ per Cotelerium edita p. 274. ubi de Nonno Palæſtino & tribus Sociis Monachis, qui novam Lauram occupantes, maximos tumultus in Palæſtina ſub Elia Patriarcha excitarunt. Ejuſdem Bar-Sudaili memoriam damnant Jacobitæ in Profeſſione fidei, quæ ab ordinandis exigitur Cod. Ecchell. 4.

*Profeſſio Fidei*. ܗܝܡܢܘܬܐ
Exſtat Syriacè in Cod. Berœenſi 1. 9. Profeſſio Fidei.
ubi Xenajas præter Monophyſitarum errorem, Monotheliſmum etiam expreſsè adſtruit, in hæc verba:

ܘܠܐ ܡܘܕܝܢܢ ܒܗ ܬܪܝܢ ܒܢܝܢ ܐܘ ܬܪܝܢ
ܦܪܨܘܦܝܢ ܐܘ ܬܪܝܢ ܟܝܢܝܢ ܐܘ ܬܪܝܢ
ܩܠܝܢ ܐܝܟ ܠܐܠܗܐ ܘܐܢܫܝܐ ܒܪܢܫܐ :

*Non agnoſcimus in eo duos Filios, aut duas perſonas, aut DUAS VO-*

*VOLUNTATES*, *aut duas naturas*, *unum Deum*, *& unum hominem*. Et infrà: ܟܠ ܕܒܚܕܘ ܝܚܝܕ ܡܫܝܚܐ ܬܪܝܢ ܩܢܘܡܝܢ ܐܘ ܬܪܝܢ ܨܒܝܢܝܢ ܐܘ ܦܘܪܫܢܐ ܕܩܢܘܡܐ ܡܢ ܒܬܪ ܚܘܝܕܐ ܕܒܓܘ ܟܪܣܐ ܗܘܐ ܢܐܡܪ: *Si quis in uno Unigenito duas crediderit perſonas*, *aut DUAS VOLUNTATES*, *aut perſonarum differentiam ſtatuerit poſt unitionem in utero factam*, *anathema ſit*. Certè Monophyſitarum ſectæ appendiculam fuiſſe Monothelitarum hæreſim, quæ unicam in Chriſto voluntatem & operationem conſtituit, omnes docti norunt, & ex pravi dogmatis conſequentia haud incohærenter deduxere illius erroris patroni Sergius, Cyrus, Pyrrhus, & Theodorus Pharanites, quorum pericopæ quædam lectæ ſunt in ſexta Synodo & in Lateranenſi Concilio ſub Martino I. ex quibus apparet, hos hæreticos ex præjactis *unius naturæ compoſitæ* fundamentis ſtatuiſſe unum tantummodò in Chriſto principium actionum humanarum, cujus organum & inſtrumentum fuit anima rationalis & corpus, corporiſque facultates, ut latè oſtendit Petavius lib. 1. de Incarnat. cap. 20. Quidquod ex Jacobitis Xenajæ ſectatoribus, & in ipſa Hierapoli urbe, cui olim Xenajas Epiſcopus præfuerat, pravum Monothelitarum dogma originem habuiſſe, refert Theophanes ad annum Heraclii 20. ubi de Athanaſio Jacobitarum Patriarcha, qui quæſtionem *de voluntate & actione Chriſti*, *duplicem ne*, *an unicam credere oporteret*, primus Heraclio Imperatori propoſuit. Non igitur mirum eſt, in Xenajæ libris ſcintillas hæreſeos contineri, quæ magnum poſtea in Eccleſia incendium excitarunt.

Expoſito Trinitatis & Incarnationis myſterio, antiquiorum quidem hæreticorum opiniones in eadem Profeſſione rejicit Xenajas; Recentioribus verò, præter Neſtorianos, Eutychianos & Chalcedonenſes, accenſet *Barſudailum*, de quo ſuprà, *Acacium Perſam*, cujus memini to. 1. pag. 197. 204. & 351. *Macedonium* Conſtantinopolitanum, & *Flavianum* Antiochenum, de quibus ille in epiſtola ad Senunenſes pag. 15. Quod verò ſubjuncta ibidem leguntur nomina Severi, Anthimi, Petri, Petri alterius, Juliani Patriarchæ, Jacobi Epiſcopi (nimirùm Zanzali) & Philoxeni ipſius, id amanuenſis Jacobitæ additamentum eſt, qui hominibus à Xenaja relatis reliquos ejuſdem erroris patronos, licet tempore poſteriores, pro genio ſectæ ſuæ aggregavit, ut in Liturgiis tùm Catholicorum tùm hæreticorum factum obſervavi in priori tom. pag. 472.

*Epiſtola ad Zenonem Imperatorem de Incarnatione Dei Verbi*. 10. Epiſtola ad Zenonem Imp.

ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܙܝܢܘܢ ܡܠܟܐ ܡܛܠ ܡܬܓܫܡܢܘܬܗ ܘܡܬܒܪܢܫܢܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܠܬܐ:

Exſtat in Codice noſtro Syriaco 2. fol. 17. quam initio Epiſcopatus ſui tamquam fidei formulam ſcripſit Xenajas, quando Zenonis Henoticum dumtaxat ſuſceperat: Neſtorianos enim & Eutychianos apertis verbis rejicit, inquiens: ܡܚܪܡ ܐܢܐ ܗܟܝܠ ܠܪܫܝܥܐ ܢܣܛܘܪܝܘܣ ܘܠܡܠܦܢܘܬܗ ܗܘ ܕܦܠܓ ܟܝܢܐ ܘܩܢܘܡܐ ܒܚܕ ܡܫܝܚܐ ܘܝܗܒ ܠܐܠܗܐ ܬܕܡܪܬܐ ܘܚܫܐ ܠܒܪܢܫܐ ܘܟܦܪ ܒܡܬܒܪܢܫܢܘܬܗ ܕܡܠܬܐ ܘܐܬܓܫܡܗ. ܡܚܪܡ ܐܢܐ ܬܘܒ ܗܟܘܬ ܠܐܘܛܘܟܐ ܪܫܝܥܐ ܘܠܡܠܦܢܘܬܗ ܗܘ ܕܐܡܪ ܕܒܡܫܚܠܦܢܘܬܐ ܐܬܚܙܝ ܗܘܐ ܐܠܗܐ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܘܢܣܒ ܡܫܚܠܦܢܘܬܐ ܕܠܐ ܙܪܥܐ ܘܦܓܪܢܘܬܗ:

*Anathematizo itaque impium Neſtorium & doctrinam ejus*, *qui naturas & perſonas in uno Chriſto dividens*, *Deo miracula & paſſiones homini tribuit*,

*buit, & œconomiam Verbi incarnati palàm negavit. Cum quo & anathematizo Eutychetem hæreticum & ejus opinionem, qui veram Dei ex Virgine incarnationem oppugnans, phantaſticum ſtatuit Incarnationis myſterium.* Synodum verò Chalcedonenſem & S. Leonis Papæ Tomum, Henotico Zenonis adhærens, tacitus præterit: quo artificio reliqui etiam Monophyſitæ ſub eo Imperatore uſi ſunt, poſt quam Henoticum edictum promulgatum fuit. Demùm ad propulſandas Catholicorum æquè ac hæreticorum criminationes, eandem planè fidem ſe amplecti profitetur, quam Catholica tenet Eccleſia, & Baptiſmi præſertim meminit, quo ipſum caruiſſe nonnulli fortaſsè accuſabant. Verba ejus retuli pag. 11. quibus addit: ܗܢܝܢ ܠܘܩܒܠ ܡܫܠܡܢܘ̈ܬܐ ܡܚܪܡ ܐܢܐ ܠܟܬܒ̈ܐ ܩܕܝ̈ܫܐ ܡܫܘܕܝܢܐ ܐܢܐ ܘܠܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܗܘܐ ܐܢܐ ܕܡܢܗܘܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܩܒܠܬ ܐܝܟܐ ܕܒܐܝܕܝܗ̇ ܐܫܬܘܝܬ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܥܡܝ̈ܕܐ ܠܚܝ̈ܐ ܘܠܚܐܪܘܬܐ ܘܠܣܝܡܘܬ ܒܢܝ̈ܐ: *Hæc dogmata* (Neſtorii & Eutychetis) *anathematizans, ſacris Scripturis conſentio, & traditioni Patrum inhæreo, à quibus veram fidem accepi, per quam unàcum omnibus baptizatis, vita, libertate & adoptione filiorum dignus factus ſum.* Et concludit: ܗܠܝܢ ܒܐܠܘܣܘܡܐ ܟܬܒܬ ܐܝܟ ܕܦܩܕܬܢܝ ܐܘ ܪܚܡ ܐܠܗܐ ܡܠܟܐ ܠܡܟܣܢܘܬܐ ܕܗܪ̈ܛܝܩܐ ܕܡܥܕܠܝܢ ܠܗܝܡܢܘܬܝ ܕܒܡܫܝܚܐ ܘܠܒܢܝܢܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܥܡܗ ܪ̈ܢܝܢ ܐܝܟܘܬܝ ܘܩܝܡܝܢ ܚܠܦܝ ܒܚܘܒܐ ܐܠܗܝܐ ܘܢܦܩܘܢ ܪܘܚܐ ܡܠܦܩܝܢ: *Hæc breviter ſcripſi, ſicut præcepiſti, religioſiſſime Imperator, tùm in reprehenſionem hæreticorum, qui meam in Chriſtum fidem accuſant, tùm in ædificationem eorum, qui eadem mecum ſentiunt, & divino amore incitati, pro me apologiam facere conantur.*

II. Epiſtolæ duæ ad Monachos Gaugalenſes.

*Epiſtolæ duæ ad Monachos Gaugalenſes.* ܐܓܪ̈ܬܐ ܬܪ̈ܬܝܢ ܕܠܘܬ ܕܝܪ̈ܝܐ ܕܒܝܬ ܓܘܓܠ: Altera exſtat in Cod. noſtro Syriaco XI. Altera in Cod. Nitrienſi 27. In utraque Monophyſiticum errorem adverſus Neſtorianos, Eutychianos, & Catholicos ſtatuit eo ſenſu, quem ſuprà expoſui pag. 25. Sed notandum quod in prima epiſtola de his dictionibus *Unus de Trinitate, & Deus paſſus* affirmat: ܠܐ ܡܝܬ ܪܘܚܢܐ ܒܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܪܘܚܢܐ ܘܠܐ ܚܫ ܐܠܗܐ ܒܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ. ܚܫ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܢܣܒ ܦܓܪܐ: ܡܝܬ ܡܛܠ ܕܗܘܐ ܫܘܬܦܐ ܠܡܝܘܬܐ: *Nequaquam mortuus eſt*, inquit, *ſpiritualis, ut ſpiritualis, neque paſſus eſt Deus, ut Deus. Paſſus eſt autem, quia corpus aſſumpſit: mortuus eſt, quia mortalium ſocius factus eſt.* In eandem ſententiam loquitur in epiſt. 2. ad monachos Telcdenſes, ubi hæc de Triſagio hymno: ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܟܠܗ ܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ ܒܬܫܒܘܚܬܐ ܩܕܝܫܐ ܩܕܝܫ ܐܢܬ ܐܠܗܐ. ܩܕܝܫ ܐܢܬ ܚܝܠܬܢܐ. ܩܕܝܫ ܐܢܬ ܠܐ ܡܝܘܬܐ. ܕܐܨܛܠܒܬ ܡܛܠܬܢ ܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ. ܗܘܝܐ ܡܫܡܫܢܐ ܥܠܡܐ ܘܫܪܪܐ ܗܘܝܐ ܡܢ ܟܝܢܐ ܕܡܢ ܫܪܪܐ ܡܬܐܡܪܝܢ ܕܗܘ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܐ ܡܝܘܬܐ ܒܟܝܢܗ ܡܠܬܐ ܐܠܗܐ ܐܬܓܠܝ ܒܦܓܪ ܘܛܥܡ ܩܛܠܐ ܘܡܘܬܐ ܦܪܩܐ ܒܪܢܫܐ ܐܬܐܠܨ ܠܡܛܥܡ ܡܛܠܗ ܕܒܪܢܫܐ. *Quemadmodum & univerſa Dei Eccleſia in Hymno canit, Sanctus Deus, San-*

*Sanctus fortis*, *Sanctus immortalis*, *qui crucifixus es pro nobis*, *miſerere nobis*: *ſic & vera credit Eccleſia*, *ſic & linguæ*, *quas veritas movet*, *exclamant*, *eundem ſcilicet Deum Verbum*, *qui natura immortalis eſt*, *corpore pro omnibus crucifixum*, *non autem corpus*, *aut hominem extra ipſum in crucem ſublatum*. Ex quibus liquet, non eodem ſenſu appendicem illam Triſagii reliquos Monophyſitas accepiſſe, ac Petrum Cnapheum: hic enim quatuor errores in illa appendice occultabat, vel ſaltem ex eo additamento quatuor errorum in ſuſpicionem vocari poterat à Catholicis, quibus ejus mens haud perſpecta eſſet, ut ei exprobrant Felix Papa, Acacius Conſtantinopolitanus, aliique Epiſcopi, qui ad eundem acres literas miſerunt. Primùm quod tribus perſonis paſſionem & in cruce ſuſpenſionem tribueret, dum Trinitati ſubjicit, *Qui crucifixus es pro nobis*. Deinde, quod Spiritum Sanctum paſſum ac mortuum eſſe pro nobis diceret, quum poſt verba illa *Sanctus immortalis*, quibus propriè Spiritus Sanctus exprimitur, proximè additur, *qui crucifixus es pro nobis*. Tertiò, quod duos Filios conſtitueret, alterum, qui medius inter Patrem & Spiritum ponitur: alterum, qui ſeorſim à tribus nominatus, pro nobis paſſus invocatur: qua ratione pro Trinitate quaternitas inducitur. Quartò denique, quod ſolum Filium, in quem totum illud carmen cum appendice ſua redegit, paſſionis ac mortis legibus obnoxium faceret, ſine ulla carnis & humanæ naturæ mentione: atque adeò Trinitatis conſubſtantialitatem diſſolveret, quum Filii ſubſtantiam ipſam & patibilem & mortalem facit, quod negat de duabus aliis. At reliqui Monophyſitæ, qui eandem Triſagii appendicem admiſere, longè diverſam à Cnapheo ſententiam circa eum, qui paſſus & crucifixus dicitur, habebant, ut ſuprà ex Xenaja obſervavi: Id enim carmen ad Chriſtum, non ad totam Trinitatem referentes, hunc non divinitate, ſed corpore paſſum & crucifixum aſſerebant, ut explicat Severus homil. 125. Codd. Nitr. 33. & 34. Hinc etiam Catholici Antiochenæ Diœceſeos idem additamentum uſurparunt, ut ſcribit Ephræmius Patriarcha Antiochenus apud Photium Codice 228. ubi affirmat, ſine ullo piaculo eos Triſagium hymnum cum appendice illa canere, quem de ſolo Filio intelligunt: Byzantinos verò, & Occidentales, quod Triſagium in totius honorem Trinitatis concini putent, abhorrere ab illa Petri Fullonis clauſula: ac rectè utroſque facere, quum ex mente ac ſenſu, quem quiſque adhibet, probanda vel repudianda ſit iſta ſententia: nam, ut obſervat Petavius lib. 5. de Incarnat. cap. 4. *hæc in Triſagii appendice notata reprehenſaque ab Catholicis errorum ſemina*, *magis ad corruptoris mentem venenis iſtis* (quatuor ſcilicet quæ ſuprà recenſui) *aut omnibus*, *aut quibuſdam imbutam referenda ſunt*, *quàm ad ipſam verborum conceptionem*, *quæ vindicari per ſe facilè poſſet ab multiplici hac invidia diſſidentium invicem hæreſeωn*, *quas ſimul complecti dicitur*. Vide quæ notavi in priori tom. pag. 518. & ſeqq.

Gaugalenſes verò monachos quoad Incarnationis myſterium, ejuſdem cum Xenaja perſuaſionis fuiſſe, ex eadem epiſtola conſtat, in qua ſic eos alloquitur: ܫܠܡܬܘܢ ܕܝܢ
ܒܟܬܝܒܬܗܘܢ ܘܒܪܘܫܡܝܢ ܐܫܪܬܘܢ
ܘܕܫܡܗܝܟܘܢ ܠܐ ܠܡܕܡ ܢܘܟܪܝ ܐܠܐ ܠܗ
ܠܫܪܪܐ ܕܡܫܬܘܕܝܢ ܐܢܬܘܢ :
*Scriptis autem literis conſenſiſtis*, *& ſubſcriptione nominum veſtrorum confirmaſtis non novum aliquod*, *aut à vero alienum dogma*, *ſed eandem ipſam veritatem*, *quam profitemini*: Nimirùm Zenonis Henoticum ſuſcipiendo, ut mox ſubjungit in hæc verba:

ܐܘ ܡܠܟܐ ܗܘ ܡܗܝܡܢܐ ܘܪܚܡܐ ܐܝܟܢ
ܘܪܚܡܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܠܟܘܬܐ
ܡܠܠ

ܡܛܠ ܠܡܗܝܡܢܐ ܘܟܐܢܐ ܙܝܢܘܢ
ܘܡܦܪܢܣܢܗ ܘܐܦ ܗܘ ܕܫܡܗ ܐܩܩܝܣ
ܛܝܒܘܬܐ ܕܡܘܕܝܢ ܠܟܘܢ ܥܠ ܐܘܠܘܓܝ̈ܐ
ܗܠܝܢ ܕܫܕܪܬܘܢ ܘܡܫܝܚܐ ܪܚܡܐ
ܠܓܠܝܐ ܐܘܕܝ ܕܒܝܕ ܨܠܘ̈ܬܟܘܢ ܙܟܐ
ܠܗ ܥܠ ܣܢܐܘܗܝ ܘܥܬܝܕ ܕܢܦܪܘܥ ܡܢܗܘܢ
ܠܗܘܢ ܠܒܥܠܕܒܒ̈ܘܗܝ ܕܨܠܝܒܐ

*Sed & fidelis ac juſtus Imperator Zeno, & Archiepiſcopus urbis regiæ* (Acacius) *gratias vobis agunt pro his Anaphoris*, (oblationibus, ſeù Eulogiis) *quas miſiſtis. Idem autem Chriſti amantiſſimus Imperator palàm confeſſus eſt, veſtris precibus victoriam de inimicis ſuis* (nimirùm de Baſiliſco tyranno) *ſe retuliſſe, & paratus eſt ſatis amplam mercedem pro labore, quem ob pacem Eccleſiarum ſuſcepimus, retribuere, atque hoſtes crucis ex iis funditùs extirpare.* Demùm invehitur in anonymum monachum, ejuſdem fortaſſe monaſterii, qui nec Zenonis Henotico ſubſcribere, neque Xenajæ ſententiam amplecti volebat.

Porrò ܓܘܓܠ *Gaugalius* mons eſt juxta Amidam Meſopotamiæ urbem, de quo hæc Sozomenus lib. 3. cap. 14. *Præter hunc aliis quoque multis Eccleſiaſticis Philoſophis regio illa inclaruit tùm in territorio Edeſſeno, tùm ad urbem Amidam circa montem Gaugalium* &c.

12. Epiſtola ad monachos Amidenſes.

*Epiſtola ad monachos Amidenſes.*

ܐܓܪܬܐ ܠܘܬ ܕܝܪ̈ܝܐ ܐܡܝܕ̈ܝܐ :

Fragmentum ejus extat in Cod. noſtro Syriaco 6. initium: ܕܝܪܝܐ ܕܡܛܠ ܫܘܚܕܐ ܛܢܢܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܡܒܣܐ ܡܫܘܬܦܐ ܗܘ ܕܝܗܘܕܐ ܡܫܠܡܢܐ :

*Monachus qui propter munera zelum fidei negligit, Judæ proditoris particeps eſt.* In hanc ſententiam in tota epiſtola differit. Videntur enim monachi Amidenſes aut Monophyſiſmo parùm faviſſe, aut à diſputationibus & contentionibus abhorruiſſe, quos proinde Xenajas turbarum excitator acriter redarguit, tamquam inertes, rebuſque Eccleſiæ parùm intentos. Eadem proteſtatur ad monachos Teledenſes in epiſt. 2. de qua mox ſermo erit, adhortans eos, ut ex cœnobiis in civitates ad tutandam fidem proſiliant: his verbis: ܘܠܐ ܐܢܫ ܠܘܬ ܢܐܡܪ ܕܗܝܡܢܘܬܝ ܠܘܬܝ ܢܛܝܪܐ ܐܢܐ : ܠܐ ܓܝܪ ܡܬܢܛܪܐ ܠܘܬܟ ܗܕܐ ܕܚܙܐ ܐܢܬ ܕܐܒܕܐ ܒܐܚܪ̈ܢܐ ܘܡܒܣܬ .

*Neve quis dicat, fidem meam intra me conſervo: non enim hæc apud te conſervatur, ſi eam in aliis perire videas & negligas.* Hoc conſilio ex catholicis Aphraates relicta eremo Antiochiam perrexit, ut Arianis reſiſteret, teſte Theodoreto lib. 4. cap. 36. & Daniel zelo fidei ſuccenſus è columna deſcendit, ut Monophyſitis ſeſe opponeret, apud Theodorum Lectorem hiſt. Eccl. lib. 1. & alii præſtantiſſimi monachi in Ægypto, in Syria, & in Palæſtina novis dogmatibus Arianorum, Neſtorianorum, Monophyſitarum, Monothelitarum, & Iconomachorum ſtrenuè occurrerunt.

*Epiſtolæ duæ ad monachos Teledæ.* 13. Epiſtolæ duæ ad monachos Teledenſes.

ܐܓܪ̈ܬܐ ܬܪ̈ܬܝܢ ܠܘܬ ܕܝܪ̈ܝܐ ܕܬܠܥܕܐ :

Exſtant in Cod. Nitr. 27. fol. 1. & fol. 29. In utraque de fide differit, ubi unam Chriſti naturam paſſim inculcat. Et primam quidem ab exilio ſe ſcripſiſſe teſtatur his verbis:

ܨܠܘ ܥܠܝ ܠܐ ܕܐܫܬܪܐ ܡܢ ܓܠܘܬܐ ܐܠܐ ܕܐܬܝܬܪ ܡܢܗ ܡܢ ܓܠܘܬܐ ܘܢܗܘܐ ܠܝ ܥܠܬܐ ܕܚܝܐ ܕܠܥܠܡ :

*Orate pro me, non quidem ut ab exilio liber dimittar, ſed ut eodem exilio proficiam, & ipſum mihi ſit cauſa vitæ æter-*

*æternæ*. Idem de ſecunda epiſtola ſignificat, dum ait: ܫܡܥܬ ܓܝܪ: ܕܡܢ ܒܬܪ ܕܢܦܩܬ ܡܢܟܘܢ ܟܬܒܘ ܥܠܝ ܨܘܚܝܬܐ ܘܩܪܐܘܢܝ ܡܛܥܝܢܐ:

*Audivi enim, poſtquam à vobis diſceſſi, ſcripſiſſe illos adverſus me convicia, meque ſeductorem appellaſſe*. Nimirùm poſtquam in exilium pulſus fuit, & Syros ſubvertere deſiit, è quorum numero Teledenſes etiam monachos fuiſſe, idem Xenajas affirmat, inquiens, ܐܢ ܡܛܥܝܢܐ ܘܡܚܒܠܢܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ ܒܥܠܕܒܒܐ: ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܥܡܢ ܐܢܬܘܢ:

*Si autem ſeductores & corruptores ſumus, ut adverſarii aſſerunt; vos quoque una nobiſcum eritis*: qui videlicet eandem doctrinam tenetis.

Miſſa fuit hæc ſecunda epiſtola per Ephræmum quemdam, cujus meminit Xenajas in hæc verba. ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܦܘܡܐ ܩܒܠܬܘܢ ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܒܐܓܪܬܐ ܘܠܪ̈ܚܡܐ ܩܕܝܫܐ ܕܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܒܦܓܪܐ ܠܐ ܚܙܝܬ ܐܢܘܢ ܫܕܪܬ ܒܝܕ ܡܘܒܠܐ ܗܢܐ ܐܦܪܝܡ. ܠܘܬ ܡܪܝ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܩܩ ܩܫܝܫܐ ܗܘ ܕܡܢ ܟܕ ܒܐܘܠܨܢܐ ܗܢܐ ܐܬܩܪܒ ܐܝܟ ܡܠܦܢܗ:

*Quæ verbo accepiſtis, hæc per epiſtolam ad vos, & ad ſanctos amicos, quos nondum in corpore vidi, tranſmiſi per latorem hujus Ephræmum, ad Mar, inquam, Acacium Presbyterum* (Teledæ fortaſſe Archimandritam) *qui præceptoris ſui exemplo certamen hujuſmodi jamdudum ſubjit*. Ubi verò ſitum fuerit Teledenſe cœnobium, dixi in priori tom. pag. 241. & ſeqq.

14. Epiſtola ad monachos Senunenſes. *Epiſtola ad monachos Senunenſes de Fide & Incarnatione* ܐܓܪܬܐ ܕܥܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܥܠ ܡܬܓܫܡܢܘܬܐ ܘܡܬܒܪܢܫܢܘܬܐ ܕܡܠܬܐ ܝܚܝܕܝܐ ܕܐܠܗܐ:

Exſtat in Cod. Nitr. 27. à fol. 58. ad fol. 131. cui titulus hujuſmodi præfigitur: ܬܘܒ ܕܝܠܗ ܗܘ ܕܡܪܝ ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܒܘܓ ܠܘܬ ܕܝܪ̈ܝܐ ܢܟܦܐ ܕܣܢܘܢ ܥܠ ܡܬܓܫܡܢܘܬܐ ܘܥܠ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܠܘܩܒܠ ܐܝܠܝܢ ܕܦܠܓܝܢ ܟܝ̈ܢܐ ܘܡܥܒ̈ܕܢܘܬܐ ܡܢ ܒܬܪ ܚܘܝܕܐ ܘܦܪܫܝܢ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܠܐܠܗܐ ܘܚܫ̈ܐ ܠܒܪܢܫܐ. ܐܬܟܬܒܬ ܕܝܢ ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܥܪܘܩܝܐ ܕܬܪܝܢ ܒܦܝܠܝܦܘܦܘܠܝܣ ܕܬܪܩܝܐ ܗܘܐ ܡܕܝܢܬܐ.

*Ejuſdem Philoxeni Epiſcopi Mabugenſis* (Epiſtola) *ad caſtos monachos Senun de Incarnatione Unigeniti, & de Fide, adverſùs eos, qui naturas & operationes poſt unitionem dividunt ac ſeparant, miracula Deo tribuentes & paſſiones homini. Scripta autem fuit hæc epiſtola ex ſecundo exilio in urbe Thraciæ Philoppopoli*, circa annum Chriſti 522. ut ex ejuſdem Xenajæ verbis collegi ſuprà pag. 20. In duas autem partes dividitur: Altera adverſus Neſtorianos pugnat, adverſus Catholicos Chalcedonenſes altera.

Et in prima quidem Epiſtolæ parte inſignem habet locum de reali præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia fol. 61. ubi & pravum Neſtorianorum dogma circa idem Sacramentum confutans, catholicæ veritati ſubſcribit, Chriſtumque non modò ut hominem, ſed etiam ut Deum, in Euchariſtia præſentem agnoſcit, in hæc verba. ܘܐܝܬܘܗܝ ܚܝ ܒܪܐ ܘܡܪܝܐ ܠܘܬ ܐܒܐ ܐܬܐܡܪ ܠܘܬ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ ܘܗܘܝܘ ܓܝܪ ܗܘܐ ܕܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܘܡܬܒܪ ܚܕ ܐܘ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܕܐܬܒܪܝܘ

[illegible]

*Et eſt unus Filius ac Dominus quoad hæc duo: nimirùm & qua Deus eſt, & qua homo factus: manſitque unus etiam poſtquam factus eſt homo, ſicut erat etiam antequam incarnaretur: niſi quod olim quidem unus erat carnis expers, noviſſimè verò ille idem unus habens corpus: ipſius enim eſt caro illa, quam ex nobis aſſumpſit, non alterius hominis ab ipſo ſeparati. Atque idcircò etiam vivum Dei vivi corpus confitemur nos accipere, non autem nudum & ſimplex hominis mortalis corpus: ſimiliter & vivum vivi ſanguinem in omnibus ſacris hauſtibus accipimus, non nudum hominis corruptibilis noſtri ſimilis ſanguinem, ut hæretici opinantur. Non enim panem ſanctificatum corpus ſuum appellavit, neque vinum ſolummodo benedictione cumulatum, ſacrum ſanguinem ſuum nuncupavit, ſed dixit unumquodque eorum vere ſuum corpus & ſanguinem eſſe, ſicut ſcriptum eſt, Accepit Jeſus panem, & benedixit, & fregit, deditque diſcipulis ſuis, dicens: accipite & manducate: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangetur in remiſſionem peccatorum. Similiter accipiens calicem, gratias ſuper eo egit, & dixit: accipite, & bibite ex eo omnes: Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum. Ubi panem corpus, & vinum ſanguinem appellavit, non quidem hominis alterius, ſed ſuum.* Ejuſdem erroris poſt Xenajam, Neſtorianos accuſavit Dionyſius Barſalibæus in expoſitione Miſſæ Syriacæ cap. 13. Cod. Ecchell. 36. inquiens: [illegible]

[illegible]

*Oportet, ut hic inquiramus, corpus ne & ſanguinem Verbi Dei manducamus*

*mus & bibimus, an hominis ex Maria, juxta ſententiam Neſtorianorum? Dicimus, Verbi Dei eſſe corpus, ut teſtatur Paulus inquiens*, qui manducat corpus Domini & bibit ejus ſanguinem: *& mox*: non dijudicans corpus Domini. *Ecce corpus & ſanguinem Domini appellavit illud, non hominis. Itaque corpus & ſanguinem Verbi Dei ſumimus, non hominis*: quod fuſius deinde exponit, ut obſervavit Renaudotius in not. ad Liturgiam Dioſcori Epiſcopi Jacobitæ tom. 2. pag. 510.

Neſtorium hæreſiarcham à S. Leone Papa ad Synodum Chalcedonenſem evocatum fuiſſe, in odium ejuſdem Synodi comminiſcitur Zacharias Rhetor apud Evagrium lib. 2. hiſt. Eccl. cap. 2. Hanc tamen fabulam è ſubdolo Xenajæ ingenio primùm prodiiſſe, colligitur ex hac epiſtola fol. 69. ubi ſic de Neſtorio.

[illegible]

*Atque hæc geſta ſunt ſub exitum Neſtorii, ad quem ferunt cuncta ſcripta & tranſmiſſa fuiſſe, quum in exilio eſſet, Acta ſcilicet coram Flaviano & Epiſtolam Leonis. Et quidem niſi eum, antequam convocaretur Synodus, judicium Dei ſuſtuliſſet, ipſe quoque ad eandem cum reliquis Epiſcopis evocatus fuiſſet: id quod à me non ex ſolo auditu dictum, ſed quia hæc verè ab eo didici, qui ad ipſum arceſſendum miſſus fuit: & clarè etiam apparet ex ipſius epiſtola, quam ad homines ſuæ opinionis, qui tùm Conſtantinopoli morabantur, direxit: ubi cuncta, quæ à Flaviano & Leone ſcripta ſunt, admiratur & laudat, eandem ſuam ac ipſorum doctrinam eſſe affirmans.* Fragmentum verò, quod ex epiſtola Neſtorii citat, eſt hujuſmodi.

[illegible]

ܘܡܠܝ ܡܫܘܕܥܢܐ ܗܘܝ ܕܥܒܕ
ܘܪܚܡܗ ܕܐܠܗܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܦܠܒܝܢܘܣ
ܕܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܡܠܟܬܐ ܘܠܘܩܒܠ ܐܘܛܝܟܐ
ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܩܕܡܘܗܝ. ܘܕܗܠܐ ܐܡܪ ܕܐܠܗܐ
ܗܦܟ ܐܠܗܐ ܘܡܠܟ ܐܬܒܣܪ :
ܘܐܬܕܡܝ ܘܐܬܝܠܕ ܘܚܫ : ܐܝܟ ܕܒܥܠܕܒܒܐ
ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܐܡܝܢܐܝܬ. ܬܘܒ ܫܡܥܬ
ܐܝܟܢܐ ܕܡܗܝܡܢܐ ܠܐܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ.

*Comperta mihi ſunt, quæ olim geſſit Dei amantiſſimus Flavianus Epiſcopus* Conſtantinopolitanus *adverſus Eutychen, & eos, qui eadem ante ipſum ſenſere: qui auſus fuit aliquando dicere,* Divinitas converſa eſt, Deus incarnatus, & ſimilis nobis factus, natus, & paſſus: *qui denique veræ fidei perpetuus eſt adverſarius. Item audivi, quæ nuper geſta ſunt à fideliſſimo Leone Epiſcopo, qui pro pietate in Deum decertans, ei, quæ dicitur Synodus, ſe oppoſuit. Deum autem ſummo ſtudio glorificavi, cunctoſque dies in laudibus canendis tranſigo. Vobis igitur, qui docibiles Dei eſtis, hoc pro certo habendum, quæ à præfatis religioſiſſimis viris Flaviano & Leone definita ſunt, meum ipſum fœtum eſſe, meamque, imo veræ in Deum religionis doctrinam. Itaque quum omnes ſententiam meam teneant, & præſertim Clerici, cur ego ſolus per invidiam, tamquam hæreticus, condemnor, anathematizor, & odio habeor?* Et paucis interjectis:

ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܠܗܠܝܢ ܠܐ ܬܩܒܠܘܢ.
ܡܦܩܢܘܬܐ ܓܝܪ ܐܝܬܝܗܝܢ
ܡܠܝܗܘܢ ܘܠܐ ܗܘܐ ܫܪܝܪܬܐ : ܗܢܘܢ
ܕܪܥܝܢܘܬܐ ܕܘܠܢܛܝܢܘܣ ܘܕܐܦܘܠܝܢܪܝܘܣ
ܘܕܐܪܝܘܣ ܘܕܡܐܢܝ ܡܣܪܚܢ
ܐܢܘܢ ܒܝܫܬܐ ܘܡܕܡ ܕܡܚܒܠܢ
ܠܢܦܫܬܐ ܘܫܘܝܢ ܕܢܬܚܪܡܘܢ
ܘܢܬܚܪܡܘܢ. ܐܠܐ ܗܟܢܐ ܗܝܡܢܘ
ܕܩܕܝܫܐ ܡܠܦܢܐ ܡܠܦܢܝܢ ܘܠܐ

ܘܗܠܝܢ ܕܐܢܫ ܢܝܡܐ ܦܠܒܝܢܘܣ ܘܐܦ ܠܐܘܢ ܘܨܠܘ
ܗܘ ܕܗܘܐ ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܬܒܝܠܝܬܐ ܒܗ ܕܝܘܠܦܢܝ
ܘܡܪܬܢܝ ܘܫܪܝܪܐ ܒܗܘܢ ܘܐܦ ܐܝܠܝܢ
ܘܡܬܝܩܪܝܢ ܒܫܪܝܪܘܬܐ. ܡܣܒܪ ܐܢܐ ܕܝܢ
ܕܐܢ ܗܘܐ ܗܕܐ ܘܐܦ ܗܝ ܗܟܘܬ
ܒܡܥܕܪܢܘܬܐ ܕܐܠܗܐ.

*Vos autem nolite illos admittere:* (loquitur de Gregorio Thaumaturgo, Baſilio, Athanaſio, Cœleſtino & Proclo:) *Sophiſtica enim ſunt eorum verba, non vera: videlicet, hæreſim Valentini, & Apollinaris, & Arii, & Manetis ſapiunt eorum prava dogmata, quæ animas ſubvertunt, atque adeo digna ſunt, quæ anathemate damnentur. Verùm ſic credite, ut ſancti comminiſtri noſtri Doctores Flavianus & Leo, & orate, ut Synodus œcumenica fiat, in qua doctrina mea, ſeu, ut verius dicam, cuncti orthodoxi in vero dogmate confirmentur. Confido autem, hoc ſi fiet, illud etiam Dei ope confectum iri.* Sic impius ille hæreſiarcha ad extremum uſque ſpiritum blaſphemus: ſi tamen hæc ſcripſit Neſtorius diſſipatis per Eutychianos rumoribus deceptus, ut ſunt pro ſuis votis credula hominum ingenia. Si autem, quod verius exiſtimo, ea epiſtola ab ipſis Monophyſitis Sancto Leoni & Concilio Chalcedonenſi infeſtis conficta & Neſtorio ſuppoſita fuit, ex ea impudentiſſimè arguit Xenajas, doctrinam ejus in Concilio Chalcedonenſi fuiſſe confirmatam. *Namque rem aliter ſe habere*, ut verbis utar Evagrii lib. 2. cap. 2. hanc Monophyſitarum calumniam explodentis, *ex eo liquet, quod Neſtorius in illa Synodo paſſim anathemate damnatus eſt* &c.

In ſecunda Epiſtolæ parte, qua in Catholicos Xenajas invehitur, eos in primis Neſtorianiſmi falsò accuſat, conſueto Monophyſitarum artificio uſus, quibus quotquot unam in Chriſto naturam dicere recuſarent, Neſtoriani appellabantur, ut ſuprà obſervavi pag. 3. Deinde in duas eos par-

partes diviſos fuiſſe affirmat: in Romanos, de quibus hæc comminiſcitur fol. 105. ܐܡܪܚܘ ܘܐܡܪܘ ܓܠܝܐܝܬ
ܕܠܐ ܒܬܘܠܬܐ ܡܪܝܡ ܘܠܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܡܫܝܚܐ ܠܐܠܗܐ ܘܠܐ ܗܘ ܕܐܨܛܠܒ
ܡܛܠܬܢ ܘܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܬܠܝܬܝܘܬܐ :

*Auſi ſunt palàm dicere, nec Virginem Mariam Deiparam appellari oportere, nec Chriſtum, qui pro nobis crucifixus eſt, Unum de Trinitate*: Et in Palæſtinos, quos Eliæ Hieroſolymorum Epiſcopo conſentientes utrumque ait admittere, Mariam ſcilicet Deiparam, & Chriſtum Unum è Trinitate. Ubi vera falſis de more Xenajas commiſcet. Verum enim eſt, Romanos, hoc eſt, Occidentales hanc dictionem *Unus de Trinitate crucifixus* ob ſermonis novitatem, & ancipitem ſenſum initio & ſuſpectam habuiſſe, & diſertè exploſiſſe, ut ex Epiſtolis Felicis III. ad Petrum Fullonem, & Hormiſdæ ad Poſſeſſorem Epiſcopum liquet: item verum eſt, Orientales, & Palæſtinos præſertim, eam dictionem amplexos fuiſſe: at omnino falſum, Romanos negaſſe *Mariam eſſe Deiparam*. Hæc pura puta eſt Xenajæ calumnia, quam vel invitus poſteà retractavit fol. 105.

de eiſdem Romanis ſcribens: ܣܡܘ
ܗܠܝܢ ܬܪܬܝܢ ܩܠܐ ܕܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܘܕ
ܚܕ ܡܢ ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܫܝܚܐ ܘܡܦܩܝܢ
ܠܐܠܗܘܬܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܗܘ
ܕܐܨܛܠܒ . ܘܗܠܝܢ ܐܘܕܝܘ ܠܗ ܒܫܪܪܐ
ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܒܫܘܚܠܦ ܫܘܚܠܐ :

*Has duas voces poſuerunt, Maria Virgo Dei genitrix, & Chriſtus crucifixus unus è Trinitate: id quod non pro-*
1 *priè fatentur, ſed quaſi per* [1] *translationem.*

Subjungit de Legatis Romani Pontificis. ܗܢܘܢ ܕܐܬܘ ܡܢ ܪܗܘܡܝ
ܐܝܟ ܕܗܪܛܝܩܐ ܫܪܝܪܐ ܐܝܬܝܗܘܢ
ܘܡܚܒܠܝܢ ܡܫܠܡܐܝܬ ܒܗܪܣܝܣ ܗܝ
ܕܢܣܛܘܪܝܘܣ : ܟܕ ܡܬܬܟܠܝܢ ܥܠ
ܩܕܡܝܘܬܐ ܕܐܝܩܪܐ ܗܘ ܕܡܢ ܥܝܕܐ
ܐܝܬ ܠܗܘܢ : ܓܠܝܐܝܬ
ܐܫܠܡܘܗ ܠܪܫܝܥܘܬܐ ܘܩܒܠܘܗ
ܠܣܘܢܗܕܘܣ ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ :

*Qui Romà venerunt, tamquam veri hæretici, & Neſtoriana hæreſi planè infecti, Primatu honoris freti, quem ex conſuetudine habent, palàm impietatem tradidere, & Chalcedonenſe Concilium amplexi ſunt*. Et infrà fol. 130. de eiſdem differens:
ܥܠ ܠܐܘܢ ܡܬܬܟܠܝܢ ܡܛܠ ܐܝܩܪܐ ܩܕܡܝܘܬܐ
ܗܘ ܕܡܢ ܥܝܕܐ ܐܝܬ ܠܟܘܪܣܝܐ .
ܥܠ ܕܝܢ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ ܡܢ
ܟܠܗ ܣܓܝܐܘܬܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܢܘܢ
ܕܐܣܦܩܘ ܠܡܟܬܒ ܬܪܬܝܢ ܟܝܢ
ܢܣܛܘܪܝܘܣ ܠܘܬ ܡܫܝܚܐ ܠܡܐܡܪ
ܡܢ ܒܬܪ ܚܘܝܕܐ ܟܕ ܡܥܒܕܢܘܬܐ
ܕܐܝܬ ܠܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ :

*Leonis quidem auctoritati innituntur, propter honorem Primatus, quem Sedes illa de more habet: Synodo verò Chalcedonenſi, propter Epiſcoporum numerum, qui ſcripto definiere, duas cum Neſtorio dicendas eſſe de Chriſto naturas poſt unitionem, cum operationibus unicuique convenientibus.* Ubi Romanis Pontificibus infenſiſſimus Xenajas, quoniam eorum in Catholica Eccleſia Primatum negare non poterat, minuere ſatagit, dum eum non lege divina ipſis delatum (quod tamen certiſſimum eſt) ſed Eccleſiaſtica

N O T A.

1 *Translationem* interpretatur, quam Theologi communicationem idiomatum appellant, quæ à Xenaja male intellecta veritati opponitur.

ſtica conſuetudine affirmat, ſextum Concilii Nicæni Canonem in hunc ſenſum perperàm interpretatus. Qui ſic de Romanæ Sedis auctoritate ſentiunt Novatores, videant cui hæretico adſtipulantur. Legati verò, quorum hic mentio fit, ſunt Germanus Capuanus & Joannes Epiſcopi, Blandus Presbyter, Felix Diaconus, Dioſcorus item Diaconus, quos ab Hormiſda Papa, ut Orientalem Eccleſiam Apoſtolicæ Sedi reconciliarent, & ab Epiſcopis cæteriſque Catholicæ fidei profeſſionem, & Acacii, Petri Mongi, aliorumque Romani Pontificis ſententia proſcriptorum damnationem exigerent, Juſtino imperante circa annum Chriſti 519. miſſos fuiſſe, teſtatur idem Hormiſda epiſt. 32. & 34. Cum his Paulum Patriarcham Antiochenum communionem habuiſſe, affirmat Xenajas fol. 106. in hæc verba: ܦܘܠܘܣ ܓܝܪ ܗܪܛܝܩܐ ܗܘ ܕܐܫܬܕܪ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܗܘ ܕܐܦ ܡܢ ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܦܘܠܐ ܝܗܘܕܝܐ ܐܫܬܡܗ: ܠܗܠܝܢ ܕܡܢ ܪܗܘܡܝ ܐܬܝܘ ܒܟܠܡܕܡ ܫܠܡ. *Paulus enim hæreticus, qui Antiochiam miſſus eſt, & ab Antiochenis Paulus Judæus appellatur, his qui Româ venerunt, in omnibus conſentit.*

Et paucis interjectis. ܐܢ ܠܗܢܐ ܗܢܘܢ ܠܦܘܠܐ ܨܒܝܢ ܠܡܫܠܡܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܢܘܢ ܕܥܕ̈ܬܐ ܐܚܝܕܝܢ ܒܕܘܟܝܗܘܢ: ܐܢ ܠܗܘ ܕܐܝܟ ܗܫܐ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܐܢ ܠܗܢܘܢ ܕܐܬܘ ܡܢ ܪܗܘܡܝ: ܒܟܠܗ ܚܘܪܐ ܡܫܪܪܐ ܗܢܐ ܕܥܡ ܢܣܛܘܪܝܣ ܡܫܘܬܦܢܘܬܐ ܐܚܝܕܝܢ ܘܒܗܝ ܗܪܣܝܣ ܘܡܫܡܗ ܫܪܝܪܐ ܘܠܗܝܡܢܘܬܐ ܟܦܪܝܢ: ܠܐ ܕܐܦܠܐ ܚܕ ܦܘܪܫܢܐ ܐܝܬ ܒܝܢܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܘܐܦ ܒܝܢܬ ܗܢܐ ܠܦܠܣܛܝܢܝܐ ܘܠܗܘ ܕܗܫܐ ܐܚܝܕ ܠܥܕܬܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. *Sive igitur huic, hoc eſt, Paulo, conſentire volunt Epiſcopi, qui ſuas Eccleſias adhuc obtinent; ſive ei, qui nunc Hieroſolymæ præeſt,* (hoc eſt, Joanni Patriarchæ, qui in locum Eliæ ſubſtitutus fuit, ut in Vita Sancti Sabæ apud Cotelerium tom. 3. pag. 310.) *ſive iis, qui Roma venerunt; hoc certiſſimum eſt, eos omnimodam communionem cum Neſtorio habere, & cum ejuſdem hæreſi planè convenire, fidemque palam abnegare. Re enim vera nullum eſt diſcrimen inter Romanos, & Palæſtinos, & inter eum, qui modò Antiochenam occupat Eccleſiam.* Quod notavi, ut apologiam ejuſdem Pauli à cl. Henr. Valeſio contra Nicephorum factam confirmarem: Nicephorus enim ex eo, quod Evagrius lib. 4. cap. 4. ſcripſerat, Paulum Severi ſucceſſorem, ſtatim ac *ad Epiſcopalem thronum promotus eſt, Chalcedonenſem Synodum palàm prædicare juſſum fuiſſe*, exiſtimavit, eundem Paulum occultè Eutychianiſmo laboraſſe: quod tamen falſum eſſe docet Liberatus in Breviario cap. 19. & Legati Sedis Apoſtolicæ in relatione ad Hormiſdam Papam, quam refert Eminentiſſimus Baronius anno Chriſti 519.

Demùm ut Monophyſiticæ perfidiæ ex ſectariorum numero fucum faciat, illam jactat fol. 120. ab omnibus ferè monachis ab urbe Antiochia uſque ad fines Perſarum propugnari: ſed & Antiochenos eandem doctrinam tueri affirmat adversùs proprium Paſtorem, eumque idcircò *Judæum* ab ipſis appellari: Edeſſenos quoque tùm laicos, tùm monachos teſtatur ejuſdem eſſe perſuaſionis: quæ omnia quam longè à veritate diſtent, apparet ex epiſtolis monachorum ſecundæ Syriæ, ex Actis Concilii Conſtantinopolitani ſub Joanne & Menna Patriarchis, ex Evagrio, aliiſque Eccleſiaſticis Scriptoribus, & ex ipſis hiſtoricis Monophyſitis, qui docent, Severo, Xenaja, Petro Apameenſi, cæteriſque ejuſdem fur-

furis Epiſcopis in exilium actis, catholicam fidem per totam Syriam, Phœniciam, atque Meſopotamiam obtinuiſſe: Juſtini præſertim religioſiſſimi Imperatoris opera, qui ſanctas quatuor Synodos in toto Romano Imperio in Diptycha referri juſſit, ut ex Chronico Edeſſeno obſervavi in priori tom. pag. 408. Vide Dionyſium Patriarcham Jacobitarum, qui ad annum Græcorum 834. ex Joanne Monophyſita Scriptore narrat, monachos Orientales eorumque Sodales cœnobitas, quod Chalcedonenſe Concilium reſpuerent, à militiæ Præfecto Pharesmane, Aſclepii Epiſcopi Edeſſeni hortatu, è monaſteriis ſuis ejectos fuiſſe. Certè Hierapolitas relictis, quos à Xenaja hauſerant, erroribus, ad orthodoxam fidem rediiſſe, auctor eſt idem Xenajas, qui fol. cit. hæc de ipſis ſcribit. ܘܟܕ ܒܟܠ ܕܘܟ ܐܫܬܟܚܘ ܐܢܫܐ ܕܫܘܘ ܠܡܘܕܝܢܘܬܐ ܗܕܐ ܕܒܡܫܝܚܐ : ܒܠܚܘܕ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܕܠܝ ܡܛܬ ܠܡܪܥܝܬܐ ܐܬܬܠܝܬ. ܡܢ ܛܒܬܐ ܗܘܬ ܕܠܐ ܐܡܪ ܗܝ ܕܠܥܘܠܐ ܕܐܢܫܐ ܡܢܗܘܢ ܐܝܟ ܕܡܬܡܠܠ ܥܡ ܪܕܘܦܐ ܡܢܝܢܗ ܢܣܓܘܢ ܡܢܗ ܥܡ ܪܕܝܦܐ :

*Quumque ubique locorum eſſent, qui hac pro Chriſto confeſſione* (ſic pertinaciam in hæreſi appellat) *digni habiti ſunt, ea dumtaxat urbs, cuius paſcendæ cura mihi obtigit, hoc exſtitit indigna bono, ut oppoſitum taceam: nam quidam ex eis feruntur, perſecutorum potius, quàm eorum, qui perſecutionem patiuntur, numerum augere voluiſſe.* Et infrà: ܘܟܕ ܛܟܗ ܘܐܦ ܠܗܠܝܢ ܕܠܗܘܢ : ܡܬܚܒ ܗܘܐ ܐܝܟ ܘܠܟ ܐܢܐ ܠܒܐ ܗܘ ܕܐܦ ܗܘ ܡܬܕܘܪܐܝܬ ܗܘܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܟܝܐ ܕܐܬܓܠܝܬܐ ܕܚܫܘܟܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ ܐܢܫܝܢ ܗܘܘ ܙܒܢܐ ܕܟܠܗ ܗܘ ܕܪܥܝܢ ܐܢܚܢ ܘܢܦܩܘ ܗܘܐ ܠܒܪ ܠܢܘܗܪܐ ܒܬܪ ܕܩܒܠܘ ܠܣܘܢܗܕܘܣ.

*Nunc verò geſtorum ſuorum immemores, ad eum, qui modò Antiochenæ incubat Eccleſiæ, ut mihi renunciatum eſt, ſcripſere, ſe tenebris obvolutos toto eo tempore, quo ipſis Paſtores præfuimus, jacuiſſe, nunc verò in lucem translatos, poſtquam Synodum receperunt.* Sed & antequam impius homo ex Hierapolitana Sede ejectus fuiſſet, à civibus illis ſe exagitatum religionis cauſa teſtatur fol. 129. ܘܐܦ ܐܦ ܒܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܕܗܘܝܬ ܒܗ ܪܥܝܐ : ܕܠܘܝ ܕܝܢ ܠܐ ܐܬܪܥܝܬ ܡܘܬܐ ܐܬܬܥܝܪܬ ܡܢ ܡܢܝܢ ܙܒܢܝܢ ܚܢܦܐ ܘܗܪܛܝܩܐ ܘܠܡܘܬ ܠܟܐܦܐ ܡܬܚܒܠܝܢ ܗܘܘ ܠܘܬܝ ܕܪܕܘܦܐ ܥܡ ܩܝܣܐ ܐܝܟ ܕܡܬܠܝܢ ܗܘܘ ܢܩܒܘܢ ܥܡ ܕܪܕܘܦܐ : ܘܗܢܘܢ ܐܦ ܒܟܠ ܕܝܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܦܪܢܣ ܗܘܘ ܠܐܦܪܟܝܐ ܠܡܛܐ ܗܘܘ ܐܦ ܘܢܗܘܐ ܠܡܬܟܠܨ ܘܠܟܠ ܢܦܫܐ ܒܡܫܐ ܘܒܟܝܐܬܐ ܒܣܓܝܐܬܐ.

*Item in ea*, inquit, *urbe, in qua Paſtor fui (utinam verò numquam fuiſſem) ſæpe mortem effugi, quam hæretici gentilibus coniuncti mihi machinabantur: nam lapidibus quidem, atque fuſtibus, & igne armati, adverſus me aſſiduas coitiones faciebant: ſingulos verò judices, qui ad regendam Provinciam veniebant, omni ſtudio inducere conabantur, ut me pœnis coërcerent, & Eccleſiam exactionibus vexarent.* Et paulò ante. ܒܟܘܪܐ ܕܢܦܩ: ܕܩܘܪܘܣܛܝܩܐ ܩܪܝܒ ܐܢܐ ܕܐܦ ܐܘܪܚܠܐ ܠܡܬܬܐ ܡܢܝܢ ܟܕ ܗܘ ܕܐܦܢܝ ܠܡܢ : ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ ܕܡܠܟܐ ܐܝܟ ܡܢ ܕܐܝܟ ܐܝܠܝܢ ܡܘܬܐ ܐܬܬܥܝܪܬ :

*Quum enim in Cyreſticam regionem profe-*

*profectus eſſem, ut beati Mar* [1] *Baſſi, qui ibi martyrio functus eſt, corpus tollerem, vos optime ſcitis, quæ & qualia mortis pericula evaſerim.* Quæ licet à Xenaja ad exaggerandas res ſuas dicta eſſe ſcio, mendacii tamen eundem arguunt, qui ſectam ſuam in toto Oriente dominantem affirmaverat.

Porrò *Senunenſe* cœnobium haud procul ab Edeſſa urbe ſitum fuiſſe, colligitur ex iis Xenajæ verbis fol. 120. [illegible]

*Quæ verò ab adverſariis in benedicta & fideli urbe Edeſſa perpetrata ſunt, dilectionis veſtræ aures haudquaquam fugere exiſtimo, quum finitimi veſtri ſint.* Ubi Edeſſenis idcirco aſſentatur, quod Paulus eorumdem Epiſcopus Sede potius carere maluit, quàm Synodo Chalcedonenſi ſubſcribere, licet illam poſteà mutata ſententia amplexus fuerit, ut notavi tom. 1. pag. 409.

15. Diſputatio cum Neſtoriano. *Diſputatio cum quodam Neſtorianorum doctore, in illud, Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti Pater gloriæ.* [illegible]

Exſtat fol. 71. in Codice Syriaco Clementino-Vaticano XI. Duas autem continet partes: Primæ titulus, ut ſuprà, in qua, Neſtorianum anonymum rejicit, duas in Chriſto perſonas ſtatuentem, alteram Verbi, hominis alteram, quarum hæc per eam dictionem *Pater gloriæ* ideſt, Pater Chriſti hominis, illa verò per antecedentia deſignetur. Secunda Diſputationis pars hoc titulo inſcribitur fol. 77. [illegible]

*Diſputatio naturalis Neſtorianorum, & Orthodoxorum*, ubi dogmata utriuſque partis examinat.

16. Tractatus in Neſtorianos, & Eutychianos. *Tractatus adversùs Neſtorianos, & Eutychianiſtas.* [illegible]

Titulus hujus Operis in Codice Nitrienſi 27. ſubjungitur epiſtolæ ad monachos Senunenſes.

17. Tractatus de Fide. *Tractatus de Fide, in illud Simonis* Petri *effatum*, Jeſus Nazarenus vir à Deo. *Adversùs eos, qui putant, Jeſum & Chriſtum nomina eſſe hominis Deum ſequentis, non Dei hominis facti.* [illegible]

Hujus quoque operis titulus dumtaxat legitur in laudato Codice Nitrienſi 27.

18. Epiſtola adverſus Habibum. *Epiſtola adversùs Habibum.* Fragmentum exſtat in Cod. Syr. Clementino-Vaticano XI. fol. 88. de Incarnatione Verbi, cui titulus hujuſmodi præfigitur: [illegible]

*Mar Xenajæ ex libro adversùs Habib Aromotopolam.*

19. Epiſtola ad Arzunitas. *Epiſtola ad Arzunitas.* [illegible]

N O T A.

1 *Baſſi*. Alius eſt à Baſſo monacho, de quo Theodoretus in Philoth. cap. 26. Coſmas in Vita S. Simeonis, & nos in priori tom. pag. 243. & ſuprà pag. 15.

ܕܠ ܬܘ ܐܘܪܙܘܬܐ :

De myſterio Incarnationis. Fragmentum citatur in laudato Cod. Syr. XI. fol. 89.

20. Epiſtola ad monachum novitium.

*Epiſtola ad monachum novitium, qui ſæculo recens abrenunciaverat.* ܐܓܪܬܐ ܕܐܟܬܒ ܠܚܕܬܐ ܗܝ ܐܢܫ ܕܚܕܬܐܝܬ ܐܬܬܠܡܕ ܡܢ ܥܠܡܐ :

Exſtat in Cod. Nitr. 27. fol. 53.

21. Epiſtola ad Patricium Edeſſenum.

*Epiſtola ad Patricium Edeſſenum de præceptis Dei obſervandis.* ܐܓܪܬܐ ܠܘܬ ܦܛܪܝܩܝܣ ܐܘܪܗܝܐ ܥܠ ܢܛܘܪܘܬܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܕܐܠܗܐ :

Exſtat inter opera aſcetica S. Iſaac Ninivitæ & Joannis Daliatenſis in Cod. Nitr. 22. fol. 142.

22. Tractatus de caſtitate.

*Tractatus de caſtitate, & de bello fornicationis.* Fragmentum citatur fol. 259. in Cod. Syriaco Clementino-Vaticano 3.

23. De Interdicto & excommunicatione.

*De eo, qui Sacerdotùm interdictum voluntariè tranſgreditur.* ܥܠ ܗܘ ܕܒܨܒܝܢܗ ܥܠ ܟܗܢܐ ܘܚܘܪܡܐ :

Exſtat in Cod. Syr. Clementino-Vaticano 6.

Demùm in Cod. noſtro Syr. 15. Xenajæ tribuitur *Cantus de nativitate Domini* ܡܕܪܫܐ ܕܥܠ ܡܘܠܕܗ ܕܡܪܢ, quem tamen amanuenſis in corpore quidem Codicis *Severi* eſſe notat; in margine verò teſtatur, nonnullos eundem ad Joannem Bar. Aphtonium referre his verbis: ܗܢܐ ܐܝܬ ܕܐܡܪܝܢ ܕܕܝܘܚܢܢ ܒܪ ܐܦܬܘܢܝܐ ܐܝܬܝܗ ܘܐܝܬ ܕܐܡܪܝܢ ܕܦܝܠܘܟܣܢܘܣ :

*Cantum hunc ſunt qui dicunt Joannis Bar-Aphtonii fœtum eſſe, alii verò ipſum Philoxeno tribuunt.*

# CAPUT III.

## *Paulus Epiſcopus Callinici.*

I. Paulus Callinici Epiſcopus.

PAULUS Callinici urbis in Oſrhoëna Epiſcopus ſexto ſæculo ineunte claruit, teſte Dionyſio in Chronico ad annum 814. Chriſti 503. qui ad annum 830. refert, eum Sede ſua à Juſtino Imp. deturbatum fuiſſe, quod Synodum Chalcedonenſem rejiceret.

II. Severi libros in Syriacum convertit.

Callinico pulſus, in urbem Edeſſam confugit, ubi Severi libris è Græco in Syriacum ſermonem vertendis operam impendit, ut ex hac nota colligitur, quæ ad calcem Codicis Nitrienſis 29. appoſita eſt.

ܐܫܬܠܡ ܕܝܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܒܝܪܚ ܢܝܣܢ ܕܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܫܥ ܒܐܘܪܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ ܒܝܘܡܝ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܐܦܬܘܢܝܐ ܘܪܝܫܐ ܕܥܘܡܪܐ ܕܣܠܘܩܝܐ ܕܡܪܝ ܬܐܘܡܐ : ܘܗܘܐ ܒܫܘܩܠܐ ܘܒܛܝܠܐ ܕܡܪܝ ܦܘܠܘܣ ܩܠܝܢܝܩܝܐ ܕܗܘ ܒܥܒܪ ܗܘܐ ܠܗܠܝܢ ܟܬܒܐ ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ ܕܚܣܝܐ ܘܛܘܒܢܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ ܣܘܝܪܐ ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܗܠܝܢ : ܗܘ ܪܒܐ ܕܠܘܩܒܠ ܝܘܠܝܢܐ : ܘܠܘܩܒܠ ܬܘܣܦܬܐ : ܘܡܦܩܢܐ : ܘܦܠܠܘܛܝܣ :

*Abſolutus eſt liber iſte menſe Aprili Anni* Græcorum 839. (Chriſti 528.) *in urbe Meſopotamiæ Edeſſa, diebus Mar Joannis Bar-Aphtonii Archimandritæ monaſterii Seleuciæ S. Thomæ: opera & ſtudio Mar Pauli Callinicenſis, qui è Græca lingua in Syriacam transferre curavit hos religioſi ac beati Mar Severi Patriarchæ libros: videlicet, magnum illum adversùs Julianum, & adversùs Appendicem, & ad-*

*adverſus Manichæos*, & *Philalethem*, ſeu Apologiam pro Philalethe, quem Severus adverſùs Joannem Epiſcopum Cæſareenſem conſcripſerat. Exſtant in laudato Codice Nitr. 29. ex quibus celeberrimæ controverſiæ, quæ Severum inter ac Julianum de corruptibili agitata eſt, origo & ſtatus deprehenditur.

III. Ejus Præfatio in Librum Severi de Corruptione.

His *Præfationem* Paulus præmittit *de multiplici corruptionis ſignificatu*, eum ferme in modum, quo Euſebius Theſſalonicæ Epiſcopus apud Photium Cod. 162. quam claudit in hæc verba. ܗܐ ܡܢ ܟܬܒ̈ܐ ܐܠܗܝ̈ܐ ܒܪܘܚܐ ܡܫܬܚܠܦܐܝܬ ܐܦܢܝ ܫܡܐ ܕܚܒܠܐ. ܠܐ ܗܟܝܠ ܚܒܠܐ ܗܘ ܕܡܢ ܚܛܝܬܐ ܘܠܐ ܗܘ ܕܫܘܪܝܐ ܓܡܝܪܐ ܡܬܬܐܡܪ ܡܢ ܐܢܫ ܡܢ ܡܗܝܡ̈ܢܐ ܡܛܠ ܦܓܪܗ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܢ. ܠܐ ܓܝܪ ܚܛܝܬܐ ܥܒܕ ܘܠܐ ܢܟܠܐ ܐܫܬܟܚ ܒܦܘܡܗ ܐܦܠܐ ܦܓܪܗ ܚܙܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ. ܡܟܝܠ ܡܚܪܡܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܐܝܢܐ ܕܠܘ ܗܟܢܐ ܡܬܚܙܐ. ܡܟܝܠ ܕܝܢ ܗܘ ܕܡܢ ܨܒܝܢܐ ܠܐ ܒܩܛܝܪܐ ܡܣܪܩ ܢܦܫܗ ܚܒܠܘܬܐ ܕܒܚ̈ܫܐ ܡܕܘܡܝܢܝܬܐ ܘܝܫܐ ܘܐܝܟ ܕܒܟܠ ܡܕܡ ܣܛܪ ܡܢ ܚܛܝܬܐ ܘܗܟܢܐ ܠܡܬܪܥܝܘ ܘܠܡܪܓܫܢܘ ܢܦܩ ܢܬܚܫܒ ܘܢܬܪܓܫ ܕܡܢ ܡܫܡ̈ܫܢܐ ܐܬܬܚܡ ܘܐܝܟ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܐ ܟܕ ܗܘ ܐܢܫ ܒܡܥܒܕܢܘܬܐ ܗܘܐ ܡܬܚܙܝܐ ܒܥܘܕܪܢܗ ܕܐܠܗܐ:

*En igitur ex inſpiratis divinitus ſcripturis nomen corruptionis diverſimodè uſurpatur. At verò ſacroſanctam Domini noſtri carnem nemo fidelium credit aut peccati, aut plenæ reſolutionis corruptioni obnoxiam fuiſſe: non enim peccatum fecit, neque dolus inventus eſt in ore ejus, neque caro ejuſdem vidit corruptionem, ſicut ſcriptum eſt: unde anathemati ſubjacet, qui aliter ſenſerit. Dicendum ergo, Dei Verbi, qui ſeipſum voluntariè exinanivit, carnem corruptioni, quæ ex indetrectabilibus paſſionibus conſtituitur, ſubjacuiſſe, utpote quæ tùm noſtræ carni æqualis erat, tùm affectionibus noſtris ſimilis, præter peccatum: atque ita cogitandum & ſentiendum eſſe, ab ipſius Verbi miniſtris definitum eſt, quemadmodum opus hoc impigrè evolventi, Dei ope, conſtabit.*

IV. Octoëchum Severi emendat, & nonnullos Cantus Syriacos condit.

Octoëchum inſuper Severi, ideſt, Cantus tonis octo expreſſos, Paulus Syriacos fecit correxitque, ut colligitur ex Codice Syriaco Clementino-Vaticano XV. fol. 142.

ܐܟܝܬܘܢ ܡܢ ܩܢܘܢ̈ܐ ܕܠܗܘܢ ܡܕܢܚܝܬܐ ܘܦܫܝܛܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܐܝܬ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ ܡܬܐܡܪ ܘܡܬܟܪ ܡܢܗܘܢ. ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܕܩܕܝܫܐ ܐܟܝܬܘܢ ܕܡܬܢܝ ܒܪ ܐܦܬܘܢܝܐ ܘܡܥܒܕܢܐ ܕܩܢܫܪܐ ܘܕܡܢܝܢ ܐܚܪܢܐ ܕܝܠܗ ܘܕܝܠܗܘܢ ܘܕܐܢܫܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܘܠܐ ܡܬܝܕܥܝܢ ܫܡܗܘܢ ܐܝܟ ܬܘܪܨܐ ܕܡܪܝ ܦܘܠܐ ܘܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܘܪܗܝܐ:

*Cantus autem Sancti Mar Severi, qui in hoc libro continentur, ſunt univerſim bis centum nonaginta quinque. Reliqui verò ſunt Joannis Bar-Aphtonii Abbatis Canſari, & Joannis alterius ejuſdem Cœnobii Abbatis, aliorumque anonymorum, juxta emendationem Mar PAULI, & Mar Jacobi Edeſſeni.* Tres demùm Cantus de *Sacro Chriſmate* in eodem Codice noſtro Syr. 15. nomen *Pauli* præſerunt in margine, quem noſtrum Callinicenſem eſſe, ex ſuprà notatis liquet.

V. An ſit Paulus ille, qui Librorum Interpres appellatur à Jacobitis.

Hinc Paulus apud Monophyſitas *Interpretis Librorum* cognomentum meruit, ut legitur in Kalendario Jacobitarum ad diem 23. Auguſti Cod. Syr. Vatic. 25. & 26. Textum retuli in priori tom. pag. 409. ubi id Paulo Epi-

Epiſcopo Edeſſeno à me tributum fuit, quod Callinicenſi deberi mihi videtur: hunc enim libros è Græco in Syriacum interpretatum fuiſſe, ex ſupradictis conſtat: Edeſſenus verò an quid tale præſtiterit, nondum comperi. Quod autem in Kalendario Paulus noſter *Edeſſenus* appelletur, ad patriam ejus alludi exiſtimo. Bar-hebræus in Horreo Myſteriorum Paulum quendam Telæ Epiſcopum laudat, quem Vetus Teſtamentum Syriacum feciſſe teſtatur. An ille Edeſſenus etiam fuerit, & *Interpretis Librorum* titulum à Jacobitis acceperit, è Syrorum monumentis, quæ hactenus vidi, haud apparet.

# CAPUT IV.

## *Maras Epiſcopus Amidæ.*

I. Maras ob hæreſim Monophyſitarum Amida pulſus ſub Juſtino Imp.

MARA'S Amidenſem [1] Eccleſiam poſt Nonnum occupavit anno Chriſti 520. ut ex Joanne Aſiæ Epiſcopo refert Dionyſius Patriarcha in Chronico, cujus verba etſi in iis, quæ Monophyſitarum laudes, virtutes, & miracula continent, plane falſa ſint, deſcribere tamen noſtra nos methodus cogit, ut & quæ ſectarii de ſuis comminiſcuntur, Apoſtolicæ Sedis Miſſi, qui in Orientem deſtinantur, agnoſcant, & quæ ad Eccleſiaſticam hiſtoriam in hac parte illuſtrandam faciunt, pr[u]dens lector mendaciis rejectis, a[pis] inſtar, quæ ex venenatis herbis [mel] colligit, in ſuum uſum transf[erre] queat. Sic autem Joannes de No[nno] & Mara ſcribit. ܩܡ ܘܡܠܠ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܐܡܝܕ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܘܡܣܬܪܩܐ
ܐܬܪܕܦ ܗܘܐ ܡܢ ܩܘܠܐ ܛܘܗܘܕܐ ܘܢܦܩ
ܡܢ ܟܘܪܣܝܗ ܡܢܗ ܘܡܠܟܘܬܐ ܟܠܗ
ܡܦܩܬܗ ܘܠܡܕܝܢܬܐ ܦܠܣܛܝܢܐ : ܩܪܝܒ
ܘܡܢ ܐܡܬܝ ܕܡܕܝܢܬܐ ܐܬܟܢܫ ܗܘܐ
ܗܘ ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܢܐ : ܢܦܩ ܕܝܢ ܡܢܗ
ܟܠܗ ܥܡܘܡܢܗ ܒܥܕܬܐ : ܐܢܫܐ ܕܝܢ
ܕܝܢ ܘܡܕܝܢܬܐ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܘܐܡܝܢ ܒܪܐ ܕܪܐ ܘܩܫܝܫܐ ܕܥܕܬܐ
ܢܗܘܐ ܘܩܝܡܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܢܦܩ ܡܢ
ܥܕܬܐ : ܡܢ ܩܕܡ ܕܗܘܦܐ ܕܟܠ
ܠܐܠܗܐ ܘܐܡܪ . ܘܡܕܝܢܬܐ ܟܠܗ ܫܟܠܐ
ܐܟܠ ܟܠ ܫܘܒܚܐ ܘܫܘܩܐ ܕܡܢܝ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܐܝܬܘܗܝ ܠܟ ܥܡܗ
ܘܕܘܒܪܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܠܐܠܗܐ ܗܘܐ : ܡܟܝܠ
ܢܦܩܘ ܡܢܗ ܘܠܐ ܢܬܪܝܩ ܠܥܠܡ
ܕܒܥܝܢܘܗ ܘܕܟܒܪ ܕܡܥܕܐ ܗܘܐ
ܘܐܝܬܝܗ

NOTA.

1 *Amidenſem Eccleſiam*, cujus ſequentes Epiſcopi in Dionyſii Chronico ab anno Chriſti 300. ad annum 776. enumerantur. I. *Simeon*, qui Nicæno Concilio interfuit, teſte Hebedjeſu in Epitome Canonum Par.1.cap.5. II. *Maras* unus è Patribus Concilii Conſtantinopolitani, qui ibidem *Mareas* appellatur. III. *Acacius*, de quo dixi in priori tom.p.195. IV. *Aſterius*, qui conciliabulo Epheſino ſub Joanne Patriarcha Antiocheno anno 431. ſubſcripſit. V. *Simeon*, qui Synodo Chalcedonenſi interfuit anno 451. VI. *Maras*, qui ad Leonis Imperatoris Epiſtolam reſcripſit, ut dixi tom.1. pag.256. VII. *Joannes*, qui circa annum 502. obiit, ut ex Joſue Stylita notavi tom.1. pag.280. VIII. *Nonnus*, qui Thomæ inſidiis Amidam relinquere coactus, ad Seleucienſem Eccleſiam à Flaviano Patriarcha translatus fuit: inde ſub Paulo Patriarcha ejectus, Amidæ Epiſcopatum rurſus poſt Thomam occupavit. IX. *Thomas*, qui pulſo Nonno Sedem illam favore Amidenſium invaſit. X. *Maras* noſter. XI. *Abraham*, qui pulſo Mara ordinatus fuit anno 520. XII. *Eunomius* anno 546. XIII. *Joannes* anno 551. XIV. *Cyriacus* anno 578. XV. *Thomas* an. 622. XVI. *Theodotus* anno 713. qui abdicavit anno 729. XVII. *Coſmas* anno 729. XVIII. *Sabas* anno .... XIX. *Severus* anno .... XX. *Severus* alter anno .... XXI. *Abas*, qui deceſſit anno 765. XXII. *Abas* alter, qui vivebat anno 776. quo Dionyſius Chronicon ſuum claudit.

[illegible]

[illegible]

1 *Quum igitur beatus Nonnus* [1] *Seleuciæ in Syriæ Epiſcopus à Paulo Judæo pulſus Sedem ſuam Seleucienſem poſt*

NOTA.

[1] *Nonnus*. Ejus exilium contigit exeunte anno Chriſti 519. quo Paulus in Severi locum ſubrogatus fuit. Nam Severus quidem Antiochiâ pulſus eſt menſe Septembri anni 518. ut ex Evagrio lib. 4. cap. 4. Noriſius & Pagius oſtendunt: Paulus verò non niſi ſequentis anni menſe Junio ordinatus fuit, ut tradunt Legati Hormiſdæ Papæ in Relatione data III. Kal. Jul. quam ex urbe Conſtantinopolitana Romam miſerunt: ubi hæc: *Poſt multas afflictiones, & pene in tres menſes à Patribus protracta certamina, piiſſimus Imperator* Juſtinus *ſua auctoritate Paulum nomine Presbyterum de Eccleſia Conſtantinopolitana elegit Epiſcopum fieri in Eccleſia Antiochena:* nimirùm *tribus* poſt *menſibus*, quàm Legati in Urbem Regiam pervenerunt, quos *Dominica majoris hebdomadæ*, hoc eſt, die 24. Martii

*poſt beati Severi ejectionem reliquiſſet, quoniam ex Amida urbe oriundus erat, in eandem civitatem ſe contulit, ubi privatam vitam ducebat. Accidit autem, ut beatus Thomas* 1 *Amidæ Epiſcopus, vir magnus & ſpiritualis, & monachus continens, ſanctus & miſericors, ex hoc ſæculo decederet: qui ante-*

tii anni 519. eo perveniſſe, teſtatur Dioſcorus unus ex Legatis in Relatione apud Eminentiſſimum Baronium, additque in Epiſtola ad Hormiſdam Papam: *Nunc de Antiochena Eccleſia tractatur, & ideo adhuc laboratur, quia nondum perſona congrua eſt electa*: Et in alia Relatione ad eundem Hormiſdam: *Nunc etſi poſt labores, etſi poſt intentiones plures, Antiochena Eccleſia ordinata eſt, electus eſt quidam Paulus nomine Presbyter Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ*, qui in Synodo Antiochena ordinatus eſt menſe Junio ejuſdem anni 519. ut ſuprà ex Relatione Legatorum, cui conſonat Dionyſius in chronico, inquiens:

[illegible]

*Ejecto Severo, manſit Antiochia abſque Epiſcopo annum unum* (non integrum, ſed decem menſes, qui à Septembri ad Junium fluxere.) *Poſtea electus fuit, eoque miſſus vas perditionis Paulus, qui Eutyches dicebatur, &, ſi fas eſt dicere, etiam Judæus, qui Xenodochus fuerat in Xenodochio Eublorum in Regia urbe .... Hic induxit ſcripſitque Synodum Chalcedonenſem primùm quidem in Eccleſia Antiochiæ, deinde in omnibus Eccleſiis Antiochenæ ſubditis. Quamobrem ſævæ perſecutiones, & mala, & exilia omnium Epiſcoporum, quos ſuprà commemoravi* ( nimirùm quatuor ſuprà quinquaginta, quorum nomina recitat Dionyſius ad annum Græcorum 829. & cum eis Nonnum Seleucienſem nominat, ) *& reliquorum monachorum relegationes contigere, eò quod Pauli Judæi impietati haud conſentirent.* Sic impius Monophyſita Dionyſius de fortiſſimis Concilii Chalcedonenſis propugnatoribus effutit.

1 *Thomas*. Quem hìc Dionyſius *virum magnum & ſpiritualem monachumque continentem, ſanctum & miſericordem appellat*, eum ſuprà ad annum Græcorum 816. *ambitioſum, inſidiatorem, & Epiſcopatus Nonni invaſorem* dixerat: verba ejus retuli tom. I pag. 280. Eadem de Thomæ ambitu Joſue Stylites in chronico his verbis:

[illegible]

*Joannes autem præſtantiſſimus Amidæ Epiſcopus è vivis priùs deceſſerat, quàm Perſæ eam urbem obſiderent. Clerici verò ejuſdem civitatis ad ſanctum, religioſiſſimum, divinis virtutibus præditum, conſtantiſſimum, inclytumque Mar Flavianum Antiochiæ Patriarcham profecti, eundem rogarunt, ut Epiſcopum ſibi ordinaret: quos præſtantiſſimus Nonnus Presbyter & ejuſdem Amidenſis Eccleſiæ Oeconomus ſummo cum honore tamdiu apud ſe detinuit, donec Antiochiæ commorati ſunt, nimirùm uſquedum à captivitate liberati ſunt,* ( Amida à Romanis recuperata.) *Hunc ergo poſtulant Clerici à Patriarcha ſibi Epiſcopum fieri, qui morem eis geſſit. At præſtantiſſimus Nonnus Epiſcopatum adeptus, Thomam Chorepiſcopum ſuum Conſtantinopolim allegat, ut Amidenſes ibidem commorantes in patriam reducat, & beneficium aliquod urbi ab Imperatore obtineat. Amidenſes verò, qui ibi morabantur, conſpiratione cum Thoma facta, Imperatorem rogarunt, ut is ſibi Epiſcopus conſtitueretur: quorum precibus Imperator annuit, & ad Patriarcham reſcripſit, ne eis vim inferret.* En egregium Thomam, cujus precum admirabilem virtutem prædicat Dionyſius.

*antequam eo perſecutio perveniret, ſic Deum oravit. Domine Deus fortis, qui ſedes ſuper Cherubim, & Seraphim juncti ſunt ad currum majeſtatis tuæ: ſi perſecutio uſque ad hanc regionem perventura eſt, tolle animam meam, ne videant oculi mei perturbationem ſanctæ Eccleſiæ tuæ, quam pretioſo Unigeniti tui Domini noſtri Jeſu Chriſti ſanguine redemiſti. Atque ita abſoluta hujuſmodi oratione magnus Dei Thomas poſtera die ex hac vita deceſſit, & in pace ſepultus fuit, omnibus virtutem orationis ejus admirantibus & Deo gratias agentibus: cujus poſt obitum Amidenſes beatum Nonnum Seleuciæ Epiſcopum, qui in eadem urbe privatus commorabatur, rapientes, ad thronum Eccleſiæ Amidenſis invitum reluctantemque evexere. At ille quum in Epiſcopatu Amidæ tres menſes nondum egiſſet, in vivis eſſe deſiit.*

*Et factus eſt poſt ipſum beatus Maras ex nobili & præclaro Conſtantii genere oriundus. Hic Epiſcopatum*
1 *præclarè geſſit: quumque annos* [1] *aliquot Amidæ præfuiſſet, uſque in regiones Meſopotamiæ perſecutio pervaſit: & comprehenſus eſt beatus Maras, eique optio data, ut vel Synodum Chalcedonenſem reciperet, vel ſuam Sedem relinqueret. At ille ejici cum orthodoxis & Sede carere maluit, quàm Sedis amore à veritate orthodoxæ & impollutæ fidei excidere. Atque hunc in modum pro Chriſti veritate exilium ſuſcipiens in Petram Urbem, quæ in deſerto Arabiæ Paleſtinæ ſita eſt, unàcum duabus ipſius ſororibus Virginibus Chriſti & Diaconiſſis Samona & Nonna, nec non cum beato Iſidoro Canſarinorum Epiſcopo deportatur. Quumque in exilio quaſi ſeptem annos egiſſent, mortuus eſt inclytus Ju-*
*ſtinianus* [2] *qui cura orthodoxæ Theo-* 2
*doræ uxoris ſuæ motus, juſſit beatos Iſidorum & Maram ab illo duriſſimo Petræ urbis exilio Alexandriam transferri: quod & factum eſt. Eo igitur profecti, ex anguſtiis prioris exilii paululùm reſpirarunt, & non multo poſt ibidem vita functi ſunt. Oſſa verò ſancti Maræ per beatas ejuſdem ſorores Amidam translata, in Templo*
3 *Silæ, quod ipſe Maras exſtruxerat,* 3
*repoſita fuere.*

II. Abraham Maræ Succeſſor.

Hactenus Joannes Epiſcopus apud Dionyſium de Maræ ordinatione, exilio, & interitu: qui de Abrahamo ejuſdem ſucceſſore, inſenſo, ut ſolet, in Chalcedonenſis fidei propugnatores calamo hæc ſubjungit:

ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܐܢܫ
ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܐܒܪܗܡ ܡܠܟܝܢܝܐ
ܡܫܡܫܢܐ ܕܒܝܬ ܕܝܢ ܢܫܝܢܘ ܐܘܡܢܘܬܗ
ܠܟܠܐ ܘܡܕܒܪܐ ܗܘܐ ܒܪ ܚܝܠܐ. ܗܢܐ
ܕܝܢ ܗܘܐ ܡܢܗ ܠܟܠܗܘܢ ܡܢ ܐܒܘܗܝ:
ܐܬܠܒܫ ܒܗ ܣܛܢܐ ܡܬܟܬܫܢܐ
ܘܐܘܕܝ ܠܟܘܪܣܝܐ ܣܡܐ ܘܠܐ ܘܫܡܥܝܢ
ܘܟܠܗܝܢ ܘܐܝܠܝܢ ܘܢܦܫܬܐ ܫܡܥ ܡܢ
ܣܘܡܐ

## NOTÆ.

1 *Annos aliquot*. Imo vix unum annum, ut ex ſuprà notatis liquet: nam Nonnus Maræ deceſſor Amidenſem Eccleſiam occupavit circa finem anni 519. quam & tribus menſibus tenuit: Maras verò in exilium pulſus fuit exeunte anno 520. quo edictum Juſtini Imperatoris de ejiciendis Monophyſitis in Meſopotamia promulgatum eſt, ut teſtatur Auctor Chronici Edeſſeni de Paulo illius urbis Epiſcopo, quem vide tom. 1. pag. 409.

2 *Juſtinianus*. Locum amanuenſis vitio corruptum ſic reſtituo: ܘܡܝܬ ܝܘܣܛܝܢܐ
ܡܠܟܐ ܘܐܡܠܟ ܒܬܪܗ ܐܚܐ ܝܘܣܛܝܢܝܢܐ ܗܘ.
*& mortuus eſt Juſtinus Imperator, & imperavit poſt ipſum inclytus Juſtinianus* &c. nam in primis Theodora, quæ exilii locum Maræ & Iſidoro permutaſſe dicitur, Juſtiniani, non Juſtini uxor fuit: deinde ſeptem anni, qui ab exilio Maræ hic memorantur, in annum mortis Juſtini, non Juſtiniani competunt: hic enim obiit anno 565 Juſtinus verò anno 527. ut hiſtorici tradunt. Demùm quum uno eodemque contextu Juſtinianus & mortuus dicatur, & precibus Theodoræ uxoris ſuæ Maram & Iſidorum ab exilio Petræ revocaſſe, palam fit, non de uno, ſed de duobus Imperatoribus ibi ſermonem eſſe.

3 *Silæ*. Apud eandem Eccleſiam monaſterium etiam exſtructum fuiſſe, liquet ex Chronico Dionyſii ad annum Græcorum 1017. cujus verba retuli tom. 1. pag. 468.

ܩܘܡܛܠ ܐܘ ܚܕܐ ܕܗܘܐ ܡܬܩܪܐ ܒܐܡܕܐ
ܕܩܛܘܠܐ ܘܡܠܬܟܠܐ ܘܡܩܪܐ ܕܡܗܡܢܐ
ܕܢܦܬܐ ܘܡܫܪܓܢܐ ܗܘܐ ܕܡܣܟܢܐ
ܬܟܣܝܢ ܗܘܢܐ ܗܘܢܐ ܡܢܝ.

*Factus eſt autem Amidæ Epiſcopus quidam nomine Abraham, Clericus, ejuſdem Eccleſiæ Diaconus, Telenſis genere, qui Bar-Chili dicebatur. Hic poſt ordinationem ex urbe Antiochia Amidam profectus, Diabolo ipſum invadente, crudelem perſecutionem movere cœpit, & rapinis animarumque perditioni præ omnibus, qui ipſum anteceſſere, vel ſubſequuti ſunt, intentus, occidere etiam fideles, cruci affigere, & comburere barbarus & immiſericors homo in deliciis habuit.* Pergit Joannes infinita Abrahamo ſcelera appingere: quod nimirùm eos, qui Concilium Chalcedonenſe rejiciebant, apud Thomam Gothum, Amidæ tùm Ducem, tamquam rebelles deferens, eoſdem in carcerem detrudi, verberibus plecti, & crucifigi, eorumque cadavera in campos projici curaverit: quod monachos omnes, qui circum Amidam morabantur & conſentire ipſi recuſabant, è cœnobiis ſuis expulerit: quod totius urbis ædes, domos, atria, & officinas diligentiſſimè deſcripſerit, viros, mulieres, & parvulos ipſos ſive natos, ſive in utero adhuc clauſos recenſendo, ut illi quidem communionem in Eccleſia matrice de ſua, vel ſuorum manu acciperent; fœtus verò ſtatim atque in lucem prodirent, ipſo ſciente & permittente baptizarentur, graviſſima in matres lata ſententia, quæ incognitos Presbyteris ſuis abortus feciſſent: quod Cyrum quendam ex oppido Lighin Presbyterum Monophyſitam cum ipſo communicare recuſantem, & immiſſam per vim in ejus os Euchariſtiam expuentem, feria quarta hebdomadæ majoris accenſo rogo publicè comburi juſſerit: quod denique in eorum domos, qui obtemperare ipſi detrectabant, binos ternoſque milites immiſerit, qui eorum bona expilarent, & Arianorum præſertim extra urbem in loco *Romani* appellato commorantium cohortem, gentem turpem ac fœtidam, qui corporis morumque deformitate homines adigerent ædibus ac bonis ſuis potiùs cedere, quàm cum eis converſari. *Et hæc quidem omnia à ſe viſa* fuiſſe affirmat Joannes, inquiens:

ܘܕܒܗܠܝܢ ܕܟܬܒܢ ܠܐ ܐܣܛܝܢ ܡܢ
ܫܪܪܐ ܐܘ ܟܕܒܢ: ܡܪܝܐ ܣܗܕ ܠܢ.
ܘܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܙܒܢܗ ܗܘܐ
ܗܘ ܕܘܝܢܐ ܘܣܟܠܘܬܐ: ܐܦ ܒܟܠܗ
ܡܕܢܚܐ ܘܡܥܪܒܐ ܒܥܝܢܐ ܗܘܐ ܐܬܝܕܥܬ.
ܟܕ ܟܠܢ ܡܬܬܢܚܝܢ ܗܘܘ ܕܐܝܠܝܢ
ܐܣܟܝܡܐ ܗܘܐ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܣܟܝܡܐ
ܕܟܗܢܘܬܐ ܠܒܫܝܢ: ܡܢ ܚܝܠܗ ܕܝܢ
ܕܢܫܝܢ. ܫܪܟܐ ܕܝܢ ܕܒܥܝܢܝܢ ܚܙܝܢ
ܐܝܟ ܕܒܐܝܕܝܢ ܓܫܫܢ ܘܡܫܡܥܢ
ܫܡܥܢ ܐܘ ܒܟܬܒܢ ܢܨܒܐ ܠܡܟܬܒܘ
ܘܡܟܬܒܢ ܕܢܟܬܘܒ : ܠܐ ܕܟܝܠ
ܦܢܩܝܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܗܘܝܢ :

*In iis autem, quæ deſcripſimus, neque nos à veritate declinaſſe, neque falsò quidquam retuliſſe, teſtem Dominum advocamus: ſed & eos omnes, qui impio illi & crudeli facinori coævi fuere: id quod etiam in toto Oriente & Occidente pervulgatum eſt, cunctis hæc fieri ab hominibus, qui Sacerdotii ſchema, non virtutem portant, dolentibus. Reliqua verò hujuſce flagitia, quæ oculis noſtris vidimus, & manibus contrectavimus, auribuſque audivimus, ſi literis commendare velimus, multis voluminibus opus eſſet.* Sed ad Maram.

III. Maræ commentaria in Evangelium: ubi & hiſtoriæ Adulteræ mentionem facit.

Scripſit Maras *Commentaria in Evangelia*. Prologus exſtat Cod. Syr. Vatic. 24. fol. 95. inſertus Chronico Zachariæ Meletinenſis Epiſcopi, qui fol. 97. notat, *hiſtoriam Adulteræ* in Evangelio S. Joannis cap. 8. relatam, ab eodem Mara in Codice ſuo

ſuo deſcriptam fuiſſe. ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ
ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܠܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܐ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܒܩܢܘܢܐ ܕܬܡܢܝܢ ܘܬܫܥܐ
ܪܝܫܐ ܝܚܝܕܝܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܘܚܢܢ
ܕܠܐ ܡܬܐܡܪ ܒܨܚܚܐ
ܐܚܪܢܐ : ܦܣܘܩܐ ܕܐܝܟ ܗܢܐ . ܘܗܘܐ
ܒܚܕ ܡܢ ܝܘܡܝܢ ܟܕ ܡܠܦ ܝܫܘܥ
ܩܪܒܘ ܠܘܬܗ ܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܘܫܪܟܐ .

*Exſtat autem* (inquit) *in Evangelio ejuſdem Sancti Maræ Epiſcopi, Canone octogeſimo nono, caput ſingulare Evangelii Joannis, quod in aliis exemplaribus non habetur. Eſt verò hujuſmodi: factum eſt quadam die quum doceret Jeſus, obtulerunt ei mulierem quandam &c.* Zachariæ locum citat Dionyſius Barſalibæus Commentar. in Evangelia Cod. Syr. Vat. 2. & Cod. Clementino-Vaticano Syr. 16. cujus verba in Joannem fol. 286. ſunt hæc:

ܐܫܬܟܚ ܕܝܢ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܪܐ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܡܝܕ ܐܝܢܐ ܕܝܘܢܝܐ
ܡܠܝܠ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܟܬܒ ܙܟܪܝܐ ܪܗܛܪ
ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܕܒܩܢܘܢܐ
ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܬܡܢܝܢ ܘܬܫܥܐ ܪܝܫܐ ܝܚܝܕܝܐ
ܕܝܘܚܢܢ ܕܠܐ ܒܟܠܗܘܢ ܨܚܚܐ ܡܫܬܟܚ ܘܠܐ
ܡܦܫܩ ܡܢ ܚܕ ܡܢ ܡܦܫܩܢܐ ܘܐܡܪ
ܡܬܚܙܝܐ ܠܢ ܕܢܟܬܘܒ ܟܠܗ ܠܦܬܓܡܐ
ܒܕܘܟܬܗ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ
ܘܗܘܐ . ܒܚܕ ܡܢ ܝܘܡܝܢ ܟܕ
ܡܠܦ ܝܫܘܥ ܩܪܒܘ ܠܗ ܣܦܪܐ
ܘܦܪܝܫܐ ܐܢܬܬܐ ܕܐܬܬܨܝܕܬ ܒܓܘܪܐ
ܘܫܪܟܐ .

*Repertum eſt autem in Evangelio Maræ Amidæ Epiſcopi, qui Græci ſermonis peritus erat, ut Zacharias Rhetor & Epiſcopus Meletinenſis ſcribit, in Canone Evangelii octogeſimo nono caput ſingulare Joannis, quod non in omnibus exemplaribus exſtat, neque ipſum à quopiam Interprete illuſtratum vidimus. Quare viſum nobis eſt totum textum ſuo loco deſcribere. Et factum eſt quadam die, quum Jeſus doceret, obtulerunt ei Scribæ & Phariſæi mulierem quandam, quæ ex adulterio concepiſſe deprehenſa fuerat &c.* Quæ quidem Maræ verſio diſcrepat ab ea, quam edidit Vvaltonus ex Codice Bibliothecæ Uſſerii in Polyglottis, & F. Naironus in Teſtamento novo impreſſo Romæ Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide anno 1703. ut conferenti utramque liquet: nec mirum, quum in Græcis etiam exemplaribus magna lectionis varietas appareat, ut in Synopſi Criticorum in cap. 8. Joan. adnotatur. Vide Bellarm. de Verbo Dei lib. 1. cap. 16. ubi hanc Evangelicam hiſtoriam à calumniis Eraſmi vindicat. Quod verò Barſalibæus *eandem hiſtoriam à nullo Interprete illuſtratam* dicit, de Syris fortaſſe Interpretibus loquitur, qui quum caput illud Joannis *non in omnibus Evangelii exemplaribus*, ut idem auctor affirmat, exſtare viderent, ejus tamquam dubii commentationem omiſere: cæterùm Patres Græci diſertam illius mentionem faciunt, ut Tatianus & Ammonius in Harmoniis, Athanaſius in Synopſi in compendio Evangelii Joannis, & Chryſoſtomus homil. 60. in Joannem.

## CAPUT V.

### *Joannes Telæ Epiſcopus.*

I. Joannes Epiſcopus Telæ.

JOANNES Telenſem Eccleſiam regebat an. Græcorum 823. Chriſti 512. quo eum Sidoniæ Synodo interfuiſſe refert Dionyſius in Chronico. Anno 519. in exilium, Juſtini juſſu, pulſus fuit,

quod

quod Synodum Chalcedonenſem recipere detrectaret, ut idem Dionyſius narrat, qui ejus nomen inter quinquaginta quatuor Epiſcopos Monophyſitas in exilium actos recenſens, hæc addit: ܘܐܣܗܕ ܗ̇ܘ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܐܡܝܕܝܐ *Et martyrio functus eſt Antiochiæ per Ephræm Amidenſem*, tunc Orientis Comitem, qui in rebelles Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopos, qualis erat Joannes, latas ſacrorum Canonum pœnas religioſiſſimè exequutus eſt. Ejuſdem tamquam martyris memoria occurrit in Kalendario Jacobitarum die 6. Februarii in Codd. Syr. Vat. 25. & 26.

II. Canones ſcripſit. Conditos à Joanne *Canones* laudat Bar-hebræus in Libro, quem ܗܘܕܝܐ *Directionum* inſcribit, (exſtat autem in Bibliotheca ſecreta Medicea:) ubi ille Telam urbem, cui Joannes præfuit, ܬܠܐ ܕܡܘܙܠܬ *Telam Mauzalat* appellat, quam & *Conſtantinam* dictam fuiſſe, obſervavi in priori tom. pag. 395.

# CAPUT VI.

## *Joannes Bar-Aphtonius Abbas Canſarenſis.*

I. Joannes Bar-Aphtonius Abbas Seleuciæ S. Thomæ apud Canſarinum. JOANNES cognomento Bar-Aphtonius, Philoxeni & Severi partes adverſùs Catholicos tuebatur anno Chriſti 515. teſte Dionyſio in Chronico, qui obitum ejuſdem ad annum 538. conſignat in hæc verba: ܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܫܥ ܢܦܩ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܣܘܝܪܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܒܬܡܢܝܐ ܒܫܒܛ ܘܒܫܬܐ ܒܗ ܒܝܪܚܐ ܡܝܬ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܒܪܣܘܣ. ܘܒܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝܢ ܒܐܪܒܥܐ ܒܗ ܡܝܬ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܐܦܬܘܢܝܐ. *Anno Græcorum* 849. *migravit ex hoc ſæculo Sanctus Mar Severus Patriarcha Antiochiæ die octava Februarii. Sexta autem ejuſdem menſis obiit Sanctus Mar Joannes Bar-Barſus. Quarta verò Novembris obiit Mar Joannes Bar-Aphtonius.* Præfuit *monaſterio Seleuciæ S. Thomæ*, quod juxta urbem ܩܢܫܪܝܢ *Canſarinum* ſitum eſt, ut liquet ex duplici epigraphe appoſita ad calcem Codicis Nitrienſis 29. & Codicis Syriaci Clementino-Vaticani 15. quam ſuprà deſcripſi pag. 46. & 47.

II. Ejus Cantus. Edidit *Cantus Syriacos de nativitate Domini*, & *de laudibus Severi Antiocheni*, qui in laudato Cod. Clement. Vat. 15. exſtant, iiſque ſubjungitur *Joannis* alterius *Canſarenſis* Abbatis, cognomento *Pſaltæ*, cantus in eundem Bar-Aphtonium.

# CAPUT VII.

## *Zacharias Epiſcopus Meletinenſis.*

I. Zacharias Rhetor, Meletinæ in Armenia Epiſcopus. ZACHARIAS Meletinæ in Armenia minore Epiſcopus, claruit ſub Juſtiniano Imper. circa annum Chriſti 540. *Rhetorem* vocat Evagrius in Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 2. 8. 10. & lib. 3. cap. 5. 6. 7. & 18. *Malelam* ܡܠܠܐ, hoc eſt, Oratorem, ſeù Rhetorem, & *Meletinenſem Epiſcopum* disertè appellat Barſalibæus, cujus verba retuli ſupra pag. 53.

II. Ejus hiſtoria Eccleſiaſtica. Scripſit *Hiſtoriam Eccleſiaſticam*, à *Conſtantini Magni Imperio uſque* ad

*ad annum Juſtiniani vigeſimum*, quæ anonyma exſtat in Cod. Syr. Vat. 24. Sed Auctoris nomen tùm ex collatione locorum, quæ ab Evagrio ex Zacharia citantur, tùm ex Barſalibæo, qui ejus nomen diſertè prodidit, reſtituimus. Tres verò Partes continet. Prima eſt epitome Socratis: Altera Theodoreti: Tertia opus ipſius Zachariæ à Theodoſio Juniore uſque ad Juſtinianum.

Et prima quidem Pars Præfationem Socratis, & ſequentia ejuſdem capita complectitur: videlicet, Ex Libro I. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. Ex Libro II. cap. 21. Iterùm ex Libro I. cap. 10. 11. 12. 13. 15. 17. 19. 20. 21. 22. 37. 38. 39. 40. Ex Libro III. cap. 8. 11. 12. 13. 14. 20. 21. 23. Ex Libro IV. cap. 11. 13. 16. 17. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 30. 36. Ex Libro V. cap. 6. 8. & 10.

Secunda Pars incipit fol. 65. continetque hæc Theodoreti capita: videlicet, ex Libro II. caput 16. 17. 30. Ex Libro IV. cap. 7. Ex Libro V. cap. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. Iterùm ex Libro IV. cap. 11. & 29.

Tertia denique Pars, unde Zacharias initium hiſtoriæ ſuæ ducit, incipit à fol. 78. mutila eſt autem, & ab amanuenſi videtur in compendium redacta, vel potiùs capita quædam ex hiſtoria Zachariæ, quæ in octo libros dividebatur, ut infrà patebit, decerpta. Quæ autem in Codice noſtro exſtant, in capita quatuordecim diſtribuo.

Primum *de celebratione Concilii Chalcedonenſis*, & de *obitu Neſtorii*, fol. 78. ubi comminiſcitur Zacharias, Neſtorium & Dorotheum à Marciano Imp. ad Synodum Chalcedonenſem per Joannem Tribunum evocatos, quum ab exilio Oaſitano reduces in Deiparam blaſphemias evomerent, morte præreptos fuiſſe, ne Synodo intereſſent: Joannem verò Tribunum literas Marciani Imperatoris, quibus ii ad Synodum invitabantur, Dioſcoro & Juvenali tradidiſſe, eoſque certiores feciſſe de iis, quæ Neſtorio ac Dorotheo contigerant. Hanc fabulam, quam & Xenajas in epiſtola ad Monachos Senunenſes tradit, citat ex Zacharia refellitque Evagrius lib. 2. cap. 2. cujus verba ſuprà deſcripſi pag. 40. Addit Zacharias, Synodum Chalcedone coactam *anno Alexandri* 764. hoc eſt, Chriſti 453. eique *Epiſcopos* 564. interfuiſſe: quod tamen omnino falſum eſt: nam Synodum quidem duobus ante annis celebratam, ex ejuſdem Actis liquet: Epiſcopos verò ſexcentos ac triginta ei præſentes fuiſſe, teſtantur Marcellinus in Chronico, Liberatus Diaconus in Breviario, & Photius de ſeptem Conciliis cap. 4.

Alterum caput *de Proterio Alexandrino* fol. 79. quem Dioſcori Presbyterum fuiſſe aſſerit, eoque Gangra in exilium pulſo Alexandrinam Sedem occupaſſe. Ubi verò Alexandriam tenuit, Dioſcori nomen à Clero & populo in diptycha referri, & privatos ab eis conventus fieri, ægrè tuliſſe: refractarios partim in exilium pepuliſſe, partim diverſis pœnis affeciſſe, militum præſertim opera, quibus Imperator, ut Proterio ſubſidio eſſent, præceperat. Hinc natas utrinque multas cædes affirmat, multoſque etiam in Altari & Baptiſterio interfectos. Sic Zacharias tumultus Alexandriæ à Monophyſitis excitatos, in quibus & Proterius cecidit, in militares quoſdam rejicit: cujus narrationem confutans Evagrius lib. 2. cap. 8. *Porrò Zacharias*, inquit, *hæc in hiſtoria ſua narrans, horum pleraque ita, ut dixi, geſta eſſe fatetur, ſed Proterii culpa, qui graviſſimos tumultus in urbe Alexandria excitaverat: nec à populo, verùm à quibuſdam militaribus ea perpetrata eſſe contendit.*

Tertium, *de Theodoſio monacho, qui Juvenalis Sedem invaſit*, fol. 80. Hunc ait, ſimul atque Juvenalis Chalcedonenſi Concilio ſubſcripſit, unàcum nonnullis pſeudomonachis in Palæſtinam reverſum, cuncta, quæ ibi geſta fuerant, tumultuanti populo nunciaſſe, fidemque proditam conque-

queſtum, univerſos monachos concitaſſe, ut Juvenali à Synodo revertenti occurrentes, eum compellerent, ut ſententiam ſuam retractaret atque anathemate damnaret: qui quum nihil horum admittere voluiſſet, ad urbem regiam contendit. At monachi & clerici cum nonnullis Epiſcopis in unum coëuntes, de ſubſtituendo in Juvenalis locum Epiſcopo cogitabant, & alii quidem Romanum & Marcianum monachos (impios nimirùm Concilii Chalcedonenſis detrectatores, quorum fit mentio in Vita Sancti Euthymii apud Cotelerium tom. 2. pag. 273.) proponebant: alii alios: tandem huc omnium, inquit, devoluta eſt ſententia, ut Epiſcopum ordinarent Theodoſium, qui in Chalcedonenſi Concilio maximos tumultus excitaverat, primuſque ipſis de eodem Concilio nunciaverat. Ille verò ſtatim poſt ordinationem ſuam, plures in urbibus trium Palæſtinarum intrudit Epiſcopos, inter quos fuit Petrus quidam Iberus, cui Gazæ Epiſcopatus commiſſus eſt. Hæc iiſdem ferè verbis, ſuppreſſo Zachariæ nomine, narrat Evagrius lib. 2. cap. 5. qui tamen Petrum Iberum non Gazæ, ſed Majumæ Epiſcopum conſecratum affirmat: calami certè lapſu, quem idem lib. 3. cap. 33. corrigit, ubi de monaſterio Gazam inter & Majumam poſito, in quo Severus monachum egit, *hoc in loco*, inquit, *Petrus quoque Iberus, qui ejuſdem Gazæ Epiſcopus fuit &c.* Pergit Zacharias ejectionem Theodoſii referre. Juvenalis, inquit, ab Imperatore cum Dorotheo Comite & ingenti exercitu in Palæſtinam remittitur, ut Theodoſium quidem vinctum in urbem regiam perduceret, Epiſcopos verò ab eo ordinatos Sedibus ſuis dejiceret, præter Petrum Iberum, pro quo Imperatrix interceſſerat. Committitur acre bellum cum Theodoſianis: cæduntur ex his plurimi, Samaritanis maximè in ipſos debacchantibus. Theodoſius cum ſuis Epiſcopis pellitur, Petro Ibero excepto, quem Zacharias comminiſcitur, Angeli monitu exules ſponte ſequutum fuiſſe. Ubi verò Juvenalis Sedem recepit, Salomon monachus ad ipſum accedens, quaſi benedictionem petiturus, ſportam pulvere & cinere plenam, ut narrat, ſuper caput ejus effudit, coarguens, quod Synodo Chalcedonenſi ſubſcripſiſſet. Hæc ille: vide Cotelerium in vita S. Euthymii pag. 261. ubi ſacrilegi hominis maleficia deſcribuntur, & Evagrium loc. cit. qui Zachariæ hiſtoriam in compendium redigens, *hæc ubi comperit Marcianus*, inquit, *primò quidem Theodoſium ad ſe in comitatum perduci jubet. Deinde Juvenalem mittit, ut ea, quæ geſta fuerant, corrigeret: mandans, ut cunctos, qui à Theodoſio ordinati fuerant, expelleret. Poſt adventum igitur Juvenalis, multa triſtia atque acerba contigerunt, quum ex utraque parte fierent quæcumque furor ipſis ſuggerebat.*

Quartum *de obitu Zenonis Imperatoris, & de inauguratione Anaſtaſii*, fol. 82. ܒܬܪ ܕܐܡܠܟ ܙܝܢܘܢ ܫܢܝܢ ܝܙ
ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܠܥܠ ܒܡܐܡܪܐ
ܫܬܝܬܝܐ ܘܒܪܝܫܐ ܕܒܗ: ܫܟܒ
ܒܐܘܠܘܡܦܝܐ ܕܬܠܬܡܐܐ ܘܝܙ ܒܫܢܬ ܬܒ
ܕܝܘܢܝܐ ܒܡܢܝܢܐ ܕܚܘܕܪܐ ܐܢܕܩܛܝܘܢ
ܝܕ ܒܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ ܕܚܫܐ ܪܒܐ.
ܘܐܡܠܟ ܐܢܣܛܣܝܘܣ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ
ܗܘܐ ܕܩܘܪܝܘܢ ܕܣܝܠܢܛܪܐ ܘܗܢܐ:

*Poſtquam imperaſſet Zeno*, inquit, *annos 17. ſicut ſcriptum eſt ſuprà libro ſexto & capitibus in eo contentis, obiit Olympiade 317. anno Græcorum 802. Indictione 14. feria quarta hebdomadæ majoris: & imperavit Anaſtaſius, qui fuerat Decurio Silentiarius*, die nimirùm ſequenti, ut ex Chronico Alexandrino & Theophane obſervat Pagius ad annum 491. Quare corrigendus Dionyſius, qui in Chronico ſcribit, Anaſtaſium Imperii

perii gubernacula ſuſcepiſſe anno Græcorum 808. Chriſti 497. Subjungit Zacharias *de Joanne Scholaſtico Amidenſi*, quem Donati cujuſdam fratrem fuiſſe ſcribit, & in urbem regiam propter Eccleſiæ Amidenſis negotia profectum, ibidem Anaſtaſio imperium prænunciaſſe.

Quintum *de expugnatione Amidæ*, ibid. Eſt autem caput quartum idemque integrum ex libro ſeptimo Zachariæ, cui & quintum eadem de re ſubjungitur fol. 87. Convenit autem Zacharias in hac narratione cum iis, quæ ex Joſue Stylita de Amidæ expugnatione notavi tom. I. pag. 274. ſed paulò diffuſiùs res ibidem geſtas deſcribit, quas hìc non vacat in compendium redigere. Quatuor tamen obſervatu digna occurrunt. Primum, quod bellum Perſarum cum Hunnis ſub Pheroze Rege commiſſum dicitur *anno Anaſtaſii decimo tertio*, in quo Pherozes ipſe periit, & Cavades in locum ejus ſubſtitutus, in fines Romanorum invaſit. Unde corrigendus Euſtathius, qui apud Evagrium lib. 3. cap. 37. expugnationem Amidæ, quæ ſub Cavade contigit, ad annum Anaſtaſii decimum ſecundum refert. Alterum de Joanne Epiſcopo Amidæ, cujus virtutes & viſionem deſcribit fol. 84.

ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܓܝܪ ܩܕܡ ܗܝܕ ܡܠܐܟܐ
ܩܝܡܬܐ ܡܩܕܡ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܒܚܝܪܐ
ܢܦܠ ܘܡܬܝܠܐ ܘܡܚܝܪ ܕܗܘܐ ܗܘܐ ܡܢ
ܟܦܢܐ ܘܐܬܩܕܡ ܐܡܝܕ ܘܐܬܐ ܩܕܡ
ܐܠܗܐ ܘܗܘܐ ܦܪܣܝܐ ܘܢܘܟܪܝܐ
ܘܐܢܫܐ ܘܡܬܦܪܫܝܢ ܠܐ ܢܫܠܡ :
ܐܠܐ ܘܐܡܪ ܗܘܐ ܒܬܫܡܫܬܐ
ܕܐܠܗܐ ܘܟܢܫܐ. ܘܟܕ ܘܡܢ ܐܝܬ ܗܘܐ
ܟܠܡܐ ܘܡܕܝܢܬܐ ܟܕ ܐܡܪ ܒܬܘܟܠ
ܟܦܢܐ ܘܡܠܐܟܐ ܘܟܘܟܒܐ ܘܡܘܬܢܐ
ܘܠܐ ܢܬܠܘܢ ܠܟܦܢܐ ܒܐܝܕܐ ܘܐܘܪܚܐ ܐܠܐ
ܢܙܒܢܘܢ ܘܢܬܠܘܢ ܠܡܣܟܢܐ ܕܟܡܐ ܕܝܢ



ܩܠܝܠ ܝܘܡܝܢ ܩܕܡ ܠܡܬܟܒܫܗ ܕܐܡܝܕ
ܡܢܟܐ ܘܡܬܚܐ ܗܘܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܥܠܡܐ,
ܚܣܝܐ ܐܚܝܕ ܡܠܐ ܒܟܝܢܗ ܘܫܦܝܪ
ܡܢ ܕܝܪ ܩܪܬܡܝܢ ܘܡܕܒܪܢܐ ܢܦܩ
ܐܘܪܚܗ ܠܐ ܫܚܠܦ ܘܒܨܘܡܐ
ܘܒܬܫܡܫܬܐ ܗܘ ܐܡܝܢ ܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ
ܡܙܗܪ ܗܘܐ ܠܥܬܝܪ̈ܐ. ܘܒܙܒܢ ܗܘ
ܟܦܢܐ ܘܡܥܠܬ ܛܝܝܐ ܘܡܘܬܢܐ
ܘܡܦܝܣ ܗܘܐ ܕܢܛܫܘܢ ܘܢܙܒܢܘܢ
ܥܒܘܪܐ :

*Nam paucis ante diebus* (quàm Amida expugnaretur à Perſis) *è vivis diſceſſerat Joannes Epiſcopus vir caſtus & purus & honeſtis moribus præditus. Hic è monaſterio Cartaminenſi ad Epiſcopatum evectus, jejunium, abſtinentiam, & priſtinos mores haud mutavit, ſed noctu diuque in miniſterio aſſiduus erat: divites autem civitatis admonebat tempore famis, & incurſionis Arabum, & peſtis, eoſque adhortabatur, ut frumentum tempore anguſtiæ non abſconderent, ſed venderent, darentque egentibus, ne fortè ipſum pro hoſtibus ſervarent, ut ait Scriptura, quæ opere impleta eſt. Huic palàm apparuit Angelus ſtans ad latus menſæ Altaris, eique adventum inimicorum prænunciavit, & quod ipſe tamquam vir juſtus prius colligendus foret, quàm hoſtes in urbem invaderent. Quæ omnia ipſe univerſo civitatis populo patefecit, ut pœnitentiam agerent, & flagellum evaderent.* De eodem Joanne Epiſcopo vide quæ ex Joſue Stylita notavi tom. I. pag. 280. & 283. Tertium, quod ex Zacharia poſt urbis expugnationem obſervandum, factum Cavadis Perſarum Regis. Hunc, ut Zacharias narrat, Regulus quidam Chriſtianus ܕܐܪܢ ܐܬܪܐ *regionis Aran* rogavit, ut à militum furore immunes eſſe juberet quotquot in majorem Amidæ Eccleſiam, quæ Martyribus Quadraginta dicata erat,

erat, confugiſſent. Annuit Cavades: quin & ipſe Eccleſiam ingredi voluit. ܘܟܕ ܚܙܐ ܨܘܪܬܗ ܡܫܝܚܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܕܐܝܟ ܓܠܝܠܝܐ ܨܝܪܐ ܫܐܠ ܕܡܢܘ. ܘܐܡܪܘ ܠܗ. ܕܐܠܗܐ ܕܢܨܪܝܐ. ܘܐܪܟܢ ܪܫܗ ܩܕܡܘܗܝ ܘܐܡܪ. ܗܢܐ ܐܡܪ ܠܝ ܕܩܘܡ ܣܒ ܠܟ ܡܕܝܢܬܐ ܘܠܥܡܘܪܝܗ ܕܚܛܘ ܠܝ.

*Quumque ibi Domini noſtri Jeſu, qui inſtar Galilæi depictus erat, imaginem cerneret, percontatus eſt, cujuſnam eſſet. Illis autem Dei Nazarenorum eam eſſe reſpondentibus, inclinato ipſe coram ea capite, Hic, inquit, mihi dixit: mane, & accipe à me urbem ejuſque incolas, quia mihi peccaverunt.* Subjungit, Cavadem abſtuliſſe ab ea Eccleſia aurum, argentum, & pretioſam ſupellectilem, quæ paucis ante annis ab Iſaac ܒܪ ܒܪܝ *Barai filio* conſulari viro ad eandem Eccleſiam ex hæreditate devenerant: ſed & optimum vinum, quod cum ſua fœce per ſeptem annos ad ſolem poſitum œconomi illius Eccleſiæ exſiccabant, & in lineis pannis in pulverem redactum, in calicem immittere conſueverant.

Quartum denique *de Amidæ redemptione*. Cavades, inquit, urbe potitus, Eglone ibi militiæ præfecto cum tribus militum millibus relicto, poſt exactam hyemem aliò ſecedit. Romani, Patricius nimirùm, Hypatius, Celer, Areobindus, & Juſtinus (qui poſtea ad Imperium evectus fuit) cum Perſis manus ſæpè conſerunt: nunquam tamen Amidam obtinere potuerunt. Tentant autem in urbem penetrare per portam ܕܡܬܩܪܝܐ ܕܡܪ ܙܥܘܪܐ *quæ Mar-Zoaræ appellatur*: ſed à Perſis ſtrenuè repelluntur, qui tamen rerum omnium inopia intra Amidam laborant. Venator quidam, ܓܕܢܐ *Gadanas* nomine, ex vico ܕܐܟܕܝܐ *Achedorum*, Zachariæ ipſi notus, Eglonem Perſarum Ducem callidè ex urbe eductum Romanis prodit. Hi Eglonem interficiunt, traditiſque Cavadi undecim millibus pondo auri, Amidam recuperant, muroſque urbis inſtaurant. Tum Amidæ Thomas Epiſcopus præficitur, cujus ambitionem à Joſue Stylita & Dionyſio Patriarcha notatam diſſimulans Zacharias, ex conſilio Donati, qui plurimum apud Anaſtaſium pollebat, ejus electionem peractam narrat: Samuelem prætereà quendam ex monaſterio ܕܩܛܪܐ *Catarorum* Amidam arceſſitum commemorat, qui Thomæ partes ſtrenuè adjuvabat.

Sextum *de ædificatione Daræ urbis*, fol. 88. Eſt autem caput ſextum libri ſeptimi Zachariæ, cujus hanc ſummam accipe. Recuperata à Romanis Amida, rogant Duces Anaſtaſium Imperatorem, ut urbem aliquam in confinio Perſarum muniret, vel Ammodiam, vel Daram, aut quamlibet aliam. Ille ad Thomam Amidæ Epiſcopum reſcribit, qui Daram cæteris locis præpoſuit. Conditur itaque Dara, ſubminiſtrante expenſas Anaſtaſio per Thomam Epiſcopum, qui hoſce Clericos ſuos operi præfecit: ܩܘܪܐ ܐܕܘܢ ܘܐܘܛܘܟܝܢܐ ܩܫܝܫܐ ܘܦܦܢܘܛܝܣ ܘܣܪܓܝܣ ܘܝܘܚܢܢ ܡܫܡܫܢܐ:

*Cyrum Adun, & Eutychianum Preſbyteros, & Paphnutium, & Sergium, & Joannem Diaconos.* Urbi conditæ primus ab ipſo Thoma Epiſcopus Eutychianus præficitur. Hic Joannem quendam Amidenſem, & Abrahamum Bar-chili (qui poſtmodum Amidæ Epiſcopatum tenuit) Preſbyteros conſecrat: & Joanni quidem Xenodochii curam committit. Decedente verò Eutychiano, Thomas Rheſinenſis Abdiæ filius ſecundus Daræ Epiſcopus creatur. Hic, ut

refert

refert Zacharias, Sede ſua pulſus, quod Synodum Chalcedonenſem damnaret, unàcum Joanne Presbytero in decennali exilio vitam reliquit, ſepultuſque fuit ܒܕܝܪܐ ܕܛܝ ܪܝܢ *in monaſterio Tirenſi*, quo tempore Choſroës Perſarum Rex Antiochiam cepit, nimirùm anno Chriſti 540.

Septimum *de Marino Apameenſi*, qui Anaſtaſio Imperatori auctor fuit, ut Triſagium hymnum cum clauſula illa, *Qui crucifixus es pro nobis*, in urbe regia cani juberet. Eſt pars capitis noni ex libro ſeptimo Zachariæ. *Maximum* appellat Victor Tununenſis, quem hic *Marinum* Zacharias vocat. Ejuſdem meminit & Marcellinus in chronico, inquiens: *Die Dominico, dum jubente Anaſtaſio Cæſare, per Marinum, perque Platonem in Eccleſiæ pulpito conſiſtentes, in hymnum Trinitatis Deipaſſianorum quaternitas additur &c.* Audi Zachariam

fol. 90. ܟܬܒ ܡܩܦܝܘܗܝ ܙܟܪܝܐ ܪܗܛܘܪ
ܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܒܝܪܘܬܘ
ܩܠܝܡܘ. ܘܓܒܪܐ ܗܘܐ ܡܗܝܡܢܐ
ܘܢܟܦ ܗܘܐ ܒܥܒܕܘܗܝ ܠܡܠܟܘ :
ܡܛܠ ܕܡܫܬܒܪ ܠܟܘܢ ܡܢ ܟܬܒܐ .
ܘܒܝܘܡܬܗ ܡܢ ܐܝܢܐ ܐܢܫ ܐܦܝܣܩܦܐ
ܟܗܢܐ ܘܟܪܝܣܛܝܢܐ ܘܡܠܟܐ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܐ
ܘܡܕܒܪ ܗܘܐ ܘܡܕܝܢܐ . ܗܢܐ ܕܝܢ ܓܒܪܐ
ܗܘܐ ܡܢ ܣܘܪܝܐ ܐܦ ܗܘ ܒܥܘܡܩܐ
ܘܡܣܩ ܗܘܐ ܘܡܬܚܒܪ ܘܡܠܟܐ :
ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܘܡܠܟ ܡܠܟܘܬܗ . ܘܟܕ
ܕܫܡܥ ܡܢ ܡܠܟ ܗܘܐ ܐܘ ܕܒܝܬ ܡܠܟ
ܗܘܐ : ܡܢ ܕܝܢ ܕܡܛܠ ܐܢܫ ܗܘܐ
ܠܐܬܪܗ ܐܡܪ ܕܟܢܫܐ ܐܡܪ ܗܘܐ
ܕܢܣܒܘܢ . ܘܐܦ ܒܡܠܟܘܬܐ ܡܠܟܐ
ܕܟܢܫܗ ܠܐ ܗܘܐ ܘܡܢ ܢܘܪ ܫܪܝܐ
ܠܐܦܝܘܗܝ : ܠܐܫܬܟܚܘܢ ܒܟܢܘܫܝܐ

ܗܘ ܟܬܒ ܗܘܐ . ܘܟܠ ܡܢܝܢܐ ܡܟܬܒ
ܗܘܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܘܡܠܟ ܗܘܐ ܠܗ
ܕܢܟܬܒ . ܘܟܕ ܚܙܐ ܕܡܢ ܒܫܘܪ ܗܘܐ
ܕܐܢܫ ܗܘܐ : ܗܘ ܕܝܢ ܡܠܘܟܐ
ܐܣܛܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܟܠܗ ܐܢܛܝܟ
ܘܗܘ ܠܡܫܬܘܡ ܠܐܒܝܢ ܕܐܦܝܣ
ܡܠܟܝܢ : ܟܠܐ ܗܘܐ ܐܦ ܗܘ ܡܦܫܩܐ
ܡܠܟܘ ܗܘܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܐܢܫܘ ܘܡܠܟܝܢ.
ܘܟܕ ܐܢܫܝܢ ܡܢ ܗܘܝܘܗܝ ܡܠܟܘܗܝ
ܛܘܒܘ ܘܕܒܪܐ : ܐܬܩܢܘ ܒܟܠܗܘܢ
ܘܐܡܪܘ ܠܗ : ܕܢܩܘܡ ܡܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܘܡܫܘܚܐ ܘܡܠܟܐ ܘܡܬܟܬܒܝܢ
ܟܠܟܬܒܢܐ ܘܐܡܪܝܢ ܘܥܒܕܐ
ܥܒܕܐ ܥܒܕܐ ܡܪܝܐ ܫܠܝܛܐ ܘܡܠܟܐ
ܥܡܢܐ ܘܐܬܪܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ : ܪܫܐ ܐܢܫ
ܘܡܫܬܥܝܢ ܟܬܒܐ ܐܢܫܐ ܐܝܟܢܐ
ܘܢܟܒܘܗܝ . ܘܟܕ ܠܐܛܒ ܗܘ ܟܠܗܘܐ
ܡܠܟܐ ܘܒܟܬܒ ܐܦܝܣܩܦ ܡܠܟܝܢ
ܒܢܝܢܐ ܡܦܩܢܘܬܐ ܒܦܘܩܕܢܗ ܘܐܡܪ
ܗܘܐ : ܘܡܬܠܐܒܐ ܡܢ ܚܣܕ ܠܟܒܝܢ
ܠܡܫܘܚܐ ܘܠܐܘܝܬܗܘܢ ܠܟܠܟܠܬܐ
ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܫܘܡܗ ܒܢܝܐ : ܘܐܦܝܣܩܒ
ܡܠܟܘܗܝ ܠܐ ܡܟܪܙܝܢ . ܘܡܢܢ ܕܝܢ
ܠܘܩܒ ܪܘܚܢܗ ܕܐܦܝܣܩܒ ܡܠܟܝܢ
ܒܢܝܢܐ ܐܡܪܝܢ ܒܬܫܒܘܚܬܐ
ܘܐܘܕܝܘ : ܡܢ ܒܪ ܐܠܗܐ ܘܠܗ
ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܠܟܠܗ . ܘܗܘܟܢܐ ܘܠܘܬܠܝܢ
ܫܒܚܘ ܘܠܡܟܬܒܐ ܡܫܠܐ . ܘܦܩܕ ܕܢܬܟܬܪ
ܐܦܝܣܩܒ ܡܠܟܝܢ ܐܝܟ ܕܒܟܬܘܒܐ
ܐܦܝܣܩܘܦ ܘܡܣܬܝܒܝܢ ܡܟܬܒܢܘܬܐ.

*Poſt Macedonium Timotheus Conſtantinopolis Epiſcopus factus eſt, vir orthodoxus*, (impius ſcilicet Eutychianus) *cujus nomini opera conſentiunt: honorans enim Deum interpretatur.*

*Ejus diebus Marinus quidam Apameenſis exſtitit, vir vigilans, dexter, operibus ſagax, ſapiens & doctus. Hic orthodoxam etiam fidem colebat, & Imperatoris amicus, à ſecretis, & à conſiliis erat: qui quum per vicos urbis incederet, aut alicubi ſederet, quidquid obſervatu dignum in mentem ipſi ſuccurrebat, literis mandari jubebat. Præterea atramentarium ad lectulum appenſum tenebat, accenſa juxta pulvinar lucerna, ut cogitationes ſuas in charta deſcribere poſſet, quas orto ſole Imperatori ſignificabat, eundem admonens, ut eas executioni mandaret. Et quoniam ex Antiochiæ provincia oriundus erat, quæ ab Euſtathii Epiſcopi temporibus vocem*, qui crucifixus es pro nobis, *primùm prædicare tentavit, ipſe etiam omni ſtudio Anaſtaſium Imperatorem ad hoc idem peragendum ſollicitabat. Quos hominis conatus quum hæretici quidam cognoviſſent, ipſum catervatim adorti: cur, inquiunt, terrenos homines inducere vis, ut faciant præter ſanctum hymnum, quem Angeli Trinitati offerunt, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus fortis, cujus laudibus pleni ſunt cœli & terra? Ad hæc Deus Verbum, qui pro nobis hominibus crucifixus eſt, in ore ejus apologiam hujuſmodi ſtatim præparavit: Angeli quidem hymnum confeſſionis ſuæ rectè ad colendam & conſubſtantialem Trinitatem dirigunt, eumque pro ipſis crucifixum nequaquam prædicant; nos verò in hymno confeſſionis noſtræ crucifixum pro nobis hominibus illum juſtè dicimus: ex nobis enim, non ex Angelis corpus aſſumpſit. Atque ita illis quidem os obturavit; Imperatori verò ſenſum patefecit: qui particulam illam*, qui crucifixus es pro nobis, *ſicut in Antiochena provincia, ſic & in urbe regia prædicari juſſit.* Hæc ideò ex Zacharia deſcripſi, ut cauſam tumultus Conſtantinopoli ob Triſagii additamentum excitati exponerem, quam neque Evagrius, neque Theophanes, aliive Scriptores indicarunt: Marinum ſcilicet Apameenſem fuiſſe, qui Anaſtaſio ſuggeſſit, ut ter ſanctum hymnum cum novo additamento ſic in urbe regia decantari juberet, ut Antiochiæ à Monophyſitis canebatur, auctore, non quidem Euſtathio Epiſcopo, ut Zacharias mentitur, ſed Petro Fullone, qui primus uſurpatum Euſtathii fortaſſe temporibus in Eccleſia Antiochena Triſagium clauſula illa corrupit. Quod verò Evagrius lib.3. cap.44. ex epiſtola Severi ad Soterichum ſcribit, *illius ſeditionis principem atque auctorem fuiſſe Macedonium & Clerum urbis Conſtantinopolitanæ*, id de priori tumultu intelligit, qui anno 511. ſub Macedonio excitatus fuit, dum Severus adhuc Presbyterum ageret in urbe regia, ut apud Evagrium loc. cit. notatur; non de poſteriori, qui anno ſequenti ſub Timotheo Conſtantinopolitano Epiſcopo contigit, de quo Zacharias, Theophanes, aliique ſcribunt.

Octavum *de obitu Ariadnæ Imperatricis*, fol. 90. Eſt pars capitis 13. ex libro 7. Zachariæ. Ariadne autem obiiſſe dicitur *anno Græcorum* 824. Chriſti 513. *poſtquam quadraginta annos in Imperio egiſſet*. Id contigiſſe duobus poſt annis refert Marcellinus in chronico, hoc eſt, ſub Anthemio & Florentio Coss. anno Chriſti 515. & quidem non XL. ſed *LX. annis in Palatio exactis*. Vide Pagium ad prædictum annum numero 4.

Nonum *de obitu Anaſtaſii Imperatoris* fol.91. Eſt pars capitis 14. lib.7. Zachariæ. Obiiſſe dicitur *die* 9. *Julii*, ut ex Chronico Edeſſeno obſervavi in priori tom. pag. 408. Paulò antea narrat Zacharias, Hieroſolymis in feſto ſanctæ Crucis die 14. Septembris homines canina rabie agi cœptos fuiſſe: Conſtantinopoli autem in locum Timothei Epiſcopum ordinatum Joannem, poſtquam is ſex, vel ſeptem annos eam Eccleſiam tenuiſſet.

Decimum *de Martyribus Homeritis*, eod. fol. 91. Eſt integra epiſtola Simeonis Epiſcopi Beth-Arſamenſis ad Simeonem Gabulæ Archimandri-

dri-

dritam, quam retuli in priori tom. pag. 364.

Undecimum *de Mara Epiſcopo Amidæ*, fol. 95. Exſcribit Zacharias Prologum ejuſdem Maræ in quatuor Evangelia, & hiſtoriam Adulteræ, quam ipſe Maras è Græco Syriacam reddidit; paraphraſticè tamen, ut conferenti Maræ verſionem cum Græca, Latina, & Syriaca vulgata liquet. Verba Zachariæ retuli ſuprà, ubi de Mara Amidenſi pag. 52.

Duodecimum *de pace Romanos inter & Perſas inita ſub Juſtiniano Imperatore, & Choſroë Perſarum Rege Cavadis filio*, fol. 97. Eſt pars capitis ſexti libri 8. ubi de Choſroæ matre à dæmone obſeſſa hæc Zacharias:

ܐܫܬܕܪܬ ܗܘܬ ܗܟܝܠ ܒܗܦܟܬܐ
ܒܝܘܡܝ ܠܝܒܪܝܘܣ ܕܘܩܣ ܠܘܬ
ܡܘܫܐ ܛܘܒܢܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ
ܕܝܪܐ ܠܘܩܒܠ ܕܐܪܐ ܐܝܟ ܦܣܝܣܐ
ܬܪܝܢ ܕܐܘܪܚܐ ܘܡܬܒܪܟ ܗܘܐ . ܘܗܘܬ
ܠܘܬܗ ܩܠܝܠ ܝܘܡܬܐ ܘܐܬܐܣܝܬ.
ܘܗܦܟܬ. ܠܐܪܥܗ ܟܕ ܗܦܟܬ. ܩܒܠܗ
ܕܗܢܐ ܡܘܫܐ ܩܕܝܫܐ ܕܕܝܪܐ ܕܛܪܡܠ
ܡܫܩܠܐ ܒܘܪܟܬܐ ܡܢ ܓܪܡܘܗܝ
ܕܩܘܪܝܩܘܣ ܣܗܕܐ ܠܢܛܘܪܗ
ܘܠܡܥܕܪܗ ܟܕ ܘܠܐ ܢܬܩܪܒ ܒܟܠܗ
ܪܘܚܐ. ܘܒܢܐ. ܠܗ ܒܐܬܪܗ ܡܕܝܢܝ ܒܝ
ܡܛܫܝܐ ܒܝܬ ܨܠܘܬܐ ܒܐܬܪܗ
ܘܡܫܬܡܫ ܐܦ ܗܘ. ܘܟܕ ܥܗܝܕܐ
ܛܝܒܘܬܐ ܕܗܘܬ ܠܗ ܡܢ ܛܘܒܢܐ
ܗܢܐ ܡܘܫܐ ܕܛܪܡܠܝܐ : ܥܕܪܬ ܠܪܗܘ
ܡܝܐ ܒܥܠܬܐ ܕܡܢ ܠܬܚܬ ܢܐܡܪ .

*Hæc igitur miſſa fuit Indictione 4.* (quæ incidit in ann. Chriſti 526.) *ſub Liberio* (lege, Beliſario) *Duce ad beatum Moyſen, qui in Monaſterio duobus ferè ſtadiis ab urbe Dara diſſito morabatur, & famam ſui nominis ubique diffuderat: quumque apud eum paucis diebus manſiſſet, curata eſt, & in terram ſuam rediit. Accepit autem ab hoc ſancto Moyſe ex Monaſterio Tarmel nuncupato benedictionem ex oſſibus Cyriaci martyris, quibus cuſtodita atque protecta, ab immundi ſpiritus invaſione libera eſſet: quæ ſecreto ædificavit in regione ſua oratorium, ubi & ille colitur; memor verò beneficii ab hoc beato Moyſe Tarmelenſi accepti, Romanos pro occaſione, quam infrà commemorabimus, adjuvit*: operam nimirùm ſuam pro ſtabilienda Romanos inter & Perſas pace contulit, ut mox ſubjungit Zacharias in hæc verba. ܘܒܝܘܡܝ

ܐܬܬܥܝܪ ܗܢܐ ܛܘܒܢܐ ܘܗܘܐ ܡܨܥܝܢܐ
ܡܢ ܦܪܣܝܐ ܒܝܘܡܝ ܩܘܒܐܕ ܐܬܐ ܠܗ
ܫܝܢܐ . ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܡܪܝܢ ܥܠܘܗܝ ܫܝܢܐ.
ܘܡܛܠ ܕܢܘܚܐ ܗܘܐ ܗܢܐ ܘܕܡܝܐ ܠܐܝܬ
ܐܢܫ ܘܐܚܪܢܐ ܫܝܢܐ ܡܬܡܠܟ
ܗܘܐ ܠܗ ܒܗܕܐ ܦܠܓܐ ܕܩܘܒܐܕ ܗܘܐ
ܚܕܝܘ ܘܪܗܘܡܝܐ ܫܝܢܐ ܡܠܟܝܢ ܗܘܐ
ܠܗ ܒܪܘܚܝܢܐ ܘܡܠܟܘܬܗ : ܘܡܠܟܬܐ
ܐܡܗ ܕܟܣܪܐ ܡܟܣܝܐ ܗܘܬ ܠܗ ܘܡܠܟܐ
ܠܗܕ ܟܠ ܒܪܗ ܘܡܠܟܐ ܘܡܟܣܝܐ ܗܘܬ
ܐܝܟ ܕܐܬܐܣܝܬ ܠܡܫܝܚܐ ܛܘܒܢܐ ܘܒܝܕܐ
ܘܐܦ ܡܠܟܐ ܠܟܠܗ ܠܐܠܗܐ ܘܫܘܒܚܘܗܝ :
ܡܠܟܐ. ܐܫܬܡܥܬ ܡܢ ܒܪܗ .
ܘܐܫܬܠܡ ܘܗܘܐ ܫܝܢܐ ܘܐܬܬܥܝܪ
ܡܢ ܡܠܟܐ ܩܣܪܘܣ ܐܡܪ
ܘܐܫܬܕܪ ܠܗ ܡܢ ܛܘܒܢܐ
ܘܗܘܐ ܡܨܥܝܢܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢܢ : ܒܝܘܡܝ
ܫܢܬܐ ܘܗܘܐ ܒܫܢܬܐ ܘܐܬܡܠܟܘ .
ܘܐܬܝܗܒ ܗܘܐ ܫܝܢܐ ܒܫܢܬܐ ܕܕܪܐ ܕܝܘܡܝ
ܡܕܡ ܚܕܐ . ܘܫܢܬܐ ܗܘܐ ܘܕܪܗ ܟܠܗܘܢ .
ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܫܢܐ ܗܢܐ
ܫܢܝܢ ܕܥܠܬܐ ܠܛܘܒܢܐ .

*Ita-*

*Itaque miſſus fuit hic Rufinus & Hermogenes Magiſter Indictione* [1] *cum Epiſtolis ad Choſroëm, quem pluribus alloquuti ſunt. Et quoniam Rufinus iſte notus ibi erat, utpote qui ſæpe ad Cavadem allegatus fuerat, ejuſque amorem ſibi conciliaverat, & optimates regni multis muneribus affecerat; Regina verò Choſroæ mater ſummo eundem amore proſequebatur, eo quod conſilium Cavadi dediſſet, ut filio ſuo regnum traderet: gratiam inſuper curationis ſuæ poſt Deum beato Moyſi Tarmelenſi debebat; idcircò filium ſuum pro pace enixè rogavit: qui quum auri ſummam à Juſtiniano Imperatore cum Rufino & Hermogene legatis ſibi miſſam accepiſſet, pax facta eſt & ſcriptis obſignatiſque libris confirmata: viſaque ſunt in cœlo ſidera* [2] *exultantia, rem novam! Erat autem æſtas* [3] *Indictionis: duravitque* (hæc pax) *ſex vel ſeptem annos uſque ad tertiam* Indictionem, quæ in annum Chriſti 540. incidit: eo enim anno Choſroës rupto fœdere in fines Romanorum invaſit, & Daram, Suram, Alepum, Antiochiam, Seleuciam, Daphnem, atque Apameam expugnavit, ut refert Evagrius lib. 4. cap. 25. & 26.

Decimum tertium *de controverſia Julianum inter & Severum orta* circa corpus Chriſti, corruptibile ne, an incorruptibile dicendum ſit, fol. 98. ubi Zacharias fragmentum ex utriuſque epiſtolis recitat.

Denique *de Romæ expugnatione ſub Totila Gothorum Rege* fol. 100. quæ contigit anno Juſtiniani vigeſimo, Chriſti 546. ut oſtendit Pagius ad annum 547. à num. 1.

Hucuſque Zacharias in Codice Syriaco Vaticano 24. cui tres narrationes recentiori charactere ſubjiciuntur. Prima fol. 101. *de Daræ expugnatione ſub Choſroë Perſarum Rege anno Græcorum* 884. Chriſti 573. de qua Evagrius loc. cit. Theophanes ad annum Incarnationis ſecundum Alexandrinos 565. & Theophylactus lib. 3. cap. 10. Altera *de Apamea ab eodem Choſroë expugnata*, fol. 104. Tertia *de bis mille virginibus*, quæ ne in barbarorum manus devenirent, in rapidum flumen ſe præcipites egere, fol. 105. Quis autem harum narrationum auctor ſit, non liquet.

# CAPUT VIII.

## *Jacobus Baradæus Epiſcopus Edeſſæ.*

I. Jacobus Baradæus ex Monacho Phaſiltæ Epiſcopus Edeſſenus.

JACOBUS, Syris ܒܘܪܕܥܝܐ *Baradæus*, Græcis Ζάνζαλος *Zanzalus* nuncupatus, Edeſſenæ incubavit Eccleſiæ poſt Adæi mortem anno Græcorum 852. Chriſti 541. ut in priori tom. pag. 424. ex accuratiſſimis Syrorum Scriptoribus obſervavi. Monachum priùs egerat in Monaſterio *Phaſiltenſi*, teſte Dionyſio in Chronico his verbis:

ܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܫܬܝܢ ܘܬܪܬܝܢ
ܐܬܝܕܥ ܝܥܩܘܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܐܘܪܗܝ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܦܣܝܠܬܐ:

*Anno* Græcorum 862. *claruit Jacobus Edeſſæ Epiſcopus, ex Monaſterio Phaſiltæ.*

Epi-

NOTÆ.

1 *Indictione*: nimirùm *decima*, ut ex Chronico Edeſſeno liquet, ubi id factum refertur anno Græcorum 843. Chriſti 532. in quem Indictio decima incidit. Vide tom. 1. pag. 416. Erat tùm ſextus Juſtinianei Imperii annus, ut notat Procopius lib. 1. de bello Perſico: cui repugnat Marcellinus in Chronico, dum pacem cum Perſis ſancitam affirmat *Juſtiniano III. Cos.* hoc eſt, anno 533.

2 *Sidera*. Eadem fere Theophanes ad annum 5. Juſtiniani.

3 *Æſtas*. Menſe *Elul*, ſeu Septembri id factum narratur in Chronico Edeſſeno: ex quo corrigendus Pagius, qui ad annum 533. num. 5. ſcribit pacem cum Perſis initam *ante Kalendas Aprilis*.

**II. Monophyſitarum ſectam mirificè propagat.**

Epiſcopatum adeptus, Monophyſitarum partes acerrimè propugnavit, adeò ut eoſdem in varias factiones ſciſſos diverſaque nomina ſortitos, in unam ſectam colligere, deque ſuo nomine *Jacobitas* appellare potuerit. Præerat tùm Orthodoxis Antiochenus Patriarcha Ephræm Amidenſis; Monophyſitis verò Sergius, primus eorundem poſt Severum Patriarcha, quem ab anno Græcorum 850. ad annum 861. cathedram erroris tenuiſſe, affirmat Dionyſius. Eo ſublato, conveniunt ſectarii, ut alterum Patriarcham ſibi præficiant. Primas in hoc conciliabulo tenuit Baradæus, qui manu ſua Paulum quendam ordinavit, uti adnotatur in fragmento hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Dionyſii Patriarchæ ad calcem operum Joannis Philoponi Codice noſtro Syr. 14. in hæc verba:

ܗܢܐ ܦܘܠܘܣ ܐܬܬܣܝܡ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܡܢ ܝܥܩܘܒ ܒܘܪܕܥܝܐ :

*Hic Paulus Antiochiæ Patriarcha ordinatus fuit a Jacobo Baradæo*: nec mirum: Edeſſenam enim Eccleſiam occupabat, primariam ſcilicet in Meſopotamia, ubi Syri à legitimo Antiochiæ Præſule deſciverant, Sedem.

**III. Quid de ipſo Neſtoriani.**

Renaudotius ex Mari Salomonis filio, & ex Amro ejus abbreviatore Neſtorianis hiſtoricis, paradoxa planè de Baradæo refert tom. 2. Lit. Orient. pag. 342. *Sublato*, inquit, *è vivis Severo, olim Antiochiæ Patriarcha, Baradæus mirificè ſectam ejus per totam Syriam propagavit, ac præſertim Tagriti, quæ urbs eſt in Armeniæ finibus, & aliis in locis. Illic magnam Jacobitarum cædem fecit Pherozes Perſarum Rex: & ex ea ſe ſurripuit Baradæus, habituque Sufi, ſive Religioſi Perſæ, evaſit. Comites fugæ duos habuit, Georgium & Gregorium, quos ille Epiſcopos, illum ipſi Patriarcham ordinaverunt. Quumque paſſim ordinationes faceret, quocumque tranſibat, ajunt eum Sacerdotes & Diaconos octoginta mille ordinaſſe, longo vitæ decurſu, quo in ſeptuaginta tres annos impleverit.* Nugæ Neſtorianorum, qui Baradæum Jacobitis ipſis reclamantibus *Patriarcham* faciunt, quum Epiſcopus Edeſſæ deceſſerit: Cædem inſuper orthodoxorum à Pheroze Rege, inſtigatione Barſumæ Niſibeni, factam, quam ex Beth-Arſamenſi to. 1. pag. 351. deſcripſi, de Jacobitis perperàm intelligunt.

**IV Jacobitarum fabulæ de Baradæi geſtis.**

Nec minus nugantur Jacobitæ in ms. Codice Arabico Collegii Maronitarum de Urbe, *de laudibus Jacobitarum*, ſeù *de Fide Syrorum* inſcripto, dum fol. 46. Jacobi ſui geſta & obitum his verbis referunt, quæ licet pura puta ſint commenta, in gratiam tamen ſtudioſorum Antiquitatis Eccleſiaſticæ, ut quid ea gens de ſuo primipilo fabuletur, compertum habeat, hìc deſcribere operæ pretium duco. مالى ما امدح الملك
الحارث البدوى الذى تعصب للامانة الارثدكسية
ونهب مار يعقوب البرادعى من القسطنطينية
وركبه على النياق العهدية ,واوصله الى مدينة
السريان الرهاوية . ومضى من الرها وكرز لهم
مطران • وسار فى الدنيا كلها ودخل الى بلاد
الشرق وكرز فيها قسوس كثير وشمامسة • ومضى
ايضا الى بلاد الشام وكرز لهم مطران على
السواحل كلها • وكان المطران يسما فى كرازته
ديوسقورس والى زماننا هذا عندنا تواريخ تشهد
بذلك • وايضا دخل الى بلاد القبط وكرز لهم
قسوس كثير وشمامسة وبطرك لاسكندرية وبطرك
لانطكية • ودخل ايضا الى بلاد النوبة والى بلاد
الحبشة • وجملة ما كرز من الكهنة والشمامسة
ماية الف قسيس وشماس • وعشرين اسقف •
ومطران . وبطركين . وبعد ذلك تنيح فى برية
الاسقيط بين القديسين فى الدير الذى فيه
جسد مار يوحنا المعمدان المنتقل من مدينة
حمص الى برية الاسقيط • وهناك ايضا مدفون
شعر مريم الخاطية التى دهنت اقدام سيدنا
بالطيب ومسحتهما بشعر راسها . وكانت طايفة
الملكية يبغضوا مار يعقوب لاجل دخوله الى
بلاد الحبشة • واما يوسطنيان كان قد حبس
ثمانماية اب اساقفة ومطارنة فى السجن وكان يقول

لهم

لهم ارجعوا الى امانة مجمع خلقدونية التى بالمجمع
الرابع فما فعلوا يرجعوا اليه ولا الى مقالته .
فاما الابهات جميعهم لما راوا ان الامانة
الارتذكسية اذا ماتوا الابهات فى الحبس فما
كان يعود لامانة الارتذكسية خبر فطلبوا من الله
ان يبقى لهم من اهل الامانه الارتذكسية فضلة .
فتبقى مار يعقوب البرادعى وقد كان قسيس .
فكرزوه الابهات جميعهم ثم كرزه ثاودسيوس براى
الملكة ثاودورة فى بيعة . ثم بعد ذلك ايدوه
الابهات من طاقة الحبس واعطوه دستور يكرز
فى جميع مراعيتهم . فاما الملكة ثاودورة امراة
يوسطنيان القبطية فلما سمعت ان مطران
الحبشة مات وكرزوا الملكية واحدا غيره على بلاد
الحبشة فارسلت الى القبط واعلمتهم بذلك .
فارسلوا الى ماريعقوب البرادعى واعلموه بذلك
واعلموه ان ملك سواكين هو الذى ماسك
باب الحبشة . فلما وصل اليه ذلك المطران الرومى
الملكى ومعه الف خيال وهدايا تقال الخ .

*Quibus encomiis celebrato Aretham Beduitam Regem, qui orthodoxæ fidei zelo ductus, Mar Jacobum Baradæum ex urbe Conſtantinopolitana rapuit, dromedariiſque impoſitum in urbem Syrorum Edeſſam perduxit &c. Profectus eſt autem Edeſſa, poſtquam Archiepiſcopum ipſis ordinaſſet, perque univerſum mundum diſcurrens, Orientales regiones luſtravit, ubi plurimos Presbyteros & Diaconos ordinavit. In Syriam quoque ſe contulit, & Archiepiſcopum ibidem maritimis regionibus conſecravit: erat autem nomen ejus, dum impoſitionem manus acciperet, Dioſcorus: qua de re teſtes habemus Annales ad noſtram uſque ætatem perductos. Præterea adiit regionem Coptorum, quibus & complures Presbyteros & Diaconos inſtituit: Sed & Patriarcham Alexandriæ conſtituit, & alterum Patriarcham Antiochiæ. Nubiam inſuper, & Æthiopiam perluſtravit. Numerus autem eorum, qui ab ipſo ordinati ſunt, hic eſt. Presbyteri & Diaconi centum millia: Epiſcopi viginti: Archiepiſcopus unus: Patriarchæ duo. Demùm inter ſanctos requievit in deſerto Scetenſi in Monaſterio, ubi eſt corpus Sancti Joannis Baptiſtæ ex urbe Emeſa illuc translatum; ibi etiam ſervantur Capilli Mariæ peccatricis, quæ pedes Domini aromatibus unxit, & capillis capitis ſui terſit. Gens autem Melchitarum in Mar Jacobum exarſit, quod in Æthiopiam pervaſiſſet. Juſtinianus verò octingentos Patres Epiſcopos & Archiepiſcopos in carcerem detruſerat, perſuadere eis conatus, ut ad Chalcedonenſem quartæ Synodi fidem tranſirent. At illi ſententiam ejus amplecti recuſarunt. Timentes autem, ne ſi omnes in carcere morerentur, fides orthodoxa unà cum ipſis periret, enixè Deum rogarunt, ut reliquias religionis Catholicæ ſervaret. Superfuit igitur Mar Jacobus Baradæus, qui tùm Presbyter erat. Electus verò ab eorum Patrum cœtu, ordinationem juſſu Theodoræ Imperatricis à Theodoſio in Eccleſia ſuſcepit: quam & poſtea Patres ex feneſtra carceris confirmarunt. Ab his autem facultatem obtinuit, ut prædicationis munus in cunctis eorum Diœceſibus exerceret. At Theodora Imperatrix Juſtiniani uxor, genere Ægyptia, quum accepiſſet Archiepiſcopum Æthiopiæ è vivis deceſſiſſe, & alium in ejus locum a Melchitis ordinatum, miſſo ad Coptos nuncio, eoſdem hac de re certiores reddidit. Illi verò Mar Jacobo Baradæo rem totam ſignificant, ſubduntque Regem Suachinorum Æthiopiæ claves tenere.* Reliqua retuli tom. 1. pag. 384. Perpetuæ ineptiæ, conficta Archiepiſcopi Edeſſeni, qui dum Baradæus viveret, non alius certè præter ipſum fuit, ordinatio: nec minus fabuloſa Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum inſtitutio: quis enim ab homine Syro, qui nunquam Patriarcham egit, tot luſtratas regiones, totque ordinationes factas crederet? & quidem ſub Juſtiniano Imperatore in Monophyſitas non bene animato. Quid quod res ab Alexandrinis Coptorum Patriarchis in Æthiopia geſtas, de quibus ex Joanne Aſiæ Epiſcopo Dionyſius Jaco-

bita-

bitarum Patriarcha ſcribit, in Baradæum ſuum mendaciſſimus hic ſcriptor confert, cumque à Theodoſio ordinatum comminiſcitur, quem à Sergio illius factionis in Syria Præſule impoſitionem manus accepiſſe conſtat: in deſerto verò Scetenſi eundem obiiſſe affirmat, qui Edeſſæ in Meſopotamia ex communi Jacobitarum ſententia mortuus & ſepultus fuiſſe dicitur. Illud præterea de corpore S. Joannis Baptiſtæ in Scetenſi cœnobio conſervato, Rufino repugnat, qui lib. 2. hiſt. Eccl. cap. 8. id ſub Juliano Apoſtata in Sebaſte Palæſtinæ urbe combuſtum narrat, ejuſque caput Sozomenus lib. 7. c. 21. ſub Valente Imperatore in Pantichium, qui locus eſt in agro Chalcedonenſium, & ſub Theodoſio magno Conſtantinopolim translatum fuiſſe teſtatur. Quod denique de Aretha Arabe ad ſolvendum è captivitate Jacobum Conſtantinopolim profecto dicitur, ex aliis recentiorum Jacobitarum hiſtoriis conſarcinatum eſt, & ad Baradæi tempora perperàm traductum. Nam Joannes Antiochenus illius gentis Patriarcha circa annum Chriſti 960. Byzantium à Romæorum Imperatore vinctus perductus fuiſſe perhibetur in Codice Arabico Clementino-Vaticano 23. qui *Fides Patrum* inſcribitur, tom. 1. Bibliothecæ noſtræ Orientalis pagina 625.

V.
Ejus obitus, & derivatum ab eo Jacobitarum nomen.

Obiit anno Græcorum 889. Chriſti 578. poſtquam Edeſſenam Sedem per annos 37. tenuiſſet, ut narrat Dionyſius in Chronico, cujus verba retuli tom. 1. pag. 424. Ejus memoriam colunt Jacobitæ in Kalendario ad diem 28. Nov. 21. Mart. & 31. Julii. Eundem in Divina Liturgia & in Profeſſione Fidei, quæ ab ordinandis exigitur, in Patrum Doctorumque numerum referunt, eoque veluti parente gloriantur: ab hoc enim Jacobo *Jacobitæ* ſunt dicti, uti adnotatur in Codice Syriaco Nitrienſi Clementino-Vaticano 3. fol. 153. & in Codice Syr. Vaticano 26. ad diem 31. Jul. in hæc verba:

ܝܥܩܘܒ ܒܘܪܕܥܝܐ ܗܘ ܕܡܢܗ ܡܬܩܪ
ܝܢܢ ܝܥܩܘܒܝܐ :

*Jacobus Baradæus, à quo Jacobitæ nuncupati ſumus*: & Nicephorus lib. 18. cap. 52. *Jacobitæ*, inquit, *ſunt nominati, propterea quod ei, quem dixi, Monophyſitarum hæreſis ſtudioſo Jacobo adhærerent*: quod & de Jacobitarum nomine tradunt, præter coævum Baradæo Anaſtaſium Synaitam, qui hujuſce hæreſeos frequenter meminit in *Odego*, aliarum etiam Nationum Scriptores cùm antiqui, tùm recentiores.

Quare audiendi non ſunt Jacobitarum nonnulli, qui ad propulſandam hujuſce nominis invidiam, ex S. Jacobo Apoſtolo fratre Domini originem ſuam falsò petunt, ut notat F. Naironus in Evopl. pag. 40.

Georgius Elmacinus Hiſt. Saracen. to. 1. Chronicorum, quem Erpenius ineditum reliquit, tres de Jacobitarum denominatione opiniones referens, in eam demùm ſententiam concedit, ut dicat, id nomen ex Dioſcoro Alexandrino Patriarcha, qui in ſæculo *Jacobus* dicebatur, derivatum fuiſſe: ſic enim ſcribit Cod. Berœen. 7. pag. 734. وقيل انما سميوا يعقوبية لان
ديوسقورس كان اسمه يعقوب فى العلمانيين فكان
يكتب الى المومنين وهو فى النفى ويوصيهم بان
يثبتوا على امانة المسكين المنفى يعقوب وقيل
انما كان له تلميذ اسمه يعقوب وكان هو فى النفى
يرسله الى الشعب ليثبتهم على الامانة . فنسبوا
اليه . وقيل ان يعقوب كان تلميذا لساويرس
بطريرك مدينة انطاكية وكانت امانته موافقة
لامانة ديوسقرس فكان الاب ساويرس يرسل
يعقوب تلميذه الى المومنين ويثبتهم على امانة
ديوسقرس فنسبوا اليه :

*Dicuntur autem Jacobitæ, quod Dioſcorus nomen Jacobi apud ſæculares gereret. Nam quum in exilio eſſet, literas ad fideles dabat, monens eos, ut in fide pauperis & exulis Jacobi manerent. Alii ferunt, cum habuiſſe diſcipulum quendam, Jacobum no-*

*mine, quem ipſe, dum exul eſſet, ad populum mittebat, ut eos in fide confirmaret: ab hoc autem Jacobo nomen illos traxiſſe. Alii denique cenſent, Jacobum Severi Patriarchæ Antiocheni diſcipulum fuiſſe, cujus fides Dioſcorianæ conſentanea erat. Et hunc quidem Jacobum, ajunt, Pater Severus ad fideles allegabat, ut eos in fide Dioſcori corroboraret: Unde Jacobitarum nomen ipſis impoſitum.* Et pag. 391. ſententiam Eutychii Alexandrini refert & refellit, inquiens:

وقال سعيد ابن بطريق وكان لساويرس تلميذا
اسمه يعقوب البرادعى فكان يطوف البلاد ويرد
الناس الى مقالة ديوسقورس وساويرس. وقال
ان اليعاقبة منسوبين الى يعقوب هذا وليس
الامر كما قال. لان اليعاقبة سميوا يعاقبة من
عهد ديوسقورس وقد شرحنا ذلك متقدما:

*Ait Said* (Eutychius) *Patricii filius: Severus diſcipulum habebat nomine Jacobum Baradæum, qui omnes circumquaque regiones luſtrabat, ut homines ad Dioſcori & Severi ſententiam traduceret. Ab hoc, inquit, Jacobo nomen Jacobitarum derivatum eſt. Verùm non ita ſe res habet: nam Jacobitæ à Dioſcori uſque temporibus nomen hujuſmodi ſortiti ſunt*: quod tamen eſt adeò falſum, ut ante Baradæi Jacobi ætatem ne veſtigium quidem Jacobitarum in ullis tàm Monophyſitarum, quàm Catholicorum monumentis appareat.

VI. An Trinitatem perſonarum in divinis negaverit.

Prateolus lib. de ſect. hæret. verbo *Jacobitæ* ex Bernardo Luxemburgo refert, *Jacobum Zanzalum Jacobitarum authorem ſacroſanctam Trinitatem minimè crediidiſſe, ſed unam dumtaxat in divinis eſſe perſonam docuiſſe, adeoque Crucis ſignum digito uno pinxiſſe*. Verùm quum antiquorum Scriptorum nemo hunc errorem Baradæo tribuerit, non video, unde Luxemburgus & Prateolus illum eruerint. Qui è Monophyſitis trinitatem naturarum in divinis aſſeruit Joannes Philoponus, ab omnibus illius ævi auctoribus notatus & exagitatus fuit. Jacobum ergo Sabellianæ impietati monophyſiticam lucem miſcentem cur ſilentio prætermiſiſſent Ephræm, & Anaſtaſius Antiocheni, Eulogius Alexandrinus, aliique, qui intima illius hæreſeos receptacula rimati ſunt, & nullum alium Jacobo ejuſque aſſeclis errorem præter monophyſiſmum adſcripſere? Audi Nicephorum lib. 18. cap. 52. qui Baradæum circa myſterium quidem Incarnationis erraſſe, non circa Trinitatem perſonarum disertè affirmat. *Hic*, inquit, *Eutychetis, & Dioſcori, Cnapheique Petri atque Severi dogmate recepto, magnopere id apud Syros propagare ſtuduit*. Et infrà loquens de Jacobitis ejus ſectariis: *Poſteà verò aliud etiam hæreſum examen ad ſe pertraxere, quæ Trinitatem conſubſtantialem credentes, unam naturam poſt unionem in Chriſto eſſe docuerunt*. Conſule ejuſdem Baradæi Liturgiam apud Renaudotium to. 2. pag. 333. ubi tres in Deo perſonas non uno in loco agnoſcit. Prateoli hallucinatio inde orta, quod Crucis ſignum à Jacobitis unico digito formari audierit. Verùm id fieri ab ipſis ut unicam in Chriſto naturam, non ut unam in divinis perſonam deſignent, teſtis eſt locupletiſſimus David Pauli filius Epiſcopus Jacobita apud F. Naironum Evopl. pag. 30. cui adde Petrum Meligenſem, Petrum alterum Abuſciocrum Abicaramum, & Abulbarcatum ben-Cabar Ægyptios auctores in Cod. Arabic. Clementino-Vatican. 30. 31. & 2. in priori tom. Biblioth. noſtræ p. 626. & 633.

VII. De Baradæi, & Zanzali cognomine.

Duplex Jacobi cognomen legitur apud Scriptores. Græci *Zanzalum* vocant, teſte Nicephoro loc. cit. ubi hanc cauſam reddit, *Zanzalus dictus eſt, propter ſummam tenuitatem*; fortaſsè à voce ܙܠܝܠܐ *Zalil*, vel ܕܠܝܠܐ *Dhalil* cum Daleth tenui, quæ *pauperem* & *tenuem* inter alia ſignificat apud Syros, atque Arabas. Syri ܒܘܪܕܥܝܐ *Burdojo*, & Arabes برادعى *Baradei* appellant: cujus cognominis

nis Etymon à voce ܒܘܪܕܥܬܐ *Burdaato*, & بردعة *Bardaa*, quæ *clitellam lacerumque pannum* deſignat, petendum eſt: *Baradai enim*, ut inquit Eutychius Alexandrinus tom. 2. Annal. pag. 147. *appellatus eſt, quod ei amictus erat è centonibus al-Baradai, ſeu dorſualium, quæ jumentis inſterni ſolent*, ut indicant etiam verba Catechiſmi Jacobitici, quæ refert Naironus in Evoplia pag. 42. David Archiepiſcopus Maronita in libro Conſtitutionum Cod. Arab. Clementino-Vatic. 76. ab urbe *Bardau* Baradæum dictum exiſtimat: ſic enim ait cap. 1.

ثم اليعقوبيـــة وهى المنسوبة الى يعقوب الذى كان
من مدينة تدعى البردعـــــــة ولذلك يقال
لــــــــــه يعقوب الـــبـــــرادعى ؛

*Tùm Jacobitica* (ſecta) *quæ refertur ad Jacobum, qui erat ex urbe quadam nomine Bardaa, unde dictus eſt Jacobus Baradæus*. Hujus urbis meminit auctor Geographiæ Nubienſis Par. 6. Clim. 5. cujus verba refert Naironus Evopl. pag. 42. Verùm urbs *Bardaa* longè poſt Jacobum condita eſt, nimirùm circa annum Chriſti 705. ſub Abdalmalecho Meruanis filio, teſte Gelaleddino Aſiutenſi in Chronico Chalipharum Cod. Arab. Clem. Vat. 46. fol. 80. in hæc verba: وفى سنة خمس وثمانين بنيت مدينـة
اردبيل ومدينة بردعة بناهمـــا عبد العزيز بن
حاتم بن النعــــــمــــــــان الباهلى ؛

*Anno Hegiræ 85. ædificata fuit urbs Ardabel, & urbs Bardaa, quas condidit Abdalazizus filius Hatemi filii Naaman Bahelitæ*.

VIII. Ejus Anaphora.

Scripſit *Anaphoram*, de qua hæc Edenenſis cap. 7. num. 9. ܝܥܩܘܒ
ܒܘܪܕܥܝܐ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܦܣܝܠܬܐ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܘܪܗܝ : ܕܡܢܗ ܐܬܩܪܝ ܫܡܐ .
ܠܥܕܬܐ ܕܝܥܩܘܒܝܐ : ܥܒܕ ܐܢܦܘܪܐ
ܗܕܐ : ܕܫܘܪܝܗ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܕܫܝܢܐ
ܗܘ ܩܕܝܫ ܒܟܠ .

*Jacobus Baradæus ex monaſterio Phaſilta, Epiſcopus Edeſſæ, à quo gens Jacobitica nomen trahit, condidit Anaphoram, cujus initium, Deus Pater pacis ſanctiſſime*. Exſtat ms. in Cod. Nitr. 3. fol. 153. prodiit autem Latinè per Renaudotium tom. 2. pag. 333.

IX. An ſit Auctor Catecheſis, Encomii in fidem Jacobitarum, & Homiliæ de Annunciatione B. V.

Abraham Ecchellenſis, Fauſtus Naironus, & ex iis Gulielmus Cave tom. 2. hiſt. lit. pag. 110. Baradæo adjudicant *Catecheſim*, quæ quaſi totius fidei Jacobiticæ norma eſt, inquiunt, & fundamentum. Ex ea quædam profert Ecchellenſis in Eutychio vindicato Par. 2. cap. 26. pagina 280. 283. Naironus Evopl. pagina 28. 29. 35. 41. & Diſſert. de Maronitis pag. 21. 38. & 39. Exſtat Arabicè, Syriacis tamen literis exarata, in Biblioth. Collegii Maronitarum de Urbe, hoc titulo prænotata: هذه امانة اليعاقبة الذين يسمون السريـــــان ؛

*Hæc eſt fides Jacobitarum, qui Syri appellantur*. Initium: قال القديس مار
يعقوب البرادعى راس اساقفة اليعاقبة السريـان
والقبط والحبش بعدما وقعت الاختلافــــات
بين الـــــنــــصــــــارى الخ :

*Ait Sanctus Mar Jacobus Baradæus Archiepiſcopus Jacobitarum, Syrorum, Coptorum, & Æthiopum: poſtquam diſſidia inter Chriſtianos oborta ſunt* &c.

Catecheſi ſubnectitur in eodem Codice *Encomium in Jacobitas* fol. 36. ex quo Naironus Evopl. pag. 57. locum citat de proceſſione Spiritus Sancti ex Patre Filioque: inſcribitur ميمر على الامانة السريانـــــيـــــــة :

*Sermo de Fide Syrorum*. Initium: بديت اشرح امانة اليعاقــــبــــــة :

*Fidem Jacobitarum exponere aggredior*.

Demùm in eodem Codice fol. 370. Baradæi nomine inſcribitur Homilia Arabica de Annunciatione B. M. V. cujus titulus: ميمر من القديس مـــــار
يعقوب البرادعى صاحب الملة اليعقوبية قالـــه
على

على البشارة المجيدة ويتضمن توحيد الطبيعـة ويشرح فيه تفسير فصل عيد البشارة الذى شرحه لوقا الانجيلى الذى اوله فى الشهر السادس ارسل جبرايل الملاك وفيه ايضا شرح امانة اليعاقبـة • قاله وارسله الى انطاكـيـة كرسى الرسول العظـيـم بطرس ؛

*Homilia Sančti Mar Jacobi Baradæi Jacobiticæ gentis auctoris, habita de glorioſa Annunciatione, in qua de unica natura diſſerit: exponit etiam caput Lucæ Evangeliſtæ de Annunciatione, cujus initium, menſe ſexto miſſus eſt Gabriel Angelus. Declarat inſuper fidem Jacobitarum. Hanc verò homiliam miſit Jacobus Antiochiam, ubi magni Apoſtoli Petri ſedes eſt.* Initium, بسم الاب البسيط والابن وهو الوسيـط وباسم الروح القدس الفارقلـيـط الالـه الواحد ؛

*In nomire Patris ſimplicis, & Filii mediatoris, & in nomine Spiritus Sancti Paracliti, unius Dei.*

Verùm ut ab hac *Homilia* incipiam, etſi Baradæi nomen præfert, ejus tamen genuinum fœtum non eſſe, pluribus argumentis probatur: & primò quidem, quia ſermone Arabico tàm eleganti, tàm ordinato conſcripta eſt, vocibus etiam ad metrum Arabicum, quo maximè populi illi delectari ſolent, ita accommodatis, ut non ex Syriaco traducta, ſed Arabicè primùm compoſita videatur. At Jacobus homo Syrus, & in Syriæ meditullio Edeſſa, Syriacè profectò ſcripſiſſet, non Arabicè, quum is ſermo longè poſt Baradæi ætatem in Syriam invectus fuerit. Deinde exordio utitur pſeudo-Jacobus Chriſtianorum Arabum in morem conformato, qui Mahometanos Arabas imitantes ab invocatione divini nominis & diſtincta attributorum Dei enumeratione initium operibus ſuis facere ſolent, quod ab antiquis Scriptoribus Syris obſervatum haud facilè invenies. Præterea inter Arabicas voces in exordio Syriacum Dei epitheton miſcet ܐܝܬܝܐ ܐܠܝܨܘܬܐ *ens neceſſarium*, quod ſtatim Arabicè reddit, cum planè in modum, quo Italus concionator Latinis quandoque auctoritatibus utitur. Demùm quod in titulo promiſit, *de unica* ſcilicet *Chriſti natura* ſermonem hìc fieri, ejus in Homilia ne veſtigium quidem apparet, in qua poſtquam auctor orthodoxam planè confeſſionem Trinitatis & Incarnationis edidit, Evangelium Lucæ exponere aggreditur abſque ulla hæreſeos nota, & in laudibus B. Virginis ſermonem concludit: id quod catholicum aliquem, non Baradæum auctorem arguit.

Idem dicendum de *Encomio*, quod Homiliæ præmittitur: nam ſtylus Arabicus, quo conſcriptum eſt, quæſtiones de Marone, & Maronitis fol. 116. Baradæi ipſius laudes & Vita fol. 45. & Joannis Bar-Suſan Jacobitarum Patriarchæ mentio fol. 51. convincunt, hujus ſermonis auctorem circa ſæculum duodecimum floruiſſe.

Pari ratione *Catecheſis* ex Baradæi operibus rejicienda, tùm quia fol. 25. Jacobus Edeſſenus, qui integro poſt Baradæum ſæculo vixit, laudatur, tùm quia fol. 33. ad Antiochenum Patriarcham ſpectare dicuntur Palæſtina, Gaza, Azotus, Aſcalon, & aliæ urbes, quæ ad Hieroſolymitanam Sedem pertinent, & à recentioribus Jacobitis contra antiquos Eccleſiæ canones uſurpatæ ſunt.

Meminit hujus *Catecheſis* Thomas à Jeſu Biatienſis de converſione omnium gentium procuranda lib. 7. c. 15. in hæc verba: *breviter referam errores omnes, quos ex catechiſmo Jacobitarum, qui Romæ in Bibliotheca Cardinalis Sanctæ Severinæ tàm in Arabica, quàm in Latina lingua conſcriptus habetur, colligere potui.* Colligit autem errores 36. qui in laudato Collegii Maronitarum Codice exſtant. Hæc ideò notavi, ut intelligat Renaudotius, Librum hunc à Maro-

Maronitis haudquaquam eſſe confictum: hujus enim criminis reum Naironum facere videtur tom. 2. Liturg. Orient. in Differt. de Syriacis Melchitarum, & Jacobitarum Liturgiis pag. 23. num. 36. ubi de Joanne Barſuſan Patriarcha loquens, *Jacobitam*, inquit, *illum fuiſſe Naironus probat ex Catecheſi quadam Jacobitarum, quem Librum nulla prætcrquam Maronitarum Bibliotheca repræſentat, & cujus fides valdè ſuſpecta eſt.*

## CAPUT IX.

## *Petrus Junior Patriarcha Antiochiæ.*

I. Petrus Junior, ex urbe Callinico oriundus, Severo æqualis.

PETRUS, ob Cnaphei comparationem Junior appellatus, tertius à Severo Jacobitarum Patriarcha, ex urbe Meſopotamiæ Callinico oriundus fuit: unde cognomen traxit ܩܠܘܢܝܩܝܐ *Clunicojo*, vel ܩܠܝܢܝܩܝܐ *Calinicojo*, hoc eſt, *Callinicenſis*, uti appellatur à Dionyſio Barſalibæo in libro adverſùs hæreſes c. 54. num. 58. cujus vocis etymon quum clar. Edenenſis non bene intelligeret, exiſtimavit Cnapheum ſeu Fullonem Petrum eâ appellatione deſignari, ut infrà dicam, ubi de Callinicenſis Anaphora. Adhuc monachus & Clericus, magnæ fuit apud Severum Antiochiæ Patriarcham exiſtimationis: nam exſtant hujus ad ipſum epiſtolæ duæ, quarum alteram citat Bar-hebræus in Lib. Ethicor. Differt. 6. de Anima c. 3. ſect. 1. alteràm idem Petrus laudat in libro adverſùs Damianum cap. 31. fol. 117. Cod. Syr. Vatic. 17. his verbis: ܘܡܢ ܕܫܠܡܘܢܐ ܕܠܒܪܐ ܗܢܘ ܕܟܬܒ ܠܘܬ ܦܛܪܘܣ ܐܝܟܢܘܬܐ ܠܟ: *Ex ejuſdem Severi epiſtola, quæ per Gerontium ad nos tranſmiſſa eſt.* Ejuſdem meminit, & *Juniorem Petrum* appellat coævus Auctor Libri de Hæſitantium ſectis apud Timotheum Presbyterum Conſtantinopolitanum in Tractatu de receptione Hæreticorum, quem edidit Cotelerius to. 3. monument. Eccleſiæ Græcæ pag. 408. 412. 413. & 416.

II. Paulo Antiocheno Monophyſitarum Patriarchæ ſubſtituitur.

Anno Chriſti 578. in locum Pauli Patriarcha Monophyſitarum renunciatur, teſte Dionyſio in Chronico Cod. Syr. Clement. Vat. 13. fol. 122.

ܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܬܫܥ ܚܠܦ
ܦܘܠܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܗܘܐ
ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܦܛܪܘܣ:

*Anno*, inquit, Græcorum 889. *pro Paulo Antiocheno factus eſt Sanctus Mar Petrus*: non quidem poſt Pauli obitum, ſed poſt ejus depoſitionem, uti ad marginem Codicis Syriaci Clem. Vat. 14. adnotatur in hæc verba. ܦܘܠܐ ܗܘ ܕܐܬܬܣܝܡ ܡܢ
ܐܬܝ ܝܥܩܘܒ ܒܘܪܕܥܝܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܐܠܟܣܢܕܪܝܘܣ ܗܘܐ
ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܘܡܛܠ ܕܐܫܬܘܬܦ
ܠܝܘܚܢܢ ܟܠܩܝܕܘܢܝܐ ܒܩܘܪܒܢܐ ܠܐ
ܡܛܠ ܫܝܢܐ: ܐܬܚܪܡ ܘܐܫܬܪܝ.
ܬܘܒ ܕܝܢ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܐܩܝܡ
ܡܛܠܗܕܐ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ: ܘܡܛܠܗܘ
ܕܗܘܐ ܡܪܝ ܦܛܪܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ: ܘܐܙܠ ܐܝܟ ܕܢܩܝܡ
ܦܛܪܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܗܘܢ:

*Paulus, qui à Jacobo Baradæo Antiochiæ Patriarcha ordinatus eſt, Alexandrinus genere, eò quod cum Joanne Chalcedonenſi in Oblatione, pacis & unitatis cauſa, communicaſſet, damnatus depoſituſque fuit: necnon propterea quod Patriarcham Alexandrinis clam ordinaſſet. Idcirco enim Petrus Patriarcha in urbem Alexandrinorum*

*norum ſe contulit, quia alium ipſis, Petrum nomine*, Paulus *ordinaverat*. Sic corruptum amanuenſis vitio locum reſtituo, literam copulativam ܘ *Vau*, in cauſalem ܕ *Daleth* permutans: nam in cit. Codice pro ܕܐܚܪܢܐ *quia alium*, legitur ܘܐܚܪܢܐ *& alium, Petrum nomine, ipſis ordinavit*, quaſi Petrus Alexandrinus à cognomine Antiocheno, non à Paulo hujus prædeceſſore ordinatus ſit: quod tamen antecedentibus repugnat, ubi ex duobus Pauli criminibus, ob quæ depoſitus damnatuſque fuit, unum fuiſſe dicitur, quod Patriarcham Alexandrinis clam inſtituiſſet, qui non alius certè fuit, præter Petrum Theodoſii ſucceſſorem, ut ex Chronico Orientali per Abr. Ecchellenſem edito liquet. Eandem lectionem confirmant Dionyſius Patriarcha in Chronico, & Dionyſius alter Barſalibæus in ſerie Chronologica Patriarcharum Jacobitarum lib. adversùs hæreſes cap. 54. qui Petri Alexandrini ordinationem non ad Petrum Callinicenſem, ſed ad Paulum ejus prædeceſſorem referunt: Ajunt enim, defuncto Sergio, quem Monophyſitæ in locum Severi ſubſtituerant, Paulum anno Chriſti 551. ordinatum fuiſſe: quumque Paulus communionem Joannis Scholaſtici Patriarchæ Conſtantinopolitani amplexus fuiſſet, & mortuo Theodoſio Alexandrino Petrum, qui in ſerie Patriarcharum Coptorum trigeſimus quartus numeratur, intruſiſſet, iram cœterorum Monophyſitarum in ſeipſum incitavit, & in primis Jacobi Baradæi, qui anno Chriſti 578. eundem Paulum Epiſcopatu dejecit, & Petrum Callinicenſem in locum ejus ſubrogavit. Hic verò adepta dignitate, Alexandriam, ut ſuprà dictum eſt, adjit, ut ortos ibidem ob Petri Alexandrini ordinationem tumultus compeſceret. Id contigit, quum pulſo, vel mortuo Alexandrino Petro, Damianus Sedem illam occuparet, ut ex Dionyſii hiſtoria mox oſtendam.

Severus Mokaffæus Aſmonæorum Epiſcopus in ms. hiſtoria Arabica Patriarcharum Alexandriæ, quam Renaudotius in compendium redactam Latinè publicavit, Antiochenos Monophyſitarum Patriarchas poſt Severum mirificè confundit. Scribit enim defuncto Severo Sedi illi incubaſſe Theophanem, ſeu Theophilum: deinde Petrum, de quo hìc agitur, mox Athanaſium, demùm Julianum. Verùm in his, quæ ad Syros ſpectant, Dionyſio potiùs & Barſalibæo Syris hominibus, quàm Coptis Scriptoribus credendum. Nullus enim inter Jacobitarum Patriarchas Theophanes, vel Theophilus: nec Athanaſius Juliano prior, ſed poſterior fuit: Paulus prætereà à Mokaffæo omittitur, qui Petrum Callinicenſem anteceſſit.

III. A Severi Aſmonæorum Epiſcopi calumniis vindicatur. Ejuſdem cum Damiano Alexandrino controverſia de Trinitatis myſterio.

Idem Mokaffæus Callinicenſem Petrum accuſat, quaſi de Trinitatis myſterio non rectè ſenſerit, cumque à Damiano Alexandrino hac de cauſâ meritò reprehenſum fuiſſe refert in hæc verba: ولما تنيح الاب البطرك
ثاوفيلس ومضى الى الرب عمد اهل انطاكية الى
رجل من اهل البيعة كاهن اسمه بطرس فجعلوه
بطركا وكان غليظ القلب مظلم فى افكاره مضطرب
الفعل مقاوم للامانة المستقيمة . ومن اجل
الاتحاد الذى بين الكرسيين كتب بطرس رسالة
سنوديقا الى الاب دميانس البطرك كما جرت
العادة فلما وصل السنوديقا اليه فرح بها وجمع
الاساقفة . وفيما هو يميز كلامه المنصوص فيها
وجد فيه عثرة فى الاعتراف بالثالوث المقدس
وطلب بحكمته ودعته ان يجذب اليه الاب
بطرس المذكور برفق حتى لا تنقسم البيعة ولا
يفترق الاتحاد الذى بين الكرسيين فكتب
اليه ميمر يذكر فيه جميع المخالفين والتعليم
الذى وضعه ساويرس البطرك غرضا فى ان يفهمه
الامانة ليدبر عقله . لان بطرس قال بحكمته
البرانية ان لا حاجة الى ذكر الثالوث وكانوا
معلمى البيعة اجمعين وكيرلس الحكيم ومن جا
بعده الى ايام هذا الاب دميانس فى كتبهم
يعترفوا بالثالوث المقدس انه ثلثة اقانيم طبيعة
واحدة لاهوت واحد خالق ليس فيه مخلوق
وانه

وانه مفترق بالاقانيم متحد بالجوهر الخ . مثل هذا
الكلام كتب به دميانس البطرك الى بطرس بطرك
انطاكية . وكان بطرس المذكور مثل الافعة الصما
التي تسد اذنيها فلا تسمع كلام الحاوى ولا دوا
يصنعه حكيم بل بقى مدمن على فكره الضال
ويعترف بلسانه الذى يستحق القطع ما الحاجة
الى تسمية الثالوت وكان يقسم الثالوت الغير
منقسم فصار بين المصريين والمشرقيين خصومة
بسبب هذا . واقاموا هكذا عشرين سنة مختلفين
بغير اتفاق حتى رحم الله شعبه الذى هو مهتم
به في كل حين وقصف عمر المخالف
وابـاده من العـالـم :

*Quum autem Pater Patriarcha Theophilus ad Dominum migraſſet, congregati Antiocheni virum quendam de Eccleſia Sacerdotem, Petrum nomine, in Patriarcham elegerunt. Erat is gravi corde, obtuſa mente, perturbatis operibus, rectæ fidei adverſarius &c. De unitate autem inter duas Sedes ſcripſit Petrus epiſtolam Synodicam ad Patrem Damianum Patriarcham, ut conſuetudo ferebat: quam quum ille accepiſſet, lætatus eſt, & Epiſcoporum Concilium indixit. Quum verò contentos in ea ſermones examinaret, deprehendit, Petrum in confeſſione ſanctæ Trinitatis offendiſſe. Qua igitur pollebat ſapientia atque manſuetudine, conatus eſt prædictum Petrum ab errore revocare, ne divideretur Eccleſia, neve unitas, quæ inter duas Sedes viguerat, ſcinderetur. Scripſit autem ad eum ſermonem, quo omnium hæreticorum catalogum recenſens, traditam à Severo Patriarcha doctrinam exponebat, ut quæ quidem eſſet recta fides cognoſceret, mentem verò ſuam à præconcepta falſa opinione avocaret. Nam Petrus extranea ſapientia uſus affirmabat, non oportere Trinitatis mentionem fieri, quum tamen omnes Eccleſiæ Doctores, & ſapientiſſimus Cyrillus, quique ipſum uſque ad hujus Patris Damiani tempora ſubſequuti ſunt, oppoſitum conſtanter doceant, ſacroſanctam Trinitatem in libris ſuis expreſsè confitentes tres eſſe perſonas & unam naturam, unam Deitatem creatricem, in qua nihil creatum, quæque in perſonis diſtincta ſit, una in ſubſtantia &c. Hæc & ſimilia ſcripſit Damianus Patriarcha ad Petrum Patriarcham Antiochiæ. At ille inſtar aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas, ne audiat vocem incantantis, & tamquam ægrotus, qui præſcriptum à medico pharmacum averſatur, ab erronea ſua cogitatione haudquaquam recedens, lingua quæ præcideretur digna, ajebat, non oportere Trinitatem nominare: indiviſibilem enim Trinitatem dividebat. Quamobrem Ægyptios inter & Orientales diſſenſio nata eſt: manſeruntque ſic diſcordes viginti annos, donec miſertus Deus populi ſui, cujus curam ſemper gerit, refractarii illius vitam præcidit, eumque ex hoc ſæculo ſuſtulit.* Hucuſque Mokaffæus in cap. de Damiano, quem trigeſimum quintum Patriarcham nominat. Eadem de Petro repetit cap. ſequenti, ubi de Anaſtaſio Damiani ſucceſſore, quem ſcribit apud Athanaſium Petro ſuffectum per literas egiſſe, ut diſſentientes ab Ægyptiis ejuſdem Petri cauſa Orientales conjungens, ſchiſma illud, quod per annos viginti duraverat, tolleret, idque feliciter ipſum aſſequutum affirmat.

Verùm ea in controverſia Damianum Alexandrinum, non Petrum Antiochenum à veritate aberraſſe liquet ex ſingulari Opere mox citando, quod idem Petrus de Trinitate adversùs Damianum exaravit, ubi Damianus quidem manifeſti erroris convincitur, dum perſonas cum proprietatibus in divinis confundit, Petrus verò orthodoxam hac in re doctrinam tuetur, ut infrà oſtendam.

IV. Alia Petri cum Probo, Joanne, & Stephano controverſia de Incarnatione.

Aliam Petrus eamque graviſſimam quæſtionem circa Incarnationis myſterium cum Stephano, Probo, & Joanne habuit, quæ multorum diſſidiorum, & Gubenſis etiam Concilii cauſa fuit. Hanc refert Dionyſius Patriarcha in hiſtoria Eccleſiaſtica, cujus fragmentum ad calcem Codicis Syriaci Clementino-Vaticani 14. accipe.

Ex

ܡܢ ܐܩܠܣܝܐܣܛܝܩܝ ܕܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܥܠ ܡܪܕܘܬܐ ܕܦܪܘܒܐ
ܘܝܘܚܢܢ ܪܝܫܕܝܪܐ ܡܢ
ܗܝܡܢܘܬܐ.

ܣܘܦܝܣܛܐ ܚܕ ܣܛܦܢܘܣ ܫܡܗ ܗܘܐ
ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܕܡܨܪܝܢ ܗܘܐ ܡܬܬܘܬܒ.
ܗܢܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܠܐ ܙܕܩ ܕܢܬܐܡܪ
ܕܒܬܪ ܚܘܝܕܐ ܦܘܪܫܢܐ ܗܘ ܕܡܫܬܘܕܥܢܘܬܐ
ܟܝܢܝܬܐ ܕܗܠܝܢ ܕܡܢܗܘܢ ܡܫܝܚܐ
ܟܠܗ ܡܫܡܠܝܐ ܕܣܘܓܐܐ. ܘܟܕ ܡܛܠ
ܗܕܐ ܡܬܟܣ ܗܘܐ ܡܢ ܕܐܡܝܢܐ ܦܦܐ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܝܟ ܕܢܬܦܢܐ ܡܢ
ܗܕܐ ܬܪܥܝܬܐ: ܠܐ ܐܬܛܦܝܣ ܐܠܐ ܝܬܝܪܐܝܬ
ܗܘܐ ܡܬܚܪܐ ܡܪܚܐܝܬ ܟܕ ܡܫܓܫ
ܘܡܩܝܡ ܬܪܥܝܬܗ ܘܣܒܪ ܕܠܐ ܡܫܟܚܐ
ܕܫܘܚܠܦܐ ܕܡܫܬܘܕܥܢܘܬܐ ܟܝܢܝܬܐ
ܕܗܠܝܢ ܕܡܢܗܘܢ ܡܫܝܚܐ ܕܢܦܘܫ ܕܠܐ
ܦܠܓܘܬܐ ܕܟܝܢܐ ܘܡܢܝܢܐ. ܘܡܛܠ
ܫܛܝܘܬܗ ܘܡܛܠ ܕܠܘܩܒܠ ܡܠܦܢܐ
ܩܕܝܫܐ ܣܒܪ ܗܘܐ. ܒܙܕܩ ܡܢ
ܕܡܝܢܐ ܘܡܢ ܫܪܟܐ ܪܚܡܝ ܫܪܪܐ
ܐܬܚܪܡ ܘܐܬܕܚܝ. ܒܗ ܒܙܒܢܐ
ܓܕܫ ܕܡܪܝ ܦܛܪܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܡܛܠ ܨܒܘܬܗܘܢ ܕܦܘܠܝܢܝܐ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܢܦܩ: ܘܐܙܠ ܥܡܗ ܣܓܝܐܐ
ܘܦܪܘܒܘܣ ܘܝܘܚܢܢ ܒܪܒܘܪ ܪܝܫܕܝܪܐ
ܕܡܪܗܛܝܢ ܗܘܘ ܒܝܘܠܦܢܐ ܘܡܠܝܠܐ
ܘܟܕ ܝܕܥܘ ܠܣܘܦܝܣܛܐ ܘܠܡܠܦܢܘܬܗ
ܟܬܒܐ ܟܕ ܣܬܪ ܠܗ ܠܬܪܥܝܬܗ ܘܐܘܟܚ ܠܗ ܒܠܐ
ܦܪܘܒܐ

N O T Æ.

1 *Stephanus*. Ejus meminit Photius in Biblioth. Cod. 24. his verbis. *Lectus liber acta continens diſputationis initæ coram Joanne Regiæ Urbis Epiſcopo, Juſtino imperante, inter Cononem & Eugenium Tritheitas, & Paulum ac Stephanum, qui & ipſi Hæſitantium de numero erant*. Vide Cedren. ad ann. 12. Heraclii, ubi ejus Vaticinium de Saracenis refert.

2 *Pauli*. Hic ad marginem legitur adnotatio, quam ſuprà retuli pag. 63.

## Ex Eccleſiaſtica hiſtoria Dionyſii Patriarchæ de Probi & Joannis Abbatis apoſtaſia à fide.

*Sophiſta quidam, Stephanus* [1] *nomine, erat in urbe Alexandrinorum. Hic ajebat, poſt rationem unitionis non oportere dici, quod remaneat diſtinctio ſignificationis naturalis earum rerum, ex quibus eſt Chriſtus. Quumque pluribus hac de cauſa à Damiano Papa Alexandriæ admoneretur, ut ab hujuſmodi opinione recederet, non tamen acquievit, ſed multò magis contendebat, & majori cum petulantia turbas excitans, ſententiam ſuam ſtabilire conabatur, ratus, fieri non poſſe, ut diverſitas ſignificationis naturalis rerum earum, ex quibus eſt Chriſtus, remaneat, abſque naturarum diviſione & numero. Quocirca propter ſuam amentiam, & quia ſacris Doctoribus contraria ſentiebat, juſtè à Damiano cæteriſque veritatis amatoribus damnatus rejectuſque fuit. Per idem tempus accidit, ut Mar Petrus Patriarcha pro eorum, qui Pauli* [2] *ſectatores erant, negotio, Alexandriam, ſicut ipſe retulit, ſe conferret. Sequuti ſunt Petrum, præter cæteros, etiam Probus* [3] *& Joannes Barbur Archimandrita, utpote qui eruditi inprimis erant, & ſumma eloquentia præditi. Quum verò Sophiſtæ illius notitiam hauſiſſent, doctrinæque ejus rationem comperiſſent, hominem Probus edito libello confutare conſtituit, in quo opinionem quidem ejus rejiciebat, inſcitiæ verò eundem arguens, oſten-*

3 *Probus*. Inania hujus ſophiſmata ſolvit Georgius Epiſcopus Tagritenſis, ut notavi tom. 1. pag. 465. Idem Probus Græcas Athanaſii & Cyrilli Anaphoras in Syriacum tranſtuliſſe dicitur apud Schultingium tom. 3. pag. 106. num. 15. & 16. in hæc verba: *quas duas miſſas ſuperiores Chaldæas fecit eximius Doctor Ephroba*: ubi Joannes Trancoſus Ignatii Jacobitarum Patriarchæ Interpres ex Probo Ephrobam, Syrorum & Arabum more reddidit.

ܦܪܘܒܐ ܘܪܝܫܕܝܪܐ ܡܩܒܠܝܢ ܠܗܘܢ :
ܐܒܗ̈ܝ ܕܥܕܬܐ ܘܡܚܝܕܐ ܐܠܗܘܬܗܘܢ

*oſtendebat ipſum ſanctis Patribus adverſari,*

ܘܗܘ ܡܠܟܐ . ܘܟܕ ܗܟܢܐ ܩܪܝܒܐ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܗܘ ܡܠܟܐ ܡܫܡܠܝܢܘ :
ܡܛܠ ܦܪܘܒܐ ܡܠܟܐ ܡܬܟܬܒܢܘܬܐ ܠܡܫܠܡܘ ܒܩܢܘܢܐ ܕܡܪܝܐ
ܠܐܪܥܗ ܘܡܢܐ ܥܠ ܡܫܝܚܘܬܗ ܘܢܝܚܐ ܠܗ ܡܫܡܠܝܐ ܠܡܠܦܢܐ
ܩܕܝܫܐ :

ܘܟܕ ܩܕܡ ܕܢܗܘܐ ܐܝܟ ܘܠܐ ܐܝܟ
ܡܨܒܝܢܗܘܢ ܕܬܪܝܗܘܢ ܕܦܪܘܒܐ ܘܝܘܚܢܢ
ܪܝܫܕܝܪܐ : ܫܠܡܘ ܠܗ ܘܠܐ ܗܘܘ
ܐܦܣܩܘܦܐ : ܡܛܠ ܕܪܚܡܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

*Verùm quum res ibi præter ipſorum ſententiam accidiſſet, nec votum ſuum ambo, Probus ſcilicet & Joannes Archimandrita, aſſequi potuiſſent (Epiſcopatum enim ambiebant,) eorum ſeſe partibus adjunxere, qui inimicitias cum Patriarcha exercebant, & in id ſummo ſtudio incubuerunt, ut ſermonem cum Sophiſta illo miſcerent, etſi Patriarcha Mar Petrus pluribus eos exhortatus fuerat, ut hominis commercium devitarent: prænoverat enim, illorum mentem ad ejus amplexandam ſectam proclivem eſſe. At illi monita ejus ſpernentes, in Ægypto permanſere, Sophiſtæ ſermonibus capti; & ſtatim eorum quæ adversùs ipſum ſcripſerant, immemores, in turpem illius ſententiam uterque tranſiit, & Probus quidem palam & abſque ambagibus; Archimandrita verò clam ad tempus.*

[illegible]
[illegible]

ܦܪܘܒܐ ܕܝܢ ܟܕ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

*Probus itaque Alexandriæ moras cum Sophiſta ac reliquis veritatis hoſtibus ducens, turbas plurimas data opera excitabat, & qua ſermonibus, qua ſcriptis epiſtolis, id impudenter ſtabilire ſatagebat, quod anteà ad terram dejecerat. Archimandrita verò utroque, ut ajunt, pede claudicans, huc & illuc ferebatur, mentemque mutabat, prout eos ſentire videbat, quos obvios haberet, excuſans ſe, rationemque adducens, cur aliorum dementiam rejiceret. Quum autem Probus à Damiano pulſus in Orientem ſe contuliſſet, doctrinam Sophiſtæ ſummo ſtudio ubique diſſeminabat. Quare*

[illegible]

*re tùm propter ipſius animi volubilitatem, tùm propter mentis ejus perverſitatem, ab Eccleſia ſegregatus depoſituſque fuit, Archimandrita ipſo ſententiæ in eum latæ conſentiente, eumque ſpecie tenus damnante. Et quidem Probum Archimandrita unàcum reliquis enixè deprecabatur, ut edita pro ſuo errore apologia, in communione Fidelium permaneret: ille verò noluit. Horum tamen omnium immemor Archimandrita, promiſſorum etiam oblitus, quibus ſe Patriarchæ de Probo penitus deſerendo obſtrinxerat, haudquaquam ipſum deſeruit, ſed fideles, & monachos, qui intra ovile erant, perturbare cœpit, quaſi injuſtè Probus ſegregatus fuiſſet, & ut Patriarchæ animum precibus, minisve expugnarent, quo latam ſententiam revocaret: totis autem viribus in id incumbebat, ut Probum ipſum turpemque Sophiſtæ opinionem in ſanctam Eccleſiam induceret. Demùm quum nihil aut deprecando, aut perturbando profeciſſet, ſententiæ Probi atque Sophiſtæ patrocinium palàm ſuſcepit, ſcripſitque libellum Apologeticum, quem coram Epiſcoporum Synodo legi, & reſponſum ſibi ab eadem per literas dari rogabat.*

[illegible]

[illegible]

*Congregata eſt igitur ejus causâ Synodus in Guba* 1 *Baraia, ad quam & Archimandrita evocatus fuit. Venit ille, & Probum ſecum adduxit, ut ſibi in*

N O T A.

1 *Guba*. Caſtrum eſt in Meſopotamia ad Euphratis ripam ſitum, ubi Patriarchæ Jacobitarum Sedem habuere circa annum Chriſti 700. ut liquet ex bina inſcriptione, quæ

[illegible]

*in Synodo præſidio eſſet. Verùm Synodus Probum admittere noluit, utpote qui jam depoſitus fuerat, & ab Eccleſia ſegregatus. Contra Archimandrita contendebat, ut is ſecum ingrederetur. Cui Synodus: Si vis, inquit, ut Probus tecum ingrediatur, libellum uterque facite, in quo unius ejuſdemque opinionis ac voluntatis vos eſſe teſtemini: tùm verò ille tecum in Synodum admittetur. Sin autem ab eius ſententia recedis, tu ſolus ingredere, rationem ejus, quod à te requiretur, redditurus. Quibus verbis, quum vix tandem Joannes acquieviſſet, ingreſſus eſt, & ad pacis oſculum à Patriarcha & Synodo libenter admiſſus. At lecto coram Synodo, quem is ſcripſerat, libello, deprehenderunt hominem Sophiſtæ & Probi doctrina impietateque imbutum eſſe. Quare poſtquam pluribus eum adhortati eſſent, ut à propoſito recederet, nec ille obtemperare vellet, (credibile eſt enim, eum à Probo ſubornatum fuiſſe,) ſententiam damnationis in eum tulere, & ab omni Sacerdotali munere remotum, à fidelium etiam communione ſegregarunt ipſum cum Probo, cæteriſque, qui eos ſequerentur, aut eis adhærerent, vel cum ipſis communicarent.*

[illegible]

quæ ad calcem Codicis Nitrienſis I. appoſita eſt in hæc verba: [illegible]

*In nomine Domini, Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno* Græcorum 1029. *menſe Ab* (Auguſto) *divinâ voluntate hoc Caſtrum Meſopotamicum* (Uremam ſcilicet, de qua ſupra dixerat) *eique adjacentia Caſtra tertiò viſitavit beatiſſimus, & à Deo honoratus Pater noſter ſpiritualis Patriarcha Mar Elias ex cuſtodito à Deo cœnobio Gubæ Barajæ &c.* Et infrà. [illegible]

*Item in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno Græcorum* 1039. *diebus beatiſſimi, & à Deo honorati Patriarchæ Mar Athanaſii ex eodem à Deo cuſtodito cœnobio Gubæ Barajæ diſcipuli* τȣ̃ μακαρίτȣ *Patriarchæ Mar Eliæ, ejuſque Sedis hæredis &c.*

[illegible]

*Et ſtatim ipſe Mar Petrus Patriarcha nomine totius Synodi Epiſtolam, hoc eſt, Librum conſcripſit, in quo Sophiſtæ quidem & Probi opinionem confutabat; Doctorum verò teſtimoniis oſtendebat, reipſa exiſtere & remanere differentiam naturarum, ex quibus eſt Chriſtus, etiam poſt rationem unitionis, abſque numero tamen, & ſine diviſione earundem naturarum. Miſit autem hunc librum ad cuncta monaſteria & Eccleſias fidelium ditionis Orientalis, hoc eſt, totius Syriæ, cui præerat.*

[illegible]

*Tunc Archimandrita & Probus ſegregatos ſe ab univerſa Orthodoxorum Eccleſia cernentes, relicta Sophiſtæ opinione, pro qua tam acre certamen ſubierant, Chalcedonenſis Synodi fidem amplexi ſunt, & ad Anaſtaſium Antiochiæ Patriarcham profecti, ei adhæſerunt, & ab eodem ſuſcepti fuere. Mox Archimandrita è ſuo monaſterio ejectus, in aliud cœnobium perrexit, quod Sancti Euſtathii in Artach dicebatur, ubi ipſum ſibi in Abbatem, & Rectorem monachi illi conſtituerunt. Atque ita res eorum ſe habuit, donec Mar Petrus in vivis eſſe deſiit. Complures verò eorundem cauſa, & integra etiam regionis Antiochenæ oppida à vera fide* (hæreſi ſcilicet Monophyſitarum) *defecerunt, & ad Chalcedonenſium partes tranſiere.*

[illegible]

*Petro autem defuncto, reſumptis illi viribus rogant Anaſtaſium Antiochiæ Patriarcham, ut ex cunctis* cœno-

ܐܢܫܝܢܘܢ ܕܐܝܟ ܕܢܬܟܬܫܘܢ ܘܢܚܘܘܢ
ܕܚܕܬܐ ܡܢ ܬܠܘܗܘܢ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܬܐܠܬܗ
ܠܐܦܫܩܐ ܐܦܢ ܕܢܬܚܒܪܘܢ ܠܡܢܝܢܗܘܢ
ܕܟܝܢܐ ܟܝܢܝܐ ܐܝܟ ܕܡܫܘܕܥܢܘܬܐ ܦܫܝܛܐ
ܕܡܢܗܘܢ ܐܝܬܘܗܝ ܡܫܝܚܐ ܡܘܕܝܢ ܗܘܘ
ܡܢܝܢܐ ܕܝܢ ܕܟܝܢܐ ܟܦܪܝܢ ܗܘܘ. ܟܕ
ܕܝܢ ܐܬܟܢܫܘ ܒܡܠܟܗܘܢ ܕܝܪܝܐ ܘܐܬܝܘ
ܒܩܛܝܪܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܐܬܥܘܩܘ ܬܡܢ
ܫܬܐ ܝܪܚܝܢ ܫܠܡܝܢ. ܘܦܪܘܒܘܤ ܘܝܘܚܢܢ
ܐܪܫܝܡܢܕܪܝܛܐ ܡܚܒܘ ܐܦ ܕܪܫܐ ܣܓܝܐܐ
ܥܡܗܘܢ. ܘܟܬܒܘ ܬܡܢܝܐ ܡܐܡܪܐ ܠܘܩܒܠܗܘܢ:
ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܒܬܡܢܝܐ ܡܐܡܪܐ ܦܢܝܘ ܠܘܩܒܠ
ܡܠܝܗܘܢ ܘܙܟܘ ܐܢܘܢ ܒܟܬܒܐ ܘܒܡܐܡܪܐ: ܘܝܬܝܪ ܠܦܪܘܒܘܤ
ܟܕ ܡܟܣܝܢ ܠܗܘܢ ܥܠ ܠܐ ܩܘܝܡܘܬܐ
ܘܥܠ ܕܓܠܘܬܐ ܘܥܠ ܗܦܟܦܘܟܘܬܐ
ܘܥܠ ܕܡܫܬܥܒܕܝܢ ܠܙܒܢܐ. ܘܗܟܢܐ ܦܪܘܒܘܤ ܗܘ ܒܬܪ ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܐܙܠ ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܦܘܠܝܤ ܘܐܬܩܒܠ ܡܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܬܥܒܕ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܟܠܩܝܕܘܢܐ. ܘܒܬܪ ܙܒܢܐ ܟܕ ܐܬܩܪܒ ܠܡܘܬܐ ܗܦܟ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܩܕܡܝܬܐ.

*cœnobiis Monachos Antiochiam convocari jubeat, quibuſcum ipſi diſceptarent, oſtenderentque, novam à Mar Petro ejuſque aſſeclis excogitatam fuiſſe fidem, quam differentiam quidem phyſicæ ſignificationis naturarum, ex quibus eſt Chriſtus, confiterentur; numerum verò earundem naturarum negarent. Collecti igitur ex eorum conſilio Monachi, & in urbem Antiochenorum per vim adducti, ſex integros menſes ibidem detenti fuere: ubi Probus quidem & Joannes Archimandrita diſputationes plurimas cum ipſis habuerunt, tomis octo adversùs eos editis: illi verò totidem tomis ad eorum objecta reſpondentes, ex ipſorummet libellis ſermonibuſque eos convicere, & præſertim Probum, arguentes eos inconſtantiæ, mendacii, & volubilitatis, & quod tempori ſeſe accommodarent.*

Hucuſque Dionyſius Patriarcha in hiſtoria Eccleſiaſtica de Petro Callinicenſi, ejuſque adverſariis Probo & Joanne Archimandrita. Pergit ibidem referre, Probum poſt eam diſputationem è Syria Conſtantinopolim profectum, ab illo Patriarcha Epiſcopatum Chalcedonenſem obtinuiſſe, quumque ad extremum vitæ terminum deveniſſet, relicta orthodoxa fide ad priſtinum Monophyſitarum errorem rediiſſe.

V. Ejus obitus.

Deceſſit Petrus anno Græcorum 902. Chriſti 591. teſte eodem Dionyſio in Chronico, ſucceſſoremque habuit Julianum, de quo Barſalibæus in ſerie Chronologica Patriarcharum Jacobitarum.

VI. Ejuſdem Anaphora.

Ex ejus ſcriptis, quæ edidit, duo habemus: *Anaphoram* ſcilicet, & *Librum adversùs Damianum*. Et de Anaphôra quidem hæc apud Cornelium Schultingium tom. 3. num. 25. pag. 106. *Sancti Petri Patriarchæ Antiocheni, Chaldaicè compoſita Colonicæ* (ideſt, Callinici) *anno à nativitate Domini* 563. Initium: ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܘܡܪܝܡܐ ܠܥܠܡܝܢ: *Deus Pater, & altiſſimus in ſæcula*. Meminit ejus, licet ſub Petri Cnaphei nomine, Cl. Stephanus Edenenſis in elucidatione Miſſæ Syriacæ tom. 2. Candelabro 7. Par. 4. Tract. 2. cap. 7. num. 4. ubi Syriacam vocem ܩܠܘܢܝܩܝܐ *Clunicojo*, Arabicè القصار *Alcaſſar*, hoc eſt, Fullonem, perperàm interpretatur, & Petri Junioris opus ad Seniorem refert nullo teſte, imò ipſo Anaphoræ titulo refragante, in quo diſertum *Callinicenſis* nomen præfertur.

VII. Liber adversùs Damianum.

*Liber adversùs Damianum* in quatuor Partes dividitur, & unaquæque Pars in capita quinque ſupra viginti. Exſtat mutilus in Codicibus Syriacis Vaticanis 15. & 17. & hic quidem con-

continet capita 25. nimirùm à vigeſimo ſexto ad quinquageſimum : Codex verò 15. fragmenta quædam complectitur ex capitibus 2. 3. 4. 5. 10. 11. 14. 15. 84. 88. Hunc autem titulum opus præfert: ܕܦܛܪܘܣ ܪܝܫ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܟܬܒܐ ܕܠܘܩܒܠ ܕܡܝܢܐ܀ *Fetri Archiepiſcopi Antiocheni Liber adversùs Damianum*. Ad calcem laudati Codicis Vat. 17. bina legitur inſcriptio, quam hìc referre operæ pretium duxi: Altera fol. 438. his verbis:

ܐܬܣܝܡ ܗܢܐ ܣܝܡܬܐ ܗܕܐ
ܪܘܚܢܝܬܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܡܢ ܕܝܠܗ
ܣܡܪܐ ܠܕܝܪܝܐ ܕܛܘܪܐ ܕܡܓܕܠܝܐ
ܕܟܦܝܣܐ ܒܝܘܡܝ ܚܣܝܐ ܘܩܕܝܫܐ
ܡܪܝ ܐܬܢܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܡܪܝ
ܬܐܘܡܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܒܝܨܝܦܘܬܐ
ܕܫܡܥܘܢ ܩܫܝܫܐ ܘܪܝܫܕܝܪܐ
ܩܫܝܫܐ ܘܒܪ ܚܕܒܫܒܐ ܩܫܝܫܐ ܘܕܢܝܐܝܠ
ܩܫܝܫܐ ܘܐܒܪܗܡ ܩܫܝܫܐ ܘܡܘܟܝܡ
ܩܫܝܫܐ ܥܡ ܫܪܟܐ ܕܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ
ܘܐܚܘܬܐ ܟܠܗ ܢܛܝܪܬ ܐܠܗܐ܀

*Spiritualem hunc theſaurum de Dei munere deque ſuo reponi curavit pro monachis montis Magdalorum Caphiſa diebus religioſi & ſancti Mar Athanaſii Patriarchæ* ( qui anno Chriſti 728. vivebat, ut liquet ex epigraphe, quàm ſuprà retuli pag. 75.) *& Mar Thomæ Epiſcopi, & ſtudio Simeonis Presbyteri & Archimandritæ, & Georgii Presbyteri, & Bar-had-beſciabæ Presbyteri, & Danielis Presbyteri, & Abraham Presbyteri, & Mochimi Presbyteri, unà cum reliquis Presbyteris, & Diaconis, & univerſa à Deo cuſtodita Fraternitate*. Altera fol. 439. ܟܬܒܐ
ܗܢܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܦܛܪܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܝܗܒܘ ܩܘܪܒܢܐ ܠܕܝܪܐ ܕܩܕܝܫܬܐ
ܕܒܡܕܒܪܐ ܕܐܣܩܝܛܐ ܩܕܝܫܐ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܡܨܪܝܢ ܕܒܗ ܩܕܝܫܝܢ
ܐܒܗܬܐ ܕܝܪܝܐ ܣܘܪܝܝܐ ܩܘܪܝܩܘܣ
ܘܦܘܠܘܣ ܘܬܐܘܡܐ ܒܢܝ ܝܘܝܐ ܩܫܝܫܐ
ܒܪ ܝܟܝܪܝ ܬܓܪܝܬܝܐ܀

*Hunc ſancti Mar Petri Patriarchæ librum dono dederunt ſancto Deiparæ monaſterio, quod in ſacro Scetes Ægypti deſerto ſitum eſt, ubi ſancti Patres monachi Syri habitant, Cyriacus, & Paulus, & Thomas filii Jojæ Presbyteri, filii Jachiri, Tagritenſes*. Anno nimirùm Chriſti 932. quo Moyſes Niſibenus ducentos & quinquaginta Codices Syriacos pro laudato Scetenſi cœnobio ex Meſopotamia comparavit, ut ex Nitrienſium Codicum inſcriptionibus tom. 1. Bibliothecæ noſtræ relatis liquet.

Summa controverſiæ Petrum inter & Damianum hæc eſt. Damianus Alexandriæ Patriarcha, à quo Damianitæ ſunt denominati, quum doctrinam Joannis Grammatici cognomento Philoponi Tritheitarum parentis impugnaret, in hunc errorem præter alios incidit, ut *perſonas*, & *proprietates* in divinis unum idemque eſſe affirmaret, nimirùm ܠܐ ܡܬܝܠܕܢܘܬܐ ܘܝܠܝܕܘܬܐ ܘܡܦܩܢܘܬܐ܀ *Innaſcibilitatem*, *generationem*, ut vocant, *paſſivam*, & *proceſſionem*, à perſona Patris & Filii & Spiritus Sancti nullo modo diſtingui: idque tùm in Epiſtolis Paſchalibus, tùm edito ſingulari Opere, cujus plura fragmenta à Petro referuntur, idem Damianus ſuadere conatus eſt; Patrum maximè adductis auctoritatibus, in quibus ܕܝܠܝܬܐ ܦܪܨܘܦܝܬܐ *proprietates characteriſticæ* pro Perſonis ſumuntur, ut apud Nazianzenum iis verbis Cod. 15. fol. 129. ܦܝܣ ܚܕ ܓܝܪ ܐܠܗܐ
ܐܝܬܘܗܝ ܘܬܠܬܐ ܩܢܘܡܐ ܡܬܝܕܥܝܢ
ܡܢ ܡܢܝܢ ܒܕܝܠܝܬܐ ܕܠܗܘܢ܀ ܗܝ ܡܢ
ܕܐܒ

[illegible]

*Quum enim una ſubſtantia & tres perſonæ à nobis in Dei cultu dicuntur, illud quidem naturam Deitatis, hoc verò proprietates trium deſignat*: ex quibus colligit Damianus,

[illegible]

*Innaſcibilitatem, generationem paſſivam, & proceſſionem perſonas eſſe: nam Theologus apertè docet, perſonarum nomine proprietates earum intelligi*: & concludit: [illegible]

*Non igitur doctrinæ Patrum conſentaneum eſt exiſtimare, non unam eandemque rem in his nomina ſignificare.* Excipit adverſùs hanc Damiani doctrinam Petrus, Proprietates quidem aliquando pro Perſonis uſurpari, non tamen cum iis unum idemque eſſe: alioquin quum plures Proprietates unaquæque perſona habeat, (v. g. Pater innaſcibilitatem, generationem activam, & ſpirationem itidem activam,) in plures etiam perſonas eam dividi oporteret; & Chriſtus, qui ut Filius à Patre, ut homo à matre Deipara genitus eſt, non una, ſed duplex perſona eſſet.

[illegible]

*Etſi*, inquit in cit. Codice fol. 129. *perſonæ & proprietatis nomen hoc loco pro una eademque re ſumptum reperitur, ubi tamen de characteriſticis perſonarum proprietatibus quæſtio eſt, non unam eandemque rem perſonæ proprietatiſque nomen ſignificat*: & fol. 133. de duabus Chriſti nativitatibus, [illegible]

*Nonne per hæc?* inquit, *alteram quidem ex Deo & Patre nativitatem, alteram verò ex ſancta Virgine doctor veritatis deſignavit? Quomodo igitur qui duas haſce nativitates pro perſonis accipiunt, non conſentire dicuntur Neſtorio ejuſque ſimilibus, qui adverſùs veritatem, veritatiſque propugnatores, ac præſertim ſapientiſſimum Cyrillum decertarunt*, ſi innaſcibilitas & nativitas idem ſunt ac perſonæ, ut affirmat Damianus?

In eandem ſententiam toto Libro diſputat, in quo quinque Damiani opera citat: nimirùm, Cod. 15. fol. 133. *Homiliam* ἐνθρονιστηρίαν, hoc eſt, enthroniſticam initio Epiſcopatus habitam, cujus initium: [illegible]

*Qui ferventi rectæ fidei amore æſtuant.* Ibidem *Epiſtolam Synodicam ad Jacobum* Baradæum, de qua ſic Petrus: [illegible]

ܘܒܐܓܪܬܐ ܣܘܢܗܘܕܝܩܝܬܐ ܕܫܕܪ ܗܘܐ ܡܪܢܘ
ܠܘܬ ܩܕܝܫܐ ܐܒܐ ܕܝܠܢ ܝܥܩܘܒ
ܘܠܘܬ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܒܡܕܢܚܐ ܩܕܝܫܐ
ܘܕܚܠܝ ܐܠܗܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܩܫܝܫܐ
ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܫܪܟܐ.

*Hæc nullo ferè apice mutato ſcripſit & in Epiſtola Synodica, quam miſit ad ſanctum Patrem noſtrum Jacobum, & ad univerſos ſanctos ac religioſos Orientales Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, & reliquos.* Cod. 17. pagina 48. *Epiſtolas Paſchales*. Eodem Cod. pag. 305. *Epiſtolam ad Zachariam*. In utroque demùm Codice *opus de divinis proprietatibus & perſonis*, quod Petrus, ܐܓܪܬܐ ܡܫܡܠܝܬܐ ܡܘܪܟܬܐ *prolixam epiſtolam* appellat, & plura ex eo fragmenta paſſim adducit, ex quibus conſtat, Tritheitarum hæreſim Damiano ſcribendi occaſionem præbuiſſe: ſic enim ait Damianus apud Petrum Cod. 17. pag. 213. ܗܘ ܕܝܢ ܝܘܚܢܢ
ܓܪܡܛܝܩܘܣ ܗܘ ܕܡܕܒܪܢܐ
ܗܘܐ ܕܗܕܐ ܗܪܣܝܣ :

*Ipſe Joannes Grammaticus, qui hujus hæreſeos director fuit &c.* & Petrus de Damiano cit. Cod. pag. 217. hæc notat: ܚܘܝ ܠܗ ܕܩܪܒܐ ܕܠܘܩܒܠ
ܛܪܝܬܐܝܛܐ ܢܣܒ ܐܝܟܢܐ ܕܒܨܝܪܘܬܐ
ܕܡܫܟܚܐ : ܡܦܝܣܢܘܬܐ ܬܬܠܒܫ
ܠܡܣܪܩܘܬܐ ܕܠܐܠܗܘܬܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ :
ܗܟܢܐ ܗܟܝܠ ܐܝܟ ܐܒܗܬܐ ܠܡܗܝܡܢܘ
ܐܝܬܝܗ ܠܟܠ ܚܕ ܐܠܗܐ ܘܠܐ ܢܦܘܠ
ܬܘܒ ܒܟܠܝܢܘܬ ܐܠܗܐ :

*Oſtendit, ſe adverſùs Tritheitas bellum gerere, ut impietatem in Deum hoc artificio perſuaſibiliorem faciat. Ait enim: Sic igitur ſecundùm Patres credendum eſt, unumquemque Deum eſſe, ita tamen ut juſtæ Tritheiſmi reprehenſioni haud ſubjiciamur.*

Præter Euſtathii, Baſilii, Nazianzeni, Nyſſeni, Chryſoſtomi, Cyrilli, aliorumque Patrum teſtimonia, quibus utitur Petrus, laudat etiam *Dionyſii librum de divinis nominibus* in cit. Codice 17. pag. 282. 283. & 373. ubi eum ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܗܘ ܪܒܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܬܢܣ ,
*Dionyſium Magnum, & Athenienſium Epiſcopum* diſertè appellat. Sed & *Theodoſii opus de Trinitate adverſùs Tritheitas* commemorat in eod. Codice pag. 348. & 395. in quo Theodoſius Areopagitæ quoque teſtimonio doctrinam ſuam comprobat. Prætereà *Petri Fullonis ſermonem* citat eod. Cod. pag. 175. quem ab eo Antiochiæ habitum fuiſſe affirmat, quum primùm ad Sedem illam evectus fuit.

Denique ex Severo Antiocheno plura loca producit, quæ hìc indicare viſum eſt: videlicet in Cod. 15. fol. 120. *Ex epiſtola ducenteſima quinquageſima libri primi, quæ ante Epiſcopatum ad Theognoſtum ſcripta fuit.* fol. 127. *ex epiſtola ad Epiſcopos Orientales* Alexandriæ commorantes, cujus initium, ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܐܫܬܕܪ
ܠܝ ܡܢ ܕܚܠܬ ܐܠܗܘܬܟܘܢ :
*Ex iis, quæ mihi à religioſitate veſtra tranſmiſſa ſunt*, uti adnotatur pagina 379. Cod. 17. in margine. Iterùm fol. 127. *ex capite quarto libri ſecundi adverſùs Cæſarium*. Ibidem, & fol. 131. *ex libro primo, & ſecundo adverſùs Grammaticum Cæſareenſem*, ex quibus fragmenta multa in Cod. 17. profert. Fol. 134. *ex libro primo adverſùs Julianum Halicarnaſſæum*, cujus *Apologiam*, & *Appendicem* impugnat Severus Cod. 17. pag. 68. 113. & 428. Iterùm fol. 134. *ex epiſtola ad orthodoxos Emeſæ*, cujus initium: ܠܗܠܝܢ ܕܠܐ ܐܬܩܪܝܘ
ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܐܠܗܐ

*Iis*

*lis, qui mente haudquaquam ſapientes ſunt*. In Cod. 17. pag. 43. 227. 317. & 410. *ex Homiliis epithroniis* 67. 70. 109. 119. & 124. Pag. 64. & 161. *ex libro ſecundo & quinto adverſùs Feliciſſimum*. Pag. 65. & 74. *ex epiſtola ſecunda & tertia ad Sergium Grammaticum*, ubi Euſtathii Antiocheni locum examinat in expoſit. Pſal. 92. in quo Patrem & Filium

ܩܢܘܡܐ ܚܕ *unam hypoſtaſim* dixit. Pagina 117. *ex epiſtola ad ipſum Petrum per Gerontium miſſa*, cujus ſuprà memini. Pag. 227. *ex capite* 226. *Philalethes*. Ibid. *ex epiſtola ad Victorem*

*Presbyterum*, cujus initium, ܗܢܝ

ܗܢܝܐܝܬ ܩܒܠܬ ܐܓܪܬܐ ܕܚܟܡܬܟ ܪܚܡܬ

ܐܠܗܐ

*Perjucunda mihi fuit ſapientiæ tuæ Deum amantis epiſtola*. Pag. 303. *ex epiſtola ad Iſidorum Comitem*, cujus initium, ܚܕܝܬ ܣܓܝ ܟܕ

ܩܒܠܬ ܐܓܪܬܐ ܕܡܝܬܪܘܬܟ

ܪܚܡܬ ܡܫܝܚܐ

*Gaviſus ſum valde, quum præſtantiæ tuæ Chriſtum amantis literas accepi*.

Sed præ cæteris obſervatu dignum eſt fragmentum, quod Petrus in Codice 15. fol. 118. profert *ex epiſtola vigeſima ſexta libri noni, quam Severus poſt exilium ad Thomam Germaniciæ Epiſcopum ſcripſit*: ubi inſignem habet locum de Evangelio Matthæi cum corpore S. Barnabæ Apoſtoli in Cypro reperto. Verba Severi accipe. ܗܘ ܕܝܢ ܕܐܬܐܡܪ ܡܢܝ

ܢܦܫܗ ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܢ ܒܠܘܓܟܝܐ ܡܢ

ܗܘ ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܕܒܩܥܗ ܡܢ ܠܒܪ

ܘܐܫܠܡ ܪܘܚܗ ܘܢܦܩ ܡܢܗ ܬܡܝܗܐܝܬ

ܕܡܐ ܘܡܝܐ ; ܐܠܗܝܐ ܡܣܒܪܢܐ

ܐܘܢܓܠܣܛܐ ܟܬܒ : ܘܐܢܫ ܐܚܪܢܐ

ܟܠܠ ܗܘܐ ܠܐ ܟܬܒ . ܐܢܫܝܢ ܕܝܢ

ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܬܝ ܒܓܠܝܐ ܒܥܩܝܢ

ܘܡܥܠܝܢ ܗܘܘ ܗܕܐ : ܗܝ ܕܠܩܘܒܠ

ܐܘܢܓܠܣܛܐ ܗܘ . ܕܢܚܘܘܢ ܕܟܕ ܚܝ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ

ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܕܒܩܥܗ ܒܠܘܓܟܝܐ ܘܡܢ ܒܬܪ

ܗܟܢܐ ܐܫܠܡ ܪܘܚܗ . ܘܐܬܒܥܝܬ

ܗܕܐ ܒܝܨܝܦܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܟܕ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ

ܡܕܝܢܬܐ ܡܠܟܬܐ ܐܝܬܝܗ ܗܘܬ ܡܚܝܠܘܬܢ

ܡܛܠ ܡܩܕܘܢܝܘܣ ܕܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ

ܕܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܩܕܝܡ ܗܘܐ : ܗܘ ܕܡܬܐܡܪ

ܗܘܐ ܕܒܡܫܡܠܝܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܘܐܝܟ ܗܕܐ

ܠܘܩܒܠ ܗܕܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܦܪܘܫܘܬܐ

ܕܘܟܬܐ ܐܬܩܪܝ ܗܘܐ ܕܡܬܦܪܫ ܟܕ

ܡܘܬܐ ܒܪܢܒܐ ܗܘ ܕܒܗ ܩܒܠܘܗܝ

ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܘܦܪܘܫܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܡܬܒܪ

ܗܘܐ . ܘܟܕ ܗܘ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܬܝ

ܐܬܚܙܝ : ܐܬܦܬܚ ܕܡܬܝ ܗܘ ܡܢ

ܚܘܫܒܐ ܕܗܘܐ ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܐܬܡܠܟܬ

ܘܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܕܒܠܘܓܟܝܐ.

*Quod autem latus Domini ac Dei noſtri Jeſu Chriſti, poſtquam ſpiritum tradidit, à milite lancea percuſſum ſit & ex eo ſanguis & aqua mirabiliter effluxerint, divinus Evangeliſta Joannes ſcribit: cujus quidem facti nemo alius meminit. Nonnulli verò Matthæi Evangelio vim palàm inferentes, id ibi obtruſere, quod contra Evangeliſtæ mentem eſt: ut ſcilicet oſtenderent, Chriſti adhuc viventis latus à milite lancea prius percuſſum fuiſſe, quàm is ſpiritum tradidiſſet. Hæc res ſummo ſtudio diſcuſſa eſt, quum mea tenuitas in urbe regia eſſet, Macedonii ejuſdem urbis quondam Archiepiſcopi cauſa. Producto igitur in medium Mat-*

*Matthæi Evangelio, quod magnificè deſcriptum erat & in regia æde ſumma cum veneratione ſervabatur, quodque imperante claræ memoriæ Zenone in urbe Cypri inſulæ unàcum ſancto Barnaba Pauli in luſtrandis regionibus & in divinæ prædicationis muniis obeundis ſocio, repertum fuiſſe ferebant, eoque aperto, deprehenſum eſt, hujuſmodi hiſtoriæ militis & lanceæ additamentum in ipſo haudquaquam exſtare.* Subjungit, antiquorum expoſitorum neminem hujuſce rei meminiſſe, præter Chryſoſtomum & Cyrillum Alexandrinum, quorum in commentaria id additamentum obrepſit. Et quidem Chryſoſtomus homil. 89. in Matth. diſertam illius facti mentionem facit, inquiens: *Alius autem accedens, lancea latus ejus aperuit* &c. perinde quaſi ea verba in Matthæi Evangelio exſtarent, ut meritò in edit. Pariſ. 1558. tom. 2. pag. 598. ad marginem ſic adnotatum ſit: *hæc ſuo loco poſita eſſe non videntur, quæ habentur Jo.* 19. In Græcis verò Evangeliorum Codicibus, quod hactenus obſervavi, nihil tale apud Matthæum legitur, ſed in Joannis dumtaxat Evangelio ea hiſtoria habetur. Quare dicendum eſt, Chryſoſtomum & Cyrillum in depravatum Codicem incidiſſe, in quo ea verba ex Joanne in Matthæum amanuenſis vitio tranſlata ſunt, ut Severus probat, tùm ex collatione facta ad præſtantiſſimum illum Codicem Barnabæ manu deſcriptum, tùm ex Patrum commentariis, qui in Matthæi Evangelio nullam ejus rei mentionem fecere, tùm denique ex canone Euſebii Pamphili, qui eam hiſtoriam tamquam ſingulare Joannis caput deſignat. Quod verò Severus de corporis ſancti Barnabæ & Evangelii ab eo deſcripti inventione narrat, hiſtoriam Alexandri monachi à Surio ad diem 11. Junii relatam mirificè confirmat: Severus enim Zenonis temporibus vivebat, quibus id factum contigit, cujus proinde teſtimonium tanti ponderis hac in re debet eſſe, ut nullum de veritate illius hiſtoriæ ambigendi locum relinquatur; præſertim quum æqualis Severo Scriptor Theodorus Anagnoſtes eandem narrationem tradat lib. 2. hiſt. Eccl. non longè ab initio. Vide Emin. Baronium ad annum 485. ubi Nicephori oſcitantiam notat, qui eam hiſtoriam ad Anaſtaſii Imperatoris tempora perperàm refert.

# CAPUT X.

## *Moyſes Aghelæus, & Simeon Abbas.*

MOYSES ex Aghel Meſopotamiæ oppido oriundus, claruit circa annum Chriſti 550. Hortatu Paphnutii *Glaphyra S. Cyrilli Alexandrini* è Græco in Syriacum convertit, quorum priora quinque folia dumtaxat ſuperſunt in Codice Syriaco Vatic. 15. à fol. 65. I. Moyſes Aghelæus Glaphyra S. Cyrilli Syriacè reddit.

Glaphyris duæ epiſtolæ præmittuntur: Altera *Paphnutii ad Moyſem*, cujus initium, ܐܢܫܐ ܡܢ ܦܘܠܓܝ ܠܡܘܬܐ ܕܐܢܫܐ. ܒܣܘܥܪܢܐ ܘܒܢܝ̈ܢܐ ܘܒܡܘܬܐ ܕܒܫܪܐ ܡܫܬܠܡܝܢ ܡܬܦܢܝܢ ܐܘ ܡܬܚܫܒܢܘܬܐ *Diverſa hominum ſtudia eſſe comperimus, vir præſtantiſſime.* Altera *Moyſis ad Paphnutium*, init. ܦܦܢܘܬܝ ܪܚܡܢ ܕܫܪܪܐ *Paphnuti vere amice noſter.* Ubi de ſua Glaphyrorum verſione hæc præfatur: ܡܘܫܐ ܐܢܐ ܕܝܢ ܠܦܘܪܣܐ ܕܐܬܒܥܝ ܒܥܠܬܐ ܕܡܠܘ ܘܚܣܢܐ ܗܘܐ ܡܠܬܐ ܕܒܥܠܬܐ. ܘܦܝܣ ܡܦܝܣ ܠܬܘܢܓܪܘܦܝܢ ܦܢܘܬܐ ܦܘܪܫܢܐ ܕܢܫܢܐ ܠܗ ܒܦܘܫܩܐ: ܠܐ ܐܬܦܢܝ ܐܠܐ ܫܠܡܬ ܠܚܝܠܐ ܕܦܘܕܝܐ: ܡܠܬܐ ܕܐܦ ܡܫܬܠܡ ܡܦܩܬܐ ܘܡܬܠܡܕܢܘܬܐ ܕܒܗܬܐ II. Ejus epiſtola ad Paphnutium.

ܘܡܫܟܚ. ܐܘ ܓܒܪܐ ܕܫܪܪܐ ܢܩܕܒ : ܗܘ
ܡܫܬܡܥܢܐ ܡܩܘܡܐ ܕܣܒܪܐ ܘܕܟܬܒܘ
ܘܕܘܪܫ ܦܠܘܡܦܘܣ ܕܢܝܫ ܢܦܩܐ
ܟܘܪܐܦܣܩܘܦܐ ܟܗܢܐ ܠܛܘܒܢܐ ܘܠܗܘܟܐ
ܡܗܝܡܢܐ ܘܡܠܦܢܐ ܐܟܣܢܝܐ ܕܡܒܘܓ
ܣܘܪܝܐܝܬ : ܬܬܕܡܪܘܢ ܒܫܘܚܠܦܐ
ܕܐܝܬ ܒܡܦܩܢܘܬܐ ܕܣܘܪܝܝܐ ܡܢ
ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ. ܚܢܢ ܕܝܢ ܡܢ ܡܡܠܠܐ ܕܝܘܢ
ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ ܒܥܘܕܪܢܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܗܫܐ ܡܦܩܝܢ ܚܢܢ : ܐܝܟ
ܕܐܝܬ ܒܝܘܢܝܐ ܗܟܢܐ ܦܫܩܢ
ܣܡܢ ܟܬܒܘܢ ܐܚܐ ܗܠܝܢ ܬܠܡܝܕܐ
ܕܝܠܢ ܫܒܪܐ : ܘܐܢ ܗܘ ܕܡܕܡ ܡܛܥܝܢ
ܡܢ ܗܓܝܐ ܐܘ ܡܢ ܢܘܩܙܐ ܩܪܘܝܐ ܚܟܝܡܐ
ܘܠܐ ܠܦܘܬܩܢܐ : ܘܢܬܪܨܘܢ
ܟܕ ܩܪܝܢ ܐܢܘܢ ܠܗܘܢ.

*Lectorem rogo, ut textus huius verba attentè conſideret: profunda ſunt enim. Si qua verò ex ſacris Scripturis petita teſtimonia in hac Verſione occurrant, quæ Syriacis exemplaribus haud conſentiant, ne animi pendeat: nam in Bibliorum verſionibus magnam eſt reperire diſcrepantiam: idque palàm deprehendes, ſi verſionem novi Teſtamenti & Davidis à Polycarpo claræ memoriæ Chorepiſcopo ad beatum, fidelem, & doctorem Xenajam Mabugenſem Syriacè elaboratam evolvas, ubi mirari eſt tot varietates, quæ in verſione Syriaca è Græco confecta cernuntur. Nos autem, qui è ſermone Græco in Syriacum, Chriſti ope, nunc interpretamur, ut erat in Græco textu, ſic reddimus, & deſcribi curamus ab hiſce fratribus diſcipulis noſtris tyronibus, à quibus ſiquid in ſyllabis aut in punctatione peccatum erit, prudentes lectores decet errata legendo corrigere.*

Hactenus Moyſes, cujus teſtimonio tria diſcimus: Primum, monachorum præfectum eum fuiſſe, quos *fratres diſcipulos ſuos tyrones* appellat. Alterum, Syriacam Bibliorum verſionem antiquiſſimam fuiſſe, quam à Græca in multis diſcrepare affirmat. Tertium denique, *Polycarpum Chorepiſcopum* rogante Xenaja Mabugenſi Pſalterium & novum Teſtamentum è Græco Syriacè reddidiſſe, quod de ea Verſione intelligendum eſſe exiſtimo, quæ eidem Xenajæ tribui ſolet, de qua ſuprà p. 23.

III. Simeonis Abbatis verſio & expoſitio Pſalmorum.

Aliam *Pſalmorum* Verſionem è Græco elaboravit *Simeon Abbas monaſterii Licinii*, cujus epiſtola hac de re ad *Barlaam monachum in monaſterio S. Eliſæi*, & brevis aliquot Pſalmorum expoſitio exſtat in Cod. Syr. Clement. Vatic. XI. Vide tom. 1. Biblioth. noſtræ pag. 612.

# CAPUT XI.

## *Joannes Epiſcopus Aſiæ.*

I. Joannis Epiſcopi Aſiæ hiſtoria Eccleſiaſtica.

JOANNES Aſiæ Epiſcopus ſcripſit *hiſtoriam à Theodoſii Junioris temporibus uſque ad Juſtinianum Imperatorem*, de qua hæc Dionyſius Jacobitarum Patriarcha in Chronico fol. 122.

ܡܢ ܬܐܕܘܣܝܘܣ ܕܝܢ ܙܥܘܪܐ ܘܥܕܡܐ
ܠܝܘܣܛܝܢܝܢܐ ܡܠܟܐ ܡܢ ܩܕܝܫܐ ܝܘܚܢܢ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܣܝܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܥܕܡܐ
ܠܬܡܢܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܚܡܫ

*A Theodoſio autem juniore uſque ad Juſtinianum Imp. ex ſancto Joanne Epiſcopo Aſiæ, hoc eſt, uſque ad annum* Græcorum *octingenteſimum octogeſimum quintum*, Chriſti 574.

II. Ejus patria & religio.

Ex Amida Meſopotamiæ urbe genus ſe duxiſſe idem Joannes teſtatur apud Dionyſium in Chronico fol. 115. ubi de peſte, quæ in Meſopotamia graſſabatur, ſic loquitur:

ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܡܝܕܝܐ ܗܘ ܗܘ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ
ܡܫܬܥܐ ܕܡܘܬܢܐ ܘܠܟܠܗ ܐܝܟ ܕܐܝܬܘܗܝ
ܐܡܪ

ܥܕܢ ܡܕܝܢܬܐ ܠܡ ܡܚܘܬܐ ܕܡܪܒܝܢܘܬܐ
ܐܡܝܕܐ ܘܕܬܚܘܡܝܗ :

*Tempus nunc eſt de flagello referre, quo percuſſa eſt urbs educationis noſtræ Amida cum reliquis finitimis civitatibus*. Monophyſitarum verò hæreſi eundem infectum fuiſſe, liquet tùm ex iis, quæ de ſacro Chalcedonenſi Concilio narrat, ubi Dioſcorianam factionem ſummis laudibus exornans, orthodoxorum Synodum paſſim perſtringit; tùm ex verbis ejus ad annum Græcorum 865. ubi de Monophyſitis à Juſtiniano Imp. ad urbem regiam pro pace Eccleſiarum convocatis hæc ſcribit: ܠܐ ܗܘܝܢܢ

ܡܫܟܚܝܢ ܕܢܬܢܐ ܘܡܦܫܩܐܝܬ
ܠܟܠܚܕ ܚܕ ܘܗܘܠܝܢ ܕܒܛܢܢܐ ܕܐܠܗܐ
ܐܝܟ ܡܚܘܬܐ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܕܫܝܢܐ ܕܥܕܬܐ
ܒܙܒܢܐ ܡܫܚܠܦܐ ܚܕ ܒܬܪ
ܚܕ ܕܗܘܘ ܪܗܛܝܢ.

*Non igitur poſſumus accuratè & ſingillatim pro merito deſcribere eorum conventum, qui zelo inflammati ad Imperatorem pro unione Eccleſiæ diverſis temporibus unus poſt alium convolarunt*. Ad annum verò 874. Juſtinianum ait ſibi provinciam mandaſſe, ut ejus factionis monachos è Syria Conſtantinopolim arceſſeret:

ܘܫܪܝ ܠܡܛܟܣܘ ܠܒܨܝܪܘܬܢ
ܝܘܚܢܢ ܕܐܣܝܐ ܕܐܢܫܐ ܡܢ ܕܝܪ̈ܬܐ
ܕܣܘܪܝܐ ܟܠܗ ܢܟܢܫ. ܚܢܢ
ܕܝܢ ܐܫܬܐܠܢ ܡܢ ܕܢܗܘܐ ܡܣܥܪܢܐ
ܘܡܫܡܫܢܐ ܗܢܐ :

*Ac primum quidem*, inquit, *humilitatem noſtram, Joannem ſcilicet Aſiæ, hortari cœpit, ut ex univerſis Syriæ cœnobiis homines convocaremus: nos verò hujuſmodi rei mediatores ac miniſtri eſſe recuſavimus*. Cauſam reddit in hæc verba: ܘܝܗܒܢ ܡܛܠ :

ܘܕܚܠܝܢ ܗܘܝܢ ܠܘܛܬܐ ܕܐܢܫܐ ܩܕܝܫܐ
ܘܓܡܝܪܐ ܐܝܟ ܗܠܝܢ :

*Verebamur enim ſanctorum horum perfectorumque virorum maledicta & imprecationes*: ne ſcilicet, ſi laborem adeundi regiam urbem ſuſcepiſſent, nec unitas Eccleſiarum è ſententia ſucceſſiſſet, in auctorem illius conſilii diras congererent.

III. Monophyſitarum in Aſia Epiſcopus.

Cur autem *Aſiæ Epiſcopus* dicatur, aut cujus Eccleſiæ gubernacula ſuſceperit, non explicat Dionyſius. Videtur tamen non unius certi loci, aut urbis, ſed totius Aſiæ minoris regimen apud ſuos Monophyſitas accepiſſe: nam conſueverunt hæretici, partium ſuarum Epiſcopos, ubi exiguus ſectariorum numerus eſſet, integræ provinciæ, aut regno præficere. Sic legimus apud ipſum Joannem, Eutropium Julianiſtarum in Aſia Epiſcopum fuiſſe, Sergium in regno Homeritarum, & alios alibi.

IV. Alius à Joanne Rhetore, & à Joanne Epiphanienſi.

Ex dictis liquet, Joannem hunc alium eſſe à Joanne Rhetore, cujus teſtimoniis utitur Evagrius in hiſtor. Eccleſ. lib. 1. cap. 16. lib. 2. cap. 12. lib. 3. cap. 10. & 28. & Theodorus Lector lib. 2. nam Rhetorem Joannem ſub Juſtino ſeniore hiſtoriam ſuam clauſiſſe, auctor eſt idem Evagrius lib. 4. cap. 5. At Joannes Aſiæ Epiſcopus Chronicon ſuum ad Juſtinianum uſque perduxit. Neque admitti poteſt, eum eſſe Joannem civem & cognatum Evagrii, de quo hic lib. 5. cap. ult. ſic loquitur: *Quæ autem deinceps ſubſecuta ſunt, uſque ad junioris Choſroïs fugam ad Romanos, & ejuſdem reſtitutionem per Mauricium, ſcripſerunt quidem Agathias Rhetor, & Joannes civis & cognatus meus: nondum tamen hiſtorias ſuas in lucem ediderunt*: Hic enim Joannes Epiphanienſis fuit, & hiſtoriam ſuam inde inchoavit, ubi deſiit Amidenſis Joannes, qui & Aſiæ apud Monophyſitas, ut ſuprà dixi, Epiſcopatum geſſit.

V. Specimen ex ejus hiſtoria.

Quod verò ad ejus hiſtoriam ſpectat, plura continet, quæ ab aliis vel præ-

ubi ſingulari Græcorum epocha uſus fuiſſe videtur.

prætermiſſa, vel levi manu tractata ſunt. Præterea ſingulari annorum Alexandræorum epocha uſus fuiſſe videtur, dum Juſtiniani Imperatoris vitam uſque ad annum 885. protrahit, quem omnes decennio ante, hoc eſt, anno Græcorum 875. obiiſſe affirmant: Si enim communem Syrorum opinionem ſequutus fuiſſet, qui Alexandræam æram trecentis novem, vel undecim, aut duodecim annis Chriſtiana vulgari priorem faciunt, ut obſervavi tom. 1. pag. 83. 182. & 387. non utique Juſtinianum ſcripſiſſet anno Græcorum 885. ſed 875. è vivis migraſſe: quod & in reliquis Juſtiniani geſtis obſervare licet, quæ ferè cuncta decennio poſt à Joanne, quàm ab aliis ſcriptoribus referuntur: quum tamen neque ipſum circa res ſua ætate geſtas adeò oſcitantem fuiſſe, neque Evagrium, Theophanem, Cedrenum, alioſve graviſſimos auctores in ea epocha conſignanda erraſſe credibile ſit. Ut verò omittam quæ ab ineunte Theodoſii Imperio ab ipſo narrantur, ſpecimen dumtaxat quorundam geſtorum ſub Juſtiniano breviter exhibebo.

Anno Juſtiniani decimo nono, refert Joannes, commiſſum ſibi fuiſſe ab Imperatore munus inquirendi in Ethnicos, qui in regia urbe latitabant; peracto autem diligenti examine, complures deprehenſos fuiſſe hujus ſuperſtitionis homines nobilitate, opibus & eruditione inſignes, ut Patricios, Grammaticos, Sophiſtas, Scholaſticos, & Medicos. Ex his Phocas quidam, inquit, vir Patricia dignitate, quum intelligeret à conſciis illius criminis ſe Juſtiniano denunciatum, hauſto veneno ſibi mortem conſcivit: cujus cadaver abſque ullo ſepulturæ honore in foveam quandam projici juſſit Imperator: reliquos verò Paganos in Eccleſiam convenire, ubi Chriſtiana religione per Joannem imbuerentur. Id Theòphanes *ad annum Juſtiniani tertium Indictione octava* referens, diſertam Phocæ mentionem facit, quem Crateri filium appellat, ſubditque, *Imperatorem ſolos Chriſtianos, eoſque recta in fide probatos ad communia & curialia munera ſuſtinenda admitti, gentiles & hæreticos ab eis amoveri lata lege ſanxiſſe; iiſdem verò trimeſtre tempus ineundæ reſipiſcentiæ terminum ultimum præſcripſiſſe.*

Anno Græcorum octingenteſimo quinquageſimo tertio, ſcribit Joannes, ſe Juſtiniani juſſu regiones Aſiæ, Cariæ, Lydiæ, & Phrygiæ perluſtraſſe, & à gentilium erroribus ad Chriſtianam fidem ſeptuaginta hominum millia pertraxiſſe, quibus ab ipſo baptiſmi gratiam collatam aſſerit, Juſtinianum verò neceſſaria ad id opus liberali manu ſuppeditaſſe, vaſa nimirùm argentea & ænea, lineas veſtes, & ſacros libros pro nonaginta ſex Eccleſiis, è quibus neophyti illi unam ſuper quadraginta ſumptibus propriis exſtruxere, cæteræ ex ærario publico juſſu Imperatoris conditæ.

Anno octingenteſimo quinquageſimo quarto Cyzicum urbs terræmotu concuſſa eſt, & cometes ad occidentalem plagam apparuit.

Ab anno octingenteſimo quinquageſimo quinto ad annum 858. deſcribit Peſtem, quæ ſub Juſtiniano totum ferè orbem devaſtavit: cujus meminere Procopius lib. 2. de bell. Perſ. cap. 22. Agathias ad annum Juſtiniani 5. lib. 4. Theophanes ad annum Incarnationis ſecundùm Alexandrinos 534. Indict. 5. & Evagrius lib. 4. cap. 29. ubi eam duobus & quinquaginta annis jam graſſatam fuiſſe teſtatur, dum hiſtoriam ſuam publicavit. Videbantur, inquit Joannes, veluti cymbæ æneæ nigris nautis iiſque truncato capite plenæ, per mare diſcurrere, eoque ferri, ubi morbus graſſari incipiebat: & illum quidem in Ægypto originem habuiſſe refert, mox Gazam & Aſcalonem infeciſſe, deinde Palæſtinam, denique reliquas Orientis partes, Syriam videlicet, Ciliciam, Meſopotamiam, Myſiam, Lycaoniam, Bi-

Bithyniam, Aſiam, Galatiam, Cappadociam, & regiam ipſam urbem. In Ægypto verò urbem quandam integram peſte abſumptam fuiſſe teſtatur, ſeptem ſolis viris cum puero decenni ſuperſtitibus, hoſque etiam, collecta è divitum ædibus ingenti auri argentique copia quum urbe excedere ſtatuiſſent, repente exanimatos corruiſſe, præter puerum illum, qui ſociorum infortunio territus, relictis opibus, fugit. Verùm ubi ad portas urbis pervenit, à ſpectro quodam comprehenſus in eam domum, ubi ſocii perierant, invitus & reluctans retrahitur: quod poſtea hac ratione compertum fuit: nam quum procurator cujuſdam viri opulentiſſimi, qui antequam peſtis graſſaretur, ruſticatum iverat, in eam urbem cum nonnullis famulis ad auferendam ſupellectilem miſſus in puerum illum incidiſſet, ut ab urbe excederet hortatus eſt; uterque tamen ab eodem ſpectro retractus, ibidem peſtifero morbo interiit, evadentibus dumtaxat famulis, qui rem hero ſuo narrarunt.

Aliam præterea in Palæſtinæ finibus urbem fuiſſe ſcribit, in qua Dæmones in Angelos lucis ſeſe transfigurantes civibus polliciti ſunt, à peſtilenti morbo immunes fore quicumque ſimulacrum quoddam æneum, quod ibidem aſſervabatur, adorarent. His promiſſis capti miſeri, conveniunt in ædem, ut cultum ſimulacro exhiberent. Sed quum impias cœremonias inchoaſſent, repentino turbine ſimulacrum illud in altum ad mille cubitos elatum eſt, tantoque impetu terræ alliſum, ut in pulverem abierit: homines verò peſte correpti ſtatim interiere.

Ea tempeſtate in Palæſtina ſe fuiſſe memorat Joannes, qua lues ibidem graſſabatur. Inde ad Meſopotamiam vitandæ peſtis cauſa, & ex Meſopotamia in regiam urbem ſeſe contuliſſe, quin tamen locum aliquem, vel urbem à peſte immunem repererit. Paulo verò antequam ea lues invaluiſſet, Barbaros ſcribit in Imperium Romanum invaſiſſe, & regiam ipſam urbem, in qua ipſe morabatur, obſidione cinxiſſe: Antiochiam prætereà à Perſis captam & incenſam. Conſtantinopoli autem ſingulis diebus quinque, aut ſeptem, aut duodecim, quandoque etiam ſexdecim hominum millia abſumpta fuiſſe, ita ut extinctorum ſumma ad bis centum triginta millia aſcenderit. Quumque cadaveribus ſepulcra deeſſent, Juſtinianum Theodoro mandaſſe, ut paratis ſexcentis lectulis in proximum montem extinctos efferret: qui pro ſingulis feretris quinque, aut ſex, aut ſeptem, & decem etiam denarios erogabat: atque ita à cadaverum fœtore urbs expurgata. Rumorem verò per urbem diſſipatum fuiſſe memorat, projectis nempe è ſublimi in terram amphoris peſtem extinctum iri. Quamobrem videre erat omnes amphoris projiciendis intentos, & vacuos hominibus vicos, incolis fuga ſaluti conſulentibus. Viſos quoque eſſe narrat dæmonas per urbem diſcurrere ſub ſpecie Monachorum & Clericorum: id quod ſacratis Deo viris ſummum contemptum peperit: nam inde ad duos uſque annos quotieſcumque Monachus, aut Diaconus, vel Preſbyter, ſeu quilibet ex Clero in publicum prodibat, exiſtimantes eum cacodæmonem eſſe, ſignabant ſe & clamabant, *Ego ſum Deiparæ*, *vel Apoſtoli N. aut Martyris N.* vel alia hujuſmodi.

Amidam patriam ſuam, ait Joannes ab anno 855. ad annum 858. peſte oppreſſam fuiſſe. Ab anno 858. ad annum 866. ſumma annonæ difficultate laboraſſe. Anno 867. pleroſque cives, ac præſertim utriuſque ſexus juvenes à dæmoniis vexatos fuiſſe, & Thomæ Apoſtoli ope liberatos. Anno 869. iterùm peſtem in urbe recruduiſſe, quæ trium menſium ſpatio triginta quinque hominum millia abſumpſit.

Anno 856. illegitimam Julianiſtarum Epiſcoporum ordinationem refert

ſert hunc in modum. Procopius, inquit, Epheſi Epiſcopus, in hæreſim Julianiſtarum, quam olim abjuraverat, relapſus, eandem ad extremum uſque ſpiritum retinuit. Eo è vivis ſublato conveniunt ſeptem ejuſdem hæreſeos Presbyteri, ut Pontificem loco ipſius ſibi præficiant. Quumque nullus ſupereſſet ejus factionis Epiſcopus, qui ordinationem rite faceret, ipſi Eutropium quemdam in medium producunt, ejuſque capiti manum defuncti Procopii imponunt, orationes Chirotoniæ interim recitantes. Atque ita conſecratus Eutropius, alios ipſe ſolus decem Epiſcopos ordinavit, quos ad diſſeminandum in Oriente & Occidente errorem diſtribuit, Conſtantinopolim ſcilicet, Alexandriam, Antiochiam, in Arabiam, in Perſidem, & uſque ad Homeritas. Primus verò Homeritarum Pſeudo-Epiſcopus Sergius fuit, qui ſubſtituto ſibi Moyſe, antequam annos quatuor impleret, interiit. Nonnulli verò ex ipſis in Sophenem, & Arzunitidem profecti ſunt, & in Armeniam uſque pervadentes, populos illos hæreſi Julianiſtarum infecere. Vide quæ de Homeritis ex Joannis Chronico deſcripſi in priori tom. pag. 359. 381. & 385. ubi meri Preſbyteri Epiſcopum ordinaſſe dicuntur.

Hoc factum Joannes Seldenus, ſi in noſtrum Codicem incidiſſet, multo libentius, quàm periocham illam Eutychii Alexandrini, latinitate donatum commentariis ſuis adornaſſet, magnoque cum triumpho inter ſuos divulgaſſet, ut probaret nullum eſſe inter Epiſcopos & Presbyteros diſcrimen, & ordinationem Epiſcoporum à Presbyteris fieri poſſe, quod ex Eutychii narratione colligere conatus eſt. Verùm ut Eutychium ab hac Seldeni calumnia doctiſſimus Ecchellenſis edito ſingulari opere vindicavit, ita ex ipſis Joannis verbis demonſtratur eam Epiſcoporum Julianiſtarum ordinationem pro irrita & inani tùm à Catholicis, tùm à Monophyſitis, è quorum grege Joannes erat, habitam fuiſſe. Audi Joannem de Eutropii, Sergii, & Moyſis ordinatione ſic differentem.

[illegible]

ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ. ܗܘ ܕܐܦ
ܗܘ ܐܢܫ ܗܘܐ ܠܗ ܕܢܒܗܬ ܘܢܚܡܪ
ܘܢܬܟܠܐ ܡܢܗ ܕܗܘ ܒܠܚܘܕܘܗܝ
ܢܡܪܚ ܘܢܥܒܕ ܐܦܝܣܩܘܦܐ : ܡܛܠ
ܕܡܢ ܐܝܕܐ ܕܡܝܬܐ ܗܘܐ. ܘܐܬܚܙܝ
ܐܦ ܗܘ ܠܟܗܢܘܬܐ ܟܘܡܪܘܬܐ ܡܝܬܬܐ
ܘܟܗܢܐ ܘܫܠܕܐ ܩܪܝܪܐ ܘܠܐ ܪܓܫܬܐ
ܘܪܘܚܢܝܬܐ ܟܠ ܗܠܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܗܘܘ
ܡܢܗ ܘܒܬܪܟܢ ܗܘܝܢ ܡܢܗܘܢ.
ܘܣܗܕܐ ܕܗܠܝܢ ܠܗ ܕܒܬܪܗ ܚܢܢ ܐܦ
ܘܟܠܗܘܢ ܐܬܪܘܬܐ ܕܐܣܝܐ ܣܗܕܝܢ :

*Poſtquam mortuus eſt Procopius, convenerunt, ut perhibetur, ſeptem Preſbyteri, de quibus verè dici poteſt, fel biberunt & inebriati ſunt, & mente capti, & excæcatus eſt intellectus eorum ſpiritu ſtuporis & erroris, & contra omnem Eccleſiaſticorum canonum ordinem conſilium inierunt. Nam quendam monachum, Eutropium nomine, adducentes, eum ſuper illud cadaver inclinant, & mortui manum attollentes, ejus capiti imponunt, orationes Chirotoniæ Epiſcopatus pro mortuo ſuper ipſum recitantes: atque hoc pacto Pſeudo-Epiſcopus ille ordinatus eſt præter legem, & Eccleſiaſticis omnibus conſtitutionibus reclamantibus. Et quidem infelix hic & vas inane Eutropius non contentus una perditione, vanoque errore, & mercatura ſacculi perforati, quam ex manu mortui ſe feciſſe exiſtimabat, obducta intellectui ejus caligine, nullaque regulæ, aut Eccleſiaſtici canonis habita ratione, quum ipſe vas corruptionis per mortuum factus eſſet, priori malo novum adjecit, decem falſos Epiſcopos conſtituens, qui & ipſi phantaſtice facti ſunt. Atqui meminiſſe debuerat, mortuum, quum adhuc vivus & incolumis eſſet, ab ordinatione Epiſcopi facienda abſtinuiſſe, quod ab uno Epiſcopo eam fieri, contra canones eſſe duceret. Ejus igitur exemplo decebat Eutropium rubore ſuffundi, nec audere, quum ſolus eſſet, Epiſcopos inſtituere. Adde, quod ipſe per mortui manum ordinatus eſt: atque adeo liquet tàm ipſum, quam omnes ab eo ordinatos, quique in poſterum ab eis ordinabuntur, Eccleſiaſticis ordinibus mortuos eſſe, & ordinationis eſſe expertes, & frigida ſenſuque ſpirituali carentia cadavera. Cujus rei & nos, & omnes Aſiæ regiones teſtes ſumus.* Hucuſque Joannes: cujus verba non modo Seldenum & Preſbyterianos non juvant, verùm etiam novam eorum doctrinam jugulant, oſtenduntque tantum abeſſe, ut Orientales Presbyteratum Epiſcopali dignitate parem eſſe credant, ut potiùs contrarium expreſſè doceant.

Anno Græcorum 857. diſſidium in Paſchate fuiſſe refert Joannes tàm Alexandriæ, quàm in Oriente, & in ipſa regia urbe, ubi poſtquam populus hebdomadam unam jejunaſſet, facta rectius ſupputatione deprehenſus fuit error, juſſitque Imperator initium jejunii in alteram hebdomadam differri; carnes verò, quæ jam è foro ſublatæ fuerant, in macellis iterùm venales exponi, quibus tamen nemo fuit, qui uteretur. Id à Theophane iiſdem ferè verbis narratur ad annum Juſtiniani 19. quod Pagius rectè monet non anno Chriſti 545. ſed 546. contigiſſe. Ubi obiter notanda eſt antiquiſſima Eccleſiæ diſciplina in abſtinentia à carnibus tempore Jejunii.

Anno 861. Tarſus Ciliciæ Metropolis exundante flumine obruta eſt.

Eodem anno oſſa Montani, qui ſeipſum Paraclitum jactabat, & Caratæ [1], Maximillæ atque Priſcillæ prophetiſſarum ejus, cura Joannis Epi-

## NOTA

1 *Caratæ* ܩܪܛܐ. Ita habet Codex Syriacus: quo nomine *Quintilla* fortaſsè deſignatur, una ex pſeudoprophetiſſis Cataphrygum, de qua S. Epiphan. hæreſ. 49. In eodem Cod. Syr. pro *Priſca* Priſcilla dicitur, de qua vide S. Epiphan. hæreſ. 48.

Epiſcopi Aſiæ è tumulo eruta, ignique tradita ſunt.

Anno 862. die 7. Auguſti, nocte ineuntis feriæ primæ urbs regia terræ motu concuſſa, & ſupplicatio publica ad Campum facta. Id refertur à Theophane ad annum Juſtiniani 27. Indict. 2. Auguſti 15. qui annus ſecundùm Pagium fuit Chriſti 554.

Anno 863. Juſtinianus Imp. in Judæos & Samaritanos, qui Chriſtianos Cæſareæ in Palæſtina trucidaverant, miſſo Amantio militiæ Orientis Præfecto, animadvertit. Pagius id ad annum Chriſti 530. refert.

Anno 864. menſe Junio urbes Phœniciæ Berytus, Tripolis, Tyrus, Sidon, Sarepta, Byblus, Antaradus, & aliæ terræmotu corruerunt.

Anno 865. Epiſcopi & Monachi quamplurimi è grege Monophyſitarum, Juſtiniani juſſu, in regiam urbem convocantur, ut de fide diſputarent. Idem rurſus factum an. 869. & anno 871. Denique anno 874. quadringenti viri è Monophyſitis ex Syria & Ægypto, ejuſdem Juſtiniani juſſu, congregati frequentes cum Catholicis diſputationes habent per anni ſpatium, quin tamen quiſquam à ſua opinione recederet. Exſtat *collatio Catholicorum cum Severianis habita Conſtantinopoli anno Domini 533. tempore Juſtiniani Imperatoris*, deſcripta ab Innocentio Maroniæ Epiſcopo, cui ex parte Severianorum adſuere Epiſcopi ſex, nimirùm Sergius Cyri, Thomas Germaniciæ, Petrus Theodoſiopolis, Joannes Conſtantinæ, Nonnus Cereſinæ, & Philoxenus Dulichii, quem ad orthodoxam fidem reverſum fuiſſe, in eadem collatione teſtatur Innocentius. Verùm quatuor collationes à Joanne relatæ, poſteriores ſunt ea, quæ in Tomo Conciliorum legitur.

Anno 866. Idolum ſolis in Helio-poli Phœniciæ urbe fulmine percuſſum, in cineres unàcum templo redactum fuit. Longum fuiſſe dicitur centum & quinquaginta cubitos, latum ſeptuaginta quinque.

Anno 867. Maii 3. magna Eccleſia urbis regiæ ex dimidio collapſa eſt, quam Juſtinianus in meliorem formam inſtauravit.

Anno 868. urbes Phœniciæ terræmotu concuſſæ ſunt; ad Botrum verò civitatem magna pars proximi promontorii, cui nomen ܦܪܨܘܦ ܟܐܦܐ λιθοπρόσωπος *facies ſaxi*, avulſa in mare projecta eſt, portumque effecit navibus recipiendis idoneum, quum urbs illa portu hactenus caruiſſet. Id à Theophane totidem verbis refertur die 9. Julii ad annum Juſtiniani 24. & à Pagio ad annum Chriſti 551. Indict. 14.

Anno 870. Berytus Phœniciæ urbs terræmotu corruit cum aliis Galilææ, Palæſtinæ, Arabiæ, & Phœniciæ civitatibus. In tota autem Phœnicia ad duo milliaria mare receſſit.

Anno 872. Juſtiniani 26. Quinta Synodus Conſtantinopoli habita. Sic Joannes Aſiæ Epiſcopus: quum tamen ex Actis ejuſdem Concilii conſtet, ipſum anno Chriſti 553. celebratum fuiſſe.

Anno 875. Septembris 6. hora 3. quum Evangelium in Eccleſia legeretur, Templum Cyzici urbis terræmotu quaſſatum cecidit, multoſque oppreſſit.

Anno 876. urbes Phœniciæ, Paleſtinæ, & Arabiæ terræmotu concutiuntur menſe Junio.

Anno 877. Junii 19. objit Theodoſius Patriarcha Alexandriæ, poſtquam in exilio annos triginta & unum cum dimidio egiſſet. In Chronico Orientali ſediſſe dicitur annos 31. dies 131. adeoque obiit anno Chriſti 568. nam Timotheus ejus prædeceſſor perierat an. Chriſti 537. ut oſtendit Pagius ad ann. 535. n. 10.

Anno 879. Januarii 14. illuceſcente feria 6. poſt mediam noctem ingenti terræmotu urbs regia quaſſata eſt, & duo ejuſdem muri, quorum alterum Conſtantinus, Theodoſius alterum condidit, collapſi ſunt. Id à Theophane narratur ad annum Juſtinia-

ſtiniani 31. Indict. 6. die tamen Octobris 6. & Decembris 14. & à Pagio ad annum Chriſti 557.

Anno 882. apud Monophyſitas celebres habebantur Paulus Antiochiæ, Jacobus Phaſiltenſis Edeſſæ & Joannes Amidæ: Chalcedonenſibus verò præerant Vigilius Romæ, Anaſtaſius Antiochiæ, Apollinaris Alexandriæ, Eutychius Conſtantinopoleos, & Macarius Hieruſalem. Verùm ut cæteros omittam, Vigilius Papa ſexdecim ante annis, hoc eſt, anno Græcorum 866. Chriſti 555. è vivis deceſſerat, ut ex hiſtoricis liquet.

Anno 883. pulſo Eutychio, Joannes Sedem Conſtantinopolitanam occupat: quod initio anni Chriſti 565. factum Pagius oſtendit ad ann. 563. num. 3.

Anno 884. Juſtinianus in Julianiſtarum errorem incidit.

Anno 885. menſe Majo ignis in cœlo apparuit in lanceæ ſpeciem, à ſeptentrione ad Occidentem, qui poſt obitum Juſtiniani ſtatim diſparuit. Id à Theophane ad annum Juſtiniani 30. refertur.

Eodem anno moritur Juſtinianus, eique ſuccedit Juſtinus ſororis ejuſdem filius. Tam Juſtiniani lapſus in errorem Julianiſtarum, quàm ejus mors ad annum Græcorum 876. Chriſti 565. ab omnibus ferè hiſtoricis conſignatur.

Hucuſque ex Joanne Dionyſius Patriarcha in Chronico.

## CAPUT XII.

### *Cyriacus Epiſcopus Amidæ.*

I. Cyriacus Amidæ Epiſcopus.

CYRIACUS Joanni Amidenſium Epiſcopo anno Græcorum 889. ſuffectus fuit, ut refert Dionyſius Patriarcha in Chronico his verbis: ܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܬܫܥ ܡܝܬ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܡܝܕ ܘܗܘܐ ܚܠܦܘܗܝ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܩܘܪܝܩܘܣ

*Anno* 889. (Chriſti 578.) *obiit Mar Joannes Epiſcopus Amidæ, ejuſque in locum ſubrogatus fuit ſanctus Mar Cyriacus.* Obiit anno Chriſti 623. poſtquam Eccleſiam illam quadraginta quinque annos tenuiſſet, eodem Dionyſio teſte in hæc verba: ܫܢܬ ܬܫܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܐܪܒܥ ܡܝܬ ܡܪܝ ܩܘܪܝܩܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܡܝܕ ܘܗܘܐ ܚܠܦܘܗܝ ܡܪܝ ܬܐܘܡܐ:

*Anno* Græcorum 934. *mortuus eſt Mar Cyriacus Epiſcopus Amidæ, eique ſucceſſit Mar Thomas.*

II. Ejus Canones.

Scripſit *Canones*, quos laudat Gregorius Barhebræus in ſuo Nomocanone, ubi præter hunc Cyriacum, alios etiam citat Canoniſtas Syros, videlicet Epiſcopos Joannem Telæ, Rabulam & Jacobum Edeſſæ, Patriarchas Cyriacum, Michaelem, & Ignatium.

## CAPUT XIII.

### *Thomas Heracleenſis Epiſcopus Germaniciæ.*

I. Thomæ Heracleenſis Vita, auctore anonymo Syro.

THOMÆ Heracleenſis vitam deſcribit anonymus in Codice Syriaco Clemen. Vat. 16. in hæc verba

ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܚܪܩܠܝܐ ܕܓܪܡܢܝܩܝ ܗܘܐ ܡܢ ܬܠܡܝܕܐ ܕܐܬܘܢܐ ܩܕܝܫܐ

[illegible]
[illegible]
ܒܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܘܡܝܘܠܦܢܐ ܕܥܕܬܐ :
[illegible]
ܕܓܪܡܢܝܩܝܐ ܕܗܝ ܗܝ ܡܒܘܓ
ܡܕܒܪ ܗܘܐ ܠܡܪܥܝܬܗ ܒܟܐܢܘ
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܡܘܕܝܢܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܡܒܘܓ ܡܕܝܢܬܐ . ܒܬܪ ܗܠܝܢ
ܐܬܛܪܕ ܡܢ ܟܠܩܝܕܘܢܝܐ ܠܐܟܣܘܪܝܐ
ܘܫܠܡ ܝܘܡܘܗܝ ܒܫܡܝܫܛ ܡܕܝܢܬܐ.

*Thomas Harclenus Epiſcopus Germaniciæ, ex Harchel* 1 *in regione Palæſtinæ originem duxit, unde Thomæ Harcleni cognomentum inditum ipſi eſt. Quum autem in monaſterio Tarilenſi religioſam vitam profeſſus eſſet, & in timore Dei, atque Eccleſiaſtica doctrina profeciſſet, ad Epiſcopatum Germaniciæ, quæ eadem eſt ac Mabug, evectus, gregem ſuum piè, ac religioſè gubernavit. Sed & ſummum laborem ſubiit, omnemque operam adhibuit, ut ſacrum Evangelium è Græco in Syriacum plurimorum Codicum adhibita collatione peraccuratè traduceret: quod contigit in ſacro Antonianorum monaſterio anno Græcorum* 2 *nongenteſimo vigeſimo quarto, poſt unum & octoginta annos, quàm à ſancto Philoxeno Confeſſore & ejuſdem Mabugi urbis Epiſcopo collatum fuerat. Poſteà in exilium à Chalcedonenſibus pulſus, Samoſatæ dies clauſit.*

Hæc anonymus Syrus de Thoma: ubi tria affirmat, quæ omninò falſa ſunt. In primis aſſerit, *Germaniciam eandem cum Mabugo urbem eſſe*, quam ſententiam Cl. Stephanus Edenenſis loco mox citando ſequutus, Mabugum, Marhas, & Baniciam urbes ab invicem non differre arbitratur. At Mabug, ſeù Hierapolis, teſte Evagrio lib. 6. cap. 19. Metropolis eſt provinciæ Euphratenſis, cui Germanicia, quæ Syris hodie ܡܪܥܫ *Marhas*, & ܒܢܝܩܝܐ *Banicia* appellatur, ſubjacebat, *in confinio*, ut inquit Theodoretus lib. 2. hiſt. Eccl. cap. 25. *trium provinciarum, Ciliciæ, Syriæ, & Cappadociæ ſita*. Deinde Philoxenianam inter verſionem & Heracleenſem *annos octoginta & unum* fluxiſſe teſtatur, quum *centum annos* dicere debuiſſet: nam Thomas qui-

NOTÆ.

1 *Harchel*. Ptolomæus in Geographia citatus in novo Lexico Baudrandii, Heracleam in Cyrrheſtica regione ponit. Verba Baudrandii hæc ſunt. *Heraclea Syriæ, Italica teſte Bonacciolo, urbs in Cyrrheſtica regione: Heraclium Straboni*. Alteram Baudrandius Heracleam Syriæ urbem memorat, ad Tauri montis radices ac Ciliciæ confinia poſitam. Evagrius lib. 5. hiſt. Eccl. cap. 10. *Heracleam* inter Antiochiam & Apamæam collocat, quam ab Addarmane Perſarum ſub Choſroë Duce incenſam refert: hanc olim Heracleam, poſteà *Gagalicen* appellatam fuiſſe teſtatur. Bonacciolus pro Gagalice *Italicam* perperàm ſcribit. Abulpharagius verò in hiſtoria Dynaſtiarum non *Heracleam*, ſed *Racham* Arabicè vocat in Juſtiniano, ubi deſcribens incurſiones Perſarum in ditionem Romanorum, de quibus Evagrius loco cit. ſic ait:

وفى ايام يوسطينيانس فتحوا الفرس انطاكية
وافاميه والرافقة ودارا وحلب :

*Temporibus Juſtiniani expugnarunt Perſæ Antiochiam, Apamæam, Racham, Daram, & Alepum*. Vero propius exiſtimo, diverſam à prædictis Heracleam hìc ab Auctore deſignari: urbem nempe in Palæſtina ſitam: nam Palæſtinæ vocabulo Syriam Euphrateſiam, aut Cavam, aut aliam hìc indicari, vix adducor ut credam. Quamobrem Barhebræus in notis ad cap. 1. ſuæ Grammaticæ metricæ diſertè Palæſtinam à prædictis Syrorum provinciis diſtinguit.

2 *Nongenteſimo vigeſimo quarto*. Lege *vigeſimo ſeptimo*, ut ex infrà dicendis patebit.

quidem verſionem ſuam anno Græcorum 927. Chriſti 616. elaboraſſe dicitur; Philoxenus verò, qui anno Chriſti 518. in exilium cum Severo Antiocheno pulſus fuit, aliquot id ante annis præſtiterat. Demùm quod de Thomæ exilio ejuſque Samoſatæ obitu refert, non huic Heracleenſi, ſed alteri ſeniori ejuſdem Germaniciæ Epiſcopo convenit, quem à Juſtino Imp. anno Græcorum 829. ob hæreſim Monophyſiticam Sede ſua pulſum fuiſſe, diſertè teſtatur Dionyſius in Chronico his verbis: ܫܡܗܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܬܬܪܝܟܘ ܘܐܬܕܚܝܘ ܡܢ ܟܘܪܣܝܗܘܢ ܒܝܘܡܝ ܝܘܣܛܝܢܐ ܩܫܝܫܐ ܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܬܫܥ. ܬܐܘܡܐ ܕܓܪܡܢܝܩܝܐ ܗܘ ܕܡܝܬ ܒܫܡܝܫܛ.

*Nomina Epiſcoporum, qui Sedibus ſuis depoſiti & in exilium ejecti fuere diebus Juſtini ſenioris anno octingenteſimo vigeſimo nono, Thomas Germaniciæ, qui obiit Samoſatæ* &c. eumque anno Chriſti 533. adhuc in vivis fuiſſe, liquet ex collatione Catholicorum cum Severianis Conſtantinopoli habita, cui Thomas interfuiſſe dicitur, ut ſuprà dixi pag. 89.

II. Ejus Anaphora.

Scripſit ܐܢܦܘܪܐ *Anaphoram*, de qua hæc Edenenſis cap. 7. de hæreticis Liturgiarum Scriptoribus nu. 20. ܬܐܘܡܐ ܚܪܩܠܝܐ ܕܓܪܡܢܝܩܝܐ ܘܐܚܪܝܢ ܥܒܕܝܢ ܠܗ ܚܕ ܥܡ ܬܐܘܡܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܒܢܝܩܝܐ ܗܝ ܡܒܘܓ ܐܝܟ ܕܡܬܩܪܝܐ ܡܪܥܫ: ܘܥܒܕ ܐܢܦܘܪܐ ܕܨܠܘܬܗ ܟܠܗܝܢ ܐܝܟ ܫܘܪܝܐ ܕܐܠܦ ܒܝܬ: ܫܘܪܝܗ ܐܝܬܝܐ ܡܬܘܡܝܐ ܘܟܣܝܐ:

*Thomas Heracleenſis Germaniciæ, quem alii eundem faciunt cum Thoma Epiſcopo Baniciæ, quæ eſt Mabug, aliàs Marbas, compoſuit Anaphoram, cujus preces ordine alphabetico diſpoſitæ ſunt, ejuſque initium, Ens æternum & abſconditum.* Extſtat ms. in Cod. Ecchellenſi 5. fol. 94. ejuſque meminit Abraham Ecchellenſis in not. ad Catalogum Hebedjeſu, ubi pro Germanicienſi *Giarmachitam* Thomam perperàm ponit. Prodiit autem latinè per Renaudotium tom. 2. pag. 383. in qua duo obſervanda. Primum, quod *hæc Liturgia*, ut monent Edenenſis & Renaudotius loc. cit. *ſingulari apud Jacobitas Syros artificio commendatur, eò quod diverſæ, quibus conſtat, orationes, Threnorum & Pſalmorum Abecedariorum more incipiunt, & quod cultiori ſtylo ſcripta eſt.* Alterum, quod tàm in manuſcriptis, quàm in eo, quod Renaudotius publicavit exemplari, *conſecratoria Chriſti verba* deſiderantur; non quidem Thomæ ipſius dolo malo, quaſi conſecrationis vim à verbis Chriſti ad invocationem Spiritus Sancti juxta errorem recentiorum Græcorum traduxerit, ut exiſtimat Naironus in Evopl. pagina 164. & ſeq. ſed fraude amanuenſium Jacobitarum, qui Theologaſtros Græcos hac in re ſequuti, recentiſſimum circa Invocationem Spiritus Sancti errorem auctoritate antiquarum Liturgiarum ſtabilire conati ſunt, conſecratoria Chriſti verba expungentes, ut indicat Renaudotius lib. cit. pag. 390.

Anaphoras etiam Gregorii Nazianzeni, Baſilii Magni, Gregorii Nyſſeni, Dionyſii Areopagitæ, & Joannis Chryſoſtomi, è Græco in Syriacum Thomas convertit, ſi credendum eſt Ignatio Jacobitarum Patriarchæ, cujus apud Cornelium Schultingium tom. 3. pag. 106. de laudatis Patrum Liturgiis hæc ſunt verba: *quas quinque ſuperiores miſſas Chaldæas fecit quidam Thomas Epiſcopus Merbaxenſis*: nimirùm *Marbas*, ſeù Germaniciæ, ut ſuprà notavi.

III. Novum Teſtamentum è Græco in Syriacum vertit.

Denique celeberrima eſt *Novi Teſtamenti Verſio*, quam è Græco in Syriacum Thomas elaboravit. *Heracleenſem* ܚܪܩܠܝܬܐ Syri vocant: de

qua

qua in præſtantiſſimo Evangeliorum Codice Bibliothecæ Angelicæ S. Auguſtini de Urbe fol. 139. hæc à Thoma ipſo adnotata ſunt, priori dumtaxat ſententia ab amanuenſi, qui Codicem illum exaravit, addita.

ܐܬܦܚܡ ܕܝܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܠܘܬ ܬܪ̈ܝܢ
ܨܚ̈ܚܐ ܚܬܝ̈ܬܐ. ܐܬܦܫܩ ܕܝܢ ܟܬܒܐ
ܗܢܐ ܕܐܪܒܥܐ ܐܘܢܓܠ̈ܣܛܐ ܩ̈ܕܝܫܐ ܡܢ ܝܘܢܝܐ
ܠܣܘܪܝܝܐ ܒܚܦܝܛܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ
ܘܒܥܡܠܐ ܪܒܐ ܠܘܩܕܡ ܒܡܒܘܓ
ܡܕܝܢܬܐ ܒܝܘ̈ܡܝ ܕ
ܢܟܦܐ ܡܪܝ ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܡܘܕܝܢܐ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܝܠܗ̇ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܐܬܦܚܡ
ܕܝܢ ܒܬܪܟܢ ܒܚܦܝܛܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ
ܡܢܝ ܬܐܘܡܐ ܡܣܟܢܐ ܥܠ ܬܠܬܐ ܨܚ̈ܚܐ
ܝܘܢܝ̈ܐ ܕܚܬܝܬܝܢ ܣܓܝ ܘܡܬܩܢܝܢ
ܒܐܢܛܘܢ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܡܕܝܢܬܐ ܪܒܬܐ
ܒܥܘܡܪܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܢܛܘܢܝܢܘܣ. ܐܝܟܐ
ܕܐܦ ܟܬܒܬܗ ܠܝ ܠܡܘܬܪܢܐ ܕܢܦܫܐ
ܚܛܝܬܐ ܕܝܠܝ ܘܕܣܓܝܐܐ ܕܪܚܡܝܢ
ܘܡܬܒܥܝܢ ܠܡܕܥ ܘܠܡܛܪ ܚܬܝܬܘܬܐ
ܡܘܬܪܢܝܬܐ ܕܟܬ̈ܒܐ ܐܠܗܝ̈ܐ. ܐܬܟܬܒ
ܬܘܒ ܘܐܬܦܚܡ ܒܕܘܟܬܐ ܕܐܡܝܪܐ
ܒܫܢܬ ܬܫܥܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܫܒܥ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܒܡܘܥܕܐ ܪܒܝܥܝܐ.
ܟܡܐ ܕܝܢ ܥܡܠܐ ܘܚܦܝܛܘܬܐ ܗܘܬ ܠܝ
ܒܗ ܘܒܚܒܪ̈ܘܗܝ: ܡܪܝܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ
ܝܕܥ ܗܘ ܕܥܬܝܕ ܠܡܦܪܥ ܠܟܠ
ܐܢܫ ܐܝܟ ܥܡܠܗ
ܒܕܝܢܗ ܟܐܢܐ ܘܬܪܝܨܐ:

*Collatus eſt liber hic ad duo accurata exemplaria. Tranſlatus autem fuit liber hic quatuor ſanctorum Evangeliſtarum è Græco ſermone in Syriacum ſtudio accuratiſſimo ſummoque cum labore, primùm quidem in urbe Mabug diebus religioſi Mar Philoxeni Confeſſoris ejuſdem urbis Epiſcopi: poſteà verò collatus fuit ſtudioſiſſimè à me paupere Thoma ad tria exemplaria Græca valde accurata correctaque in* [1] *Anton magnæ urbis Alexandriæ in ſacro Antonii monaſterio, ubi & ipſum mihi exaravi pro peccatricis animæ meæ utilitate, & pro multorum beneficio, qui diligunt quæruntque utilem exactamque divinarum Scripturarum integritatem noſſe & cuſtodire. Scriptus autem collatuſque fuit in loco, quem ſupra memoravi, anno Alexandri nongenteſimo vigeſimo ſeptimo, Indictione quarta* (hoc eſt, Chriſti 616.) *Quantum autem laboris & ſtudii in ipſo ejuſque ſociis* (reliquis nimirùm Novi Teſtamenti Libris) *ſubierim, ſolus Dominus novit, qui unicuique ſecundùm operoſua retributurus eſt in ſuo juſto rectoque judicio* &c. Eadem epigraphe paucis mutatis legitur in aliis Evangeliorum Codicibus Verſionis Heracleenſis tùm Florentinis, tùm Regio-Pariſienſibus: & quidem Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 389. ex Syriaco Codice ms. membranaceo Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis, quo Evangelia continentur à Joſue filio Johanan Sacerdotis anno Græcorum 1503. Chriſti 1192. elegantiſſimè exarata, hanc adnotationem exhibet. *Hic eſt liber quatuor Evangeliorum Sanctorum, qui tranſlatus eſt ex Græca lingua in Syriacam ſtudio exactiſſimo, maximoque labore, primo quidem in urbe Mabug ſive Hierapoli anno* 819. *Alexandri Macedonis* (Chriſti 508.) *tempore ſancti Philoxeni Confeſſoris & Epiſcopi ejuſdem civitatis. Deinde verò recogni-*

gni-

NOTA

1 *Anton*. Hac voce non *Pharum*, aut *Suburbium* Alexandriæ deſignatur, ut dixi tom. 1. pag. 41. ſed monaſterium ipſum Sancti Antonii, ſeù Antonianorum monachorum in urbe Alexandria ſitum, ut locum hunc interpretatur Greg. Bar-hebræus, cujus verba retuli ſuprà pag. 24.

*gnitus ſumma cum diligentia à me Thoma paupere ad duo exemplaria Græca eximia & accuratiſſimè ſcripta Alexandriæ in civitate magna ad Sanctum Antonium, ſive monaſterium Religioſorum S. Antonii anno Alexandri* 1327. *Chriſti* 515. Hucuſque Renaudotius: ubi duo typographorum, vel amanuenſis Syri menda corrigenda: primum, quod liber Evangeliorum *à Thoma ad duo exemplaria Græca* collatus fuiſſe dicitur, quum ipſe Thomas tribus in ea collatione exemplaribus ſe uſum fuiſſe disertè teſtetur, ut ſuprà notavi. Alterum, quod verſio Thomæ elaborata & publicata fuiſſe dicitur *anno Alexandri* 1327. *Chriſti* 515. quum dicendum omnino ſit, *anno Alexandri* 927. *Chriſti* 616. Annus enim Græcorum 1327. non Chriſti anno 515. ſed 1016. reſpondet, in quem tamen Thomæ Heracleenſis ætas competere nequit, quum hic, eodem Renaudotio teſte p. 390. *ineunte ſeptimo ſæculo* claruerit. Auctor Syrus vitæ Thomæ, cujus hiſtoriam ſuprà retuli, pro anno Græcorum 927. quo Thomas verſionem ſuam edidit, habet annum 924. Sed ex permutatione literarum alphabeti Syriaci is error facilè contingere potuit: nam pro ܙ *Zain* in hoc numero ܬܬܩܟܙ 927. litera ܕ *Daleth finalis* obrepſit, ſic ܬܬܩܟܕ 924. Atque hìc obiter advertendum, adnotationem illam ad calcem Evangeliorum à Thoma appoſitam, tempus indicare, quo verſio Heracleenſis edita fuit, non epocham ſcripti Codicis à Joſue filio Johanan, vel ab anonymo, qui librum Evangeliorum Bibliothecæ Angelicæ S. Auguſtini de Urbe exaravit, ut perperàm ſcripſi ſuprà pag. 23.

IV. De verſione Heracleenſi.

Heracleenſis verſionis frequens fit mentio apud Syros Scriptores, ac præſertim Jacobitas, qui ea in Divinis Officiis utuntur, ut aſſerit anonymus in Profeſſione Fidei Codice ms. Arabico Collegii Maronitarum de Urbe, cujus verba retuli pag. 23. Laudatur paſſim à Gregorio Barhebræo in Horreo myſteriorum, videlicet in Lucam cap. 16. 17. 23. in Joannem cap. 1. 6. 8. 10. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20. & in Præfatione ad idem Horreum, ubi de Syriacis Scripturæ verſionibus agit, ejuſque verba mutila ſupplevi pag. 24. Meminit ejuſdem & Dionyſius Barſalibæus in Commentar. in Evangelia frequenter: ſed præſertim in Præfatione ad ſecundam Epiſtolam Petri apud Eduardum Pocockium, cujus in Præfatione de epiſtolis Judæ, 2. Petri, 2. & 3. Joannis ab ipſo editis hæc verba recitat Vvaltonus Prolegomeno 13. de lingua Syriaca & Scripturæ verſionibus Syriacis pag. 90. *A quo, aut quando in linguam Syriacam translatæ ſunt hæ epiſtolæ, ſuprà vires meas diſquiſitio eſt. Unum tantùm monere licet, Dionyſium quendam* (*ita ſe vocat*) (intellige Barſalibæum, quem Pocockius nec de nomine novit) *qui Commentariis Syriacis has unàcum cæteris Canonicis & Actis Apoſtolorum, & Apocalypſi illuſtravit, in Præfatione ad ſecundam Petri monere,*

ܕܐܓܪܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܦܛܪܘܣ ܗܘ :

*Epiſtolam ſecundam Petri non fuiſſe verſam in linguam Syram cum libris, qui diebus antiquis redditi ſunt, ideoque non inveniri, niſi in Translatione Thomæ Epiſcopi, qui cognominatus eſt Heracleenſis ſecundùm nomen Heracleæ civitatis ſuæ.* Subjungit Pocockius: *Quis fuerit Thomas iſte, vel qualis ejus verſio, compertum non habeo*: Et Renaudotius pag. 389. *Quis ille Thomas Heracleenſis Epiſcopus fuerit, haud facile eſt conjicere: Jacobita ſane & Epiſcopus fuit. Sed qua ætate vixerit, huc uſque aſſequi non potuimus.* Adeo Syriaca eruditio hucuſque neglecta fuit, ut vel eos, qui rerum Orientalium doctiſſimi habiti ſunt, id fugerit, quod apud Syros notiſſimum eſt.

Demùm, quod de voce Syriaca ܦܘܫܩܐ idem Renaudotius adversùs Pocockium obſervat pag. 390. quaſi

hæc

hæc non *verſionem* ſignificet, ſed *editionem*, ſeu recenſionem, quam ad Græca exemplaria Thomam feciſſe, non vertiſſe affirmat, id, inquam, falſum eſt: nam Thomas, ut ex ſuprà dictis liquet, novam totius Novi Teſtamenti verſionem Syriacam è Græco elaboravit, quæ proinde non minus *editio*, ſeù *recenſio* dicenda eſt, quàm Teſtamentum vetus Græcum à ſeptuaginta Interpretibus ex Hebraicis fontibus editum.

# CAPUT XIV.

## *Elias Patriarcha Jacobitarum.*

I. Elias Jacobitarum Patriarcha.

ELIAS Sancti Joannis Damaſceni & Jacobi Edeſſeni æqualis, claruit ineunte ſæculo octavo. Mortuo Juliano, quem Dionyſius Barſalibæus in ſerie Patriarcharum Jacobitarum à S. Petro ad ſuam uſque ætatem perducta in libro adversùs hæreſes cap. 54. ſexageſimum quintum nominat, in ejus locum ſubſtituitur, ut refert Dionyſius Patriarcha in Chronico his verbis:

ܫܢܬ ܐܠܦܐ ܘܫܒܥܣܪܐ ܢܚ ܩܕܝܫܐ
ܡܪܝ ܝܘܠܝܢܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܘܗܘܐ ܚܠܦܘܗܝ ܡܪܝ ܐܠܝܐ :

*Anno* Græcorum *milleſimo decimo ſeptimo*, Chriſti 706. *obiit S. Mar Julianus Patriarcha Antiochiæ, eique ſucceſſit Mar Elias*: poſtquam, ſcilicet, ex lectione librorum Severi Patriarchæ Antiocheni aliorumque ejuſdem hæreſeos auctorum, ab orthodoxa fide ad Monophyſitarum ſectam tranſierat, ut idem de ſeipſo teſtatur in Libro, de quo infrà ſermo erit. Anno Chriſti 718. Uremam caſtrum aliaque Meſopotamiæ loca viſitavit, ut diſcimus ex inſcriptione Codicis Nitrienſis 1. quam ſuprà retuli pag. 75. Decem poſt annis obiit, ut ex altera ejuſdem Codicis epigraphe ibidem relata liquet, ubi Athanaſius Eliæ diſcipulus & ſucceſſor anno Græcorum 1039. Chriſti 728. Jacobitis præfuiſſe dicitur. Unde corrigendus Dionyſius in Chronico, qui anno poſt, hoc eſt, anno Græc. 1040. obitum Eliæ conſignat, his verbis:

ܒܬܪ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܠܝܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܗܘܐ ܩܕܝܫܐ ܐܬܐܢܣܝܘܣ :

*Poſt ſanctum Mar Eliam Antiochiæ Patriarcham factus eſt ſanctus Athanaſius*. Nam Bar-had-beſciaba Preſbyter, qui eam inſcriptionem ad calcem laudati Nitrienſis Codicis appoſuit, Athanaſium Eliæ ſucceſſorem vivum ac præſentem viderat, dum id ſcriberet. Vide tom. 1. Biblioth. noſtræ pag. 561.

II. Scripſit Apologeticum Librum ad Leonem.

Scripſit *Librum adversùs Leonem Haranitarum Epiſcopum*, in quo rationem reddit, cur Monophyſitarum religionem amplexus ſit. Exſtat in Biblioth. Vatic. Codice Syriaco ms. 24. hoc titulo prænotatus:

ܐܓܪܬܐ ܕܡܦܩܒܪܘܚܐ ܕܐܠܝܐ ܠܘܬ
ܠܐܘܢ ܡܘܕܐ ܟܝܢܐ ܕܡܛܠ ܐܝܠܝܢ ܦܪܫ
ܡܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܟܠܩܝܕܘܢܝܐ ܘܐܬܢܩܦ
ܠܗܠܝܢ ܕܚܕ ܟܝܢܐ ܕܡܠܬܐ ܐܠܗܐ
ܕܡܒܣܪ ܡܘܕܝܢ ܒܡܫܝܚܐ ܡܢ ܒܬܪ
ܚܘܝܕܐ ܘܢܛܪܝܢ ܕܝܠܝܬܐ . ܐܦ ܒܗ
ܕܝܢ ܐܦ ܫܪܝܐ ܕܫܘܐܠܐ
ܡܢ ܕܝܠܗ ܕܗܘ ܠܐܘܢ :

*Epiſtola Apologetica Eliæ ad Leonem duarum naturarum aſſertorem, quam ob cauſam relicta Chalcedonenſium communione iis adhæſerit, qui unam Dei Verbi incarnati naturam in Chriſto poſt unionem, ſalvis proprietatibus, profitentur. Continet etiam ſolutionem nonnullorum ejuſdem Leonis quæſitorum*. Duodecim autem capitibus abſolvitur, quorum poſtrema quinque è noſtro Codice exciderunt, titulo dumtaxat in præfixo indice ſuperſtite. Summam totius libri paucis acci-

accipe. In primo capite reſpondet Elias Leoni, cur ad ejus epiſtolam reſcribere diſtuliſſet: quia videlicet eadem ſero ſibi reddita fuerat. Deinde reſpondere volentem, quadrimeſtri ægritudine ſe fuiſſe præpeditum: eademque depulſa, duas profectiones ſuſcipere fuiſſe coactum. In ſecundo capite adblanditur Leoni, eumque proximi & veritatis amatorem appellat, quod is in ſua ad ipſum epiſtola rogaſſet, ut mutatæ religionis cauſam ſibi exponeret. Leonis verba citavi in priori tom. pag. 467. His præmiſſis ad rem propoſitam in tertio capite venit: & primo quidem exponit fidem, quam is tenebat, quum Chalcedonenſium communionem amplectebatur: mox cauſam reddit, cur ab ea receſſiſſet: eo ſcilicet, quod exiſtimabat, Chalcedonenſes inter duas Chriſti naturas ſolam diſtinctionem intellectualem pònere, ex quo ſequi ait, ab iis naturas Chriſti confundi, eaſque non duas revera prædicari, ſed unam: Eam verò Chalcedonenſium ſententiam fuiſſe, oſtendere conatur ex iis, quæ pro Concilio Chalcedonenſi ſcripſerant Conſtantinus Haranitarum, & Georgius Tagritenſium Epiſcopi, quorum opera adversùs Monophyſitas, & potiſſimùm adversùs Joannem Philoponum & Probum Elias citat, ut notavi in priori tom. pag. 465. & 466. quæ tamen erat manifeſta hæreticorum calumnia, Catholicos accuſantium, vel quod duas Chriſti naturas cum Eutyche confunderent, vel quod eas cum Neſtorio ſepararent: ita enim obcæcatam præjudiciis mentem habebant, ut naturam cum hypoſtaſi ſeù perſona, & diſtinctionem cum ſeparatione in Chriſto confunderent, qui neutrum in auguſtiſſimæ Trinitatis myſterio ſequi cæteroqui affirmabant. Pergit Elias, & Leonem ad tres Severi adversùs Joannem Grammaticum Cæſarienſem libros remittit, in quibus Monophyſiticæ ait fidei ſummam contineri. Mox Chalcedonenſibus quatuor errores objicit: nimirùm Cap. 4. quod confuſionem in Chriſto ponunt. Cap. 5. quod duæ naturæ, quas iidem in Chriſto eſſe, & intellectualiter ab invicem diſtingui a runt, non unitæ ſunt, ſed ſeparat id quod Neſtorianam hæreſim ſap . Cap. 6. quod Chalcedonenſes a runt, unam illam Chriſti Perſona n non ex rebus, ſed ex proprietatibus rerum compoſitam eſſe. Cap. 7. quod duæ naturæ, quas in Chriſto poſt unionem ponunt, reverà perſonæ ſunt & Filii. Demùm Monophyſitarum doctrinam de una Chriſti natura compoſita exponit in ſequentibus Capitibus: videlicet cap. 8. quod una Verbi Dei incarnati natura eadem eſt ac una ejuſdem Verbi incarnati perſona, & quod Chalcedonenſes, qui ſecùs ſentiunt, Accidens eſſe dicunt Perſonam Chriſti. Cap. 9. quod non debent dici duæ naturæ poſt unionem. Cap. 10. Reſponſio ad tria quæſita Leonis. Cap. 11. quòd Leo in epiſtola ſua abutitur auctoritate Patrum, dum probare contendit duas poſt unionem naturas. Cap. 12. quo ſenſu à Severo aliiſque dicuntur in Chriſto duæ naturæ: nimirùm ante, non poſt unionem. Adversùs ejuſmodi errores acriter pugnat S. Joannes Damaſcenus Eliæ coævus in libro de natura compoſita adversùs Acephalos.

III. Joanni Damaſceno, Probo, & Joanni Philopono æqualis fuit.

Hucuſque Elias, qui de Incarnatione eadem ſentit, ac Jacobitæ recentiores, ut de Philoxeno notavi pag. 25. Ejus verò ætas præter allatum Dionyſii utriuſque teſtimonium, colligitur ex eo, quod tamquam ſibi æquales laudat Leonem Haranitarum Epiſcopum, & Sanctum Joannem Damaſcenum. Et Leonem quidem aſſerit cap. 3. diſcipulum fuiſſe Georgii Epiſcopi Tagritenſis, cujus librum adverſus Probum & Joannem Philoponum laudat. Vixit autem Probus, ut ex Dionyſii Chronico retuli ſuprà pag. 72. ſub Petro Juniore Patriarcha circa annum Chriſti 580. Joannes verò Philoponus Tritheitarum parens in vivis erat ſub Heraclio Imperatore,

ut

ut liquet ex ejus opere *de mundi creatione*, ſeù *in Hexaëmeron ad Sergium Conſtantinopolitanum Archi-epiſcopum*, & ex Nicephoro lib. 18. cap. 48. ubi ait, eum fuiſſe æqualem Georgio Piſidio, qui varios libros de Imperio Heraclii & bello Perſico ab eo geſto ſcripſit. De Joanne verò Damaſceno ſcribit cap. 6. quod Tractatum pro Petro Archiepiſcopo ſuo adversùs ipſum (Eliam nimirùm) compoſuit, ut in priori tom. p. 467. relatis Eliæ verbis obſervavi: ex quo ſequitur Eliam vergente ſeptimo Chriſtiano ſæculo claruiſſe: Manſures enim, qui S. Joannis Damaſceni pater fuit, non avus (ut malè ex Goaro Pagius ad annum 734.) vivebat anno Hegiræ 14. Chriſti 635. quo Damaſcus Syriæ urbs à Mahometanis ſub Omaro Duce capta fuit, ſeù potiùs ab ipſo Manſure eis prodita, ut refert Nicon Græcus Abbas in Nomocanone Cod. Arab. Clem. Vat. 4. fol. 448. Joannes verò Damaſcenus editis adversùs Iconomachos libris clarus habebatur, Baronio teſte, anno Chriſti 727. de quo vide Theophanem ad ann. Incarn. 721. & 734.

## CAPUT XV.

### *Joannes Epiſcopus Baſorenſis.*

I. Joannes Epiſcopus Baſoræ. JOANNES Baſoræ, ſeù Boſtrorum in Arabia Epiſcopus claruit ab anno Græcorum 928. ad ann. 961. quibus in Dionyſii Chronico laudatur, ut dixi in priori tom. pag. 167. Obiit anno Chriſti 650. & in urbe Amida in templo S. Joannis Baptiſtæ ſepultus fuit, ut ex eodem Dionyſio notavi in cit. to. pag. 425.

II Ejus Anaphora. Edidit *Anaphoram*, quam Renaudotius latinè vertit tom. 2. Liturg. Orient. pag. 421. init. *Deus largitor caritatis & æquanimitatis*: ubi Joannes hæreſim ſuam prodit pag. 424. de Incarnatione hæc ſcribens: *Illa verò omnia accepit, excepto ſolùm peccato non ſecundùm phantaſticam aliquam ſpeciem, aut opinionem, apparuit; neque in duabus naturis, aut in duobus cognitus, ſed unum fuit, Verbum quod incarnatum eſt: unus Filius, unus Chriſtus, una perſona, una natura ſive ſuppoſitum Verbi incarnati*. Meminit ejus Anaphoræ cl. Stephanus Edenenſis circa finem capitis 7. de hæreticis Liturgiarum auctoribus in hæc verba: ܘܩܘܕܫܐ ܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܗܘܘ ܠܐܦܝܣ ܠܐܘܠܘܣ ܡܫܝܚܝ ܕܐܦܝܣܩܘܦܘܣ ܕܒܨܪܐ ܕܝܢ ܗܘ. ܘܡܢ ܕܢܣܛܘܪܝܐ. ܘܡܢ ܗܠܝܢ ܕܡܫܬܪܝܢ ܘܡܫܩܠܐ ܕܒܪܗ:

*Exſtant etiam aliæ præter enumeratas Anaphoræ, quas compoſuit Dioſcorus Inſulæ Cardoæ, Barkinæus, Severus Canſarinenſis, & Joannes Baſorenſis*. Laudatur & in Coptica S. Baſilii Liturgia, in qua *Oratio fractionis*, ſeù *Præfatio ad Pater noſter*, ex Joannis hujus Anaphora deſumpta legitur, ut rectè advertit Renaudotius tom. 1. pag. 21. & tom. 2. pag. 435. qui nil aliud de hoc auctore ſe ſcire ingenuè fatetur.

Eundem Joannem tamquam Scripturæ ſacræ commentatorem citat Jacobus Bartelenſis Epiſcopus Maiphercatæ, ſeu Martyropolis in libro Theſaurorum par. 4. cap. 1. Cod. Berœen. 1. ubi de creatione Angelorum ſic differit: ܡܠܐܟܐ ܕܫܡܝܢܐ ܒܫܘܪܝܐ ܗܘ ܕܬܠܬܐ ܝܘܡܐ ܐܬܒܪܝ ܐܝܟ ܕܡܦܩܢܐ ܡܫܒܚܢܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܘ ܐܦܣܩܘܦܘܣ ܕܟܠܗܘܢ ܗܘ ܕܥܡܠܝܐ ܐܘ ܐܚܪܢܐ ܕܒܗܘܢ ܕܐܢܫ ܕܗܘ ܡܫܡܫܢܐ ܐܘ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܠܟܐ. ܕܒܨܪܐ ܘܡܢ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܒܫܘܪܝܐ ܕܟܠ ܡܠܐ ܕܒܨܪܐ ܘܗܟܢܐ

III. An Commentaria in Scripturam ſacram ediderit.



ܘܡܢܗ

ܘܡܕܝܢ ܐܡܬܝ ܐܬܒܪܝܘ ܘܡܫܡܫܝܢ ܒܥܘܕܪܐ
ܘܡܠܐܟܐ ܐܡܪܝܢ ܡܠܦܢܐ ܕܒܪܝܬܐ
ܐܡܪܝܢ ܕܩܕܡܝܐ ܕܒܪܝܬܗܘܢ
ܘܡܠܐܟܐ ܠܒܪܝܬܐ ܟܠܗ ܥܠܡܐ :

*Jacobus Sarugenſis Homil. in Hexaëmeron, & S. Ephræm in expoſitione literali Geneſeos, & Epiphanius in libro Traditionum, aliique cum ipſis aſſerunt Angelos unàcum cœlo terraque creatos fuiſſe. Gregorius verò Theologus Homil. de nativitate, & Gregorius Nyſſenus & S. Joannes* (Chryſoſtomus), *& Joannes Baſorenſis, & Jacobus Edeſſenus, & Moyſes Barcepha tradunt, eos ante hunc mundum creatos.*

# CAPUT XVI.

## *Dionyſius Patriarcha Jacobitarum.*

I. Dionyſius Jacobitarum Patriarcha.

DIONYSIUS, primus hujus nominis Jacobitarum Patriarcha claruit anno Græcorum 1086. Chriſti 775. Domo fuit ܬܠܡܚܪܝܐ *Telmarenſis*, teſte Dionyſio Barſalibæo Amidæ Epiſcopo, qui eum in ſerie Patriarcharum Antiochiæ à S. Petro ad ſuam ætatem, hoc eſt, ad annum Græcorum 1518. perducta, ſeptuageſimo quinto loco collocat poſt Georgium, Joſephum & Cyriacum his verbis: ܒܬܪܗ .
ܘܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܬܠܡܚܪܝܐ . ܒܝܘܡܬܗ
ܗܢܐ ܐܬܐܠܨܘ ܐܒܪܗܡ ܘܐܬܦܣܩ
ܐܒܝܪܡ . ܗܢܐ ܕܡܢ ܩܠܝܠ ܗܘܐ ܐܬܚܒܫ

*LXXV. Dionyſius Telmarenſis. Hujus ætate intruſus fuit impius Abraham, qui & Abirom, & mox depoſitus.* Monachum egerat in cœnobio ܙܘܩܢܝܢ *Zuchenin*, quod apud Amidam urbem ſitum erat, ut idem de ſeipſo teſtatur in Chronico ad annum Græcorum 1002. ubi loquens de peſte & fame, quibus Meſopotamia eo anno laboravit, ſic ait:

ܡܝܬܘ ܕܝܢ ܒܗ ܒܫܢܬܐ ܗܕܐ ܡܢ ܕܝܪܐ
ܕܝܠܢ ܕܙܘܩܢܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܘܬܪܝܢ
ܒܢܝܢܫܐ ܘܠܐ ܢܘܟܪܝܐ :

*mortui ſunt hoc anno ex monaſterio noſtro Zucheninenſi quadraginta duo viri abſque exteris.* Et ad annum 1057. ejuſdem cœnobii ſitum indicans:

ܒܐܡܕ ܕܝܢ ܒܬܪ ܩܘܙܡܐ ܗܘܐ ܒܗ
ܡܪܝ ܣܒܐ ܕܡܢ ܕܝܪܐ ܩܕܝܫܐ ܕܙܘܩܢܝܢ
ܕܒܬܚܘܡܐ ܕܝܠܗ ܕܡܕܝܢܬܐ .

*Amidæ verò*, inquit, *poſt Coſmam factus fuit Epiſcopus Mar Sabas ex ſacro monaſterio Zuchenin, quod in ejuſdem urbis regione poſitum eſt.* Denique ad annum Græcorum 1062. laudat Joannem Syrorum in montanis Maipheractæ, ſeù Martyropolis habitantium ducem, quem ſuum conſobrinum fuiſſe, & adverſùs Arabas ſtrenuè dimicaſſe affirmat.

Scripſit *Annales ab orbe condito ad ſuam uſque ætatem, nimirùm ad annum Græcorum* 1086. quorum duplex editio apud Syros circumfertur: Alii enim prolixiores ſunt, & in modum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebii cæterorumque Scriptorum Græcorum compoſiti, ex quibus fragmentum de Petro Juniore Patriarcha, deque Probo & Joanne Archimandrita retuli ſuprà pag. 72. eorumque meminit quiſquis indicem quorumdam mss. librorum Chaldaicorum texuit in Cod. ms. Latino-Vaticano 6429. pag. 133. iis verbis: *Dionyſii Patriarchæ Antiocheni Hiſtoriæ.* Alii breviores, & Chronici Euſebiani inſtar, in annos digeſti, quorum exemplar pervetuſtum in Scetenſi Deiparæ Syrorum monaſterio nacti ſumus, initio tamen & fine mutilum, quodque ipſum — II. Ejus Chronicon.

ipſum in eo monaſterio exaratum arguit, Copticis abraſis literis, quibus membranæ à fol. 1. ad fol. 122. ſcriptæ erant, ſuperinducta ſunt verba Syriaca.

Id verò Chronicon Dionyſius publicavit, quum nondum Epiſcopus eſſet: nam ejus ſcribendi finem facit in Patriarchatu Georgii, quem tertius ipſe excepit; ſimplices verò Presbyteros, patres ſuos ſpirituales appellat in Præfatione fol. 2. in hæc verba:

ܫܠܡ ܦܘܢܝ ܡܠܬܐ ܕܐܓܪܬܐ
ܥܡ ܡܦܩܢܘܬܗ ܕܡܠܘܗܝ ܕܟܬܒܐ ܕܟܬܒ
ܗܘ ܡܟܬܒܢܐ ܠܘܬ ܡܝܩܪܐ ܐܒܗܘܗܝ
ܪܘܚܢܝܐ ܓܝܘܪܓܝܣ ܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܐܡܝܕ ܘܐܘܬܠܝܣ ܪܝܫܕܝܪܐ ܘܠܥܙܪ ܡܚܕܪܢܐ
ܘܐܢܣܛܐܣܝܘܣ ܠܘܬ ܡܝܩܪܐ ܥܡ
ܚܒܪܘܬܐ ܕܟܠܗ ܐܫܬܠܡܬ :

*explicit reſponſiva epiſtola unàcum ſcholio ejuſdem Libri, quam Auctor inſcripſit venerabilibus patribus ſuis ſpiritualibus Georgio Chorepiſcopo Amidæ, Eutelio Archimandritæ, Lazaro Periodeutæ, & venerabili Anaſtaſio, unàcum univerſa Fraternitate.* Quæ verba etſi à deſcriptore hujus Codicis appoſita ſunt, deſumpta tamen videntur ex ipſa Dionyſii Præfatione, cujus in noſtro Codice poſtremum dumtaxat folium ſupereſt.

III. Chronici Dionyſiani diviſio.

Toto libro continentur geſta ſex millium annorum, uti in fine Præfationis teſtatur Auctor, inquiens:

ܡܬܡܠܝܢ ܒܗ ܒܟܬܒܐ ܐܝܟ ܕܒܚܫܒܢܐ
ܫܢܝܐ ܡܢ ܒܪܝܬܗ ܕܥܠܡܐ ܘܡܫܘܕܥܐ
ܠܗ ܠܩܪܝܐ ܕܒܟܠܗܘܢ ܐܬܟܬܒ
ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܫܬܐ ܐܠܦܝܢ ܘܡܬܦܠܓ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܡܩܕܘܢܝܐ ܘܒܗ ܡܬܡܠܝܢ

ܟܠ ܫܢܘܬܐ ܘܡܢ ܒܪܝܬܗ ܕܥܠܡܐ
ܥܕܡܐ ܠܗܢܐ ܙܒܢܐ ܕܒܗ ܐܬܟܬܒ
ܕܗܘܝܢ ܐܠܦ ܘܦܙ ܘܡܚܕܝ ܒܪ
ܥܒܕܐܠܠܗ . ܥܠ ܣܘܪܝܐ ܘܡܨܪܝܐ
ܘܐܪܡܢܝܐ ܘܐܕܪܒܝܓܢܝܐ . ܥܠ ܦܪܣܝܐ
ܟܠܗܘܢ ܣܢܕܝܐ ܘܟܘܫܢܝܐ . ܘܛܝܝܐ ܡܫܠܛ
ܘܥܠܘܗܝ ܫܢܝܐ ܘܒܗ ܫܬܐ ܐܠܦܝܢ .

*comprehenduntur in hoc Libro ab orbe condito ad id uſque tempus, quo hæc ſcripta ſunt, nimirùm ad annum Alexandri Macedonis* 1087. *quo Mohdius filius Abdallæ Syris, Ægyptiis, Armenis, Adarbigianis, Perſis omnibus, Sindis, Chuſanitis, & Arabibus imperat; Græcis verò Leo filius Conſtantini; Romanis autem* [1] *Pepus: comprehenduntur, inquam, anni ſex mille.* In quatuor autem Partes dividitur. Prima ab orbe condito ad Conſtantini Magni tempora decurrit, in qua Euſebium Pamphili Dionyſius ſequitur. Altera à Conſtantino ad Theodoſium Juniorem, Socrate Duce. Tertia à Theodoſio ad Juſtinianum, ubi Joannis Epiſcopi Aſiæ Chronicon deſcribit. Quarta denique à Juſtiniano ad ſuam uſque ætatem. Audi Dionyſium fol. 122.

ܡܬܦܠܓ ܕܝܢ ܫܘܠܡܐ ܗܢܐ ܠܐܪܒܥܐ
ܡܟܬܒܢܘܬܐ ܗܘܬ ܡܢ ܐܘܣܒܝܘܣ ܘܡܠܘܗܝ
ܕܒܪܝܬܐ ܘܥܕܡܐ ܠܝܘܡܬܐ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ
ܘܐܒܘܗܝ ܡܠܟܐ ܪܒܐ ܘܬܠܝܬܝܗ ܗܘ
ܘܕܝܠܗ ܠܣܘܪܝܐ ܐܡܠܟ ܒܗ ܩܕܝܫܐ
ܣܩܘܪܛܝܣ ܘܬܠܬ . ܘܡܢ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ
ܘܬܠܬ ܠܝܘܣܛܝܢܝܢܘܣ ܐܦ ܡܢ ܝܘܚܢܢ
ܘܡܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܣܝܐ ܘܡܢ ܬܡܢ
ܡܛܠ ܘܥܕܡܐ ܠܘܬ ܙܒܢܐ ܕܝܠܢ ܡܬܡܠܝܢ
ܘܡܫܬܠܡܐ

NOTA.

1 *Pepus*. Pippinum intelligit Caroli Magni patrem, licet is anno Chriſti 768. obierit, cujus fortaſsè mors ad notitiam Dionyſii haud pervenerat.

[illegible]

*Incipit hæc ſupputatio, ſeù Chronicon ab exordio mundi, & percurrit uſque ad ortum Abrahæ, regnumque Nini, qui Niniven condidit, regnavitque in ea annos duos ſupra quinquaginta: anno enim quadrageſimo ſecundo Nini natus eſt Abraham Patriarcha teſte Euſebio, ex quo iſthæc omnia deſcripſimus uſque ad ætatem fidelis Conſtantini. Hinc verò uſque ad Theodoſium juniorem, Socratem Novatianum ſequuti ſumus. A Theodoſio autem ad Juſtinianum Imp. hoc eſt, ad annum* 885. *ducem habuimus S. Joannem Epiſcopum Aſiæ. Hinc verò uſque ad præſentem annum, in quo ſumus, ideſt, uſque ad annum Alexandri* 1086. *qui eſt Hegiræ* 158. *neminem nacti ſumus, qui antiquorum Scriptorum exemplo res à majoribus geſtas, calamitateſque tùm patrum noſtrorum memoria, tùm noſtra ætate ingruentes, hanc præſertim amaritudinis & tribulationis tempeſtatem, quam propter peccata noſtra ab Aſſyriis & Barbaris patimur, accuratè deſcripſerit &c. Quumque varia loca ipſi luſtraverimus, nullibi tamen exactam rerum hiſtoriam invenimus, ſed pauca dumtaxat ab aliquibus adnotata. Quæ itaque vel antiqui ſenes rerum ſpectatores nobis ore tradiderunt, vel nos ipſi viſu percepimus, ea placuit in unum librum collecta ordine ſuo literis mandare, &c. & initium quidem ſumimus ab anno octingenteſimo nonageſimo octavo*, hoc eſt, Chriſti 587. cui Dionyſius epocham Joannis Aſiæ Epiſcopi, de qua ſuprà pag. 85. ſequutus, obitum Juſtini junioris illigat contra communem hiſtoricorum auctoritatem. Vide Baronium ad annum 582. & Pagium ad annum 578. quibus Juſtinum obiiſſe ſcribunt. Ex prima autem parte, qua Dionyſius ut vidimus, Euſebium ſequitur, toti libro amanuenſis hunc titulum perperàm fecit: à tergo, [illegible] [illegible] *Eccleſiaſtica Euſebii*, & fol. 1. [illegible]

*Pri-*

*Primus quaternio Eccleſiaſticæ* ( hiſtoriæ ) *Mar Euſebii*. *Domine adeſto ſamulo tuo, ut incipiat, & abſolvat*.

IV. Epochæ Chronici Dionyſiani.

Tribus Epochis in Chronico ſuo utitur Dionyſius. *Epocha mundi* ab Adam ad Abraham. *Epocha Abrahæ* ab hujus ortu uſque ad Conſtantinum Magnum. *Epocha* demùm *Alexandri* à Conſtantino uſque ad Chronici finem. In annis verò Patrum enumerandis nunc ſequitur Vulgatam Syriacam, quæ Hebraicis fontibus & Latinæ Vulgatæ adamuſſim reſpondet, præterquam in Thare, qui anno ætatis 75. non 70. Abrahamum genuiſſe dicitur: nunc Verſionem ſeptuaginta Interpretum: quandoque etiam ab utraque recedit, ut in ſerie Patrum, Judicum, & Regum cernere eſt, ubi Jared in Dionyſii Chronico dicitur genuiſſe Enoch anno ætatis 122. ( At in Vulgata Latina 162.) Mathuſala genuiſſe Lamech anno 169. ( In Vulg. 187.) Lamech Noë anno 188. ( in Vulg. 182.) Sem Arphaxad anno 102. (in Vulg. 100.) Sarug Nachor an. 35. ( in Vulg. 30. ) Nachor Thare anno 79. ( in Vulgata 29. ) Iſaac Jacob anno 60. ( in Vulg. 40. ) & ſic in quibuſdam aliis.

Ab Adam ad Diluvium numerat annos 2242. A Diluvio ad Abraham 942. Ab hoc ad Chriſtum 2016. Alexandrum Macedonem natum fuiſſe ait anno Abrahæ 1662. regnare cœpiſſe anno ejuſdem 1680. regnum tenuiſſe annos 12. menſes 6. Chriſtum natum anno Alexandri 309. ab orbe condito 5200. At ſive annos Alexandri enumeres à die, qua regnum iniit, hoc eſt ab anno Abrahæ 1680. ſive à die, qua obiit, nimirùm ab anno ejuſdem Abrahæ 1692. cum menſibus ſex, ſtare tamen nequit quod aſſerit Dionyſius, Chriſtum ſcilicet natum fuiſſe anno Abrahæ 2016. nam ſi annis Abrahæ 1680. aut 1692. addantur anni Alexandri 309. erunt ab Abraham ad Chriſtum anni 1689. vel 2001. non autem 2016. Præterea fol. 5. ſcripſerat, Abraham natum fuiſſe anno ab orbe condito 3047. quod hac ratione ſtatuerat. Thare natus eſt anno mundi 2977. Abraham verò poſt ann. 70. qui adjuncti annis 2977. efficiunt univerſim annos 3047. At fol. 6. & 26. affirmat, Abraham natum fuiſſe anno mundi 3184. Ab Adam enim numerat uſque ad Diluvium annos 2242. & à Diluvio ad Abraham annos 942. qui ſummatim conficiunt annos 3184. Omitto alia non pauca hujus generis menda, quæ videre eſt ab exordio Chronici uſque ad fol. 57. hoc eſt, uſque ad annum Alexandri 610. Hinc enim ad finem uſque Chronici in deſcribendis Alexandri annis accuratior eſt, ac præſertim à poſtrema libri Parte, unde ipſe hiſtoriam ſuam inchoat, ſi tempora Romanorum Imperatorum excipias, quæ ille, utpote in Syria ſub Saracenico Imperio conſtitutus, plerumque confundit. Compendium Chronici Dionyſiani accipe.

IV. Compendium Chronici Dionyſiani.

Anno Græcorum 898. obiit Juſtinianus Imperator, eique ſucceſſit Juſtinianus quartus, & Tiberius Cæſar. Anno 901. obiit Juſtinianus, & imperavit Tiberius ſolus. Anno 905. obiit Tiberius, & imperavit Mauricius. Anno 913. obiit Mauricius, & imperavit Phocas. Hæc Dionyſius initio Chronici ſui de Romanis Imperatoribus: ubi tria peccat: primum, quod obitum Juſtini junioris, quem Juſtinianum ex more Orientalium appellat, ad annum 898. differt, quum ille quinque, aut ſeptem ante annis obierit, ut ſuprà dictum eſt. Deinde quia poſt Juſtini hujus obitum, Juſtinianum alterum obtrudit, qui numquam fuit: mortuo enim Juſtino ſeniore Tiberius ſolus imperavit, donec Mauricium Cæſarem creavit, id quod paucis antequam in vivis eſſe deſineret, diebus contigit, ut ex Chronico Alexandrino Pagius ad annum Chriſti 582. num. 9. Fortaſsè Dionyſius ex novi Conſtantini cognomine, quo Tiberius appellabatur, alium ab ipſo Imperatorem fingendi occaſionem accepit, pro Conſtantino Juſtinianum ſcribens. Demùm octo dumtaxat

xat imperii annos Mauricio tribuit, quem conſtat ab anno Chriſti 582. ad annum 602. per integros viginti annos & aliquot menſes Romanum Imperium tenuiſſe.

Anno Chriſti 591.
Anno 902. obiit Petrus Patriarcha, quem anno 889. in locum Pauli ſubrogatum fuiſſe ſcripſerat. Anno 915. Athanaſius Petro ſucceſſit.

Anno Chriſti 603.
Anno 914. Narſes militiæ Perſarum Præfectus Edeſſam expugnavit, & Severum ejuſdem urbis Epiſcopum lapidibus obrui juſſit. Eodem Græcorum anno, qui fuit Chriſti 603. initium belli Romanos inter & Perſas deſcribunt Theophylactus lib. 8. cap. ult. & Theophanes ad annum Incarnationis ſecundùm Alexandrinos 595. ejuſque cauſam reddunt, quod Choſroës Perſarum Rex illatam Mauricio Imperatori à Phoca mortem ſe ulciſcici velle ſimulavit. Idem Dionyſius in Chronico Edeſſam duobus poſt annis iterùm expugnatam refert. Theophanes verò ad annum Incarnationis ſecundùm Alexandrinos 599. qui menſe Auguſto anni Chriſti 607. abſolvitur, Perſarum irruptionem in Syriam narrans, *Perſæ*, inquit, *Euphratem tranſgreſſi, Syriam univerſam, & Palæſtinam atque Phœniciam populati ſunt, ingentemque ſtragem atque prædam in Romanorum ditione fecere.*

Chriſti 617.
Anno 928. Phocas Imperator Judæos baptizari compulit. Per idem tempus florebant Jacob Judæus, Athanaſius Patriarcha Jacobitarum, Joannes Epiſcopus Arabum, Simeon Epiſcopus Haran, & Cyriacus Epiſcopus Amidæ.

Chriſti 621.
Anno 932. Arabes Mahometo duce Palæſtinam infeſtant. Hic eſt famoſus Arabum Pſeudo-propheta, quem Saraceni محمد *Mohammad* Arabicè proferunt, Græci Μουαμὲδ, Μωαμὲδ, & Μουχουμὲτ, Latini *Mahometum*, vel *Mahumetum*. Ab anno ſequenti, qui fuit Chriſti 622. ſumitur initium Hegiræ, ſeù Epochæ Mahometanorum. Vide Gregorium Abulpharagium in hiſtoria Dynaſtiarum, & Georgium Elmacinum Homaidum in hiſtoria Saracenica, qui ex Arabum Scriptorum fide teſtantur Mahometum genti ſuæ præfuiſſe annis lunaribus decem & diebus 71. hoc eſt, annis ſolaribus novem, & undecim menſibus, uno die excepto; & obiiſſe anno Hegiræ undecimo, die duodecimo menſis Rabii prioris, feria ſecunda, nimirùm anno Chriſti 632. die 17. Junii. At Dionyſius ſeptem dumtaxat imperii annos Mahometo tribuit, eumque periiſſe aſſirmat anno Græcorum 938. (Chriſti 627.)

Anno 934. obiit Cyriacus Amidæ Epiſcopus, quem Dionyſius ann. 889. Joanni ſubſtitutum fuiſſe ſcripſerat, eique ſucceſſit Thomas. Chriſti 623.

Anno 937. viſus eſt cometa in trabis formam, Arabum prænuncians imperium: quod Theophanes & Cedrenus ad annum Heraclii 23. hoc eſt, 2. poſt Mahometi mortem, referunt. Chriſti 626.

Anno 938. Abubacrus Mahometo ſucceſſit: præfuit Saracenis annos quinque: obiit anno 943. Theophanes & Cedrenus Abubacri mortem ad annum Heraclii 24. (Chriſti 633.) conſignant, exactis duobus imperii cum dimidio annis. Pagius ex Elmacino ſcribit eum obiiſſe anno Hegiræ 13. feria 3. die 24. Gemadi poſterioris, hoc eſt, 23. Auguſti anni Chriſti 634. Abulvalidus Mohammad Ben-Sciochnæ in Chronico, quod *praxim ſpeculationum de ſcientia priorum & poſteriorum* appellat, Cod. Arab. Clem. Vat. 49. pro feria tertia *quartam illuceſcentem* habet, & pro die 24. Gemadi ſecundi *diem vigeſimum ſecundum* ejuſdem menſis: additque, Abubacrum regnaſſe *duobus annis, tribus menſibus, & decem diebus*, quod etiam aſſeritur in Chronico Orientali Petri Ebnarrahebi per Ecchellenſem edito pag. 64. Chriſti 627.

Anno 940. Heraclius Imperator majorem Amidæ Eccleſiam ædificari jubet. Chriſti 629.

Anno 943. Umarus, ſeù Omarus Abubacro ſucceſſit. Regnavit annos duodecim. Obiit anno 956. Pagius Chriſti 632.

ex

ex Theophane obitum ejus ad annum Chriſti 645. menſe Novembri refert. Arabes tamen hiſtorici cùm Chriſtiani, tùm Mahometani Omarum interfectum ſcribunt anno Hegiræ 23. exeunte menſe Dil-Hege, poſtquam regnaſſet annos lunares 10. menſes 6. dies 8.

Chriſti 633. Anno 944. Heraclius Imperator Edeſſam venit, Perſaſque Meſopotamia excedere compulit.

Chriſti 637. Anno 948. Arabes (*Tajos* vocat Dionyſius, *Saracenos* alii) Geziram infeſtis ſignis ingreſſi Romanorum exercitum fuderunt. Aſus verò eorum Dux Edeſſam occupavit. *Jaſdum* pro Aſo habet Theophanes, qui Edeſſæ expugnationem ad annum Heraclii 29. refert. Idem Theophanes pro *Gezira*, quæ *Inſulam*, ſeu Meſopotamiam ſignificat, Armeniam ubique ponit, eam nempe, quæ Meſopotamiæ contermina erat.

Chriſti 641. Anno 952. Arabes Daram bello invadunt, & ادبص Adabinum Armeniæ civitatem expugnant. Anno ſequenti Cæſaream Palæſtinæ. Anno 955. Valentinum Patricium Romanorum Ducem profligant. Eodem anno Procopius & Theodorus Batnam Sarugi depopulantur.

Chriſti 644. Anno 955. Athanaſio Patriarchæ Joannes ejus diſcipulus ſuccedit. Per idem tempus claruere Joannes Arabum Epiſcopus, Simeon Edeſſæ, Matthæus Alepi ex Monaſterio Zuchenin, & Thomas Amidæ ex eodem monaſterio.

Chriſti 645. Anno 956. Othmanus Omaro ſucceſſit. Regnavit annos 12. Obiit anno 967. Ebnarrahebus in Chronico Orientali *die prima Moharrami* Othmanum inauguratum ſcribit; Abulvalidus verò *die* 3. ejuſdem menſis anni Hegiræ 24. ejuſque cædem refert anno Hegiræ 35. die 8. menſis Dil-hege, poſtquam imperaſſet annos lunares 12. diebus duodecim exceptis. Sub ejus principatu Mavias anno 960. in Cyprum expeditionem ſuſcepit, eodemque anno Aradum expugnavit. Anno 963. apud Tripolim Phœniciæ urbem bellum cum Romanis commiſit. Anno 964. Abibus in Geziram armata manu invaſit. Eodem anno Procopius ab Imperatore allegatus eſt, ut pacem cum Arabibus componeret.

Anno 961. obiit Joannes Patriarcha, & ſepultus fuit Amidæ in Templo ſancti Zoaræ. Eodem anno obiit Joannes Arabum Epiſcopus, & ſepultus fuit Amidæ in templo S. Joannis Baptiſtæ ejuſdem urbis. Item eodem anno obiit Simeon Epiſcopus Edeſſæ, & ſepultus fuit in templo S. Zoaræ in eadem urbe Amida. Anno ſequenti pro Joanne factus fuit Patriarcha Theodorus, & pro Simeone Epiſcopus Edeſſæ Cyriacus. Chriſti 650.

Anno 967. mortuo Othmano diſſidium inter Arabes exortum eſt. Chriſti 656. Mavias enim ab iis, qui provincias Occidentales (hoc eſt, Syriam & Ægyptum) incolebant, princeps inauguratus fuit: qui verò in Oriente & Gezira habitabant (Meſopotameni, ſcilicet, & Aſſyrii) Abbaſo principatum detulere. Duravit hujuſmodi diſſidium annos circiter quinque. Anno 968. collatis utrinque ſignis confligitur. Anno 973. fer. 6. Abbaſus dum flexis genibus oraret, à ſuis cæſus eſt, & Mavias ſumma rerum potitus, qui ſolus regnavit annos 16. univerſim à morte Othmani 21. obiit anno 988. Ebnarrahebus & Abulvalidus Maviæ annos 19. menſes 3. aſſignant, eumque deceſſiſſe ſcribunt anno Hegiræ 60. qui anno Chriſti 679. die 12. Octobris inchoatus eſt. Pro Abbaſo verò, quem Dionyſius Maviæ æmulum facit, tàm Arabes, quàm Græci *Ali Ben-Abi-Taleb* habent, cui ſucceſſiſſe referunt filios duos, nimirùm *Haſenum*, & *Hoſainum*, quorum principatus univerſim duravit annos circiter quinque cum dimidio. Verùm quia Dionyſius in Syria ſcribebat, Syri autem Maviæ, ut ſuprà dixi, adhærentes, memoriam Ali ejuſque filiorum exoſam habebant, ex illius nationis genio tàm Ali, quàm ejus filiorum nomina è nume-

ro

ro Chalipharum expunxere, eorumque annos ad Maviæ principatum retulerunt. *Abbaſi* autem meminit Dionyſius, tùm quia hoc nomine tota Ali familia apud Syros appellabatur, tùm quia unus ex filiis Ali, Haſeni & Hoſaini frater, fuit Abbaſus, quem unàcum Hoſaino anno Hegiræ 60. à Jazido Maviæ filio interfectum fuiſſe teſtatur Abulvalidus.

Chriſti 665. Anno 976. obiit Theodorus Patriarcha, eique ſucceſſit Severus cognomento ܒܪ ܡܫܩܐ *Bar-Maſche*, ideſt, *pincernæ filius*. Per idem tempus innotuit Aaron Perſa, nuncupatus ܡܦܫܩܢܐ ܦܪܣܝܐ *Interpres Perſa*.

Chriſti 677. Anno 988. obiit Cyriacus Edeſſæ Epiſcopus, eique ſuffectus fuit Jacobus cognomento *librorum Interpres*.

Eodem anno obiit Mavias Arabum Rex, cui ſubrogatus Jazidus regnavit annos tres cum dimidio.

Chriſti 679. Anno 990. die Dominico, tertia Aprilis, ingens & validus accidit terræmotus, quo Batna Sarugi, & vetus Edeſſæ Eccleſia cum ingenti populi clade corruerunt.

Chriſti 681. Anno 992. obiit Jazidus, ejuſque in locum Meruanus ſubſtitutus, regnavit annum unum. Maviam Jazidi, & Abdallam Zobairi filios omittit Dionyſius, eorumque imperii annos ad Meruani principatum refert. Vide Theophanem ad annum Conſtantini Pogonati 15. ubi ortos inter Arabes poſt Jazidi obitum tumultus narrat.

Chriſti 682. Anno 993. obiit Meruanus, eique ſucceſſit Abdalmalechus ejus filius, quem Theophanes Abimelech vocat. Regnavit annos 21.

Ab anno 993. ad annum 1002. duravit diſſidium de imperio Abdalmalechum inter & Abdallam Zobairi filium. Anno 1002. Abdalmalechus Abdallam, & reliquos Arabum Duces ſubjugavit.

Chriſti 692. Anno 1003. Abdalmalechus capitalem cenſum in tota ſua ditione indixit, de quo ſic Dionyſius:

ܥܒܕ ܗܘ ܥܒܕ ܐܠܡܠܟ ܬܥܕܝܠܐ ܥܠ
ܣܘܪܝܝܐ ܘܐܦܩ ܦܘܩܕܢܐ ܚܪܝܦܐ ܕܢܐܙܠ
ܐܢܫ ܐܢܫ ܠܐܬܪܗ ܘܠܡܕܝܢܬܗ ܘܠܒܝܬ
ܐܒܘܗܝ ܘܢܟܬܘܒ ܟܠܢܫ ܫܡܗ
ܘܕܝܠܗ ܟܪܡܗ ܘܙܝܬܘܗܝ ܘܩܢܝܢܗ
ܘܒܢܘܗܝ ܘܟܠ ܕܐܝܬ ܠܗ. ܘܡܢ
ܗܪܟܐ ܫܪܝ ܟܣܦܐ ܡܫܩܠܘܬܐ ܕܪܫ
ܓܘܠܓܠܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ. ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܫܪܝܘ
ܟܠܗܘܢ ܒܝܫܬܐ ܕܢܦܩܢ ܥܠ ܥܡܐ
ܕܟܪܝܣܛܝܢܐ. ܥܕܡܐ ܠܗܪܟܐ ܓܝܪ ܡܠܟܐ
ܡܢ ܐܪܥܐ ܫܩܠܝܢ ܗܘܘ ܡܕܐܬܐ ܘܠܐ
ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ. ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܫܪܝܘ ܒܢܝ
ܗܓܪ ܠܡܫܥܒܕܘ ܠܒܢܝ ܐܪܡ ܫܥܒܘܕ
ܡܨܪܝܐ. ܐܠܐ ܘܝ ܠܢ ܕ
ܚܛܝܢ. ܥܒܕܐ ܐܫܬܠܛܘ ܒܢ. ܗܕܐ
ܗܘܬ ܩܕܡܝܬܐ ܬܥܕܝܠܐ ܕܥܒܕܘ ܛܝܝܐ:

*Abdalmalechus Taadil, ſeù cenſum Syris indixit, gravi lege lata, ut unuſquiſque in regionem ſuam, & in oppidum ſuum, inque domum patris ſui abiret, & proprium, parentumque ſuorum nomen deſcriberet, vineam quoque ſuam, & olivas, & bona, & filios, & quidquid poſſideret. Hinc cœptum eſt tributum ex hominum capitibus exigi. Hinc cuncta populi Chriſtiani mala originem duxere. Hucuſque vectigal Regibus ex terra, non ex hominibus ſolvebatur. Ab hoc vero tempore cœperunt filii Hagar Ægyptiaca ſervitute filios Aram affligere. At væ nobis, quia peccavimus, ſervi dominati ſunt nobis. Hoc primum Taadil, ſeu Tributum eſt, quod Arabes indixere.* Taadil olim dictum fuit, quod *æquationem* ſignificat: eo enim cenſu Chriſtianorum res ad æquitatem juris revocari contendebant Principes Saraceni. *Charagium* nunc appellant, cujus inſtitutio à Cedreno ad Umarum perperàm

rùm refertur, iis verbis ad annum Heraclii 30. *Eo ipſo tempore Umarus cenſum egit per omnes ſuas ditiones hominum, pecoris, & ſtirpium.* Id quod ex Theophane deſcripſit.

Chriſti 703. Anno 1014. obiit Abdalmalechus, eique ſucceſſit Valid ejus filius, qui regnavit annos novem.

Chriſti 704. Anno 1015. obiit Athanaſius Patriarcha, eique ſuffectus fuit Julianus.

Chriſti 705. Anno 1016. peſtis graſſata eſt in Meſopotamia, ac præſertim in territorio Sarugenſi, ubi ex monaſterio Sancti Silæ 72. viri perierunt.

Chriſti 706. Anno 1017. habita fuit Synodus in Monaſterio Sancti Silæ, cui præfuere Julianus Patriarcha, Thomas Epiſcopus Amidæ, & Jacobus Edeſſæ.

Chriſti 708. Anno 1019. obiit Julianus Patriarcha, eique ſucceſſit Elias.

Chriſti 710. Anno 1021. obiit Jacobus Epiſcopus Edeſſæ, eique ſuffectus fuit Abibus. Per idem tempus claruit Thomas Telenſis Stylita.

Chriſti 712. Anno 1023. obiit Valid Arabum Rex, cujus mortem hiſtorici Arabes illigant anno Hegiræ 96. qui inchoatus fuit anno Chriſti 714. die 16. Septembris. Ei ſucceſſit Solimanus, qui regnavit annos 2. cum dimidio. Obiit anno 1028. quum Maſalmas urbem Conſtantinopolitanam obſidione cingeret, de quo vide Theophanem ad annum Incarnationis ſecundùm Alexandrinos 708. Elmacinus, Ebnarrahebus, aliique Solimani obitum narrant ad annum Hegiræ 99. hoc eſt, Chriſti 717. Quare non anno Græcorum 1023. ſed 1025. regnum iniiſſe eum neceſſe eſt. Ei ſucceſſit Omarus.

Chriſti 713. Anno 1024. obiit Thomas Epiſcopus Amidæ, eique Theodotus ſubſtitutus fuit.

Chriſti 718. Anno 1029. ingens terræmotus exſtitit, & vetus Edeſſæ Eccleſia cum multis aliis templis & ædibus corruit.

Chriſti 721. Anno 1032. florebant Elias Patriarcha, Abibus Epiſcopus Edeſſæ, Simeon Haran, & Theodotus Amidæ. Eodem anno narrat Dionyſius Abibi Edeſſeni factum, quod in priori tom. pag.426. retuli.

Anno 1034. obiit Omarus, poſt- Chriſti 723.
quam annos 2. cum menſibus 4. regnaſſet. Ejus obitum ſcriptores Arabes conſignant ad ann. Hegiræ 101. hoc eſt, Chriſti 720. Succeſſorem habuit Jazidum, qui regnavit annos 4.

Anno 1035. Jazidus edictum de Chriſti 724.
tollendis Imaginibus promulgavit, cujus occaſio narratur in Concilio Nicæno 2. Act. 5. idque non extremo Jazidi anno contigit, ut ex corrupta laudati Concilii verſione tradit Baronius ad ann. 723. quæ ſic habet: *quum hoc egiſſet Ezidus, ultra annum cum dimidio non vixit*: ſed ſecundo imperii ejus anno, ut habet altera emendatior verſio, in qua ſic legitur, *quum hoc egiſſet Ezidus, non plus quam duobus annis & dimidio vivens defunctus eſt.*

Annos 1036. canes albos, colum- Chriſti 725.
bas, gallos, aliaque hujus coloris volatilia & animantia deleri juſſit Jazidus. Item in Chriſtianos perſecutionem movit, edixitque, ne Chriſtiani adversùs Saracenum teſtimonium recipiatur: id quod Theophanes & Cedrenus ad annum Leonis Iſauri primum ab Omaro factum referunt. Demùm Saraceni pretium duplo majus, quàm Chriſtiani ſtatuit.

Anno 1038. obiit Jazidus, cujus Chriſti 727.
interitus à Scriptoribus Arabibus ad annum Hegiræ 105. Chriſti 724. ponitur. Sub ejus imperio Ameras, ſeù Præfectus Meſopotamiæ fuit Aburin: quo depoſito, Mardas; & Marda demùm ejecto, iterùm Aburin.

Anno 1039. regnum iniit Hiſcia- Chriſti 728.
mus Abdalmalechi filius, qui annos 19. menſes 4. imperavit.

Anno 1040. obiit Abibus Edeſſæ Chriſti 729.
Epiſcopus, & pro eo factus eſt Conſtantinus.

Eodem anno florebant Elias Patriarcha, Simeon Epiſcopus Haran, Conſtantinus Edeſſæ, & Theodotus Amidæ. Et hic quidem abdicato Epiſcopatu, in locum quendam Amidam inter & Daram ſecedens, ibi columnam ædificavit, & ſupra eam aſcendit, Thomam Telenſem Styli-

tam æmulatus. Cœnobium præterea ibidem exſtruxit, quod (inquit Dionyſius) in præſentem uſque diem viſitur apud pagum, quem ܟܘܠܘܟ *Coluc* appellant, ubi & diem clauſit. Ejus memoriam celebrant Jacobitæ ad diem 16. Auguſti, ubi cum *Amidæ Patriarcham* librarius perperàm vocat. Succeſſorem habuit Coſmam, virum antiqui moris, qui quum pagum ܬܠܐ ܕܩܘܡܘܡ *Tela-Comum* (in Itinerario Antonini *Thilaticomum*) appellatum viſitare voluiſſet, ab incolis rejectus, grandem ipſis calamitatem fuſis ad Deum precibus arceſſivit, ut latè narrat Dionyſius, qui Coſmæ virtutes extollit.

Per id tempus obiit Elias Patriarcha, eique Athanaſius ſucceſſit.

Eodem anno Maſalmas Neocæſaream expugnavit, ejuſque incolas captivos abducens vendidit, præter Judæos, qui eam urbem ipſi prodiderant. Cæſaream Cappadociæ à Maſalma occupatam ad annum Leonis 10. refert Theophanes.

Chriſti 731. Anno 1042. Maſalmas Hunnos, ſeù Turcos in Armeniam invadentes armis aggreſſus eſt, eoſque ad pacem poſtulandam adegit. Eodem anno ad portas Caſpias, quibus ii claudebantur, penetravit. Anno ſequenti refectis, quas ii effregerant, portis, jusjurandum ab ipſis exegit, quod finibus ſuis numquam excederent. Quum autem nulla jurisjurandi habita ratione è Caſpiis portis iterùm prosiliiſſent, conſerto cum ipſis prælio, in fines ſuos recedere eos compulit, & Meruanum Mahometi filium Armeniæ præficiens, in Syriam regreſſus eſt. Hæc aliter à Theophane narrantur, qui ad annum Leonis 13. *Maſalmas*, inquit, *in Turcorum terras expeditionem ſuſcepit: conſertoque adinvicem prælio, plures ex utraque parte cecidere. Quare Maſalmas terrore proſtratus, fuga ſaluti conſulit, & per Chazariæ montes ad ſuos revertitur*. Et ad annum Leonis 15. *Hoc anno Maſalmas in Turciam exercitum duxit, & quum jam Caſpias portas attigiſſet, metu correptus, retro ceſſit*.

Per idem tempus Hiſciamus ܙܝܬܘܢ *Zaitun* fluvium deduxit, & plura oppida, pagoſque juxta ipſum extrui juſſit. *Zaita*, ſeù *Zeita* oppidum ſexaginta ſtadiis à Circeſio caſtro diſtans memoratur Zoſimo lib. 3. cap. 13. Hinc fortaſsè fluvio nomen inditum. Idem Hiſciamus fluvium alterum ܒܝܬ ܟܠܣ *Beth-Calas* nomine derivavit, cujus ad ripas Maſalmas ejus frater caſtella, pagoſque ædificavit.

Anno 1045. Solimanus in ditio- Chriſti 734.
nem Romanorum invadens, caſtrum ܦܠܘܙܘܢܝܐ *Pelozonium* depopulatus eſt. *Ferreum* appellat Theophanes ad annum Leonis 22.

Eodem anno Artabaſus Conſtantini Imperatoris gener tyrannidem in urbe regia exercuit. Id factum Leone Iſauro & Conſtantino Copronymo Imperatoribus refert Dionyſius, à quibus ait, dum exercitum in Barbaros ducerent, Artabaſum Conſtantinopoli relictum fuiſſe, qui Imperium ſibi per eam occaſionem arripuit. Theophanes verò, & ex eo Pagius ad annum Chriſti 741. Artabaſum, ſeù Artabaſdum Imperatorem ſalutatum fuiſſe ſcribunt poſt obitum Leonis, quum Conſtantinus ſolus imperaret.

Anno 1046. Melich filius Sciabib Chriſti 735.
Melitenes Ameras ſeù Dux, unàcum Abdalla Batal, cum copiis ſuis apud Synada urbem à Romanis ad internecionem deletus eſt, ita ut ex quinquaginta millibus vix quinque eorum millia evaſerint. Hæc narrat Theophanes ad annum Leonis 23.

Per idem tempus quidam Syrus ex territorio Mardenſi oriundus emerſit, qui Moyſen ſe eſſe mentitus, Hebræos ſeduxit: quumque eos expilaſſet, aufugit. Illi verò hominem ad Hiſciamum Arabum Regem detulere, qui eum ipſis puniendum tradidit.

didit. Eadem fere Theophanes ad annum 5. Leonis Iſauri.

Chriſti 7[illegible] Anno 1047. Atichus in Hiſciamum rebellans commiſſo apud Sigaram cum Caliu & Zohair Hiſciami ducibus prælio, eos noctu adortus profligavit.

Chriſti 741. Anno 1052. obiit Leo Imp. anno imperii vigeſimo quinto: inchoato nimirùm, non completo, ut ſcribit Theophanes, qui ait eum tenuiſſe Impĕrium annis viginti quatuor, menſibus duobus, diebus viginti quinque; obiiſſe verò Indictione 9. die 18. Junii, hoc eſt anno Chriſti 741.

Per idem tempus Hiſciamus Arabum Rex pontem Euphrati è regione Callinici impoſuit.

Chriſti 742. Anno 1053. illuceſcente feria prima terræmotus contigit. Hora autem oblationis, quum populus in Eccleſia ܡܪܥܫ *Marak* frequens eſſet, corruit Eccleſia, cunctoſque oppreſſit, præter Sacerdotem celebrantem.

Chriſti 743. Anno 1054. pons Tigris apud Amidam urbem aquarum vi abruptus concidit: quem Hiſciamus Arabum Rex advocatis architectis reparari juſſit, ſed morte præventus, imperfectum opus reliquit.

Eodem anno Edeſſa urbs exundante Deſane fluvio obruta eſt. Id factum die 28. menſis Peritii anno Leonis Imp. 24. refert Theophanes.

Eodem anno ineunte Januario feria 6. Cometes in cœlo viſus eſt: de quo Theophanes ad annum Incarn. ſecundùm Alexandrinos 736.

Chriſti 744. Anno 1055. obiit Hiſciamus Arabum Rex, cujus mortem Theophanes ad annum Incarn. ſecundùm Alexandrinos 734. Conſtantini Imp. 2. recitat. Elmacinus verò aliique Arabes Scriptores ad annum Hegiræ 125. Chriſti 743.

Hiſciamo ſucceſſit Valid, regnavitque menſes octo. Ebnarrahebus & Abulvalidus annum unum, menſeſque tres ei conſignant. In Validem inſurrexere tyranni Jazid, Abbaſus, & Ibrahim fratres unàcum Abdalazizo, eumque apud Core ܩܘܪܣ urbem interfecerunt. Quo ſublato regnavit Jazidus menſes ſex. Deinde Ibrahimus Jazidi frater.

Per idem tempus fames & peſtis per totum Orientem graſſatæ ſunt.

Anno 1057. Meruanes ex terra Turcorum egreſſus in Meſopotamiam invadit. Necaimus filius Tebith, Ibrahimi juſſu, cum exercitu ei occurrit: in campo ܓܪܐ Gara pugnatur; Meruanus victo Necaimo, cum Solimano Hiſciami filio confligit, & victoria potitus, Emeſam urbem expugnat: effoſſum è tumulo Jazidi cadaver cruci affigit. Judæum quendam quadringentis auri millibus multat. Theſaurum denique regium ex Occidente, hoc eſt ex urbe Damaſco, Charras in Meſopotamiam transfert. Eadem ferè Theophanes ad annum Conſtantini Copronymi 3. Chriſti 746.

Per idem tempus poſt Athanaſium factus fuit Patriarcha Joannes. Celebres verò habebantur, Conſtantinus Epiſcopus Edeſſæ, Simeon Epiſcopus Haran ex monaſterio Cartaminenſi, Conſtantinus Epiſcopus Samoſatæ, Athanaſius cognomento Sandalenſis, Epiſcopus Maipheractæ ſeù Martyropolis, qui poſtmodum Patriarcha fuit: Amidæ verò poſt Coſmam factus fuit Epiſcopus Saba ex monaſterio Zuchenin, cui poſt annos viginti defuncto, ſubrogatus fuit Severus ex eodem monaſterio. Hic poſt annum unum, quum Diœceſim viſitaret, graſſante ea, de qua ſupra dictum eſt, peſte ſublatus fuit, eique ſuffectus Severus alter ex eodem cœnobio. Eodem tempore ortum eſt ſchiſma in Eccleſia propter Joannis Patriarchæ electionem, cui non omnes conſentiebant.

Anno 1058. Dachacus ex monte Chriſti 747.
Izla ܕܚܩ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܐܝܙܠܐ, unàcum Jacob, & Caibaro ܟܝܒܪ & Sakaſ-

beo ܡܨܥܬܐ, adverſus Meruanum in Meſopotamia rebellavit. Meruanus conſerto cum eis in *Telmaſrita* ܒܬܠ ܡܫܪܝܬܐ prælio, eos profligavit. *Aruritarum* principem Dachacum appellat Theophanes ad annum Incarn. ſecundùm Alexandrinos 736. Quid verò *Aruritæ* ſint, idem Theophanes indicat ad annum Conſtantini Copronymi 26. ubi hæc de tumultu ſub Abdela Arabum Rege exorto: *Aruritæ porrò, intellige Zelotas, ſeditionem ad Palmyrenum deſertum inter eos excitarunt*. Sed clariùs Dionyſius ad prædictum annum: ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܚܡܫܝܢ ܘܬܡܢܐ ܢܦܩ ܕܚܩ ܒܚܪܘܪܘܬܐ ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ *Anno 1058. exiit Dachac in Arurajuto in Meſopotamia*: & ſuprà ad annum 1047. de Aticho ſcribens, ܟܕ ܕܝܢ ܗܢܐ ܥܬܝܩ ܡܪܕ ܘܢܦܩ ܒܚܪܘܪܘܬܐ ܐܝܟ ܕܥܕܐ ܕܢܦܩܝܢ ܛܝܝܐ ܟܕ ܡܫܒܩܝܢ ܢܫܝܗܘܢ ܘܟܠ ܕܩܢܝܢ: ܥܒܕ ܐܦ ܗܢܐ ܘܢܦܩ ܬܚܝܬ ܣܓܪܐ ܥܡ ܥܣܪܝܢ ܚܒܪܘܗܝ: *Quum Atichus iſte rebellaſſet & exiiſſet in Arurojuto, ut exire ſolent Arabes, quum uxores ſuas & quidquid poſſident repudiant, ſic fecit & iſte, exiitque ſub Sigara cum viginti ſociis*. Ubi vox *Arurita* ex Syriaca *Arurojuto*, quæ *libertatem* ſignificat deſumpta eſt: relictis enim uxoribus & bonis Arabes pro libertate, ſeù potiùs *liberè* & abſque impedimentis pugnabant. Hinc verbum ܚܘܪ *Avar* apud eundem Dionyſium ex *Arurojuto* ſeù potius ܚܐܪܘܬܐ *Hiruto* (quod libertatem ſonat) derivatum. ܛܝܝܐ ܕܝܢ ܚܘܪܘ ܒܛܢܢܐ ܕܚܐܪܘܬܐ ܘܩܛܠܘ ܥܡܐ ܣܓܝܐܐ ܡܢ ܦܪܣܝܐ: *Arabes, inquit ad annum 1061. zelo libertatis inflammati, ingentem ex Perſis multitudinem interfecerunt*. Et ad annum 1065. ܡܥܪܒܝܐ ܘܟܠܗܘܢ ܛܝܝܐ ܕܓܙܪܬܐ ܠܒܪܗ ܕܥܠܝ ܢܩܝܦܝܢ ܗܘܘ ܘܠܗ ܡܠܟܐ ܫܐܠܝܢ ܗܘܘ ܘܟܠܗܘܢ ܒܛܢܢܐ ܚܘܪܘ ܘܢܩܦܘ ܒܬܪܗ: *Occidentales & univerſi Geziræ Arabes, filio Ali adhærentes, eum ſibi Regem poſtularunt, & libertatis zelo cuncti accenſi, ipſum ſequuti ſunt*. Ubi vox *Avar* non pro *albo*, aut *puro* (ut ubique apud omnes Auctores) ſed pro actione, quam ſuprà ex Dionyſio deſcripſi, ſumitur. Fortaſsè etiam *Avar* voci *Uchama* (quæ nigrum ſignificat) ibi opponitur: nam Perſæ (ut mox ad annum 1060. & 1061. videbimus) *nigris* utebantur, Arabes *albis*: atque adeò factio quælibet, rebellio, aut Arabum diſſidium, ea voce ab Auctoribus ſequioris ſæculi exprimitur.

Anno 1059. terræmotus per Syriam factus eſt; quumque Epiſcopus Mabugi urbis, qui erat Chalcedonenſis, in Eccleſiam Deiparæ populum congregaſſet, collapſa Eccleſia cunctos oppreſſit. Meminit terræmotus & Theophanes ad annum Incarn. ſecundùm Alexandrinos 737. Chriſti 748.

Anno 1060. Perſæ in Meſopotamiam invadunt, & commiſſo cum Chriſti 749. Meruano ad Zabam ܥܠ ܙܒܐ prælio, ejus exercitum delent, totaque Syria potiuntur. *Maurophoros* vocat Theophanes ad annum Incarn. ſecundùm Alexandrinos 741. & 742. eo ſcilicet quod nigris veſtibus utebantur, ut inquit Dionyſius: ܠܒܫܝܢ ܗܘܘ ܐܘܟܡܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܐܘܟܡܘܬܐ ܐܠܐ ܕܐܝܟ ܠܚܡܫܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܐܘܟܡܘܬܐ

ܐܘܟܡ̈ܐ ܐܦ̈ܝܢ ܕܡܢ ܒܠܚܘܕ ܗܘܘ
ܡܣܬܪܩܝܢ ܗܘܘ ܡܣܡܩܘܪܐ ܗܘܘ ܒܠܒܘܫܐ
ܡܣܘܕܝܐ ܡܬܩܪܝܢ ܐܘܟܡܐ.

*Non atra modo facie, ſed nigris etiam veſtibus erant: atque adeò Meſuadi* ( Arabicè ) *appellabantur, quæ vox apud Syros* Uchama, *hoc eſt, nigrum ſignificat*. Et infrà: ܗܘܐ ܕܝܢ ܩܕܡܝܐ ܡܕܒܪܢܐ ܒܓܙܪܬܐ ܐܟܝܐ. ܘܐܦܩܘ ܦܩܘܕܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܫܠܡܢܐ ܢܠܒܫܘܢ ܠܐܘܟܡܗܘܢ:

*Factus eſt autem primus Vicarius in Gezira* (hoc eſt Meſopotamia) *Achæus & lege lata ſanxerunt, ut omnes Moſulmani atris uterentur.*

Chriſti 750. Anno 1061. Arabes albis induti adversùs Perſas conſpiratione facta, plurimos eorum cædunt, Buricha duce. Hinc *alborum* & *nigrorum* factio in Syria. Perſæ nigris, albis Arabes utebantur.

Per idem tempus Conſtantinus Romanorum Imperator Melitenen urbem armata manu invadit, muriſque ad terram dejectis, cives ſecum transfert. Idem de Gezira urbe factum. Quæ Theophanes ad annum Conſtantini Copronymi 5. referens, ſuppreſſis Melitenæ & Geziræ nominibus, Germaniciam & Dulichiam commemorat, inquiens: *Dum hæc geruntur, Conſtantinus Germaniciam invadit, exercitumque in Syriam & Dulichiam emittit, commodam ex Arabum bellis vincendi occaſionem nactus. Arabes etiam ex eis urbibus inermes eductos & in fidem ſuam receptos, nec non patris conſanguineos* ( hoc eſt Iſauros ) *cum pluribus Syris Monophyſitis hæreticorum nota inuſtis Byzantium tranſtulit*. Ad annum verò ejuſdem Conſtantini 15. Melitenen diſertè nominat, his verbis: *Imperator autem Conſtantinus, quos Theodoſiopoli & Melitene Syros & Armenios eduxit, in Thraciam tranſtulit.*

Anno 1062. diſſidium inter Arabes Maipheractæ exortum. Cyrus filius Tebith in locum, quem indigenæ ܩܠܝܡܐ ܕܩܘܠܒ *clima Culab* appellant, invadens, primores ejus cepit, ſeptemque ex ipſis interfecit. Chriſti 751.

Quo audito incolæ ܕܩܠܝܡܐ ܕܦܝܣ *climatis Phis*, oppidum ſuum communierunt, auctore ac duce Joanne Syro Dionyſii conſobrino, qui ex eodem loco genus ducebat. Severus quidam ex Phis ad Arabum caſtra tranſiens populares ſuos barbaris ſubjicere conatur. Joannes Phiſenſium dux proditorem debellat & innumeram hoſtium multitudinem delet. Vicarium etiam caſtri *Culab*, qui in Cyrum rebellans finitima loca ܐܝܠܘܠ ܘܦܫܦܫܛ *Elul* & *Phaſphaſat* armata manu occupaverat, commiſſo prælio fundit. Stephanum præterea Pauli filium, qui in vico ܚܕܪ *Hadar* conjunctis cum ܥܘܦ *Oph* Arabum duce copiis inſidias ſibi ſtruxerat, haſtatorum militum virtute fugat.

Per idem tempus Gregorius Iberus cum incolis ܢܗܪܐ ܕܚܪܐ *fluminis Haræ* bellum committit, & plurimos ex ipſis interficit: adeò ut quotquot in *monte Saio* ܒܛܘܪܐ ܕܣܥܘ habitabant, ad Joannem Phiſenſium ducem confugerent, ut è regione illa barbaros repelleret. In Oriente verò Buricha principatum ſibi arripuit; Edeſſæ autem Abdalla Boctri filius, qui cœnobia juxta Edeſſam, Haran, & Telam ſita deſtruxit, videlicet: ܕܝܪܐ ܕܦܩܘܕܐ. ܘܕܝܪܐ ܕܐܣܛܝܦܢܘܣ ܕܐܪܡ ܒܛܡܫܝܠܐ. ܘܕܝܪܐ ܕܦܣܩܬܐ. ܘܕܝܪܐ ܕܥܒܕܐ ܕܝܫܘܥ. ܘܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܙܥܘܪܐ. ܒܢܝ ܡܕܝܢܬܐ: ܘܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܦܘܠܐ. ܘܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܡܕܝܢܐ. ܘܕܝܪܐ ܕܬܠܡܚܪܝ.

Mo-

*Monaſterium Cubæ : monaſterium Keſinat in Taiſapha : monaſterium Catar æ; monaſterium magnum Heſmæ: monaſterium S. Lazari : Beth-Maadæ: monaſterium S. Abel: monaſterium S. Milles: & monaſterium Senin.*

Eodem anno nivibus & glacie, brucho & locuſtis annona abſumpta eſt. Hinc fames ingens in Iberia, Armenia, & Meſopotamia; & in hac præſertim regione, in quam vitandæ famis cauſa, infinita Iberorum Armenorumque multitudo confluxerat.

Chriſti 752. Anno 1063. Perſæ adversùs Arabes bellum inſtaurant, eoſque apud *Moſul*, & *Akulam* ܡܘܨܠ ܘܥܩܘܠܐ ad internecionem delent. Abdalla Mohammad filius, Regis Perſarum frater, apud Daram cum Buricha congreſſus, eundem profligat: Joannem verò Syrum, cujus præclara adversùs Arabas Maipheractæ geſta comperrerat, muneribus affectum genti Syrorum illius loci præficit. Idem Abdalla Ameras ſeù præfectus Meſopotamiæ à fratre Perſarum rege conſtituitur. Salich autem Sabichi filius ܨܠܝܚ ܒܪ ܨܒܝܚ totam Armeniam excurrens, obſides ex cunctis illius regionis urbibus Maipheractam ad Abdallam adducit. Maipheractenſes Arabes cum Salicho agunt, ut Joannem Syrum qui obſides quoſdam ſolutum venerat, dolo interimat: ſed Abdallæ patrocinio imminentem mortem idem evadit. Stephanus Pauli filius in urbe Haran repentina morte perit.

Chriſti 753. Anno 1064. Perſæ excurſione in Syriam facta, illuſtriores urbes ſolo æquarunt: quod Theophanes ad annum Conſtantini Copronymi 9. refert, inquiens: *Porrò clades iſta ſub Maruam recepta per annos ſex duravit, qua illuſtriorum omnium Syriæ civitatum mœnia in terram dejecta ſunt, præter ſolius Antiochiæ, quod eam tutum ſibi refugium victor deſtinaſſet.*

Anno 1065. Chuſanus Armenus ܟܘܫܢ ܐܪܡܢܝܐ, qui victo Meruano ad Romanorum partes tranſierat, acceptis à Conſtantino Imp. copiis ſeptentrionales regiones, ac præſertim *Sajum* montem depopulatus eſt. Chriſti 754.

Eodem anno obiit Abdalla filius Mohammad Rex Perſarum, qui pleno nomine السفاح عبد الله بن محمد بن علي بن عبد الله بن العباس *Saphahus Abdalla filius Mohammad filii Ali, filii Abdallæ, filii Abbaſi* appellabatur: ortumque eſt diſſidium de principatu inter Abdallam ejus fratrem cognomento *Abugiafar Almanſorem*, & inter Abdallam alterum filium Ali ejuſdem conſobrinum, Perſis & Choraſanitis prioris Abdallæ partes ſuſcipientibus; Arabibus verò, Meſopotamenis & reliquis Syriæ atque Ægypti incolis pro Abdalla filio Ali decertantibus; conſerta verò manu ad fluvium *Maſium* ܢܗܪ ܡܫܐ qui ſub Niſibi eſt, Abumaslamus Perſa Abdallæ Ali filii exercitum profligavit die 26. Teſri poſterioris (Novembris) feria 3. vertente, & 4. illuceſcente: hoc eſt, anno Chriſti 754., quo dies 26. Novembris in feriam tertiam incidit. Vide Theophanem ad ann. Conſtantini Imp. 14.

Anno 1066. Chuſanus armata Ro- Chriſti 755.
manorum Iberorumque manu in ditionem Barbarorum iterùm invadit, quum Meſopotamiæ Ameras ſeu præfectus eſſet Achæus, cujus filium cum copiis Arabum Perſarumque ſibi occurrentem profligavit.

Per idem tempus florebant apud Monophyſitas Joannes Patriarcha Antiochiæ, Michael Patriarcha Alexandriæ, Timotheus Epiſcopus Edeſſæ, Conſtantinus Samoſatæ, Dionyſius Haran, Serguna Mardæ, David Daræ, qui poſtmodùm ad Patriarchatum evectus fuit: Athanaſius cognomento ܨܢܕܠܝܐ *Sandalenſis*, Epi-

Epiſcopus Maipheractæ, qui ædificavit monaſterium in monte *Telbeſme* ܒܛܘܪܐ ܕܬܠܒܫܡܐ, quod cœnobium Mar Athanaſii dicitur, & in Patriarcham demùm electus fuit: Aba denique ex monaſterio Mar Abibi ܕܐܪܙܢܘܢ *Arzenunenſis* Epiſcopus Amidæ, qui Severo eam dignitatem ſponte abdicanti ſuſſectus eſt.

Deſuncto autem Joanne Patriarcha, Abdallas Meſopotamiæ Præfectus, qui poſteà Rex Arabum & Perſarum fuit, eligi in Patriarcham curavit monachum quendam, Iſaac nomine, qui Edeſſæ cellam ſibi conſtruxerat, ubi chymicæ arti ſtudebat; ſed paulò poſt ab eodem Abdalla interemptus eſt.

Iſaaco ſubrogatus Athanaſius Sandalenſis, paucis poſt diebus juſſu ejuſdem Abdallæ interiit: eique ſucceſſit Georgius ex monaſterio ܕܩܢܫܪܐ *Canſaræ*, electus in Synodo Mabugenſi in Eccleſia S. Thomæ extra urbem poſita. Ei autem Synodo interfuere Joannes Epiſcopus Callinici, Timotheus Edeſſæ, David Daræ, Aba Amidæ, Serguna Mardæ, Stephanus Chaburæ, Conſtantinus Samoſatæ, Cyriacus ܕܛܘܪ ܥܒܕܝܢ Tur-Abdini, Dionyſius Haran, Elias Sigar, Paulus Tagrit, Zachæus ܕܚܪܡܐ Charmæ, Jonas ܕܒܝܬ ܢܘܗܕܪܐ Be-Nuhadræ (quæ & Naarda, Nearda, & Neardea dicitur) aliique ex Syria benè multi. Quum verò abſenti Georgio ſuffragium ſcripta manu dediſſent, & conſecrationis munus ipſi jam collaturi eſſent, Joannis cujuſdam monachi impulſu ſchiſma inter eos ortum eſt. Nam qui ex Inſula Meſopotamena erant, ac præſertim Cartaminenſes & Athanaſiani, antequam Georgius ordinaretur, ſeſe ſubduxere, factoque conventu Joannem Callinici Epiſcopum, qui primus omnium Georgio ſuffragium dederat, in Patriarcham conſtituunt. Et occidentales quidem omnes atque Moſulani Georgio parebant; Orientales verò Joannem ſequebantur.

Anno 1067. die 3. Martii, feria 3. accidit terræmotus in regione Geziræ, & tria Chaburæ adjacentia oppida corruerunt. Chriſti 756.

Anno 1070. diſſidium de Paſchate in Oriente ortum eſt. Quidam enim Jejunium inchoarunt die 18. Februarii, ſolveruntque die 6. Aprilis: alii Jejunium die 25. Februarii, & Paſcha die 13. Aprilis celebrarunt. Id Theophanes ad annum Conſtantini 20. (Chriſti 761.) refert, his verbis: *Hoc anno error in celebrando Paſchatis feſto admiſſus eſt, Orthodoxis per Orientales tractus menſis Aprilis die ſexto, Hæreticis autem, quorum id fuit erratum, tertiodecimo ſolemnitatem illam agentibus*. Verùm, ut benè notat Pagius, *Theophanes rem hanc uno tardius narrat*. Non enim anno Conſtantini 3. qui Kalendis Septembris anni Chriſti 760. inchoatus eſt, ſed præcedenti illud de Paſchate diſſidium contigit; Anno autem Græcorum 1070. quo Dionyſius utitur, quique Kalendis Octobris anni Chriſti 759. inchoatur, dies Dominica incidit in diem 6. & 13. Aprilis. Chriſti 759.

Anno 1071. menſe Martio Cometes in cœlo apparuit. Chriſti 760.

Eodem anno ſchiſma in Eccleſia invaluit, Joannis cauſa, quem Orientales Patriarcham ſibi conſtituerant.

Anno 1072. obiit Timotheus Edeſſæ Epiſcopus, ejuſque in locum ſubrogatus fuit Simeon ex vico ܒܝܬ ܩܕܘܢܐ *Beth-Cheduna*, ubi incluſus aſceticam vitam ducebat. Hic ab Edeſſenis ad Georgium Patriarcham vi pertractus, ut Epiſcopatus chirotoniam acciperet; adduci non potuit, ut in urbe maneret, aut Pontificalia munia obiret, ſed tertio ab ordinatione ſua die in montem Edeſſæ proximum ſecedens, cœnobium Chriſti 761.

quod-

quoddam Deiparæ nuncupatum incoluit. Ut verò ab Epiſcopatus onere ſe penitus eximeret, Anaſtaſium quendam Æthiopem, qui monachum in monaſterio Zuchenin agebat, ſibi ſubrogandum curavit. At ille è manibus Edeſſenorum fuga elapſus, ad ſuum cœnobium reverſus eſt. Tùm Simeon Anaſtaſii exemplo relicta Edeſſa, in montem Samoſateni agri ſe recepit, ubi reliquum vitæ ſuę tempus in ſuſcipiendis peregrinis impendit. Ejus in locum *Zacharias* ſuffectus fuit, quem Edeſſeni ex Columna ad Epiſcopatum pertraxere.

Eodem anno Abdalla Mohammad filius, Rex Perſarum, cum ingentibus copiis Bar-Vahebum miſit, ut Melitenen Cappadocum urbem inſtauraret, quæ octo annos diruta jacuerat.

Chriſti 763. Anno 1074. menſe Martio Tigris fluvius exundans, omnia circum oppida, ac Moſul præſertim urbem vaſtavit.

Chriſti 764. Anno 1075. equi, pecora, cæteraque jumenta peſtilenti morbo laborarunt.

Chriſti 765. Anno 1076. menſe Canun poſteriori (Januario) die 4. feria 6. ſtellæ quaſi è cœlo decidere viſæ ſunt. Rem ſimilem narrat Theophanes ad annum Conſtantini Copronymi 23. menſe Martio.

Eodem anno menſe Adar (Martio) die 14. feria 6. (ineunte, & feria 5. vergente) obiit Severus Epiſcopus Amidæ, & ſepultus fuit in ſuo cœnobio.

Synodus autem Epiſcoporum Geziræorum, Moſulanorum, & Occidentalium in Sarug habita fuit poſt mortem Joannis Epiſcopi Callinici, quem Geziræi in Patriarcham ſibi elegerant. In ea Synodo omnes Georgio Patriarchæ conſenſere: decreverunt prætereà Epiſcopali honore amovendos eſſe, quotquot Joannes ordinaverat. Præfuit huic Synodo Georgius Patriarcha, præſentibus David Epiſcopo Daræ, Aba Epiſcopo Amidæ, Serguna Mardæ, & Conſtantino Samoſatæ.

Per idem tempus Abbaſus Geziræ Ameras, ſeù Præfectus in Manichæos, qui in urbe Haran morabantur, maleficiorum reos graviſſimis pœnis animadvertit. Eorum flagitium hac ratione deprehenſum. Habebant illi cœnobium ad orientem urbis Haran poſitum, mille circiter paſſus diſtans, in quo Pſeudo-Epiſcopus cum nonnullis falſis monachis habitabat. Mos autem apud ipſos invaluerat, ut adventante Paſchate hominem quempiam comprehenderent, & ad alterum Paſcha mactandum ſervarent: interim eum, quem præcedenti anno comprehenderant, in ipſa profanæ ſolemnitatis die jugulabant, ejuſque caput immiſſo in os nummo, & accenſa coram lampade ad feneſtram adorandum exponebant, quo poſteà ad præſtigias faciendas utebantur. Quum igitur ſacrilegum Paſcha ea qua dixi ratione celebraturi eſſent, proſiliens in forum urbis quidam ex eorum primoribus, virumque omnibus, quæ requirebantur, conditionibus præditum conſpicatus, quantovis, inquit, pretio hanc epiſtolam ad Abbatem illius cœnobii properè deferto, & tandiù illic maneto, dum is per te reſponſum mihi mittat. Ille nil mali ſuſpicatus, cœnobium adit, Abbati epiſtolam reddit, reſponſum rogat. Abbas verò, qui hominem ex condicto expectabat, lautè exceptum in intimum conclave introducit, ibique miſerum claudit, ubi alter detinebatur, qui proximo Paſchate ſacrificandus erat. Verùm is opportuno ſocii conſilio uſus, qui Manichæos à ſanguine contrectando abhorrere obſervaverat, quum miſeri illius caput amputatum cruentumque vidiſſet, illico ipſum arripiens, atque hac & illac circumcurſans, totum conclave ſanguine aſpergit, & inde circumſtantes fugat, viamque ſibi ad evadendum ex impio loco aperit. Mox Abbaſum Geziræ præfectum conſulit, quem de ſacrilega hominum conſuetudine certiorem reddit.

An-

Christi 766. Anno 1077. Idibus Novembris *monaſterium Arcæ ſuper montes Cardoos ſitum* ܕܝܪܐ ܕܩܒܘܬܐ ܕܥܠ ܛܘܪܐ ܕܩܪܕܘ ܕܒܝܬ ܙܒܕܝ ubi populus Neſtorianus feſtum diem de more celebrabat in loco, in quo Arca Noë conſederat, fulmine de cœlo tactum in cineres redactum eſt cum Templo, & univerſa hominum multitudine, qui illuc convenerant.

Christi 767. Anno 1078. Abdallas Arabum Perſarumque Rex in Romanorum ditionem diviſis trifariam copiis invadit, ducibus Abbaſo ejuſdem fratre, qui Geziræ præfectus erat, Haſano filio Caatabæ, & Bar-Aſaad: milite verò ex omnibus gentibus & ſectis collecto; videlicet, *Sindis* ܣܢܕܝܐ, *Alanis* ܐܠܢܝܐ, *Chazaris* ܟܙܪܝܐ, *Medis* ܡܕܝܐ, *Perſis* ܦܪܣܝܐ, *Akulitis* ܥܩܘܠܝܐ, *Arabibus* ܛܝܝܐ, *Choſanitis* ܟܘܣܢܝܐ, & *Turcis* ܛܘܪܟܝܐ. Egreſſus verò ex Amida, Edeſſa, Abdino ܥܒܕܝܢ, & Tela-Como, in Septentrionales Romani Imperii partes irrumpit, & Caſtrum quoddam in finibus poſitum, nomine ܟܡܟ *Camachum*, per totam æſtatem fruſtrà oppugnat: quare cum ignominia pedem referre coactus eſt. Vide Theophanem ad annum Conſtantini Copronymi 29.

Eodem anno indignati in Georgium Patriarcham Epiſcopi, quos ille in Synodo Sarugenſi exauctoraverat, Abdallam Arabum Regem in urbe Bagdad adeunt, accuſantes Georgium, quod tyrannidem in Syros exerceret. Abdallas conjecto in vincula Georgio, Epiſcopis dat facultatem, alium in ejus locum quem vellent Patriarcham ſubſtituendi. Communibus igitur ſuffragiis eligitur David Epiſcopus Daræ: qui licet eximiam in cunctos manſuetudinem præ ſe ferret, neminem tamen ſibi obſequentem habuit, præter eos, qui ipſum ordinaverant: vertebatur autem ei in crimen, quod Georgium prodidiſſet. Hinc ſchiſma ortum eſt inter Jacobitas, quorum nonnulli Davidem in Patriarcham agnoſcebant, alii Georgii nomen, donec is in carcere vixit, prædicare in Eccleſia non deſtitere: alii denique neutrum ſequebantur.

Anno 1079. jubente Abbaſo ædificatum fuit Caſtrum *Arſamoſata ad Arſaniam fluvium* ܫܡܫܛ ܗܝ ܕܥܠ ܐܪܣܢܝܐ ܢܗܪܐ ܕܐܬܩܪܝܬ: instauratum potiùs: nam Ptolemæo, Plinio, aliiſque hoc oppidum commemoratur, ut docet Cellarius to. 2. Notitiæ orbis antiqui pag. 390. ubi illud à nonnullis *Armoſata*, & *Arſamote* appellatum obſervat, ſed procul ab Arſania flumine perperàm collocat pag. 787. Audi Dionyſium: Christi 768.

ܘܟܕ ܒܢܝܐ ܘܐܪܕܝܟܠܐ ܫܪܝܘ ܒܒܢܝܢܗ ܐܦ ܗܟܢ ܐܝܟ ܚܕܐ ܩܘܡܬܐ: ܐܬܬ ܚܝܠܐ ܪܒܐ ܕܕܝܘܐ ܘܢܦܩܘ ܥܠ ܦܘܠܚܢܗ ܘܣܬܪܘ ܟܠ ܒܢܝܢܗ ܘܥܒܕܘܗ ܘܚܪܒܘܗ. ܡܢܟܝܢ ܕܝܢ ܠܐ ܟܠܝܢ ܡܛܠ ܕܡܘܡܐ ܦܪܝܫܐ ܕܐܝܬ ܒܡܟܐ ܐܬܪܗܘܢ ܗܘܐ ܐܦܠܐ ܦܩܝܕܝܢ ܗܘܘ ܕܢܦܪܩܘܢ. ܟܕ ܕܝܢ ܚܙܘ ܘܦܪܩܘ ܡܘܕܥܢܐ ܐܦ ܐܝܬܝܘ ܠܡܠܟܐ: ܥܒܕ ܠܡܠܟܐ ܡܠܟܘ ܘܥܠܘ ܘܫܡܥܘ ܡܠܦܢܝܢ ܘܒܢܝܢ. ܗܘܝܐ ܒܒܢܝܢܐ ܕܗܘܡܢܐ ܘܢܦܩܘ ܡܠܦܢܝܢ ܐܦ ܐܢܫܝܢ ܒܦܪܐ ܘܥܠܘ ܠܒܢܝܐ ܒܡܢܗ ܘܢܦܩܘ ܡܠܦܢܝܢ ܘܐܚܝܕܘ ܐܦ ܐܝܟ ܠܐܬܪܗܘܢ. ܘܠܘܬ ܐܠܗܢܐ ܡܬܠܐ ܐܦ ܐܘܪܚܐ ܡܠܟܐ ܕܡܠܟܘܬܗܘܢ.

*Quumque architecti & fabri ipſum ca-*

*caſtrum ædificare cœpiſſent, & ſtructura ad unam circiter ſtaturam ſurrexiſſet, ſuperveniens validus Romanorum exercitus, ad collum fluminis juxta latus ejuſdem caſtri applicuit quidem, ſed fluvium tranſmittere noluit: erat enim ſanctus Dominicæ dies, nec in mandatis habebant, ut appropinquarent. Quum verò caſtra metati, Oblationem peregiſſent, & panem manducaſſent, omnis illius caſtri populus relictis omnibus fugam arripuit: Romani verò tranſmiſſo flumine omnia quæ invenerunt, diripuere, reliqua concremarunt, & inchoatum ædificium ad terram dejicientes, in regionem ſuam remearunt. Tùm Arabes cum architectis & fabris reverſi, caſtrum illud reædificarunt.*

Eodem anno obiit Dionyſius Epiſcopus Haran, cui ſucceſſit Dionyſius alter, ex monaſterio Zuchenin. Item eodem anno obiit Stephanus Epiſcopus Chaburæ.

Chriſti 769. Anno 1080. Zacharias Epiſcopus Edeſſa exceſſit, & Jannes ܬܠܐ Tela. Pro Zacharia autem factus fuit Edeſſæ Epiſcopus Elias[c] ex monaſterio Cartaminenſi, vir crudelis & flagitioſus, quique Deum ob oculos nequaquam haberet: Pro Janne verò Sabinus.

Per idem tempus clarebant David Patriarcha, Serguna Epiſcopus Mardæ, Abas Amidæ, Conſtantinus Samoſatæ, & Paulus Tagriti. Annonæ verò incredibilis fuit laxitas.

Eodem anno menſe Majo Cometes in cœlo inter Orientem & Septentrionem viſus eſt, & Zaidus ab Scythis ܡܣܩܐ nummum capitatim exegit. Lapidibus etiam nigris pluit, quæ (inquit Dionyſius) ad præſentem uſque diem viſuntur: & quidem in loco, ubi aliud hujuſmodi coloris ſaxum minimè reperire eſt.

Chriſti 770. Anno 1081. Abdallas Mohammad filius Vicarium in urbe Moſul conſtituit Moyſen Muſaabi ܡܘܫܐ ܒܪ ܡܨܥܒ, qui in Chriſtianos illius regionis per ſubſtitutos ſuos immaniter deſævit: nam alios ipſe crudeliſſimos viros tribus quibuſque illius provinciæ civitatibus præfecit, qui populum bonis omnibus ſpoliabant: quos inter eam tyrannidem ſæviſſimè exercuit Adam Jazidi filius, cui Amida, Arzune, & Maipheracta obtigerant.

Eodem anno Abæ Amidæ Epiſcopi, Georgii Periodeutæ, & Thomæ Archidiaconi cura, major illius urbis Eccleſia, quam Heraclius Imperator exſtruxerat, inſtaurata eſt. Quidam verò monachus ex cœnobio S. Matthæi apud Moſul, nomine Zoaras, odio in illos monachos inflammatus, eoſdem apud Giaapharum ܓܥܦܪ Regis Abdallæ filium accuſavit, quod theſauros Hiſciami, Meruani, aliorumque Regum in cœnobio conditos haberent: argentum inſuper, & aurum, totamque ejus cœnobii ſupellectilem avaro Principi prodidit: qui armata manu in cœnobium invadens, monachos quidem tormentis ſubjecit, & quidquid ibi repertum eſt abſtulit: mox edictum promulgavit, ut cuncta Eccleſiarum, ac monaſteriorum Meſopotamiæ bona deſcriberentur. Sed paulò poſt à cacodæmone correptus interiit, ejuſque edictum revocatum fuit, & ablata cœnobio S. Matthæi bona reſtituta.

Per idem tempus quingenti circiter ex Mauris, Sindis, & Chazaris ſervi in urbe Haran rebellarunt, & facto agmine regium theſaurum diripere tentarunt. Sed ab ejus loci præfecto Abbaſo repulſi, partim fuga ſibi conſuluere, partim pœnas rebellionis dederunt. Abdallas verò Arabum Perſarumque Rex in Romanam ditionem invaſurus, Callinici urbis muros primum refecit: deinde præfectos in Sophenen, cæteraſque Syriæ ac Meſopotamiæ regiones miſit, ut capitalem cenſum ab omnibus ſubditis exigerent; eorumque cervicibus, frontibus, manibus, pectoribus, & humeris ſignum, tamquam ſer-

ſervis, inurerent: quod fuit in cauſa, ut multi in Romanam ditionem profugerent. Theophanes ad annum Conſtantini Copronymi 32. *Abdelas*, inquit, *Hieroſolymam profectus jejunium celebravit: Chriſtianoſque & Hebræos manus inſcriptas gerere compulit*. Hinc fortaſsè manavit conſuetudo Orientalium, ac præſertim peregrinorum, qui Hieroſolymam petunt, ſigna quædam manibus inſcribendi.

Eodem anno perditiſſimus quidam nebulo ex regione Tagritenſi, in vico natus, cui nomen ܪܡܐ *Rama*, poſtquam aliquot annos in cœnobio S. Matthæi apud Moſul urbem monachum egiſſet, relicto monaſtico habitu ad ſæculum reverſus, Mahometanam ſectam amplexus eſt: poſtmodùm pœnitentia ductus, precibus & jejuniis vacare impensè viſus eſt. Hinc ad Geziram in territorium Darenſe profectus, prophetæ nomen poteſtatemque ſibi arrogare cœpit, auſus futura prædicere, ſubverſionem urbium civibus, niſi pœnitentiam agerent, comminari: in Cathedra Epiſcopali ſedere in Eccleſia, licet ſimplex Diaconus eſſet: Presbyteris ipſis benedictionem impertiri: oleum ſputo admixtum conſecrare, & populis velut potentiſſimum ad omne morborum genus remedium diſtribuere: quibus artibus ingentem auri ſummam corrogavit. Quæ quum Cyriacus ejuſdem loci Epiſcopus ad Davidem Patriarcham detuliſſet, hic comprehenſum hominem, in Haran urbem perduci, ibique in carcerem detrudi juſſit.

Chriſti 772. Anno 1083. Meſopotameni defectu pluviæ laborarunt. Arabes verò Taalabitæ ܬܥܠܒܝܐ, & Maaddeni ܡܥܕܝܐ è finibus ſuis egreſſi cum camelis, jumentis & pecoribus, regiones Muſal ܡܘܨܠ, Beth-Garme ܒܝܬ ܓܪܡܝ, Hezæ ܚܙܐ, Margæ ܡܪܓܐ, Caniſapor ܟܢܝܫܒܘܪ, Reſæ ܪܫܐ, Cochæ 1 ܟܘܟܐ, & Salachæ ܨܠܚ occuparunt.

Anno 1084. obiit Paulus Epiſcopus Tagrit, Zachæus Charmæ, & Jonas Neardæ: quorum in locum nemo ſuffectus fuit, dum Georgius Patriarcha in vinculis detineretur: Davidem enim pro legitimo Patriarcha haud agnoſcebant. Chriſti 773

Eodem anno Abdallas Hieroſolymis Bagdadum reverſus, pro Abbaſo quidem Moyſen Muſaabi vicarium ſuum in tota Meſopotamia conſtituit; Akulæ vero caſtro incolarum ſumptibus muros fieri juſſit; Patricio autem Armeniæ majoris duce fraude interempto, incredibiles ejus opes, in theſaurum regium intulit. Eò denique avaritiæ ac impietatis homines devenerunt, ut ſpe auri ſepulcra per totam Meſopotamiam effoderent.

Anno 1085. Fames per totam Meſopotamiam graſſatur, adeò ut Chriſtiani carnibus quadrageſimali tempore veſci coacti fuerint. Famem ſubſequuta eſt peſtis, quæ majorem ejus regionis incolarum partem abſumpſit. Tanta autem fuit Moyſis Muſaabi ejuſque Præfectorum in Chriſtianos crudelitas, ut vel in monachos, Incluſos, & Stylitas ſævierint Chriſti 774.

NOTA.

1 *Cochæ*. An eadèm ſit cum ܟܘܟܐ *Coche* caſtro Seleuciæ & Cteſiphonti conjuncto, ubi Patriarcharum Chaldæorum Sedes fuiſſe dicitur in eorum Pontificali, non liquet. Puto diverſam eſſe, nam diverſis elementis ſcribitur: hæc enim ܟܘܟ *Kuk*, illa verò ܟܘܟܐ *Cuche* appellatur. Hinc ܟܘܟܝܐ *Kukoje*, ideſt, *viri ex Kuk oriundi*, quales fuiſſe auctores cantuum quorumdam apud Syros ex Barhebræo notavi tom. 1. pag. 121. & 166. veroſimilius eſt, quàm etymon ibi allatum. De Coche verò apud Seleuciam vide Cellarium in Notitia orbis antiqui tom. 2. pag. 721. & 752.

rint, ſuiſque è locis extractos in vincula conjecerint, quum tributo ſolvendo non eſſent. Theophanes ad annum Conſtantini 17. *Hoc anno*, inquit, *Abdelas impoſita Chriſtianis tributa auxit: adeò ut omnes ſive monachi, ſive Incluſi, ſive Columnicolæ Deo ſua vita placiti vectigales deſcriberentur.*

Chriſti 775. Anno 1086. Abdallas Arabum Rex periit, eique ſucceſſit Mahadius ejus filius. Eadem Theophanes ad annum Incarn. ſecundùm Alexandrinos 767. Erat hic Abdallas alterius Abdallæ Arabum Regis frater, quem anno Hegiræ 136. Chriſti 754. obiiſſe ſuprà notavi: pleno autem nomine appellabatur عبد الله بن محمد بن علي بن عبد الله بن العباس *Abdallas filius Mohammad, filii Ali, filii Abdallæ, filii Abbaſi*; cognomine verò المنصور ابو جعفر *Al-Manſores Abu-Giaaphar*. Quod ideò notavi, quia Pagius ad annum Chriſti 775. Almanſorem aliquando *Abdallam* nuncupatum fuiſſe negat, inquiens: *At licet verum ſit, Almanſorem Bagdadenſium Saracenorum Chalipham diù regnaſſe, ab anno nempe Chriſti 754. ad præſentem (775.) & Chriſtianos ſummoperè vexaſſe; falſum tamen eum* Abdelam *aliquando nuncupatum fuiſſe, & Septembri menſe interiiſſe, ut liquet ex Elmacino lib. Hiſt. Sarac. & ex Abulpharagio in Hiſtoria Dynaſtiarum.* Eſto enim, Abulpharagium & Elmacinum ſolo eum *Almanſoris* cognomine appellaſſe; At Ebnarrahebus Chronici Orientalis Auctor pag. 72. *Abdallam* disertè nuncupat, licet ibi pro Almanſore *filius Manſuri* perperàm dicatur.

Hucuſque Dionyſius, cujus Chronicon, ut initio dixi, in fine mutilum eſt.

# CAPUT XVII.

## *Cyriacus Patriarcha Jacobitarum.*

DIONYSIO Cyriacum ſubjicio, virum ætate quidem eo priorem, ſed cujus mentionem inter Arabes Scriptores facere decreveram, quum Arabicam dumtaxat ejus epiſtolam hucuſque vidiſſem. Verùm Catalogum Syriacarum Anaphorarum evolventi, quem Schultingius tom. 3. publicavit, occurrit vigeſimo ſexto loco nomen Cyriaci Patriarchæ, utique hujus, qui Dionyſii prædeceſſor fuit: nam præter eum nemo alius hoc nomine in ſerie eorum Patriarcharum recenſetur. Prætereà Bar-hebræus in ſuo nomocanone Cyriacum inter antiquos Canoniſtas Syros refert, quos Syro ſermone id genus opera, ac præſertim Liturgiam ſcripſiſſe, certum eſt: atque adeò epiſtolam quoque ejus, de qua mox ſermo erit, Syriacè primùm conſcriptam puto, quæ poſtmodum in Copticum ſermonem, ac demum in Arabicum operâ Ebn-Regia Collectoris libri inſcripti *Fides Patrum*, tranſlata eſt.

I. Cyriacus Jacobitarum Patriarcha præfati Dionyſii prædeceſſor.

II. Ejus ætas.

Fuit autem Cyriacus ſeptuageſimus quartus Jacobitarum Patriarcha, teſte Barſalibæo in libro adverſùs hæreſes cap. 54. Eam verò ſectam regebat circa annum Chriſti 790. Extat enim in laudato Codice Arabico Clemen. Vat. 23. qui *Fides Patrum* inſcribitur, fol. 240. directa ad eum *Epiſtola Synodica Joannis quadrageſimi octavi Alexandrini Coptorum Patriarchæ*, qui ab anno Martyrum 478. ad annum eorundem 502. hoc eſt, ab anno Chriſti 762. ad annum 786. ſub Abdalla Abugiaafar Almanſore & Mohammad Mahadio ejus filio Arabum Regibus Alexandrinæ Eccleſiæ præfuit, ut in Chro-

Chronico Orientali pag. 128.

III. Epiſtola Synodica. Exſtat Arabicè ejus *epiſtola Synodica* de Fide in Trinitatem & Incarnationem, *ad Marcum Patriarcham Alexandrinum, præfati Joannis ſucceſſorem*, cujus initium in laudato Codice fol. 247. نحن ثابتين ونـنـادى بالاقرار بـالـثـالوت المقدس الخ *Conſtantes ſumus, & prædicamus confeſſionem ſanctiſſimæ Trinitatis &c.* ubi ſententiam ſuam, ſeù potiùs Jacobitarum hæreſim circa naturas Chriſti & voluntates prodit his verbis fol. 250. وهو كو فعل واحد ومشية واحدة من غير اختلاط ولا امتزاج ولا افتراق الى طبيعتين ولا اقنوميين : *Habetque unam operationem & unam voluntatem abſque commiſtione, & abſque confuſione, aut diviſione in duas naturas, vel in duas perſonas.* Chriſti enim unam eſſe *perſonam compoſitam* affirmat, & *unam naturam incarnatam* اقنوم واحد مركب وطبيعة واحدة متجسدة ; Severi Antiocheni & Theodoſii Alexandrini errores ſequutus, quos diſertè laudat fol. 253. Phantaſiaſtas verò, Manichæos, Neſtorianos, & Chalcedonenſes refellens, unam fuiſſe oſtendit Coptorum Syrorumque Jacobitarum fidem à Severi temporibus ad eam uſque diem, ut colligitur etiam ex epiſtolis Synodicis utriuſque gentis Præſulum, quæ in citato Codice referuntur. Demùm ut Theopaſchitarum inſaniam à gente ſua procul abeſſe demonſtret, ſubjungit; ولاجل ان الجسد هو من طبيعتنا فهو قابل الالام مثلنا وصبر بالحقيقة على الالام التى قبلها فى جسده من اجلنا اعنى كلمة الله ولم يقترب شيا منها الى لاهوته . لا يكون هذا جيدا . لانه كيف يكون الذى يبطل كل الالم وموت رهبة منه يخضع للموت . وانما ضبط الالام فى جسده فقط الذى هو متحد باللاهوت وهو جسد الكلمة كما قلنا . *Quoniam verò ex natura noſtra corpus eſt, ipſum paſſiones, inſtar noſtri, ſuſcepit, & ſuſceptas verò in corpore ſuo paſſiones ſuſtinuit pro nobis Verbum Dei, quin aliquid horum Divinitatem affecerit. Abſit hoc: quomodo enim qui paſſiones omnes & mortem ipſam deſtruxit, morti ſuccumbat? ſed paſſiones in corpore ſuo dumtaxat aſſumpſit, quod eſt divinitati conjunctum, eſtque corpus Verbi, ut diximus.* In eandem ſententiam tùm Alexandrini, tùm Antiocheni Jacobitarum Patriarchæ in præfato Codice loquuntur.

IV. Canones. *Canones* Citantur à Bar-hebræo in Nomocanone, ut ſuprà notavi pag. 90.

V. Liturgia. *Liturgia*, cujus meminit Cornelius Schultingius tom. 3. p. 106. num. 26. ex fide Ignatii Jacobitarum Patriarchæ in hæc verba: *Cyriaci Patriarchæ Antiocheni, Chaldaicè compoſita in civitate nomine Teent, anno à nativitate Domini* 58. fortaſsè, 758. nam in eo Anaphorarum Catalogo plurima hujuſmodi menda occurrunt.

Dionyſius Barſalibæus in expoſitione Liturgiæ Syrorum Cod. ms. Ecchell. 36. cap. 12. *Cyriaci Patriarchæ* teſtimonio confirmat, Chriſtum Dominum in ſacra Cœna corpus ſuum & Sanguinem ſumpſiſſe.

ܩܘܪܝܩܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܒܪܟܐܦܐ ܕܐܟܠ ܦܓܪܗ ܘܐܫܬܝ ܕܡܗ ܡܠܦܝܢ :

*Cyriacus Patriarcha*, inquit, *& Barcepha docent, eum corpus ſuum manducaſſe, & ſanguinem bibiſſe.* Non tamen Opus indicat, in quo hanc Cyriacus ſententiam tradit. Fortaſse in expoſitione Miſſæ, aut Commentar. in Evangelia, quales lucubrationes Syris Epiſcopis familiares fuere.

CA-

# CAPUT XVIII.

## *Joannes Epiſcopus Daræ.*

I. De ætate Joannis Darenſis varia Auctorum judicia.

DE Joannis ætate variant Scriptores. Abraham Ecchellenſis Not. in Hebedjeſu pag. 132. eum ſæculo quarto vixiſſe ſcribit. Naironus in Evopl. par. 2. pagina 115. inter quintum & ſextum ſæculum floruiſſe contendit. Joannes Morinus Not. in Syrorum Ordin. num. 22. pag. 422. ad ſæculum ſeptimum rejicit, & poſt annum Chriſti 692. ſcripſiſſe affirmat. Gulielmus denique Cave in hiſt. liter. to. 2. pag. 131. inter ſextum & ſeptimum ſæculum collocat.

II. Inter octavum & nonum ſæculum floruit.

Verùm nec cum ante annum Chriſti 700. floruiſſe, nec ultra annum 850. ætatem ejus extendi poſſe, duobus maximè argumentis oſtenditur. Primum, quia is Philoxenum Hierapolitanum, Severum Antiochenum, Jacobum Sarugenſem, Joannem Philoponum, & Hagarenos in opere ſuo nominat, quinti nimirùm, ſexti, & ſeptimi ſæculi homines, quorum Philoponus, ſi Abulpharagii hiſtoriæ Dynaſtiarum credendum, in vivis erat, quum Amrus ſub Omaro Saracenorum Rege anno Hegiræ 21. Chriſti 641. Alexandriam expugnavit. Alterum, quia ejus opera in vetuſtiſſimo Codice membranaceo deſcripta habemus, quem Moſes Niſibenus, Abbas Scetenſis, pro cœnobio ſuo ſe comparaſſe teſtatur anno Chriſti 932. ut ex ſequenti adnotatione Codici præfixa colligitur.

ܠܐܝܩܪܐ ܘܠܫܘܒܚܐ ܘܠܡܪܘܡܡܐ ܕܕܝܪܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܕܣܘܪܝܝܐ
ܕܒܡܕܒܪܐ ܕܐܣܩܝܛܝܣ ܐܝܬܝܗ̇ ܩܢܐ
ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܥܡ ܐܚܪܢܐ ܣܓܝܐܐ
ܕܗܢܘܢ ܡܐܬܝܢ ܘܚܡܫܝܢ ܡܘܫܐ ܚܛܝܐ
ܘܡܣܟܢܐ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܙܒܢ ܣܘܓܐܗܘܢ
ܘܐܢܫܝܢ ܡܢܗܘܢ ܒܡܘܗܒܬܐ ܡܢ ܐܢܫܝܢ
ܟܕ ܐܙܠ ܠܒܓܕܕ ܡܛܠ ܨܒܘ̈ܬܐ ܗ̇ܘ
ܡܕܒܪܐ ܩܕܝܫܐ ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܕܒܗ. ܘܐܠܗܐ
ܗܘ ܕܡܛܠ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܫܡܗ
ܘܡܛܠ ܝܘܬܪܢܐ ܕܩܪ̈ܝܢܐ ܒܗܘܢ
ܣܝܒܪ ܥܡܠܐ ܗܢܐ ܢܚܘܣ ܥܠܘܗܝ
ܘܥܠ ܥܢܝ̈ܕܘܗܝ ܘܥܠ ܟܠ ܐܝܠܝܢ
ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܡܢܬܐ ܒܗܘܢ ܘܢܦܪܘܥ ܐܢܘܢ
ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܘܠܐ ܫܠܝܛ ܠܐܢܫ
ܡܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܒܚܝܐ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ
ܐܢܫ ܠܟܠܗܘܢ ܐܘ ܠܚܕ ܡܢܗܘܢ ܕܢܓܢܘܒ
ܐܘ ܢܓܢܘܒ ܐܘ ܢܦܣܘܩ ܐܘ ܢܥܒܕ
ܠܐܢܫ ܘܠܐ ܢܬܠ ܐܢܘܢ ܡܢ ܗܘܐ ܕܝܪܐ.
ܗܘ ܕܡܩܪܝܢ ܒܟܬܒܐ: ܫܪܝܪܐ ܢܗܘܐ
ܠܟܠܗܘܢ. ܫܠܡ ܥܠ ܢܦܫܝ ܕܡܘܫܐ.
ܗܘܐ ܕܝܢ ܡܬܐܬܝܬܗܘܢ ܕܟܬܒ̈ܐ ܗܠܝܢ
ܟܕ ܕܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܕܐܬܬܐ ܡܢ
ܠܟܠܗ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܫܢܝܢ ܫܢܬ ܐܠܦ
ܘܡܐܬܝܢ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܠܬ ܕܝܘܢܝܐ:

*In honorem, & decus, & exaltationem monaſterii ſanctæ Deiparæ Syrorum, quod in Scetenſi deſerto ſitum eſt, ſtudioſè comparavit librum hunc unàcum aliis plurimis, videlicet bis centum & quinquaginta, humilis ac peccator Moyſes Archimandrita, qui pleroſque emit, & quoſdam dono ſibi oblatos accepit à nonnullis, quum in urbem Bagdadum pro negotiis hujus ſacri deſerti, & monachorum ibidem commorantium profectus eſt. Deus, cujus nominis pro gloria, & propter legentium in eis utilitatem,* laborem hujuſmodi ſuſcepit, *parcat ipſi, & defunctis ſuis, & omnibus, qui partem in ipſis habent, & retribuat eis in regno cœlorum. Nulli autem hominum fas eſto per vivum Dei verbum, quem-*

*quemquam ex iis quoquomodo ſibi arrogare, & in ſuum jus convertere, aut adnotationem hanc delere, vel expungere, aut abradere, aut eos cuipiam teſtamento legare, aut ex hoc cœnobio extrahere. Qui ſecus auſus fuerit, anathema ſit. Parce animæ tuæ miſer. Accidit autem eorum adventus in hoc cœnobium unàcum prædicto Moyſe Archimandrita ſexto poſt anno, nimirùm anno Græcorum milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio*, Chriſti 932. Codex iſte pertinuit olim ad cl. Abrahamum Ecchellenſem, cujus mentionem is facit tùm in Notis ad Catalogum Hebedjeſu pag. cit. tùm in Indice Auctorum, quorum teſtimonio uſus fuit in ſuo Eutychio vindicato: nunc verò in Bibliotheca Vaticana ſervatur inter Codices Ecchellenſes num. 16. qui quum ante annum Chriſti 932. ſcriptus fuerit, Auctorem octavo in nonum vergente ſæculo clarniſſe, neceſſe eſt. Certè eum anno Chriſti 725. Liturgiam edidiſſe, obſervat Auctor Catalogi Liturgiarum apud Schultingium loco infrà citando.

III. De Urbis Daræ conditu, & primis Epiſcopis.

Ad Daram quod ſpectat, cui Joannes Epiſcopus præfuit, ejus ſitum deſcribit Procopius lib. 1. de bello Perſico cap. 10. *Diſtat Niſibi*, inquit, *ſtadiis centum minus duobus, à limite autem utriuſque Imperii circiter triginta ſeptem*. Quo verò tempore ex vico urbs facta ſit, ibidem narrat Procopius, & Evagrius lib. 3. cap. 37. Anno nimirùm Anaſtaſii Imp. 17. Chriſti 507. ut notat Theophanes. Id factum anno ante, ſcribunt Auctores Syri, Joſue Stylites, Dionyſius Patriarcha, & Zacharias Melitenenſis: qui addit, primum Daræ Epiſcopum à Thoma Amidenſi ordinatum fuiſſe Eutychianum: deinde Thomam Abdiæ filium, quem ait Juſtini juſſu, quod Synodum Chalcedonenſem recipere noluiſſet, in exilium pulſum, obiiſſe anno Chriſti 540. quo Dara à Choſroe Perſarum Rege expugnata, teſte Evagrio lib. 5. cap. 10. mox ſub Mauricio Imp. à Romanis recepta, eodem Evagrio teſte lib. 6. cap. 19. demùm in Saracenorum poteſtatem venit anno Græcorum 952. Chriſti 641. ut ex Dionyſii Chronico retuli pag. 103. Tùm verò immutato per Jacobitas Eccleſiaſticæ politiæ ordine, Darenſis Sedes ab Amidenſis Metropolitæ juriſdictione exempta fuit, imo in Archiepiſcopalem erecta, ut ex vetuſtiſſimo Codice noſtro liquet, ubi Joannes *Metropolita Daræ* ubique appellatur. Primus autem poſt occupatam à Saracenis urbem Epiſcopus in Dionyſii Chronico occurrit David ad annum Chriſti 755. quem poſteà contra Georgium in Patriarcham anno 775. electum fuiſſe, idem Dionyſius affirmat.

IV. Scripta Joannis Darenſis.

Scripta Joannis, quæ in laudato Codice exſtant, hæc ſunt.

1. Libri IV. de reſurrectione corporum.

*De Reſurrectione corporum libri IV.*

ܥܠ ܡܢܝܢܐ ܘܦܢܝܐ ܕܩܝܡܬܐ ܕܦܓܪܐ

quorum primus continet capita 11. alter capita 15. tertius capita 8. & quartus capita 24. Proponit autem Joannes primo loco, rejicitque eorum errorem, qui negant reſurrectionem, videlicet, Ethnicorum, Simonis Magi, Bardeſanis, Manetis, Marcionis, Mænandri, Carpocratis, Magorum, Valentini, Tatiani, Samaritanorum, Nicolai Diaconi, Joannis Philoponi, Origenis & Sadducæorum. Deinde probat veram fore corporum reſurrectionem, reſpondetque ad objectiones, quæ contra adducuntur: mox qualitatem reſurrectionis deſcribit: quomodo videlicet corpora reſurgent, quibus membris, qua menſura, & alia hujuſmodi: denique agit de iis, quæ reſurrectionem conſequcuntur: nimirùm, de Judicio extremo, de Paradiſo, & Inferno, deque horum perpetuitate: ubi millenariorum objecta ſolvit, & voluptuoſum Hagarenorum Paradiſum deridet. Hos verò Auctores citat: Lib. 1. cap. 6. 7. 8. *Jacobum Sarugenſem* Homil. de conſummatione ſæculi, cujus initium: ܥܡ ܝܘܠܦܢܐ *cum doctrina*. Lib. 2. cap.

cap. 10. *Severum Antiochenum* epiſt. ad Solonem Seleuciæ in Iſauria Epiſcopum; cap. 13. eundem epiſt. ad Cæſarium: cap. 14. *Philoxenum Mabugenſem* Commentar. in Evangel. Matthæi, Lib. 4. cap. 1. *Methodium* Orat. de reſurrectione, & adversùs Origenem: cap. 4. *Severum* epiſt. ad Anaſtaſiam Diaconiſſam: cap. 9. *Jacobum Surugenſem* Homil. de conſummatione, cujus initium,

ܐܬܥܝܪ ܒܝ ܡܪܝ

*Excita in me Domine*: & Homil. de ſepulcro Moyſis, quæ incipit,

ܐܝܬܝܐ ܟܣܝܐ *Ens abſconditum*.

Cap. 15. *Ephræm Syri & Jacobi Sarugenſis Hymnos*, in quibus de Sanctorum ſtatu in futuro ſæculo. Cap. 21. *Diodorum Tarſenſem* in libro de œconomia ܕܥܠܡܐ ܘܡܦܪܢܣܢܘܬܐ: ubi eum aſſerit, Paradiſo & Gehennæ finem imponere: idem affirmari ait in Libro, ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܘܐܪ̈ܙܘܗܝ ܕܕܢܟܠܗ ܠܐ ܐܠܗܘܬܗ ܚܙܝܢܐܝܬ: ܡܢ ܐܝܬܝܐ ܕ ܠܐ ܐܝܬ ܚܪܬܐ ܠܡܫܟܚܘ.

*qui Hierotheo inſcribitur, quum ejus reverà non ſit, ſed à quopiam ſub ejus nomine confictus.*

*Liber primus de cœleſti Hierarchia, ubi verba Sancti Dionyſii in Tractatu de Angelica Hierarchia illuſtrantur.*

Libri II. de cœleſti & Eccleſiaſtica Hierarchia.

ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܫܡܝܢܝܬܐ. ܩܕܡܝܐ ܕܡܢ ܐܦ ܠܡܠܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܒܗ ܒܡܐܡܪܐ ܕܪ̈ܫܢܘܬܐ

ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܡܠܐܟܝܬܐ:

Dividitur in capita 16. In primo agit de divina bonitate. 2. quomodo, & qua in re ex bono participant. 3. quodnam ſit ſummum bonum. 4. cur omnes Angeli appellantur virtutes cœleſtes. 5. cur omnes ſubſtantiæ cœleſtes in Scripturis Angeli dicuntur. 6. de prima, media, & infima cœleſtium ſubſtantiarum Hierarchia. 7. unde cœleſtium virtutum nomina derivantur: ubi de Seraphim, Cherubim & Thronis: *de quibus vide apud Morinum de Ordinationibus Syrorum*. 8. De Dominationibus, Virtutibus, & Poteſtatibus. 9. de Principatibus, Archangelis, & Angelis. 10. quomodo ordinatæ ſunt ſuperiores Eccleſiæ, & quomodo ordines diviſi. 11. cur omnes ſubſtantiæ cœleſtes dicuntur virtutes cœlorum, quum hæ non infimi ſint ordinis, ſed ſecundi in ſecunda Hierarchia. 12. cur Epiſcopus apud nos Angelus dicitur, quum ſuperiorum ordinum nomine appellari Angeli nequeant. 13. Si is inter Spiritus beatos ordo ſervatur, ut ſuperior inferiorem immediatum illuminet, cur unus de Seraphim Iſaiam prophetam illuminaſſe dicitur. 14. quid ſibi vult numerus Angelorum, quem nobis Scriptura tradit. 15. quod etſi cunctos divina bonitas diverſimodè illuminet, hæc tamen non modo ſimplex eſt & una; verùm etiam eos, qui illuminantur, in unum copulat: ubi adducitur à Joanne teſtimonium

ܘܦܠܝܟܣ ܒܪܫܐ ܫܒܝܥܝܐ ܕܟܬܒܐ ܕܪ̈ܢܝܐ *Felicis* [1] *ex capite ſeptimo libri opinionum*: quibus verbis quem Fe-

## NOTA.

1 *Felicis*. Fragmentum, quod à Darenſi citatur integrum accipe. ܡܢ ܦܣܩܐ ܐܬܠܝܘܢ ܦܘܠܚܢܐ ܕܪܘܚܐ: ܡܫܡܫܝܢ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܡܢ ܚܝ̈ܠܘܬܐ ܘܡܕܒܪܢܘܬܐ ܘܫܘܠܛܢܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܕܐܚܝܕܝܢ ܒܗܘܢ ܡܫܡܫܢܐ. ܘܠܐ ܡܫܡܫܝܢ ܕܐܦܪܝܢ ܒܫܡܝܐ ܐܘ ܠܫܡܝܐ ܕܐܝܬܝܗ ܡܢ ܒܬܪܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܚܝܠܐ: ܡܫܡܫܝܢ ܡܫܡܫܢܘܬܗܘܢ ܡܢ ܟܠ ܡܢ. ܘܐܦ ܠܐ ܟܠ ܘܐܢܐ ܐܠܗܝܢ ܦܘܪܫܢܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܗܘܢ: ܘܐܦ ܠܐ ܟܠ

ܡܫܡܫܢܐ

Felicem intelligat Darenſis, incompertum, 16. quibus modis divina Scriptura Angelos depingit, nimirùm per ignem, per animalia &c.

*Liber ſecundus de Eccleſiaſtica Hierarchia in Sanctum Dionyſium.*

ܡܐܡܪܐ ܕܬܪܝܢ ܕܐܬܡܥܒܕ ܦܘܫܩܐ
ܠܘܩܒܠ ܬܘܪܓܡܐ ܕܡܠܠ ܕܩܕܝܫܐ
ܕܡܛܘܒܐ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܐܪܝܘܦܓܝܐ
ܘܥܡܗ ܡܛܠ ܟܗܢܘܬܐ ܥܕܬܢܝܬܐ :

Complectitur capita quinque: 1. de Baptiſmo. 2. de Euchariſtia, & ſacra Anaphora, ſeù Liturgia. 3. de Chriſmate. 4. de Sacerdotio, hoc eſt, de Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis. 5. de Monachis.

3. Libri IV. de Sacerdotio.

*De Sacerdotio Libri quatuor:*

ܡܐܡܪܐ ܐܪܒܥܐ ܕܥܠ ܟܗܢܘܬܐ.

Primus Liber contin[et] cap. octo. 1. de muneribus divinis, & de ſummo Sacerdotio cœleſti, ac terreſtri. 2. quod Sacramenta debito honore colenda ſint, nec omnibus patefacienda. 3. Quid ſit ſummum Sacerdotium. 4. quæ ſit ſubſtantia ſummi Sacerdotii noſtri. 5. unde initium ſummi Sacerdotii. 6. quæ ſit communis totius ſummi Sacerdotii perfectio. 7. quis effectus ſummi Sacerdotii, & à quo collatum. 8. quæ communia, & quæ propria ſummi Sacerdotii noſtri, & Angelorum.

Liber ſecundus dividitur in capita duodeviginti. 1. quid ſit Sacerdotium, & unde hoc nomen derivatum. 2. quid ſignificat hoc nomen ܟܗܢܘܬܐ *Sacerdotium*. 3. unde initium, & unde originem traxit Sacerdotium. 4. quomodo Sacerdotium ſucceſſive deductum. 5. quam ob cauſam traditum Sacerdotium. 6. quibus, & pro quibus traditum Eccleſiaſticum Sacerdotium. 7. diviſio Sacerdotii in cœleſte, legale, & Eccleſiaſticum. 8. quæ ſit ſubſtantia, quæ virtus, & quæ operatio uniuſcujuſque. 9. Sacerdotii noſtri diviſio ܠܡܥܒܕܢܐ ܡܟܗܢܢܐ ܘܡܬܟܗܢܢܐ ܘܡܬܟܗܢܢܐ *in efficientem*, hoc eſt, Deum, *in effectum* Sacerdotii, & *in eum*, *in quem influit*, hoc eſt, in ſubjectum Sacerdotii. 10. quis & quotuplex effectus Sacerdotii, 11. quæ

ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܡܫܡܠܝܐ . ܘܙܢܝܐ ܫܢܝܢ ܠܘܬ ܚܕ ܡܢ ܚܒܪܗܘܢ
ܘܡܫܐ ܐܝܟܢ ، ܐܦܠܐ ܠܚܘܫܒܗܘܢ ܐܦܠܐ ܘܡܠܬܐ ܘܡܠܠܐ
ܘܦܪܘܫܘܬܐ ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܠܐ ܕܝܢ ܘܐܣܛܟܣܐ ܕܫܡܝܐ
ܘܫܘܚܠܦܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܟܠܗܝܢ ܕܡܫܡܫܝܢ ܘܦܪܨܘܦܐ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ .
ܘܐܦܐ ܕܝܢ ܠܟܠܗܘܢ ܠܐ ܡܫܚܠܦܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܣܛܪܐ ܘܓܦܝܢ
ܘܦܪܨܘܦܐ ܘܕܡܘܬܐ ܘܕܡܘܬܗܘܢ . ܓܠܓܠܐ ܡܪܟܒܬܐ ܘܐܦ
ܡܫܒܚܢܐ ܦܘܡܐ ܡܪܟܒܘܬܐ ܩܥܝܢܐ ܘܐܝܟ ܕܟܠܗܘܢ
ܚܙܝܢ ܒܟܠܗ ܩܢܘܡܐ . ܐܘ ܒܟܠܗ ܩܢܘܡܐ ܕܟܠܚܕ
ܡܢܗܘܢ : ܐܝܟܢܐ ܠܐ ܡܬܚܠܛܢ ܡܫܡܫܢܘܬܐ . ܐܘ ܒܢܝ
ܪܓܫܐ : ܗܘ ܠܝܬ ܪܘܟܒܐ . ܐܘ ܒܐܘܪܫܠܡ ܕܫܡܝܐ
ܒܠܚܘܕ ܥܡܪܝܢ ؛ ܠܡܢܐ ܡܕܝܢܬܐ ܠܩܢܘܡܐ ܦܫܝܛܐ
ܘܐܢ ܒܕܘܟܝܬܐ ܐܚܪܢܝܬܐ . ܐܘ ܒܐܬܪܘܬܐ ܐܚܪܢܝܬܐ ܡܬܬܘܬܒܝܢ :
ܐܝܢܐ ܦܘܠܓܐ ܕܬܚܘܡܝܗܘܢ .

*Quum plures ſint ſpiritualium* (Angelorum) *ordines, gradibus, & locis, & facultatibus, & diverſis miniſterii quod per ipſos perficitur, modis abinvicem differunt: nec poſſumus mente comprehendere, aut verbis exponere, quomodo quum ſpirituales omnes ſint, eorum tamen perſonæ abinvicem differant: & utrum ſit, & quale nominum eorum diſcrimen, & an in differentia miniſterii conſiſtat: & qua ratione quum omnes ſpirituales ſint, faciem tamen habent, & latera, & alas, & vultus, quorum alter ab altero ſit diſſimilis, & ſpecies rotarum, & juncturam currus, & linguas glorificantes & ora clamantia: & quomodo quum omnes compoſitione careant, vident tamen, & audiunt, & guſtant, & olfaciunt, & ambulant. An per partes & ſenſus hæ operationes intelligendæ ſunt, aut unaquæque earum in tota perſona? Si in tota perſona unaquæque earum, quomodo non confunduntur operationes? Sin autem per ſenſus, ibi nulla compoſitio. Si in cæleſti Hieruſalem dumtaxat habitant, quorſum civitas pro perſonis, quæ compoſitionis expertes ſunt? Sin autem in aliis locis commorantur, quænam eſt eorum finium diviſio?* Hæc Felicis de ſubſtantiis ſpiritualibus quæſita indicant Auctorem poſt illud ſæculum ſcripſiſſe, quo Dionyſii opus de cœleſti Hierarchia à viris doctis citari cœpit: nimirùm quinto ſæculo.

11. quæ ſit perfectio operationis Sacerdotii. 12. de magnitudine, præſtantia, & ſublimitate Sacerdotii Eccleſiaſtici. 13. Item de magnitudine Sacerdotii. 14. quod Sacerdotii decus ex varietate munerum ejus deprehenditur. 15. de præſtantia Sacerdotii. 16. de ſublimitate Sacerdotii: & quodnam præſtantius ac ſublimius ſit, Sacerdotium, an Regnum, an Prophetia. 17. quibus in rebus Melchiſedech figuram Domini geſſit. 18. de impoſitione manus Sacerdotii.

Liber tertius duobus capitibus abſolvitur. 1. Reſponſio ad objectiones Judæorum adverſus ſacerdotium noſtrum. 2. oſtenditur præſtantia ſacerdotii noſtri, & quare legali dimiſſo, hoc noſtrum ſubſtitutum fuit.

Liber quartus eſt mutilus in fine. Capita verò quæ ſuperſunt, hæc ſunt. 1. Præfatio de Sacerdotio. 2. De Primatu. Ubi tamen nihil de Patriarchis, ſed ſolum de Epiſcopo, Preſbytero, & Diacono. 3. Canones Pauli de Presbyteris & Diaconis. 4. Verba Apoſtoli ad Timotheum & ad Titum exponuntur: & primùm de nomine Epiſcopi, & Presbyteri. 5. Quibus moribus præditus eſſe debeat hominum Paſtor, caput, & rector. 6. Quare hæc in Paſtore requiruntur. 7. De matrimonio Sacerdotum: ubi expendit ea Pauli verba, *unius uxoris vir*: & primo quidem rejicit errorem quorumdam, qui ea contra mentem Apoſtoli & contra Eccleſiæ conſuetudinem interpretati ſunt. Deinde verum eorum ſenſum exponens, inquit:

ܐܠܐ ܒܠܚܘܕ ܗܘ ܕܗܘ ܕܗܘܐ ܟܗܢܐ
ܕܚܕܐ ܐܢܬܬܐ ܢܣܒ ܗܘ ܘܠܐ ܬܪܬܝܢ
ܐܢܬܬܐ ܡܢ ܕܐܬܟܗܢ. ܘܡܢ ܩܕܡ
ܬܘܪܣܐ ܚܕܐ ܐܢܬܬܐ ܢܣܒ ܘܡܢ ܒܬܪ ܡܘܬܗ
ܠܐ ܢܣܒ ܐܚܪܬܐ:

*Sed conſtat id per ea verba*, unius uxoris vir, *Paulum intellexiſſe, quod ſcilicet uxorem non ducat poſtquam ad ſacerdotium promotus eſt: & quod ante ordinationem unam duxerit, & poſt ejus mortem alteram non ducat*. Rationem reddit: ܐܝܟܢܐ ܕܢܗܘܐ ܦܪܝܫ
ܘܡܥܠܝ ܕܘܒܪܗ ܡܢ ܕܟܠܗܘܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܡܘܫܐ
ܡܢ ܕܐܬܩܪܝ ܡܢ ܐܠܗܐ ܩܕܫ ܢܦܫܗ
ܘܦܪܫ ܡܢ ܐܢܬܬܐ: ܘܠܥܡܐ
ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܟܕ ܥܬܝܕܝܢ ܗܘܘ ܠܡܩܪܒ
ܠܘܬ ܡܪܝܐ ܦܩܕ ܕܢܬܩܕܫܘܢ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܘܠܐ
ܢܬܩܪܒܘܢ ܠܢܫܐ ܐܠܐ ܢܬܦܪܫܘܢ:
ܣܓܝ ܟܡܐ ܐܘܟܝܬ ܗܘܐ ܠܟܗܢܐ ܕܥܕܬܐ.
ܐܢ ܦܛܪܘܣ ܘܫܪܟܐ ܕܫܠܝܚܐ ܡܢ ܕܐܬܠܡܝܕܘ
ܠܡܪܢ ܠܐ ܐܬܚܫܚܘ ܠܢܫܐ: ܟܡܐ ܐܘܟܝܬ ܠܟܗܢܐ
ܕܢܬܦܪܫܘܢ ܡܢ ܢܩܝܦܘܬܐ ܗܘܠܢܝܬܐ
ܘܠܐܠܗܐ ܒܠܚܘܕ ܢܬܢܩܦܘܢ.

*Ut ſcilicet ejus* (hoc eſt, Sacerdotis) *converſatio diſtincta ſit & ſublimior, quàm cæterorum. Si enim Moyſes poſtquam à Deo vocatus fuit, ſeipſum ſanctificavit, & ab uxore ſeparavit: & populo Iſrael quum ad Dominum acceſſurus eſſet, præceptum fuit, ut per triduum ſanctificaretur & ab uxoribus abſtineret: quanto magis ab Eccleſiæ Sacerdotibus id obſervandum eſt? & ſi Petrus ac reliqui Apoſtoli, qui uxores habebant, poſtquam Dominum ſequuti ſunt, non amplius uxoribus uſi fuere; quàm decet Sacerdotes ab omni materiali copula abſtinere, & ſoli Deo adhærere?* 8. Quod non debeant Sacerdotes eſſe percuſſores. 9. Quod non debeant eſſe pecuniæ cupidi. 10. Quod debeat Sacerdos docere, & de ſermone doctrinæ fidei ſollicitus eſſe, ut poſſit conſolari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere.

Ex his Joannis Darenſis de Sacerdotio libris integra capita triginta duo totidem verbis leguntur in Tractatu, quem ſub nomine Joannis Maronis propria manu deſcripſit

Abra-

Abraham Ecchellenſis. Ea autem Darenſis, non Maronis genuinum opus eſſe, antiquitas Codicis noſtri ſatis probat.

4. Anaphora. Ejuſdem Darenſis *Anaphoram* laudat Auctor Catalogi Liturgiarum apud Schultingium tom. 3. pag. 106. num. 29. his verbis: *Joannis Epiſcopi Daranenſis Chaldaicè compoſita anno à Nativitate Domini ſeptingenteſimo vigeſimo quinto.*

# CAPUT XIX.

## *Philoxenus Epiſcopus Bagdadenſis.*

1. Philoxeni ætas. PHILOXENUS Bagdadi in Aſſyria Epiſcopus claruit ineunte ſæculo nono, ut ex ejus dignitate, Epiſcopi ſcilicet Bagdadenſis, rectè colligit Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 408. nam Bagdadum ab Almanſore Abugiafar Abdalla Arabum Rege conditum fuit anno Hegiræ 145. Chriſti 762. ut refert Elmacinus lib. 2. Hiſtor. Sarac. cap. 3. his verbis: *Anno* (Hegiræ) *centeſimo quadrageſimo quinto juſſit Almanſor ædificari civitatem Bagdadum: eamque fundavit eo tempore, quod unanimi conſenſu elegerant Aſtrologi. Dicitur autem fuiſſe pratum viride, in quo tugurium erat Eremitæ, cui nomen erat Bagdadi; atque ab eo hoc nomen traxiſſe. Almanſor autem eam appellavit* Medinat-aſſalam (*hoc eſt, civitatem pacis.*) Quæ totidem verbis Arabes Hiſtorici narrant: Unde certum argumentum conflatur, ante prædictum annum Philoxenum haud exſtitiſſe.

Præterea ex Barhebræo in Ethicis par. 1. cap. 5. ſect. 4. diſcimus, Philoxenum Jacobo Edeſſeno, Georgio Arabum Epiſcopo, Coſma Majumæ, & S. Joanne Damaſceno, qui octavo ſæculo vixere, poſteriorem fuiſſe: horum enim omnium ipſe meminit, eodem Barhebræo teſte, cujus verba retuli in priori tom. pag. 167.

Antequam Epiſcopus fieret, ei nomen erat ܠܥܙܪ ܒܪ ܫܒܬܐ *Lazarus Sabtæ filius.* Ita eum diſertè appellat Barhebræus loc. citat. & deſcriptores Anaphorarum paſſim. II. Lazarus Bar-Sabta, Philoxenus, & Baſilius appellatus. *Eleazarum* vocat Abraham Ecchellenſis not. in Catalogum Hebedjeſu pag. 135. & pro Bagdado cui Epiſcopus præfuit, *Babylonem* nominat, morem ſcilicet recentiorum Orientalium ſequutus, qui Bagdadum, & Babylonem pro una eademque urbe ſumunt, quum tamen certum ſit, hanc ad Euphratem, Bagdadum ad Tigris ripas conditum fuiſſe. *Baſilii* etiam nomen Philoxeno inditum reperio in titulis Anaphoræ, quæ ab ipſo edita eſt: Sic enim legitur in Cod. Nitr. 4. fol. 218. ܕܒܣܝܠܝܘܣ
ܐܘ ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܒܓܕܐܕ ܕܗܘ ܠܥܙܪ ܒܪ ܫܒܬܐ:
*Baſilii, aliàs Philoxeni, Epiſcopi Bagdadi, qui & Lazarus Barſabta.*

Hinc aliud ad colligendam ejus ætatem conſurgit argumentum: ex eo ſcilicet, quod nomen proprium depoſuerit, quum Epiſcopus ordinatus eſt: id enim circa annum Chriſti 800. apud Syros Jacobitas fieri cœpiſſe, obſervat Barſalibæus in libro adversùs hæreſes cap. 54. ubi ſeriem Patriarcharum Jacobitarum deſcribens, poſt Cyriacum, Dionyſium Telmarenſem, & Joannem Patriarchas, numero ſeptuageſimo ſeptimo Ignatium collocat his verbis:
ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ. ܗܢܐ ܝܫܘܥ ܡܬܩܪܐ
ܗܘܐ. ܡܢܗ ܕܝܢ ܫܪܝܘ ܡܫܚܠܦܝܢ
ܫܡܗܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܓܡܪ:
*Ignatius. Hic Joſue appellabatur. Ab eo verò deinceps nomina Patriarcharum & Epiſcoporum penitus mutari cœpta ſunt.* Atqui Ignatius hic prædeceſſor fuit Theodoſii Patriarchæ,

chæ, cujus exſtat epiſtola ad Michaelem Alexandrinum Coptorum Patriarcham circa annum Chriſti 851, ſcripta, ut infrà dicam.

Quare hallucinatus eſt Auctor Catalogi Anaphorarum apud Schultingium, qui Philoxenum ineunte ſæculo ſeptimo vixiſſe ſcribit his verbis: *Lazari Epiſcopi Babyloniæ* (Anaphora) *Chaldaicè compoſita anno à Nativitate Domini ſexcenteſimo ſeptimo*. Nec meliora Edenenſis, qui hæreticos Liturgiarum Auctores tomo 2. Expoſitionis Miſſæ Syriacæ Candelabro 7. Par. 4. Tract. 2. cap. 7. recenſens, duo peccat: Primum, quod hunc Philoxenum ad ætatem Philoxeni ſenioris Epiſcopi Mabugenſis rejicit, imo illius ex ſorore nepotem eum facit, inquiens n. 11.

ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܒܪ ܚܬܗ ܕܗܘ
ܐܠܥܙܪ ܒܪ ܨܒܬܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܒܓܕܕ: ܥܒܕ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܫܘܪܝ
ܚܝܘܗ: ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܝܬܝܟ
ܝܡܐ ܕܫܝܢܐ:

*Philoxenus, ejus* (hoc eſt, Philoxeni Mabugenſis, de quo num. 10. ſermonem fecerat) *ſororis filius, qui & Eleazarus Bar-Sabta, Epiſcopus Bagdadi, compoſuit Anaphoram, cujus initium, Deus qui es mare tranquillitatis*. Deinde ex uno Philoxeno, quem Baſilium etiam appellatum fuiſſe mox notavi, duos facit, alterum Philoxenum, de quo numero citato, alterum Baſilium, de quo ſic loquitur num. 14. ܒܣܝܠܝܘܣ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܒܓܕܕ ܥܒܕܗ ܠܐܢܐܦܘܪܐ:
ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܝܬܝܟ ܝܡܐ ܕܫܝܢܐ:

*Baſilius Epiſcopus Bagdadi, auctor eſt Anaphoræ, quæ incipit, Deus qui es mare tranquillitatis*. Atqui ex ſolo Liturgiæ initio, quod idem utrobique eſt, deprehendere debuiſſet, unum fuiſſe, qui & Lazarus Bar-Sabta, & Philoxenus, & Baſilius appellatus fuerit.

Præter Tractatum de Officiis Eccleſiaſticis, cujus meminit Bar-hebræus in Ethicis loc. ſupra cit. edidit *Anaphoram*, de qua Schultingius & Edenenſis num. præcedenti. Prodiit Latinè per Renaudotium tom. 2. Liturg. Orient. pag. 399. qui ſcitè obſervat pag. 408. duas ex ea precationes ſub Lazari nomine referri in Liturgia Joannis Magni Patriarchæ Jacobitarum, quæ *Sanctorum Doctorum* appellatur: unam ſcilicet tom. cit. pag. 414. & alteram pag. 415. III. Ejus Anaphora.

# CAPUT XX.

## *Theodoſius Patriarcha Jacobitarum.*

THEODOSIUS ſeptuageſimus octavus Jacobitarum Patriarcha, æqualis fuit Michaeli quinquageſimo tertio Coptorum Patriarchæ, ad quem Synodicam ſcripſit mox referendam. Obiit autem Michael die 22. Barmudæ anno Martyrum 569. teſte Severo Aſmonæorum Epiſcopo in Hiſtoria Patriarcharum Alexandriæ, hoc eſt, anno Chriſti 853. poſtquam annum unum dieſque centum & quadraginta novem Coptis præfuiſſet, ut in Chronico Orientali pag. 131. I. Theodoſii Patriarchæ ætas.

Exſtant binæ ejus epiſtolæ. Altera de fide in Trinitatem & Incarnationem *ad præfatum Michaelem Patriarcham Alexandrinum* in Libro, qui *Fides Patrum* inſcribitur, Codice Arabico 23. fol. 254. Initium: II. Ejus Epiſtolæ.

اومن الان قولا ونية بالاه واحد حقيقى
الذى نعرف انه ابا وابنا وروح قدس :

*Ore itaque & corde credo in unum verum Deum, quem novimus eſſe Patrem & Filium & Spiritum Sanctum* &c. Ubi prioribus Synodis œcumenicis, quas ſe recipere fatetur, ſubjungit Henoticum Zenonis fol. 255. & in Sacrum Chalcedonenſe Concilium

To-

Tomumque S. Leonis invehitur. De naturis verò & perſona Chriſti fol. ſequenti differens, in hunc novum errorem incidit, ut eum dicat *ex duabus perſonis* compoſitum:

والذى ولد منها بالجسد هو الاله كامل وهو هو
انسان كامل ونعرف له اقنوما واحدا
من اقنومين وكيانا واحدا من كيانين ؛

*Et qui ex ea* (inquit, hoc eſt Deipara) *in corpore natus eſt, Deus eſt perfectus idemque homo perfectus, quem novimus habere unam perſonam ex duabus perſonis, & unam naturam ex duabus naturis*: Id quod nec Dioſcorus, neque Philoxenus, aut Severus, aliive Monophyſitæ ante Theodoſium auſi ſunt proferre: Chriſtum enim *ex duabus naturis*, non *ex duabus perſonis* dixere.

Altera *ad Gregorium amicum*, in qua Adagia Philoſophorum exponit. Plura ex ea loca profert Ecchellenſis in Eutychio vindicato Par. 2. cap. 28. à pag. 362. & ad calcem libri in Indice Auctorum, quibus uſus eſt, hæc de Theodoſio notat. *Theodoſius Patriarcha Antiochenus Epiſtolam dedit ad Gregorium amicum, dum is interpretabatur verba myſtica Philoſophorum, in qua etiam ſunt quædam ex Epiſtola Pythagoræ. Quæ Theodoſii Epiſtola comprehenditur centum duodecim parœmiis. Exemplar Syriacis characteribus & lingua exſtat penes nos; aliud etiam ſervatur in Bibliotheca S. Petri Montis Aurei.*

# CAPUT XXI.

## *Dionyſius ſecundus Patriarcha.*

DIONYSIUS hujus nominis ſecundus, in ſerie Patriarcharum Jacobitarum ſeptuageſimus nonus, Theodoſium excepit eodem tempore, quo præfatus Michael quinquageſimus tertius Coptorum Patriarcha vivebat: id quod duabus rationibus colligo: Primum, quia exſtat ejuſdem Dionyſii ad Michaelem Synodica mox citanda: Deinde quia Joannes, qui hunc Dionyſium in Antiochena Jacobitarum Sede excepit, vivebat anno Græcorum 1169. Chriſti 858. uti adnotatur in Codice Nitrienſi XI. & anno Græcorum 1172. Chriſti 861. ut legitur ad calcem Codicis Syriaci Clementino-Vaticani III. Atqui laudatus Michael poſtquam annum 1. dieſque 149. Alexandriæ præfuiſſet, obiit anno Chriſti 853. ut cap. præcedenti oſtenſum eſt. Eo igitur anno Patriarchatum iniit Dionyſius, quo & Theodoſius ejus prædeceſſor ad eundem Michaelem Synodicam miſit. Nam alter ejuſdem nominis quinquageſimus ſextus Coptorum Patriarcha, neque Theodoſio neque Dionyſio æqualis fuit, ſed poſt utriuſque obitum ſedere cœpit ab anno Martyrum 597. ad annum 622. hoc eſt, ab anno Chriſti 881. ad annum 906. ut ex hiſtoria eorum Patriarcharum per Renaudotium edita colligitur.

I. Dionyſii ſecundi ætas.

Scripſit *Synodicam ad Michaelem Patriarcham Alexandrinum*, quæ exſtat in Libro, qui *Fides Patrum* inſcribitur, folio 256. Initium:

II. Ejus Synodica ad Michaelem Patriarcham Alexandrinum.

ونومن بالواحد الاب ضابط الكل الخ :

*Credimus in unum Patrem omnipotentem* &c. Ubi de Trinitate & Incarnatione ex mente Jacobitarum.

CA-

# CAPUT XXII.

## *Baſilius Patriarcha Jacobitarum.*

I. Baſilii prædeceſſor Joannes.

DIONYSIO Joannes ſucceſſit octogeſimus Jacobitarum Patriarcha in ſerie Barſalibæi: ad quem in libro *Fides Patrum* inſcripto binæ exſtant Patriarcharum Alexandrinorum epiſtolæ: altera fol.259. *Michaelis*, de quo cap. præced. Altera fol.262. *Coſmæ*, qui Gabrielem Michaelis ſucceſſorem excepit.

II. Ejus Synodica ad Coſmam.

Joannis in locum *Baſilius* ſuffectus fuit, eodem Barſalibæo teſte: cujus exſtat *epiſtola Synodica ad Coſmam Alexandrinum LVIII.* Initium f.267. اومن بالقلب واعترف بالفم معــا يقينــا بلا شك اعــتــراف عالى بــالاب والابــن الخ ; *Corde credo, & ore ſimul confiteor palam, certè, & abſque hæſitatione, Patrem & Filium &c.* Ubi Baſilius de Trinitate & Incarnatione fusè differens, Severum inter alios citat *in opere adversùs Phantaſiaſtas & Incorrupticolas*, Ephræmum Syrum *in Hymnis*, & Jacobum Epiſcopum Sarugenſem *in Homilia de Crucifixione Domini*. Epiſtolam verò his verbis claudit. نحن الان نقول لقدسكم ايها الاخ المغبوط القديس انناقد صحّحنا عندكم الموافقة والاخــوة الروحــانيــة بكلام الامــانــة القــويــمــة والاقــــرار الابــــوى الخ ; *Nunc igitur ſanctitati veſtræ dicimus, beatiſſime & ſanctiſſime frater, quod per nos vobiſcum ſtabilita eſt concordia & fraternitas ſpiritualis in verbo rectæ fidei, & paternæ confeſſionis &c.* Is enim erat iſtiuſmodi Synodicarum ſcopus, ut communio inter Patriarchas per fidei profeſſionem ſtabiliretur. Et quidem Syri atque Ægyptii à Severi Antiocheni & Theodoſii Alexandrini temporibus mutuam in iiſdem erroribus concordiam, ab Eccleſia Catholica ſeparati, inierant. Sub Damiano Alexandrino XXXV. pax rupta eſt per Petrum Antiochenum. Anaſtaſius Damiani ſucceſſor diſſidentes populos iterùm reconciliavit, ſcripta ad Athanaſium, qui Petro poſt Julianum ſuffectus fuerat, epiſtola Synodica. Michael XLVI. Synodicam ſuam circa annum Chriſti 746. Joanni Antiocheno LXVIII. denegavit, quod hunc inter & Epiſcopos ſuos in Syria conſtitutos propter illegitimam ordinationem diſcordia orta eſſet. Sub Coſma Alexandrino LIV. & Joanne Antiocheno LXXX. circa annum Chriſti 854. redintegrata Alexandrinorum cum Antiochenis concordia, duravit uſque ad *Joannem Bar-Suſan* XCI. Antiochenum, & Philotheum LXIII. Alexandrinum, quorum temporibus quæſtio de Pane Euchariſtico ſale & oleo miſcendo Syros à Coptis diviſit, ut legitur in Catecheſi Jacobitarum, Cod. ms. Arabico Collegii Maronitarum de Urbe pag. 51. cujus verba infrà dabo, ubi de Joanne Bar-Suſan. Demum ea controverſia ſopitâ, Syri cum Coptis in præſentem uſque diem communicant, teſtemque mutuæ inter ipſos amicitiæ literas Synodicas, in quibus fidei ſeù potiùs hæreſeos Monophyſiticæ compendium continetur, ſtatim ab ordinatione adinvicem tranſmittunt. Vide Renaudotium in Hiſtoria Patriarcharum Alexandriæ, & tom. 1. Liturg. Orient. pag.433. & tom. 2. pag. 489. & in Diſſertat. prooemiali num. 36. pag. 23. Vixit autem Coſmas Alexandrinus, de quo ſuprà, ab anno Martyrum 636. ad annum 649. hoc eſt, ab anno Chriſti 920. ad annum 933. ut in Chronico Orientali per Ecchellenſem edito pag.133.

CA-

# CAPUT XXIII.

## Moyſes Barcepha.

I. Moyſis Barcephæ ætas, & dignitas.

MOYSES Bar-Cepha, hoc eſt, Cephæ ſeu Petri filius, claruit circa finem ſæculi noni. A puero religioſam vitam coluit ܒܥܘܡܪܐ ܕܣܪܓܝܣ *in cœnobio Sergii*, quod ſitum eſt ܒܛܘܪܐ ܣܝܐ *in Tura-Sajo*, hoc eſt, ſi Latine dicas, *monte arido*, è regione urbis Balat, quæ exſtat ad Tigrim fluvium. Mox Epiſcopus creatus, *Severi* nomen aſſumpſit. *Quo munere non uno functus eſt loco*, (inquit Maſius in Præfatione ad ejuſdem Barcephæ Tractatum de Paradiſo.) *Nam & Epiſcopum* ܒܝܬ ܪܡܢ *Beth-Raman*, *&* ܒܝܬ ܟܝܢܐ *Beth-Ceno* (*ſeù Beth-Chino*,) *denique etiam ipſius* ܡܘܨܠ *Moſal appellatum invenio: quamquam hujus poſtremæ civitatis ſubinde non Epiſcopus quidem, ſed* ܣܥܘܪܐ *Sauro, hoc eſt*, *Curator* (potiùs, Viſitator, quem aliàs Syri ܦܪܝܘܕܘܛܐ Periodeuten Græco vocabulo appellare ſolent) *nominetur: cui tamen vocabulo, apto ſanè, Aquilas Ponticus etiam quos Græci vocant Epiſcopos, ſolet ſubjicere*. Certè Barſalibæus in Expoſitione Liturgiæ Syriacæ cap. 10. eum diſertè nominat ܡܘܫܐ ܕܡܘܨܠ *Moyſen Moſuli*, & ܡܘܫܐ ܒܪ ܟܐܦܐ ܕܡܘܨܠ *Moyſen Barcepham Moſuli*, nimirùm *Epiſcopum*, non ſimplicem Viſitatorem, ut ex more loquendi Syrorum conſtat: neque enim omiſſa ſuperiori dignitate, qualis erat Epiſcopatus Beth-Ramenſis, inferius Viſitatoris ſeù Curatoris Moſuli munus memoraſſet. Quod autem addit Maſius, *At enim ego, non uno atque eodem tempore tribus iſtis Eccleſiis præfectum illum fuiſſe peſſimo noſtrorum hominum more, quorum turpiſſima ambitio implacabilis eſt: ſed pro maximis, quibus clarebat virtutibus, gradatim à faciliore ad difficiliorem provinciam eſſe ſubvectum audio*: id, inquam, verum uſquequaque non eſt: nam frequentius duabus aut tribus ſimul civitatibus præfectos Epiſcopos Jacobitas legimus, quàm ab una in aliam Eccleſiam translatos. Hoc ambitùs in Conciliis damnatur. Illud propter exiguum Chriſtianorum numerum neceſſarium viſum eſt, ut congrui ad ſuſtentationem Epiſcoporum reditus, qui in Oriente ex ſolis ferè oblationibus & decimis fidelium conſtant, haberi poſſent.

II. Ejus obitus.

Obiit, eodem Maſio teſte, *anno ab Alexandri Magni regno milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto, die Sabbato, qui tùm decimus tertius erat ejus menſis, quem Syri Sebot, noſtri plerumque Februarii interlunio inchoatum appellant*, hoc eſt, anno Chriſti 913. quo dies 13. Februarii in Sabbatum incidit, *non anno* 914. ut idem Maſius autumat, ſubjungens: *Numerat enim Aſia tota annos ab Alexandri Macedonis regno: idque annis circiter decem ſupra trecentos auſpicatur ante Chriſtum*: nam etſi Alexandrea Epocha juxta nonnullos Syros Chriſtiana prior eſſe dicatur annis 309. vel 312. (ut notavi tom. 1. pag. 83. & 387.) hìc tamen ex die hebdomadæ & menſis liquet, eam annis undecim ſuprà trecentos ante Chriſtum à Syro Auctore vitæ Barcephæ, ex quo hæc Maſius deſcripſit, auſpicatam fuiſſe.

III. Andreas Maſius injuriâ, Margarinus Binius jure à Renaudotio reprehenſus.

Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 398. de Barcephæ ætate & conditione titubans, Maſium etiam reprehendit, quaſi eum quarto aut quinto ſæculo (quod tamen Maſio nunquam in mentem venit) floruiſſe ſcripſerit. *Sed quis*, inquit, *aut quando vixerit Moſes, neque docuit*

*cuit nos Maſius*, *neque aliunde certo ſcire potuimus*. Et paucis interjectis. *Valde autem hallucinatus eſt Maſius*, *dum illum non longe poſt Joannem Chryſoſtomum vixiſſe exiſtimavit*. Nimirùm Præfationem Maſii haud legerat vir doctus, ex qua vel una deprehendere potuiſſet, neque à Maſio Barcepham ad ætatem Chryſoſtomi detruſum fuiſſe, neque Naironum, qui eum ſæculo decimo vixiſſe ſcribit in Evopl. pag. 53. *nullam conjecturæ ſuæ probationem habuiſſe*. Quod autem de Margarino Binio ibidem notat, qui Barcepham *ad tempora Julii II. & Pauli III. immani anachroniſmo reduxit*, cum eum Moſe Mardeno, qui Ignatii Jacobitarum Patriarchæ Legatus & Maſii in Syriacis præceptor fuit, confundens: id, inquam, optimè quidem notat Renaudotius: ſed ante ipſum obſervatum jam fuerat à Morerio in Lexico Gallico, verbo *Moiſe Barcepha*, & ſatis indicat Bellar. in lib. de Script. Eccl. ubi eum ſæculo decimo floruiſſe ſcribit. Quid quod in Maſium injuria invehitur, quod Moſen præceptorem ſuum is *Mardenum*, non *Meredinenſem* appellaverit: Patria enim Moſis, quæ Syris ܡܪܕܐ *Merde*, & ܡܪܕܝܢ *Merdin* dicitur, ea Ptolomæo *Marde* appellata fuit, & Arabicè ماردين *Mardin* nuncupatur; unde *Mardenus*, aut *Mardenſis* rectius derivatur, quàm ex Syriaco Merdin *Meredinenſis*.

IV. Scripta Barcephæ. Scripta Barcephæ recenſet Maſius in Præfatione ad ejus Commentarium de Paradiſo; ea tamen dumtaxat, quorum ille in eo Commentario mentionem facit. Nos alia ſubjungimus, quæ vel in noſtris Codd. exſtant, vel apud Syros Scriptores laudata legimus. Sunt autem hæc.

1. In Hexaëmeron. *De Opere ſex dierum*: de quo hæc Bar-Cepha in Procemio Commentarii de Paradiſo. *Poſteaquam*, *ſancte frater Ignati*, *abſolvimus*, *non ſine ope divina*, *commentarium de ſex diebus conditi orbis*, *minimè perfectum illum quidem*, *neque omni ex parte abſolutum Orationibus quinque*; *accedimus ad tractandum de Paradiſo*, *tuæ pietatis voluntate perſuaſioneque inducti*. Et Part. 1. cap. 12. de elementis differens, ait: *de qua re nos quoque dilucidè egimus in eo libro*, *quem de ſex diebus conſcripſimus*. Et eadem Part. cap. 26. de nomine Adæ loquens: *Alii exiſtimant*, *apud Hebræos hoc nomen eſſe ſpecificum*, *& totum genus humanum ſua notione complecti*, *ſicut antehac diximus in Commentario noſtro de ſex diebus*: Ibidem de Syriacis veteris Teſtamenti verſionibus diſputans: *Cæterum*, inquit, *quæ fuerit tam multarum tralationum cauſa*, *& quæ inter ipſas cæteris probior exiſtimari debeat*, *cum aliis ejus generis argumentis diſſeruimus in eo libro*, *quem de ſex diebus præmiſimus*.

2. De Paradiſo. *De Paradiſo Commentarius ad Ignatium*, in tres Partes (non in duas, ut apud Bellar. loc. cit.) diſtributus, quarum prima Paradiſum in ſenſu literali exponit capitibus viginti octo: in ſecunda capitibus ſeptem, quorum tamen tertium deſideratur, myſticum ſenſum tradit: in tertia denique duabus quæſtionibus, & octo objectionibus reſpondet: videlicet, Simonis Magi, Manetis, Juliani apoſtatæ, Juliani Halicarnaſſæi, Theodori & Neſtorii. Ubi Barcepha Theodorum Mopſveſtenum intelligit, Neſtorianorum parentem, non Theodorum Laodiceæ Epiſcopum, Apollinaris ſucceſſorem, ut Maſius perperàm autumat in Præfatione & in notis marginalibus ad Part. 1. cap. 28.

Latinè prodiit anno 1569. typis Plantinianis interprete Andrea Maſio, cujus verſio in Bibliothecam Patrum tranſlata eſt: eique præmittitur docta ejuſdem Maſii Præfatio ad Henricos à Ree, & à Vveze ſcripta Kalendis ſextilibus anno 1567. in qua natales Barcephæ, ſtudia, opera, & citatos ab ipſo Auctores latè perſequitur. Hi autem à Barcepha citantur: è Græcis quidem

Atha-

*Athanaſius* orat. de cruce, Par. 1. de Paradiſo cap. 28. & orat. de ortu corporali, Par. 3. *Baſilius* in illud, *in omni re gratias agite*, Par. 1. cap. 13. *Nazianzenus* orat. de Chriſti Natalibus, Par. 1. cap. 1. 28. Orat. de patientia, Par. 1. cap. 1. & orat. in Dominicam novam, Par. 1. cap. 22. & orat. de virtute, Par. 3. *Nyſſenus* Commentar. de homine, Part. 1. cap. 1. 23. 25. & Serm. in orationem Dominicam, Par. 1. cap. 13. *Joannes Chryſoſtomus* in ea oratione, cui titulus, *Cur arbor illa appellata ſit arbor ſcientiæ boni & mali, & quid ſibi velit illud Chriſti, hodie mecum eris in Paradiſo*, Par. 1. cap. 1. 7. 11. & orat. ad Sitigirium, ſeù Stagirium, monachum, Par. 1. cap. 13. & orat. contra eos, qui mundum gubernari à Dæmonibus putant, Part. 1. cap. 22. *Nemeſius* philoſophus Chriſtianus, quem Numyſium vertit Maſius, de arbore vitæ, Part. 1. cap. 20. *Julius* Commentar. in Evangelium Joannis, quem Maſius in Præfatione, & cl. Fabricius tom. 5. Biblioth. Græcæ pag. 270. Julium Africanum Emmaus Epiſcopum eſſe putant, cujus Commentarios Novi Teſtamenti & Chronicon laudat Hebed-Jeſu in Catalogo librorum Chaldæorum num. 15. & expoſitiones in Scripturam ſubinde in Catenis allegantur, ac præſertim in Catena Corderiana in Joannem, ubi *Julius Epiſcopus* vocatur: quamquam fortaſſe dubitare quis poſſit, num diverſus ab Africano ſit, quum à Gregorio Bar-hebræo in Horreo myſteriorum frequenter citetur *Julius*, aliquando verò *Africanus*, quaſi duo Auctores fuerint; niſi illum utroque nomine indigitare voluerit. Demùm *Severus*, utique Patriarcha Antiochenus Acephalorum princeps, Orat. ſeù Homilia 22. de Epithronio, Par. 1. cap. 1. 7. 11. & orat. 33. de eodem Epithronio, ubi de cruce Chriſti loquitur, Par. 1. cap. 20. Orat. qua differit, cur verſi ad Orientem oremus, Par. 1. cap. 13. Orat. de Dei Genitrice, Par. 1. cap. 28. & Orat. adversùs Feliciſſimum Par. 3.

E Syris verò, *Ephrem Syrus* in iis ſermonibus, quos de Paradiſo conſcripſit, Par. 1. cap. 1. 7. 13. & in eo opere, quo librum Geneſeos, hoc eſt, de rerum ortu interpretatur, Par. 1. cap. 1. 9. 14. 28. ubi duas à ſancto Doctore expoſitiones in Geneſim elaboratas fuiſſe docet Barcepha Par. 1. cap. 1. inquiens: *Deinde beatus Ephræm duplici interpretatione expoſuit librum Moſis prophetæ, quarum altera myſtica eſt, atque arcana eruit ſenſa, altera res ipſas pertractat à Moſe deſcriptas*: de hac ſecunda idem Barcepha paucis interjectis: *Ita & dominus Ephræm in ſuo Commentario, quo librum Geneſeos de rebus ipſis interpretatur*. Hæc Barcephæ auctoritas dubitationem eximit, quam ex Bar-hebræo tetigi in priori tom. pag. 68. an videlicet utriuſque expoſitionis in Geneſim, quæ nomen Ephræmi præfert, unus idemque Ephræm auctor fuerit. *Philoxenus Epiſcopus Mabugenſis* in eo ſermone, quem de contemplatione arboris vitæ conſcripſit, Par. 1. cap. 8. 17. 19. 20. 22. 28. & in Capitulis, quæ adversùs Diodorum (Tarſenſem) compoſuit, Par. 3. *Jacobus Sarugenſis*, quem & Botnanenſem, (hoc eſt, Batnarum Epiſcopum) non ſemel appellat Barcepha, Orat. de ejecto Adamo ex Paradiſo, Par. 1. cap. 20. 22. 25. 27. 28. Orat. de Paſſione Domini, Part. 1. cap. 28. Orat. de Aſcenſu Domini, ibidem: & Orat. qua differit, fuerit ne Adam mortalis conditus, an immortalis, Par. 3. *Joannes monachus* (non quidem Chryſoſtomus, ut malè conjicit Maſius, ſed Apameenſis, de quo nos in priori tomo pag. 430.) ſerm. de occaſu mundi hujus, & de venturo mundo novo, Par. 1. cap. 1. & ſermone priore, quem de mundo novo ſcripſit, Par. 1. cap. 10. *Jacobus Edeſſenus*, quem Maſius *Orrohaitam* vocat, in ſermone de Theologia, Par. 1. cap. 1.

Porro in hoc Barcephæ commentario duo obſervanda ſunt. Primum, quod

quod de Syriacis Scripturæ Verſionibus notat Par. 1. cap. 28. *Sciendum eſt*, inquit, *vetus Teſtamentum pluribus tralationibus ex Hebræa in Græcam linguam eſſe converſum; Syriacè verò redditum altera quidem interpretatione ex ipſo Hebræo, altera verò ex Greco.* Hebed-jeſu in Catalogo Librorum Chaldæorum pag. 50. Mar-Abæ id tribuit: ܡܪܝ ܐܒܐ ܪܒܐ ܦܫܩ ܘܐܦܩܗ ܠܟܬܒܐ ܠܡܫܡܫܢܐ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܘܡܦܩܢܐ ܠܠܫܢܐ ܗܢܐ ܣܘܪܝܝܐ. *Mar-Aba magnus expoſuit & interpretatus eſt totum vetus Teſtamentum ex Græco ſermone in hanc linguam Syriacam*: Vixit autem Mar-Abas ſæculo ſexto; quartus enim fuit ab Acacio Neſtorianorum primate, qui ſub Pheroze Perſarum Rege Babuæi martyris Sedem occupavit, ut dixi in priori tom. pag. 351.

Alterum, quod de animabus Beatorum poſt exitum à corpore docet, Par. 1. cap. 18. eas videlicet uſque ad communem reſurrectionem in Paradiſo terreſtri detineri. *Reſpondemus*, inquit, *eo fuiſſe creatum primo, conſitumque ab opifice Deo Paradiſum, ut Adam cum ſuis in ipſo habitaret, qui ubi contra conditoris ſui imperium peccaſſet, eliminati inde pulſique ſunt. Ex illo porrò tempore uſque ad Chriſti adventum verſati ſunt in Paradiſo Enoch, atque Elias. At verò poſt Chriſti regis adventum huic præterea rei ſervit, ut in ipſo habitent animæ hominum juſtorum piorumque, atque eorum, qui per corporis ſui cruciatus Chriſti fidem comprobarunt, quique fideles Deum amarunt, exutæ corporibus uſque ad reſurrectionis diem; quod in eo ſermone oſtendimus, quem de Anima fecimus. Nam latronis animam eo ſubvexit Dominus: dicebat enim ad ipſum, profectò dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Porrò poſt diem reſurrectionis nullus prorſus ejus futurus eſt uſus, ſed ſupervacaneus manebit & vacuus.* Eadem fuit nonnullorum Interpretum de Anima Latronis, eſtque Græcorum recentiorum de omnibus Sanctorum animabus uſque ad diem Judicii in Paradiſo voluptatis, aut in aliquo alio terreſtri loco detentis ſententia, de qua vide Bellarminum de Sanct. Beatit. cap. 1. An verò hic error per animos omnium Syrorum pervaſerit, alterius eſt loci diſcutere. Conſule Renaudotium to. 2. Liturg. Orient. pag. 333.

*Commentaria in Teſtamentum vetus & novum*. Citantur paſſim à Gregorio Bar-hebræo in Horreo myſteriorum, in quo ſacram Scripturam exponit: eorumque notitiam habuit quiſquis eſt Auctor Catalogi librorum Chaldaicorum in ms. Codice Latino-Vaticano 6429. pag. 133. qui num. 13. hæc adnotat: *Moyſis Barchiphi Epiſcopi Beth-Raman expoſitio ſuper vetus & novum Teſtamentum*. Idem Barcepha in Commentario de Paradiſo Par. 3. reſpondens ad hanc quæſtionem, cur Deus creavit Adamum, quem peccaturum præſciebat, expoſitionis ſuæ in Matthæum meminit his verbis: *Verùm hanc quæſtionem diſſolvimus quoque in noſtra interpretatione, quam in divi Matthæi Evangelium fecimus*. 3. Expoſitio veteris & novi Teſtamenti.

*Anaphora*. Prodiit Latinè per Renaudotium tom. 2. Liturg. Orient. pag. 391. ejuſque meminit cl. Stephanus Edenenſis cap. 7. de hæreticis Anaphorarum auctoribus nu. 15. in hæc verba. ܣܐܘܝܪܘܣ ܕܗܘ ܡܘܫܐ ܒܪ ܟܐܦܐ ܐܦܣܩ ܒܝܬ ܪܡܢ ܥܒܕ ܐܢܐܦܘܪ̈ܐ ܬܪܬܝܢ ܐܝܬ ܠܗ: ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܢܘܗܪܐ ܡܫܬܘܡܕܢܐ. ܘܬܠܬܐܝܢ ܡܢܐ ܗܘܠ ܦ ܡ ܚܝܕܐ. *Severus, qui & Moyſes Bar-cepha Epiſcopus Beth-Raman, duas edidit Anaphoras; quarum prima incipit*: Domine Deus lux æterna: *altera nondum in noſtras manus incidit*. Eandem laudat Auctor Catalogi Liturgiarum Syriacarum apud Schultingium tom. 3. pag. 106. num. 31. *Moiſis filii Petri* (hoc eſt Bar-cephæ) *Epiſcopi Barmienſis* (ſeu Bethramanen- 4. Anaphora.

nenſis ) *Chaldaicè compoſita anno à nativitate Domini octingenteſimo undecimo*. Imo nongenteſimo, ut ſuprà oſtendi.

5. Expoſitio Anaphoræ Syriacę. *Commentaria* Barcephæ *in Liturgiam* laudantur à Barſalibæo in expoſitione Miſſæ Syriacæ cap. 10. 12. 13. & alibi paſſim.

6. De Anima. *De Anima liber*, cujus meminit idem Bar-cepha in Comment. de Paradiſo Par. 1. cap. 18. ejuſque verba ſuprà deſcripſi. Hunç propediem in Bibliothecam Vaticanam cura D. Andreæ Scandar, qui ipſum in Meſopotamia comparavit, inferendum expectamus.

7. De Sectis. *De Sectis Tractatus*, quem idem Bar-cepha citat in ſuo commentar. de Paradiſo Par. 3. ad calcem ſolutionis primæ objectionis, inquiens: *Verùm hæc omnia ex eo libro cognoſci poſſunt, quem de multitudine differentiaque Sectarum conſcripſimus*.

8. Expoſitio tonſuræ monachorum. *Expoſitio myſteriorum, quæ in Tonſura monachorum continentur*. Extat in Codice Ecchellen. Clement. Vatic. 4. pag. 257. Initium: ܠܩܘܕܡ ܘܠܐ ܠܗܘܢ ܕܡܛܠ ܐܠܗܐ ܠܐܣܟܝܡܐ ܕܝܚܝܕܝܘܬܐ ܡܬܩܪܒܝܢ ܗܟܢ܀

*Primum oportet eos, qui propter Deum ad habitum monaſticum accedant &c.*

9. Homiliæ in præcipuas anni ſolemnitates. *Homiliæ in præcipuas anni ſolemnitates*. Extant quatuor è Syriaco in Arabicum converſæ in Cod. Berœen. Clement. Vatic. 1. à fol. 313. ubi Barcepha *Epiſcopus Moſul* disertè appellatur: nimirùm *de Dedicatione Eccleſiæ*: *de Annunciatione Zachariæ Sacerdotis*: *de Annunciatione Deiparæ*: *de tentatione Chriſti per Diabolum*: & *de leproſo, quem Dominus mundavit*.

# CAPUT XXIV.

## *Dionyſius III. Patriarcha Jacobitarum.*

DIONYSIUS hujus nominis tertius, in ſerie Patriarcharum Jacobitarum octogeſimus tertius, Joanni ſucceſſit, ad quem extat in libro, quem Paulus Ebn. Regia *de Fide Patrum* ſcripſit, fol. 276. *Epiſtola Synodica Macarii* quinquageſimi noni Coptorum Patriarchæ, qui apud Severum Mokaffæum in Hiſtoria Alexandrina ab anno Martyrum 649. ad annum 669. hoc eſt, ab anno Chriſti 933. ad annum 953. ſediſſe dicitur. I. Dionyſii III. ætas.

Extant binæ ejus epiſtolæ Synodicæ ad Mennam ſexageſimum primum Patriarcham Alexandrinum, de fide in Trinitatem & Incarnationem Verbi. Altera apud Ebn-Regia fol. 287. Initium: نومن ونعـــترف بالاه واحد جوهر بســــيط غير مخلوق : II. Epiſtolæ Synodicæ.

*Credimus & confitemur unum Deum, ſubſtantiam ſimplicem & increatam* &c. Altera apud eundem fol. 279. quæ incipit. نومن ونقر بــــالاه واحد الثالوث المقدســــــة ;

*Credimus & confitemur Deum unum, ſanctam Trinitatem*: ubi Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere fatetur, inquiens: الاب ليــس وجوده من احد اذ هو موجود غير مولود والابن المولود من الاب مــــنــذ الابد وروح القدس الـــفــــايـــض من الاب والابن

*Pater à nullo habet exiſtentiam, ſed per ſeipſum exiſtit ingenitus: Filius eſt genitus à Patre ab æterno: Spiritus Sanctus promanat ex Patre & Filio*: quibus verbis hanc notam amanuenſis in margine adjecit: كانه يشــــير الى الفيض

الفيض انه خلاف الانبثاق لانه ذكر الانبثاق
فيما بعد من الاب خاصة

*Promanationis nomine rem à proceſſione diverſam Auctor ſignificat, qui paulò poſt proceſſionem ex Patre principaliter eſſe ſcribit.* At Dionyſium pro una eademque re *promanationem & proceſſionem* accepiſſe, conſtat ex iis ipſis verbis, quæ ab amanuenſi perperàm intellecta fuere. Sic enim ait fol. 280. ونومن ايضا بروح القدس المنبثق
الفايض من الاب بان له اقنوما

*Item credimus in Spiritum Sanctum, qui ex Patre procedit & promanat, quatenus perſonam accipit.* Aliud in tota epiſtola non habet Dionyſius, quo Spiritus Sancti ex Filio proceſſionem neget, aut promanatio à proceſſione diverſam eſſe affirmet.

## CAPUT XXV.

## Joannes Patriarcha Jacobitarum.

I. Joannes Mennæ Alexandrini æqualis.

JOANNES Octogeſimus quintus Jacobitarum Patriarcha vivebat anno Græcorum 1280. Chriſti 969. quo ad Mennam LXI. Coptorum Patriarcham ex urbe Byzantina epiſtolam mox citandam dedit. Mennas autem in Hiſtoria Severi Mokaffæi obiiſſe narratur anno Martyrum 687. Chriſti 971. poſtquam Alexandrinæ Eccleſiæ præfuiſſet annis 17. diebus 340. ut in Chronico Orientali pag. 133. quod tamen in ea parte corrigendum, ubi idem Mennas deceſſiſſe dicitur *anno Chriſti* 966.

II. Binæ ejus Synodicæ.

Exſtat apud Paulum Ebn-Regia in Tractatu de Fide Patrum, *Synodica Mennæ ad Joannem* fol. 285. & *binæ Joannis ad eundem Mennam Synodicæ*: Altera fidei profeſſionem continet fol. 298. Initium: نومن بالاب
والابن وروح القدس ثالوثا متساويا فى الطبع

*Credimus in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum conſubſtantialem Trinitatem.*

III. Ejuſdem Diſputatio Côſtantinopoli ſub Nicephoro Phoca Imp.

Altera diſputationem complectitur, quam Joannes Conſtantinopoli coram Græco Patriarcha habuit, cui hic titulus præfigitur fol. 291. رسالة سنوديقى للاب الطاهر انبا يوحنا بطريرك
انطاكية الى انبا مينا بطريرك الاسكندرية لما
انفذ ملك الروم واستاسر انبا يوحنا بطريرك
انطاكية ومضى به الى القسطنطينية واحضره
بحضرته وبطرك القسطنطينية حاضر والكهنة
ومقدمى الملك وجادله بطرك القسطنطينية

*Epiſtola Synodica ſancti Patris Abbatis Joannis Patriarchæ Antiocheni ad Abbatem Mennam Patriarcham Alexandrinum, quum Romæorum Imperator juſſit, captum Abbatem Joannem Patriarcham Antiochiæ, Conſtantinopolim perduci, ubi præſentibus Imperatore Patriarcha Conſtantinopolitano, ſacerdotibus, Imperiique proceribus, idem Joannes cum Conſtantinopolitano Patriarcha diſputavit.* Anno nimirùm Chriſti 969., uti ad calcem epiſtolæ Joannis adnotatur: quo anno Conſtantinopoli Patriarcha præerat Polyeuctus, & Imperium tenebat Nicephorus Phocas, qui circa finem ejuſdem anni à Joanne Zimiſca interemptus fuit, ut narrant Cedrenus, Zonaras, & Leo Diaconus, quorum teſtimonio liquet, Nicephorum anno præcedenti Syriam ejuſque maritima depopulatum, Byzantium reverſum fuiſſe, ducto nimirùm ſecum Joanne Patriarcha, ut modò dixi. Vide Pagium ad annum Chriſti 968. à num. 7.

Synodicam Joannis accipe, ex qua ejuſdem ætas, & fides Monophyſitica quidem, ut cæterorum Jacobitarum, ſed ab Eutychianiſmo prorsùs aliena demonſtratur.

Joan-

# *Joannis Synodica ad Mennam.*

Quum Imperator ex urbe Emeſa Conſtantinopolim rediiſſet, quo nos (*Joannem Jacobitarum Patriarcham*) abduxerat, Patriarchæ (*Polyeucto*) mandavit, ut nos arceſſeret. Arceſſivit ille feria quinta ante Dominicam in Hoſanna, præſentibus ejus Clericis. Antequam verò Patriarcham adjiſſemus, occurrit nobis ingens hominum multitudo, qui inconditis clamoribus terrorem nobis incutere volebant ad Patriarchæ colloquium euntibus. At Deus per tuas acceptas preces patientiam nobis dedit & fortitudinem.

وان الملك لما وصل من حمص الى القسطنطينية بعد ان سيّره الملك وسبق به الى القسطنطينية تقدم الملك الى البطرك ان يحضرنا فاستحضرنا البطريرك اليه يوم الخميس الذى قبل الشعانين وعنده جماعة الاكليرس الذين له . فالتقونا جمعا عظيما قبل وصولنا الى البطريرك فضجوا علينا وجلبوا وارهبوا لكى يفزعونا ويرعبونا قبل لقا البطرك والله بشفاعة صلواتكم المقبولة اعطانا الصبر والشجاعة .

Poſt multum verò temporis ad Patriarchæ tandem ædes pervenimus, cui milites & turba magna aſſiſtebant. Salutavimus eum, & ipſe ſalutem quoque nobis dicens, ſedere nos juſſit. Mox percontatus eſt, inquiens, Cujuſnam loci Patriarcha es? Antiochenæ Sedis, reſpondimus. Tùm ille: Duo igitur Patriarchæ eſtis, qui unam Sedem tenetis; an ſchiſma inter vos eſt, & tu unam Sedem tenes, & alter alteram? cui ego, ſchiſma, inquam, inter nos eſt. Quod quum ille audiiſſet, excepit: ecquis Patriarcharum te admiſit, quum in Patriarcham ordinatus fuiſti? Reſpondimus: Dominus Mennas. Ait ille: At is hæreticus eſt: ſcripſit enim nobis epiſtolam erroribus plenam, ejuſque in Chriſtum fides haud orthodoxa eſt: Alium autem habemus orthodoxum Alexandriæ Patriarcham, Eliam nomine. Cui nos confeſtim reſponſum dedimus, prout Deus nobis ſuppeditavit, dicentes: non alium novimus Alexandriæ Patriarcham, præter Patrem Mennam, qui eſt noſter in Chriſto Pater & comminiſter. Tùm ille: Tua verò quænam eſt in Chriſtum fides? Affirmas ipſum de cœlo deſcendiſſe & inhabitaſſe in Sancta Maria Virgine, & ex ea corpus connaturale nobis induiſſe, nec ne? Reſpondi, confiteor, Deum Verbum, qui eſt

وبعد وقت كبير وصلنا الى البطريرك فى موضع جلوسه وحوله جيش وخلق . فسلمنا عليه فرد علينا واجلسنا وقال : بطريرك اى موضع انت . فاجبناه بانا على كرسى انطاكية . فقال انتما بطريركان جالسان على كرسى واحد او بينكما الشقاق وانت على كرسى وذلك على اخر . فاجبناه ان بيننا الشقاق فلما سمع هذا قال لنا . لما اسوحت بطريرك ومن ارتضاك من البطاركة فقلنا مار مينا . فقال ذاك هراطيقا لانه قد كتب الينا كتابا ليس فيه معرفة واعترافه بالمسيح على امانة ردية بل لنا فى الاسكندرية بطريرك مستقيم الامانة واسمه الياس . فاجبناه فى الوقت بما اطلقه الله على السنتنا وقلنا لسنا نعرف بالاسكندرية بطريركا غير انبا مينا وهو ابونا ومشاركنا فى الخدمة المسيحية . فحينئذ قال لنا انت كيف اعترافك بالمسيح اتقول انه نزل من السما وسكن فى مريم البتول القديسة ولبس منها جسدا بطبعنا نعم او لا . فاجبته انا نعترف ان الله الكلمة الذى قبل كل العالم ابن الاب نزل من السما وسكن فى والدة الاله البتول مريم القديسة ومنها اتخذ قنوميا جسدا بطبعنا متنفسا بنفس ناطقة عالمة وكذلك ولد منها الاه متانس بغير تبديل ولا غيار . ولما سمع هذا قال لنا فها اذن طبيعتين هو المسيح فاجبناه انا نعرف المسيح مركبا من

طبيعتين

ante ſecula Filium Patris de cœlo deſcendiſſe, & inhabitaſſe in Sancta Dei genitrice Virgine Maria, & ex ea perſonaliter corpus connaturale nobis, anima rationali & intelligente præditum aſſumpſiſſe, atque ita ex ea natum fuiſſe Deum hominem factum abſque mutatione & converſione. His auditis: duæ, inquit, ſunt igitur in Chriſto naturæ. Cui nos: Chriſtum ex duabus naturis compoſitum novimus: unam autem dumtaxat naturam ipſum fatemur poſt Unionem, & unam Perſonam Verbi incarnati. Et poſt longam diſceptationem diſceſſimus eo die.

طبيعتين واما من بعد الاتحـــــــــــاد فما
تعرفه الا طبعا واحدا وقنومــــــــا واحدا كلمة
متجسدة . وبعد مناظرة طويلة انصرفـــنــــــا
فى ذلك اليوم .

Quum verò dies Dominica Paſchatis eſſet, etſi Liturgiæ & oblationis atque feſtivitatis expertes, juxta illud prophetæ, ſolemnitates veſtræ in triſtitiam convertentur; arceſſivit nos tamen Imperator ad magnam eorum Eccleſiam, oſtenditque nobis ornamenta Eccleſiæ, ejuſque multiplicem apparatum, & ſtolas, & vela, & lampades, & innumerum populum, qui eo confluxerat, & magnitudinem Imperii ſui, exiſtimans caducis iis rebus puerorum inſtar capi nos poſſe. Sumpta autem Euchariſtia egreſſus Imperator, arceſſitos nos duris ſermonibus hunc in modum alloquutus eſt. En Chriſtum dividimus, ut ait Paulus, & alius quidem dicit, ego ſum Cephæ, alius alterius ſe eſſe dicit, & id negat quod prior affirmat. Cui ſuggerente Deo per veſtras acceptas preces congruum & opportunum dedimus reſponſum. Et poſt longam conſabulationem dimiſit nos cum populo, à quo in paratas nobis ædes uſque deducti ſumus.

ولما كان يوم احد الفصح وان كنّا بغير قداس
ولا قربان ولا عيـــد كما قيــل فى النبـوة ان
اعيادكم صارت حزنا مع غير ذلــك فاستدعانــا
الملك اليه الى كنيستهم الكبيرة وارانــا تزيــن
الكنيسة وكثرة جمالها وحليهــا وسـتــورهــا
ومصابيحها وكثرة الخلق فيها وعظم مملكته تقديرا
منه انه يرغبنـــا فى هذه الاحوال المنقضــه كما
يرغب الصبيـــان . ولما تقــرب الملــك وخرج
استدعانا اليه وخاطبنا خطابــا غليظا صعبــا
وقال لنا نقسم المسيح كما قال بولص انا للصفــا
انا وقال الاخر انا لا قالوا انا مع غير ذلك مما
قاله . واعطانا الله معونـــة صلواتكم المقبولـــة
فى الوقت اجابة بمــا يصلح . وبعد اشيــا كثيرة
لو ذكرت لاطلــت ثم صرفــنــا مع النـــاس
وكلــه بنــا ليوصلنـــا الى الموضع الذى انزلنــا
فـيــه .

Dominica nova iterùm adeſſe nos juſſit Imperator, & blandè nos eſt alloquutus. Moſlemani, ait, & Judæi reprehendunt nos, Auditores, & dicunt, varias inter nos hæreſes eſſe; quoſdam ſcilicet Melchitas, alios Jacobitas, alios Neſtorianos, & alios ex aliis ſectis. Quæ autem, rogo, cauſa eſt ſchiſmatis inter nos & vos? Congregamini, & ſcrutemur ſcripturas uno, duobus, aut tribus menſibus, & inquiramus ubinam ſit veritas, & ſequamur eam omnes. Hæc ait, volens nos dulcibus ſermonibus capere: exiſtimabat enim ſe veritatem tenere. Cui protinus reſpondimus, nos in ea re ab Imperatore haudquaquam diſſentire, ſimulque

ولما كان فى يوم الاحد الجديد استدعانا الملك
اليه وخاطبنا خطابا لينــا وقال قولا لطيفــا
يا قوم . المسلمون واليهود يوبخــون ويقولون ان
فيكم ارسيس مختلفة فمنكم ملكية ويعـــاقبـــة
ونسطورية وغير ذلك . ولاى سبب بيننا وبينكم
الانشقاق اجتمعــوا لنبحث فى الكتـــب شهرا او
شهرين وثلثة ونعـــرف الحق ايـــن هو ونتبعـــه
باجمعنا . وقدر انــه يصيــد بالكلام الطيب لانه
يزعم ان الحق فى يده ومعــه . ونحن اجبنـــاه فى
الوقت وقلنا نعم ما قا لــه الملك ودعونــا له .
وقال لنا عند من تختارون ان يكون جمعـــكم
والبحث عنده . عندى ام عنـــد البطريـــرك ام
عند المطارنة ام عند الرهبان . فاجبناه عند من
يشا الملك الرحيم لانا عندكم فى ايديكم بـــل
لا

pro ejus incolumitate precati ſumus. Rogat ille: quem futuræ diſputationi præeſſe ipſe velim: utrum ipſum, an Patriarcham, aut Metropolitas, vel monachos. Reſpondimus, eum nos optare, quem clementiſſimus Imperator ſtatuiſſet: quandoquidem, ajo, ſub veſtra ſumus poteſtate; modò abſit vis & injuria. His ab eo dimiſſi, ad noſtras ædes regredimur.

لا نستضام ولا نظلم باطلا وانصرفنا من عنده الى الموضع الذى كنا فيه ساكنيه.

Poſt biduum à Patriarcha vocati accedimus. Invenimus eidem aſſidentes Epiſcopos, & magiſtratus Imperii. Diſputatum eſt. At illi nullum ex Scripturis teſtimonium protulerunt, ſed ſola ſui cerebri commenta producentes, eadem pertinaciter tueri conabantur, aſſirmantes, Chriſto duas naturas ineſſe. Nos contra Chriſtum ex duabus quidem naturis compoſitum; id tamen intelligendum eſſe ad mentem omnium Sanctæ Eccleſiæ Doctorum, velut in homine animam & corpus. Quumque illi repoſuiſſent, homini quoque duas ineſſe naturas; contradiximus, affirmantes, nos unicam agnoſcere naturam compoſitam, nec Chriſtum dici niſi unum, & unam voluntatem, atque operationem unam. At illi à ſententia minimè receſſere, nec Scripturarum verba attenderunt. Et quoniam identidem opponebamus, à nobis nihil ex noſtro ſenſu affirmari, ſed ea dumtaxat, quæ Sancti Patres, & Sanctæ Eccleſiæ Doctores Chriſti Dei noſtri unitatem optimè intelligentes docuerant: qui non agnoſcebant poſt unionem, niſi naturam unam Dei Verbi incarnati, atque omninò dualitatem peracta unione remanſiſſe negabant; Patriarcha ſubintulit. Cedo Doctores, quos veſtræ opinioni ſectæque patrocinari affirmatis. Omnes, ajo, Patres dabo, qui Eccleſiam ædificarunt, fidemque confirmavere ſua quiſque ætate. Hujus, ſubdit ille, quam memorabas, Unionis teſtimonium mihi ex Cyrillo redde. Quod nos actutum facturos ſpopondimus. Exiſtimabat nimirùm id nos nunquam effecturos. Deſcriptam ergo Græcè obtulimus Syllogen teſtimoniorum, quam ad hujus voluminis calcem ſubjiciemus. Quum porrò

ea

وبعد يومين استحضرنا البطريرك وعنده جمع من المطارنه والعظما مدبرى الملك وجرى الخطب. فاما هم فما استشهدوا بكلمة واحدة من الكتب بل يذكرون من انفسهم ويكابرون عليه بما يقولون به ويقولون ان المسيح طبيعتان. فقلنا لهم انه يعرف المسيح من طبيعتين حسب ما تقوله سائر معلمى البيعة المقدسة كمثل النفس والجسد فقالوا لنا والانسان هو طبيعتان فقلنا لهم ما نعرف الا طبعا واحدا مركبا ولا يقال الا واحد ومشية واحدة وفعل واحد. فما انثنوا عما هم عليه ولا سمعوا كلام الكتب. ولما قلنا لهم دفعات كثيرة اننا ما نقول لكم شيا من انفسنا بل نذكر ما قاله الابا القديسون ومعلموا البيعة المقدسة المحققون لاتحاد المسيح الاهنا فانهم لا يعرفونه من بعد الاتحاد غير طبع واحد الله الكلمة المتجسدة وانه قد انقضى وبطل بالكلية ذكر اثنين من بعد الاتحاد. ولما سمع البطريرك هذا قال ممن من المعلمين تحضرونا حقيقة ما تزعمونه وتقولون به وتظهرونه لنا. فاجبناه اننا من قول جميع المعلمين الذين هم مثبتون الامانة وبانيون البيعة كل واحد منهم فى زمانه. فقال تبينون من قول قورللس القديس شهادة هذا الاتحاد الذى ذكرتموه. فوعدناه اننا نفعل هذا وظن اننا لا نقدر على ذلك ولا نعرفه وكتبنا الشهادات التى ذكرناها اخر هذا الكتاب باليونانية واحضرناها وسلمناها اليه. فلما نظر اليها امسك ولم يقراها. فقلت اتامر البطريرك وتقرا عليه هذه الشهادات التى للمعلمين الارتدكسيين المستقيمى الامانة الذى نحن وانتم مجمعون على القول بهم وهم اباونا وتبينوا ما ذكروه الابهات واورونا متى سموه طبعين من قبل الاتحاد او من بعده ونحن نرضى بما يذكروه الابا. وهذه الشهادات وهى بعض ما قاله الابا لانا لا نعرف لسانكم فاقتصرنا على ما ذكرناه وهو يسير من كثير لتعلموا حقيقة كلامنا وما نعتقده ولا تظنوا بنا اننا غير عالمين

وابا

ea minimè legeretur: Jubes, ajo, ut perlegantur Patriarchæ teſtimonia Doctorum orthodoxorum, qui communi partium conſenſu ſuſcipiuntur; ipſique ſunt Patres noſtri. Et oſtendite nobis ex Patrum decretis, utrùm Chriſto duas naturas ante unionem, an poſt illam tribuerint, noſque Patrum dictis conſentientes habebitis. En teſtimonia: Sunt autem pauca quædam: ignorantes enim veſtrum ſermonem, cætera multa prætereunda duximus; ut inde fidei noſtræ veritatem certitudinemque cognoſcatis, neque nos imperitos atque erroribus implicitos exiſtimetis. Ad hæc conticuere illi, hoc tantummodo ſubdentes, Gregorium Theologum in priori epiſtola ad Caledonium Apollinari objicere, eundemque graviter reprehendere, quod Chriſtum negaret aſſumpſiſſe corpus perfectum anima rationali intelligente præditum: duaſque naturas, ſicut animam & corpus, Chriſto aſſerere. Tùm verò, Percurrite, ajo, epiſtolam ab initio uſque ad calcem, & perſpicietis, quomodo ſanctus Doctor unionem definiat in eadem epiſtola, quam protuliſtis, & quomodo affirmet, *non alius eſt & alius, abſit: ſed uterque in unione & commiſtione unus*: Non quod ſanctus Gregorius inducat in Chriſto commiſtionem, & confuſionem, ſed quia veritatem unionis certam atque indubitabilem reddere voluit, Chriſtumque unum eſſe & agnoſci in corpore, nec duabus conſtare naturis, ſicut dicitis. At illi ſententiam ſuam pertinaciſſimè tuentes: en ergo, ajebant, commiſtionem & confuſionem facitis, & divinitatem paſſam fuiſſe affirmatis, ſi unicam naturam aſſeritis. Unus porrò Deus novit, quæ geſta fuere, & quæ in hac noſtra cum illis diſputatione diſſeruimus: quoniam duodecies hactenus nos ad collationem provocarunt.

وانا على ضلاله كما تزعمون . فاما هم فما اجابوا غير هذه المسيله وقالوا قال القديس غريغوريوس الثاولوغس فى الرسالة الاولى التى منه الى فلنديبنوس وهو يوبخ فيها لاافاليناريوس ويحتجه على انه ما كان يقول ان المسيح لم يتخذ جسدا تاما بنفس ناطقه عالمة ويقول له طبعان كالجسد والنفس فقلنا لهم اقروا الرسالة من اولها الى اخرها وتبينوا حقيقة ذلك القديس كيف يحد الاتحاد فى هذه الرسالة التى استشهدتم منها ويقول فيها ليس اخر واخر معاذ الله بل اثنيهما بالاتحاد والامتزاج الواحد . ليس ان القديس اغريغوريوس يدخل على المسيح مزاجا واختلاطا . وانما قال هذا ليحقق ويصحح الاتحاد وانه واحد يعرف بجسد وليس طبيعتين كما تقولون . وهم يكابرون على رسمهم ويقولون هوذا اذن تعملون مزاجا واختلاطا وان اللاهوت تالمت تقولون ان كنتم تقولون بطبع واحد . والله وحده يعلم ما جرى وما قلت فى هذه الجموع التى صارت لنا معهم لانهم جمعوا علينا اثناعشر دفعة الى هذا الوقت .

Hæc verò ſunt teſtimonia [1], quæ Græcè ſcripta eis obtulimus conſona doctrinæ ſancti Cyrilli: quorum primum eſt ejuſdem Cyrilli ex ſermone Athanaſii de Incarnatione Dei Verbi

وهذه الشهادات التى كتبناها لهم باليونانية محققين لتعليم قورلس القديس واولها ما ذكره قورلس من ميمر اثاناسيوس على تجسد الله الكلمة الخ

bi

فانظر

NOTA.

[1] *Teſtimonia*. Auctores, quos citat Joannes, hi ſunt. *Cyrillus* Orat. in Diodorum & Andream Samoſatenum, ubi Athanaſii ſermonem de Incarn. Dei Verbi citat. *Gregorius Thaumaturgus* de Fide. *Julius Papa Romæ* Orat. adverſus eos, qui Incarnationem Dei Verbi impugnant. *Idem* Orat. de unione Deitatis & corporis Chriſti. *Idem* in epiſtola ad Dionyſium Epiſcopum Cypri. *Gregorius Theologus* Orat. de Nativitate Domini. *Idem* Orat. de Deo Verbo. *Cyrillus* epiſt. ad Acacium Meletinenſem Epiſcopum. *Idem* epiſt. ad Succeſſum. *Idem* tomo 2. adverſus Neſtorium. *Idem* epiſtola heortiatica ad Theodoſium Imperatorem. *Idem* epiſtola ad Eulogium Presbyterum Conſtantinopolitanum.

bi &c. Vos itaque legite & expendite omnes ejuſmodi textus, quos Spiritus Sanctus loquutus eſt per ora ſanctorum Patrum, & quidquid demonſtravit ſanctus Pater Cyrillus in om- .. s ſuis libris, quorum lux eſt lux ſolis: quæ ve idem circa Incarnationem Dei Verbi oſtendit: quoniam ubique anathematizat, & affirmat, mentem ſpeculationi intentam videre duas naturas ad unionem & compoſitionem venire in Chriſto, noſque confiteri unam naturam unamque perſonam perfectam ex duabus per unionem ſine defectu, aut commiſtione, aut corruptione, unum incarnatum. Teſtatur etiam Pater Cyrillus antiquos Patres hoc idem ſenſiſſe, & eadem ſimilitudine uſos fuiſſe: & ſecundùm reliquos omnes electos Patres credimus & affirmamus, unum eſſe Chriſtum ex duabus
1 naturis & perſonis [1], divinitate & humanitate perfecta, factamque fuiſſe unam naturam & perſonam unam Verbo incarnato homini facto. Omninò autem negamus poſt unionem duas naturas duaſque perſonas, vel duas voluntates, aut contrarias operationes. Quicumque enim hoc dicit, anathematizatur & rejicitur à ſanctis Patribus & præſtantibus Doctoribus, quemadmodum præfati ſumus. Et hæc eſt Neſtorii aſſertio & doctrina, & omnium ejus gregalium.

Porrò.

فانظروا وتاملوا جميع هذه المقالات التى نطق بها روح القدس على افواة الابا القديسين وجميع ما بيّنه الاب القديس قورللس فى ساير كتبه التى نورها كنور الشمس . وكما اظهره من معنى تجسد الله الكلمة فانه فى كل موضع يحرم ويقول ان العقل اذا تامل بالثاوريا نظر الى طبعين صارا الى الاتحاد والتركيب فى المسيح ونعترف بطبع واحد وقنوم واحد كامل من اثنين بالاتحاد من غير زوال ولا امتزاج ولا فساد للواحد الكلمة المتجسدة . وشهد الاب قورللس ايضا عن الابا الذين تقدموا انهم هكذا قالوا وهكذا مثلوا . ومثل ساير الابا الاخيار نومن ونقول ان واحد هو المسيح بن الله من طبعين وقنومين لاهوت وناسوت كاملة وانه صار طبعا واحدا وقنوم واحد للكلمة المتجسد المتانس وما نقول بته من بعد الاتحاد لا طبعين ولا قنومين ولا مشيتين ولا افعال مختلفة . لانه من يقول بهذه المقالة محروم مرذول من الابهات القديسين والمعلمين الفاضلين كما قدمنا وذكرنا . وهذه مقالة نسطوريوس وتعليمه وجميع من قال بقوله .

وكلما

## NOTA.

1 *Ex duabus naturis & perſonis.* Locutio à nullo veterum Monophyſitarum, quod ſciam, uſurpata, primùm occurrit in Synodica Theodoſii, ut notavi ſuprà pag. 125. Eadem legitur in epiſtola Athanaſii Antiocheni ad Philotheum ſexageſimum tertium Coptorum Patriarcham his verbis:

نعترف ان عمانويل مسيح واحد ورب واحد ابن واحد وجه واحد وطبع واحد اقنوم واحد متجسد من اقنومين اعنى طبيعتين من لاهوت وناسوت .

*Confitemur, quod Emmanuel eſt Chriſtus unus, Dominus unus, unus Filius, unum proſopon, una natura, una perſona incarnata* EX DUABUS PERSONIS, *hoc eſt, naturis, ex divinitate ſcilicet & humanitate.* Ubi Athanaſius perſonam cum natura confundit: mox ſubjungit hoc ineptiſſimum ratiocinium.

فان قلنا ان سيدنا المسيح من بعد الاتحاد طبيعتين اوبطبيعتين كما زعموا الذين لا فهم لهم ويظنوا انهم حكما فكيف لا يقولون ايضا ان المسيح اقنومين وباقنومين ويجعلون الثالوث اربعة لانه لا يمكن ان يكون طبع الا باقنوم ;

*Quodſi dicimus, Chriſtum Dominum poſt adunationem duas eſſe naturas, aut in duabus naturis, ut opinantur qui ſe ſapientes putant, quum inſipientes ſint, quomodo dicendum non erit, Chriſtum quoque duas eſſe perſonas & in duabus perſonis: & ſic pro Trinitate quaternitas obtrudetur, quum fieri nequeat, ut natura ſit, niſi in perſona.* Perſonam ergo à natura haud diſtinguunt recentiores Monophyſitæ, qui tamen quum in Trinitate naturam unam, treſque perſonas in iis ipſis Synodicis, quas citavi, diſertè fateantur, neceſſario ſequitur, eos vel omninò cæcos eſſe (id enim in Incarnatione non vident, quod in Trinitatis myſterio perſpicaciſſimè intuentur:) vel ſibimet repugnare, qui nunc perſonam à natura diſtinguunt, nunc utramque pro una eademque re ſumunt.

Porrò quoties ajebam hanc eſſe Neſtorii hæreſim, vehementer excandeſcebant, ſibique id permoleſtum eſſe præſeferebant, Neſtorium cum ſuo errore execrantes, quamvis & ipſi ejus doctrinam conſectentur & doceant. Et nos quidem hæc & alia, quæ conſulto præterimus, illis ſæpius ſuggeſſimus. At illi in ſua pertinacia atque inveterato errore perſtitere, his modis nobiſcum agentes, ſuique Imperii auctoritate nobis inſtantes & vim intentantes, juxta vetus adagium: qui dominatur, ſapit. Ut verò intelleximus, Scripturarum oraculis eos minimè acquieturos, nec veritati manus unquam daturos: nec noſtra, ſubjecimus, voluntate ad vos venimus, nec vobiſcum diſputare ambivimus unquam, ſed Imperatoris mandato nos huc accedere adegiſtis, rogatique fidei noſtræ fundamenta aperuimus, quodque nobis tradidere præſtantiſſimi Patres & orthodoxi Doctores, qui Dei Eccleſiam rexerunt, eamque propugnarunt, atque Apoſtolicam fidem confirmarunt. Vos autem nec illis neque nobis acquieſcitis. Implete igitur opera Patrum veſtrorum, eorumque veſtigiis inſiſtite. Nos itidem noſtros ſequemur.

وكلما كنت اذكر لهم هذه مقالة نسطوريوس كان غيظهم يزيد ويشق ذلك عليهم جدا ويظهرون نفورا من امانة نسطوريوس ومنه وهم يقولون ويذكرون علومه . ولما ذكرنا لهم هذا وغيره اضعافا مضعفة مما يطول ذكره فاما هم فعلى مكابرتهم ومباهتتهم القديمة فيهم . وذلك استعملوا معنا متعززين علينا متحكمين بملكهم كقول المثل المسلط حكيم . فلما رايناهم لا يسمعون قول الكتب ولا يرضون بالحق قلنا لهم نحن ليس باختيارنا جينا اليكم ولا اردنا مجادلتكم بل بيد الملك اغتصبتمونا واحضرتمونا ولما طالبتمونا باطلاعكم على مذهبنا عرفناكم اصل امانتنا ومما سلمه الينا الابا الفاضلون والمعلمون المستقيمون العلم الذين رعوا بيعة الله وجاهدوا عنها وبينوا الامانة السليحية وانتم فما منهم تسمعون ولا منا . فتمموا افعال ابايكم واسلكوا فى اعقابهم ونحن نعقب من لنا .

Enimverò poſtquam patuit, nos nulla vi, nullo metu à propoſito diſceſſuros, nec minis, nec pollicitationibus infirmitatem virtutis noſtræ ad eorum vota pertractum iri (quoniam extrema pati nobis deliberatum fuerat, & mortem cætera inevitabilem oppetere:) ipſi contuentes mortis metu noſtram conſtantiam minimè fractam, continuere ſeſe parumper, noſque in carcerem conjecerunt. Sic hactenus nobiſcum agitur. Meliora à Dei clementia præſtolamur, veſtris nimirùm exorata precibus. Spes autem noſtra in Deo eſt, & patientia firma, quam nulla vis, nullus metus, aut caſus ullus franget: & confidimus in eo, cujus ſpes non confundit, fore ut nos minimè deſerat, ſed contra nobis gaudium, & finem bonum ſit allaturus, ſuumque judicium in nobis impleturus.

فلما نظروا هم ان ترعيبهم لنا وتهويلهم علينا لا يزيلنا عما نحن عليه ولا مواعيدهم ولا كرامتهم تجتذب ضعف قوتنا الى ما يريدونه لانا نحن قد جعلناها واحدة واسلمنا انفسنا للموت الذى لابد منه . فعند تاملهم ما نحن عليه من الصبر على الموت امسكوا عنا قليلا واعتقلونا فى الحبس ونحن على هذه الجملة الى الان نترجا رحمة الله وان تلحقنا بقوة صلواتكم فاما يقيننا بالله وصبرنا فمتحكم لا يتداخل قلوبنا جزع ولا خوف ولا حال من الاحوال ونعتمد على من لا يخيب رجاه انه لا يغفل عنا وان يجعل لنا فرحا وخاتمة صالحة وان ينفذ حكمه فينا .

Quod autem rerum noſtrarum ſeriem hoc libello retexere ſuaſit, fuit, quoniam comperimus vobis nunciatum fuiſſe noſtrum in urbem Conſtantinopolitanam adventum: ſed fortaſſe res, ut geſtæ ſunt, minimè tene-

والذى دعانا الى شرح ما ضمناه هذا الكتاب انه صح عندنا ما اتصل بكم من حصولنا بالقسطنطينية فاما بيان الصورة فليس عندكم لان السماع بعيد عن الحقيقة ونعلم انكم بفضلكم

مغمومون

tenetis; Fama quippe à veritate plerumque aberrat. Compertumque prætereà nobis eſt, vos pro veſtra in nos benevolentia ex noſtro infortunio non mediocri mœrore affectos; quandoquidem alter alterius membra ſumus, & quum unum membrum dolet, reliqua eidem condolere conſequens eſt, quia uno ſpiritu animati ſumus. Tùm etiam ne vobis, quod abſit, ulla incidat adversùs nos ſuſpicio ex iis, quæ ſatanas maledictus ſerere ſolet, aut à flagitioſis hominibus vobis inſuſurrari contingat: qui enim maledicto diabolo adhæret, ipſe decipitur, & ſeductus puras mentes perturbat, etſi de veſtra bona mente optimè ſentiamus, nec eam delatorum obtrectationibus patere credamus. Demùm quia Deus, cujus nomini laus & gloria, videt, quàm oppidò cupiamus fieri certiores, vos bene valere, veſtraque omnia quàm optimè ſe habere: veſtras, inquam, benedictas Eccleſias, & omnes Paſtores veſtræ juriſdictioni ſubjectos, quos ut Deus veſtris precibus tueatur, oramus: nec non monachos, qui in deſerto agunt, & ſanctos patres: ut tribuat nobis Deus benedictionem veſtrarum eorumque orationum. Quod autem ſupplices etiam atque etiam à ſanctitate veſtra flagitamus, rogate omnes ſanctos, qui in veſtris provinciis commorantur, tùm propinquos, tùm à vobis remotos, ut pro noſtra infirmitate, & pro univerſa Eccleſia orthodoxa ipſorum matre ac nutrice orent: quia nobis certum eſt, à Deo non confundi eos qui ſimpliciter in corde puro invocant illum, ſed illum petitionem eorum ipſis tribuere. Precamur etiam ſanctitatem & præſtantiſſimam fraternitatem veſtram, ut nos ſolari dignemini in hac tribulatione, in qua ſumus, & in hoc exilio literis veſtris, in quibus conquieſcamus. Enimverò epiſtolam veſtram contueri perinde erit, ac ſi glorioſam perſonam veſtram videamus. Salutem divinam ſpiritualem dicimus dilectioni nobilis animæ tuæ, & omnibus electiſſimis Epiſcopis nominatim, atque univerſis diſcipulis veſtris, & iis qui vobis accepti ſunt; & præcipuè illuſtri, ac ſapienti Domino Macario Scriptori. Ego verò, & Sergius Metropolita Apameæ, & Jacobus Metropolita Symnadæ, & Joannes Epiſcopus Ramatuæ, & Conſtantinus Epiſcopus Garmæ, qui mecum ſunt in exilio: & omnes noſtri diſcipuli, David & Zacharias: & fideles fami-

مغمومون لاجل نقصنا لانا اعضا بعضنا لبعض فاذا الم عضو واحد فساير البدن متالم لانا ننتسم روحا واحدة. وايضا ليلا يداخلكم والمعاذ بالله شك فيما عندنا مما يزرعه الشيطان اللعين او بتبليغ من لا خير فيه اليكم ممن هو ارعاين لابليس اللعين فيتخلل ويغتال ويكدر الافكار الصافية وان كنا على اجمل واحسن ثقة وحقيقة مما عندكم وان البلاغات الردية لا تنجع فيكم. وايضا فلان الله جل اسمه الشاهد على ما عندنا من الشوق الى معرفة اخباركم السارة ومجارى احوالكم ورعاتكم المباركة وجميع الرعاة الذين تحت ايديكم حرسهم الله بصلواتكم والرهبان الذين فى البرية والابا القديسين رزقنا الله بركة صلواتكم وصلواتهم والذي نساله من قدسكم بالتضرع والتحنن ان تسلوا جميع القديسين الذين بنواحيكم بالقرب منكم والبعد تقديم الصلاة وتضرع عن ضعفنا وعن جميع البيعة الارثدكسية امهم ومربيتهم فانه حقيق عندنا ان الله لا يخيب من دعاه مخلصا بقلب طاهر ويعطيه مسلته. ونسل قدسكم وفضل اخوتكم ان تعزونا فى هذه الشدة التى نحن فيها والاكسورية بكتاب منكم نسكن اليه وكانا اذا عاينا كتابا منكم فقد شاهدنا جليل شخصكم وناجيناكم بالسلام الالهى الروحاني لودّ نفسك النبيلة وجميع الاساقفة الاخيار كل واحد منهم باسمه. وجميع تلاميذكم والمرضيين لكم وخاصة البهى الحكيم مار مقارة الكاتب وانا وسرجس مطران اوفاميا ويعقوب مطران ممندوا ويوحنا اسقف رمطوه وقسطنطين اسقف جرما الذين معى بالنفى وجميع تلاميذنا داود وزخريا والمومنون الذين من اصحابنا بمدينة الملك يخصكم جميعا بالسلام ونستودعكم الله ونسالكم ان تستودعونا اياه واغفروا لنا واذكرونا فى صلواتكم المقبوله.

familiares noſtri in Regia urbe vobis ſalutem dicunt: voſque Deo commendamus, & oramus, ut nos ſimiliter Deo vos commendetis, nobiſque parcatis, atque in veſtra acceptabili oratione noſtri memoriam habeatis.

Hæc ſcripſimus feria ſecunda, die vigeſima tertia Ab (*Auguſti*) anno Alexandri Macedonis milleſimo ducenteſimo octogeſimo.

وكتب يوم الاثنين وقد مضى من اب ثلثة وعشرون يوما سنة الف ومايتين وثمانين للاسكندر الملا قدوني .

Is fuit annus Chriſti 969. quo dies 23. Auguſti in feriam ſecundam incidit: non *annus* 958. ut perperàm ſcribit Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 489. ubi diſputationis quidem Joannis ſummam cum Græco Patriarcha ex Codice Seguieriano retulit, ſed in aſſignanda ejus epocha deceptus eſt: nam anno Chriſti 958. nec Joannes Patriarchatum, neque Nicephorus Phocas imperium inierant. Hic enim imperare cœpit anno 963. Joannes verò in Patriarcham Syrorum Jacobitarum, ut ipſe ſcribit in laudata epiſtola, electus fuit, quum Alexandrinam Coptorum Eccleſiam regeret Mennas, qui Patriarchatum quidem inierat anno Martyrum 673. Chriſti 957. ut oſtendi pag. 132. ſed duo Jacobitarum Syrorum Patriarchæ Joannis prædeceſſores ſub eodem Menna extiterant: Dionyſius nimirùm, de quo ſuprà pag. 131. & Abraham, cujus meminit Bar-ſalibæus in ſerie eorum Patriarcharum num. 84.

IV. Anaphora, quæ Sanctorum Doctorum nuncupatur.

Idem Renaudotius tom. cit. p. 409. ex Codicibus Seguierianis & Colbertinis publicavit *Anaphoram Sanctorum Doctorum*, quæ *Joannis Magni Patriarchæ* nomen præfert. Initium: *Domine Deus potens*. Dicitur autem *Sanctorum Doctorum*, quia tota contexta eſt ex aliis Anaphoris: *quarum*, inquit, *Auctores perhibentur aut Sancti nominatiſſimi in antiqua Eccleſia ante omnem ſchiſmatis memoriam: aut recentiores, qui ob defenſionem vel profeſſionem Monophyſitarum doctrinæ, fama inter eos celebres ſunt*. Adſcribuntur autem in margine unicuique orationi nomina Auctorum, qui ſunt: Jacobus frater Domini: Joannes Evangeliſta: Duodecim Apoſtoli: Clemens: Ignatius martyr: Dionyſius Athenienſis: Julius Papa: Gregorius Theologus: Cyrillus: Philoxenus Hierapolitanus: Jacobus Sarugenſis: & Lazarus Bar-Sabta. Poſtrema denique precatio pag. 419. cujus initium *Lux mea & Deus omnium*; & quæ orationi Dominicæ ſubjungitur pag. 417. initium: *O Domine miſericors*, Auctori hujuſce collectionis tribuuntur. An verò is noſter Joannes ſit, affirmare non auſim: plures enim ſub hoc nomine occurrunt in ſerie Barſalibæi à Severo ad ejus uſque ætatem, hoc eſt ad annum Græcorum 1518. Chriſti 1207. nimirùm, LXI. LXVIII. LXXVI. LXXX. LXXXII. LXXXV. LXXXVII. LXXXIX. XCI. XCIII. XCV. & XCVIII. Sed quum *Lazarus Bar-Sabta* in hac Liturgia nominetur, qui nono ſæculo, ut ſuprà dixi, vivebat, dubium nullum relinquitur de utroque Joanne LXI. & LXVIII. quos ante illud ſæculum vixiſſe, ex Dionyſii Chronico obſervavi. Dubitat Renaudotius loc. cit. *An ejus Liturgiæ ordinator fuerit Joannes, qui Apologiam ritus Syrorum circa præparationem panis Euchariſtici cum fermento, ſale, & oleo ſcripſit*. Verùm is fuit Joannes XCI. quem ܒܪ ܫܘܫܢ *Bar-Suſan* appellant Syri, nec ullibi *Joannes Magnus*, aut hujus Liturgiæ concinnator dicitur, ſed propriam & peculiarem edidit Anaphoram, de qua nos infrà.

Deniq̀ue obſervandum quod de Auctoribus, ex quibus hæc Liturgia concinnata eſt, notat idem Renaudotius. *Omnium*, inquit, *ſi unum Theologum excipimus, quod de Gregorio Nazianzeno intelligi debet, nominibus prænotatas Jacobitæ totidem Liturgias agnoſcunt, iſtam non item: ſed quod ex veterrimo Codice* *Col-*

*Colbertino didicimus, quæ Baſilio tribuitur, (ea ſcilicet, quam Maſius interpretatus eſt,) eadem Gregorio quoque conjunctim adſcribitur. Nam multa duobus illis Eccleſiæ luminibus Reſponſa de Jure variiſque quæſtionibus Eccleſiaſticis, attribuere ſolent, ut factum eſt de iſta Liturgia, quam diu fruſtra quæſitam in illo tandem Codice reperimus*. Nihil veroſimilius dici poterat de Gregorii Theologi Liturgia: ſed verum nequaquam eſt. Propriam Theologus habet apud Syros, non ſecus atque apud Coptos & Æthiopas, & quidem à Baſilii Liturgia omninò diverſam Anaphoram, quæ exſtat in Cod. Nitr. 3. fol. 100. Nitr. 4. fol. 194. & Ecchell. 3. fol. 109.

Initium: ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܛܘܒܬܢܐ ܕܟܠ

*Deus Pater beatiſſime*, ejuſque meminit Edenenſis cap. 2. de Catholicis Anaphorarum Scriptoribus num. 16. & Schultingius tom. 3. pag. 106. num. 10. At Baſilii Anaphora apud eundem Edenenſem num. 15. incipit

ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܒܥܠܡ

*Deus æterne*, cujus & meminit Schultingius num. 11. eamque edidit Maſius anno 1567. & ex Maſio Renaudotius tom. 3. pag. 548. Exſtat autem Syriacè in Codice Syr. Clemen. Vatic. 20.

# CAPUT XXVI.

## *Athanaſius VI. Patriarcha.*

I. Athanaſii VI. ætas.

ATHANASIUS Sextus hujus nominis Jacobitarum Patriarcha, in ſerie Barſalibæi nonageſimus, Dionyſii & Joannis ſucceſſor, æqualis fuit Philotheo ſexageſimo tertio Coptorum Patriarchæ, qui in Hiſtoria Alexandrina Coptis præfuiſſe dicitur ab anno Martyrum 692. ad annum 716. hoc eſt, ab anno Chriſti 976. ad annum 1000.

II. Synodica ad Philotheum Alexandrinum.

Exſtat ejus ad eundem Philotheum Synodica apud Paulum Ebn. Regia in libro de Fide Patrum fol. 309. Init:

اومن واعترف بالاب والابن الـخ

*Credo & confiteor Patrem & Filium &c.* ubi de more recentiorum Jacobitarum, Chriſtum aſſerit *ex duabus naturis, & duabus perſonis compoſitum*, ut ſuprà dixi pag. 137.

III. Philothei ad Dionyſium Synodicæ fragmentum.

Philothei ad Athanaſium epiſtola legitur in eodem libro de Fide Patrum fol. 305. eique fol. 302. præmittitur Synodica ejuſdem Philothei ad Dionyſium Athanaſii præceſſorem, ex qua hæc, quæ utriuſque ætatem & mutuam communionem *illuſtrant*, deſcribere operæ pretium duco.

هذه ايها الاخ الحبيب الكريم حرسك الله التى
الهمنى الله اياها بنوره الحقيقى كتبتها بل من
تعاليم الابا الافاضل لتقف منها على مسلكك .
وهولا الذين اتونا بوسايلك السنوديقيات
الكريمة النافذة من قدسك قبلناهم بفرح عظيم
وتهليل وقلب مسرور على قدر مسكنتنا اعنى
الحكيم توفيل مطران دمشق المعلم المهذب فى
التفسير المطران القديس بدمشق وباسيليوس البار
المضاهى فى سيرته لباسيليوس القديس معلم
الارثذكسية المطربليط بطيرية واخوتنا المشاركين
لنا فى الخدمة الروحانية فهولا المويدين
بالحكمة والفعل فلقد سررنا بحضورهم كاننا
شاهدنا قدسك . هولا الذين وجدناهم بالحقيقة
مستحقين للكهنوت اذ خدموا الوساطة بيننا الله
يجازيهم بالحسنى . وكذلك تلميذك يوحنا البار
الناسك الفاضل القس وسلمون الشماس المبارك
واعتنقناهم بفرح واشتياق لانهم فارقوا قدسك بكل
نشاط وساروا الينا واكرزنا اسمك العالى فى ساير
البيع وساير الصقوع والامصار وتقدمنا الى ساير
الكوم ليصلوا عليك فى كل قداس ثبت الله
اسمك المجد لالهنا يسوع المسيح . نقدم السلام
الى ساير من تحت سلطانك وتحت خضوع
كرسيك ابها المغبوط من المطارنة الابرار
والاساقفه الاخيار والاقليرس الكريم والشعب
المومن والرهبان الاطهار والقطيع الذى لسيدنا
المسيح قبلك خاصة تلاميذك جبريل ويسوع
ومرقس

ومرقس الرب بحفظهم وكمال الشعب الذى
قبلك بخير وسلامة امين . ويقدموا الى قدسك
من الذين عندنا السلام بسجود ابهاتنا الاساقفة
الذين حضروا كل واحد باسمه وخاصة انبا ساويرس
اسقف الاشمونين وانبا مرقس البهنسى الكاتب
والقسوس والشمامسة وجميع الرهبان والاراكنة
المحبين لله والشعوب المومنين الذى تحت كرسى
مرقس الانجيلى . وابو رهبان ديرك الذى عندنا
والاخوة الذين فيه ونحن مستعدون للقيام بهم
وحسن النظر اليهم حسب ما امرت . يقبل قدميك
الصغير الذى كتب هذه السنوديقا مقارة اسقف
منوف الكاتب . العنوان بخط انبا فيلاثاوس .
فيلاثاوس برحمة الله اسقف الاسكندرية كتبت
بيدى ورسمت هذه الرسالة السنوديقا الى القديس
المغبوط انبا ديوناسيوس بطريرك مدينة اللـــه
انطاكيه وابتهل الى الثالوث المقدس المساوى فى
الجوهر الذي نعبده نحن الارثدكسيون ان يحرس
قدسك ويكمل موهبتك لترعى شعبك باستقامة
وسلامه مع وتاقات محبتنا وشركة خدمتنا . وديدى
الذى اشتاق اليه فى الرب . وكتب فى شهر برموده
سنـة تسع مائة وتسع وسبعين من تجسد المسيح
الاهـــــــنـــــا من سنى الشهدا
القديسين ســبـــع مائة وثلثـــة .

*Hæc ſcripſi, cariſſime, dilectiſſime & à Deo cuſtodite frater, quæ Deus vera luce ſua mihi inſpiravit, doctrinam præſtantiſſimorum Patrum ſequutus,*
1 *ut tuæ interrogationi* 1 *facerem ſatis. Hi autem, qui gratiſſimas tuas literas Synodicas à Sanctitate tua ſcriptas mihi attulerunt, excepti fuere à nobis pro viribus infirmitatis noſtræ cum gaudio magno & gratulatione & lætitia cordis: nimirùm fratres & commiſtri noſtri ſpirituales, ſapiens Theophilus Archiepiſcopus Damaſcenus, orthodoxus doctor, & peritus interpres, & religioſiſſimus Baſilius Tiriæ Epiſcopus, qui ſanctum Baſilium orthodoxæ Eccleſiæ doctorem moribus repræſentat. Iſti ſapientia & opere inſtructi maximam nobis attulere lætitiam, perinde ac ſi tuam Sanctitatem intueremur. Iſtos nimirùm ſacerdotio digniſſimos invenimus, quum mutuæ inter nos communionis & pacis ſequeſtres ſeſe conſtituerint: tanti beneficii mercedem Deus illis retribuat. Eadem precamur Joanni Presbytero diſcipulo tuo, juſto, religioſo, & omnibus virtutibus ornatiſſimo, & Salomoni Diacono benedicto, quos cum gaudio & deſiderio amplexi ſumus, quoniam à tuæ ſanctitatis præſentia avelli maluerunt, ut ad nos celerrimè pervenirent. Tùm verò excelſum nomen tuum in cunctis Eccleſiis ubique locorum præconizari curavimus, atque per omnes provincias tranſegimus, ut pro te oretur in ſingulis Sacris. Confirmet Deus nomen tuum. Laus & gloria Deo noſtro Jeſu Chriſto. Salutem optamus omnibus ſubditis tuis, tuæque Sedi obſequentibus, ò beatiſſime: Metropolitis, inquam, juſtis, & electis Epiſcopis, & venerabili Clero, & populo fideli, & puris monachis, & gregi Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui apud te eſt; & præcipuè diſcipulis tuis*
Ga-

## N O T A.

1 *Interrogationi.* Quæſiverat Dionyſius:
ان موت سيدنا المسيح لما كان من مفارقة النفس
للجسد من حيث لم يفارق اللاهوت للجسـد ولا
للنفس المفارقه للجسد ولا قامت اللاهوت الحالة
فى الجسد مقام النفس المخلوقـة فلم يكن موت
لان اللاهوتـيـة اعظم واجلّ واقوى من النفس
المخلوقة وكيف كان حيا باجتماع النفس المخلوقة
مع الجسد المخلوق وكان ميتا بـــــــان
لم يفارق اللاهوت المتحد بـــــــه ؛
*Quum Chriſti mors in animæ ſeparatione à corpore conſiſtit, ex eo igitur quod Divinitas neque à corpore ſeparata fuerit, neque ab anima, quæ ex corpore ſeparata eſt, neque in corpore eadem vices animæ creatæ ſuppleverit, mors nequaquam erit: quia Divinitas anima creata excellentior, præſtantior, & fortior eſt. Quomodo autem per unionem animæ creatæ cum creato corpore is vivebat; remanente verò Divinitatis unione mortuus erat?* Reſponſio Philothei planè orthodoxa: quia nimirùm mors & vita naturalis Chriſti non in excellentia aut unione Divinitatis cum anima & corpore conſiſtebat, ſed in unione & ſeparatione animæ ejuſdem à corpore, etſi Divinitas ex puncto temporis, quo corpus animatum anima rationali in utero Virginis formatum eſt, neque animam neque corpus unquam dimiſerit. Vide apud Paulum ebn-Regia à fol. 302.

*Gabrieli*, & *Joſue*, & *Marco*: *ſervet eos Deus in bono* & *in pace unàcum populo*, *qui apud te eſt*. *Amen*. *Tibi ſimiliter ſalutem dicunt*, *ſanctitatem tuam adorantes*, *qui apud nos ſunt patres noſtri Epiſcopi his literis præſentes ſuo quiſque nomine*: *Abbas præcipuè Severus* 1 *Epiſcopus Aſmonæorum*, & *Abbas Marcus Epiſcopus Behenſium ſcriptor* 2, & *Presbyteri*, & *Diaconi* & *omnes monachi*, & *principes Dei amantes*, & *populi fideles Sedi Evangeliſtæ Marci ſubjecti*, & *pater monachorum* 3 *cœnobii tui qui apud nos eſt*, & *fratres in eo commorantes*, *quorum curam ſuſcipere eoſque ſecundùm tuum mandatum alere paratiſſimos nos eſſe ſcias*. *Pedes tuos oſculatur parvus*, *qui hanc Synodicam ſcripſit*, *Macarius* 4 *Epiſcopus Mempheos*, *ab epiſtolis*. *Superſcriptio manu Abbatis Philothei*. *Philotheus miſeratione divina Epiſcopus Alexandriæ ſcripſi mea manu*, & *ſignavi hanc epiſtolam Synodicam ad ſanctum beatum Abbatem Dionyſium Patriarcham Theopolis Antiochiæ*. *Deprecor ſanctam* & *conſubſtantialem Trinitatem*, *quam nos orthodoxi colimus*, *ut cuſtodiat ſanctitatem tuam*, & *perficiat donum tuum*, *ut regas populum tuum in rectitudine* & *pace cum vinculis dilectionis noſtræ* & *comminiſterii noſtri*, *cariſſime*, & *deſideratiſſime in Domino*. *Datum menſe Barmuda*, *anno ab Incarnatione Chriſti Dei noſtri nongenteſimo ſeptuageſimo nono*, *ſanctorum Martyrum ſeptingenteſimo tertio*: nimirùm æræ vulgaris Chriſtianæ anno 987. nam Philotheus utitur epocha *Incarnationis ſecundùm Alexandrinos*, quæ octo annis Chriſtiana vulgari prior eſt, ut Pagius paſſim in critica Baronii obſervat.

# CAPUT XXVII.

## *Joannes Bar-Suſan Patriarcha.*

JOANNES in ſerie Barſalibæi nonageſimus primus Jacobitarum Patriarcha, cognomento ܒܪ ܫܘܫܢ *Bar-Suſan*, hoc eſt, *Suſannæ filius*, Athanaſium excepit ineunte ſæculo undecimò. Ei antequam in Patriarcham electus fuiſſet, nomen erat ܝܫܘܥ *Joſue*, ut ex titulo Anaphoræ ejuſdem liquet. I. Joannis Bar-ſuſan ætas.

Scripſit *Anaphoram*, cujus meminit Ecchellenſis Not. in Hebedjeſ. pag. 135. Exſtat autem manuſcripta in Cod. Ecchell. 5. fol. 41. & impreſſ. in Miſſali Chaldaico pag. 154. Initium: ܡܒܘܥܐ ܕܚܘܒܐ ܘܡܒܕܥܢܐ ܕܛܝܒܘܬܐ ܡܪܝܐ *Fons caritatis*, & *ſcaturigo bonitatis Domine*. Eandem agnovit Auctor Catalogi Anaphorarum apud Schultingium loc. ſæpè cit. num. 32, licet in anno ætatis Joannis valde hallucinatus ſit: ait enim: *Sancti Joannis filii Suſannæ Patriarchæ* (Anaphora) *Chaldaicè compoſita anno à nativitate Domini* 1083. Atqui Joannes Abdon, qui Baſilium Joannis Barſuſan ſucceſſorem excepit, ad Zachariam ſexageſimum quartum Coptorum Pa- II. Anaphora.

### N O T Æ.

1 *Severus*. Is eſt celeberrimus Scriptor, qui hiſtoriam Patriarcharum Alexandrinorum collegit, quam Renaudotius in compendium redactam publicavit. Ejus perhonorifica mentio fit ab auctore vitæ Philothei ſexageſimi tertii Coptorum Patriarchæ, ubi ejuſdem Operum catalogus texitur, quem ſuo loco dabimus, idemque familiaris fuiſſe dicitur Pauli ebn-Regia Auctoris Libri *de Fide Patrum*, cujus teſtimonia frequenter uſurpamus.

2 *Scriptor*. Arabicè, كاتب *Cateb*, quod *Secretarium*, ſeù *ab Actis & Epiſtolis* hic denotat. Nam Alexandrinos Patriarchas ad hæc munera Epiſcopos quandoque adhibuiſſe, rectè obſervavit Renaudotius tom. 1. Liturg. Orient. pag. 437.

3 *Cœnobii tui*. Celeberrimum intelligit S. Mariæ Syrorum in deſerto Scetenſi cœnobium, cujus manuſcripti Codices Vaticanam noſtram Bibliothecam ornant.

4 *Macarius*. Ejus meminit Joannes Patriarcha Antiochiæ in epiſt. ad Mennam Alexandrinum, ut ſuprâ pag. 139.

Patriarcham literas Synodicas anno Hegiræ 403. Chriſti 1012. apud Paulum ebn-Regia coævum auctorem in Libro de Fide Patrum dediſſe dicitur. Non igitur Joannis Barſuſan ætas ultrà annum Chriſti 1010. extendi poteſt. Fortaſsè annus 1083. pro 1003. ex typographorum oſcitantia obrepſit. At Naironi ſententia de ætate Barſuſan nulla ratione excuſari poteſt: ſic enim ſcribit in Indice Auctorum, quibus uſus eſt in ſua Evoplia: *Joannes Barſuſan Monophyſita floruit ante Jacobum Baradæum, de quo ſuprà, quum ille ſit ab eo citatus in ſua Catecheſi*. Nimirùm exiſtimavit Naironus Jacobum Baradæum auctorem eſſe *Catecheſis Jacobitarum*, ſeù potius *Encomii in Fidem Jacobitarum*, in quo quum Joannes Barſuſan citetur, rectè quidem, ſed ex falſis principiis intulit, hunc Jacobo Baradæo priorem fuiſſe. Verùm tàm *Catecheſim*, quàm *Encomium* illud recentioris cujuſdam Jacobitæ, non Baradæi fœtum eſſe, vel hoc ipſo argumento oſtendi ſuprà pag. 68. Deníùm Edenenſis cap. 7. de hæreticis Anaphorarum auctoribus num. 5. de Barſuſan hæc ſcribit. ܝܘܚܢܢ ܘܗܘ ܝܫܘܥ ܒܪܫܘܫܢ ܪ̈ܫܡ ܐܢܐܦܘܪ̈ܐ. ܩܕܡܝܬܐ ܡܫܪܝܐ: ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܒܚܘܒܐ ܚܕܐ ܐܢܬ ܘܐܚܪܬܐ: ܬܪܥܐ ܕܚܘܒܐ ܘܡܒܘܥܐ ܕܛܝܒܘܬܐ ܡܪܝܐ. ܘܗܕܐ ܐܬܩܒܠܬ ܒܪܘܡܝ ܡܢ ܠܐ ܝܕܥܬܐ ܒܝܬ ܐܢܐܦܘܪ̈ܐ ܡܩܒܠܬܐ: *Joannes, qui & Joſue Bar-Suſan, duas edidit Anaphoras, quarum prior incipit*: Deus qui in charitate gaudes: *Altera*, Fons charitatis & ſcaturigo bonitatis Domine, *& hæc ob inſcitiam inter approbatas Anaphoras Romæ impreſſa fuit*: Quod & Renaudotius vidit tom. 2. Liturg. Orient. in Diſſert. Proœmiali pag. 6. 22. & pag. 46. Verùm quod ſcribit Edenenſis de prima Barſuſan Anaphora, falſum eſt: ea enim non ad hunc referenda, ſed ad Dionyſium Barſalibæum, ut liquet ex Codice Nitr. 3. fol. 179. & idem Edenenſis cit. cap. num. 16. eandem Barſalibæo tribuit his verbis: ܘܠܗ ܐܦ ܬܪ̈ܬܝܢ ܐܢܐܦܘܪ̈ܐ. ܩܕܡܝܬܐ ܡܫܪܝܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܒܚܘܒܐ ܚܕܐ ܐܢܬ ܘܫܪܟܐ: *Duas etiam habet* (Barſalibæus) *Anaphoras, quarum prior incipit, Deus qui in charitate gaudes &c.*

Præter Anaphoram, *libellum* etiam edidit Barſuſan, quo ſuæ gentis Ritum de ſale, & oleo pani Euchariſtico miſcendis adversùs Coptos propugnat. Ejus controverſiæ meminit Auctor Encomii in fidem Jacobitarum in ms. Codice Collegii Maronitarum de Urbe pag. 51. cujus verba refert Naironus in Evopl. pag. 35. وزادت المحبة بين جماعة القبط والسريان الى زمان ابينا يوحنا بن شوشان بطرك انطاكيه . فوقع بين السريان وبين القبط خلف على ان السريان يعملوا فى قربانهم الملح والزيت فكتب ابونا يوحنا ابن شوشان مجـل يوضح فيه تحقيق الملح والزيت ووضعهما فى القربان : *& facta eſt*, inquit, *amoris acceſſio inter Coptitas & Syros* (nempe Jacobitas) *uſque ad tempus Patris noſtri Joannis Barſuſan Patriarchæ Antiochiæ: deinde orta eſt inter Coptitas & Syros diſſenſio, quia Syri ponunt in ſua oblatione ſalem & oleum: & ſcripſit Pater noſter Joannes Barſuſan libellum, in quo demonſtravit verificationem poſitionis ſalis & olei in Euchariſtia*. Tractatus ejuſmodi Syriacè ſcriptus exſtat in Codice Colbertino, teſte Renaudotio in Diſſert. Proœmiali ad tom. 2. Liturg. Orient. pag. 23. ſub hoc titulo: *Explicatio myſticæ ſignificationis ſalis, fermenti, & olei, quod pani Euchariſtico admiſcemus, auctore Joanne Patriarcha*. Arabicè redditus legitur in Codice 40. quem amiciſſimus Andreas Scandar in Meſopotamia comparatum propediem in Bibliothecam Vaticanam illaturus eſt: ejuſque fragmen-

III. Tractatus de ſale, & oleo, quæ pani Euchariſtico à Jacobitis miſcentur.

mentum exhibet Paulus ebn-Regia in libro de Fide Patrum fol. 347. ut infrà dicam.

Eadem de ſale & oleo quæſtio iterùm mota fuit in Ægypto ſub Chriſtodulo ſexageſimo ſexto Coptorum Patriarcha, ut ex ejus Vitæ Auctore refert Severus Aſmonæorum Epiſcopus in hæc verba. ثم جرت لـــه نوبة مع قوم سريان وهم فى كنيسة الشهيد ابو مرقورة بمصر بسبب الزيت والملح التى يعملوه فى قربانـــهم حتى ان انسان منهم يعرف بالشيخ ابوالبـــشـــر طبيب العظيمية خاطـــبـــه . فامر التلاميذ ان يقيموه من قدامه فاقاموه من بين يديه واخرجوه الى خارج مجرجرا الى برا الكنيســـة وكان طبيب الملك وقريبا مـــنـــه فمضى المذكور الى الوزير وشكاه له وكتب الى يوحـــنـــا بطرك انطاكـــيـــة يشكوه ايضا .

*Poſthæc quum in Eccleſia ſancti martyris Mercurii in urbe Meſra* (Cairo) *eſſent, orta fuit ipſum* (Chriſtodulum) *inter & quoſdam Syros controverſia propter oleum, & ſal, quod ii in oblatione ſua adhibent: ità ut quidam ex ipſis, nomine Sceich Abul-baſciar, profeſſione ædis regiæ Archiater, orationem ad Patriarcham hac de re habuerit. At ille diſcipulis præcepit, ut hominem è conſpectu ſuo repellerent: qui mandata ejus exequentes, Archiatrum extra Eccleſiam ejecere. Is verò, qui regis medicus erat, facilemque ad ipſum acceſſum habebat, Vizirum adjit, eique Patriarcham accuſavit. Sed & literas miſit ad Joannem Antiochiæ Patriarcham, Chriſtodulum ſimiliter accuſans.* Sed mox Chriſtodulus miſſis ad Joannem Synodicis litem compoſuit, ut in ejuſdem Vita narratur. Fuit autem hic Joannes à Barſuſan diverſus, ut cap. ſequenti oſtendam.

# CAPUT XXVIII.

## *Joannes Abdon Patriarcha.*

JOANNES hujus nominis decimus, in ſerie autem Barſalibæi nonageſimus tertius Jacobitarum Patriarcha, cognomento ܥܒܕܘܢ *Abdon*, poſt Baſilium Joannis Barſuſan ſucceſſorem, Jacobitis eo tempore præerat, quo Coptis Zacharias ſexageſimus quartus, ut ex mutuis eorum Synodicis, quæ apud Paulum ebn-Regia in Libro de Fide Patrum exſtant, & ex Hiſtoria Alexandrina per Renaudotium edita liquet: nimirùm circa annum Martyrum 738. Chriſti 1012. in quem incidit annus Hegiræ 403. quo Synodica Zachariæ ad Joannem ſcripta fuiſſe dicitur in cit. Libro de Fide Patrum fol. 321.

I. Joannes Abdon Zachariæ Patriarchæ Alexandrini æqualis.

Ejus geſta fusè deſcribit Michael Epiſcopus Taneos in Vita Zachariæ apud Severum Mokaffæum Aſmonæorum Epiſcopum, quæ Renaudotius in ſua Hiſtoria Alexandrina collegit: & ſimilia propè ſunt iis, quæ à Joanne octogeſimo quinto in ſua Synodica ad Mennam ſexageſimum primum anno Chriſti 969. narrantur: uterque enim Joannes Conſtantinopolim abductus fuiſſe dicitur, uterque cum Græcis ibidem diſputaſſe, uterque demùm in vincula conjectus pro tuendis ſuis erroribus vitam profudiſſe: adeò ut ex nominum geſtorumque ſimilitudine, multa quæ ad priorem Joannem aut alios ejuſdem nominis Jacobitarum Patriarchas ſpectant, huic poſteriori, quem Abdon cognominatum fuiſſe diximus, à præfato Michaele Taneos Epiſcopo oſcitanter tributa ſint: multa etiam ad faciendum ipſi ſanctitatis fucum ex illius gentis na-

II. Ejus geſta in Hiſtoria Alexandrina.

tionis more prodigia conficta, quæ hìc tangere viſum eſt, quum ex eodem Michaele Vitam ejuſdem Joannis Abdon deſcribimus.

## *Joannis Abdon Vita ex Michaele Epiſcopo Tancos.*

Gravis poſtmodùm calamitas Syrorum nobis orthoxa fide conjunctorum Eccleſiæ incubuit, adeò ut ipſorum Patriarcha Sede ſua pulſus in exilio obierit. Res in hunc modum ſe habuit. Præerat Antiochenæ Eccleſiæ Syrorum Jacobitarum fratrum noſtrorum ſanctus Pater Joannes filius Abdon, primis ſanctis comparandus, & geſtis infrà dicendis inſignis. Quoniam verò patres noſtri Patriarchæ Syrorum fixum in urbe Antiochia domicilium ab ævo patris Severi minimè habuere, veriti Romæorum infeſtationem; ſanctus Joannes Abdon in monaſterio propè Malatiam (*Melitenen*) habitabat. Antequam verò ad Patriarchatum proveheretur, anachoreticam & ſolitariam vitam in monte Nigro agebat communi cum ſama inſignis probitatis, ſicut in ſacro Evangelio ſcriptum eſt, non poteſt abſcondi civitas ſuprà montem poſita. In eadem ſolitudine vicinum illi ſeceſſum quæſierat Joannes alter monachus. Intereà moritur Athanaſius [1] Antiochenus Patriarcha Philotheo Alexan-

تم هاج على كنيسة السريان الموافقين لنا فى الامانة المستقيمـــة فى المشرق بلاء عظيم حتى ان بطركهم نفى من كرسيه ومـــات فى النفى وذلك انه كان على كرسى انطاكية السريان اليعاقبـــة اخوتنا ابا قديس يسما يوحنا ابن عبدون حتى انه ضاها الابا القديسون الاولين وعمل مــــا منذكره . وذلك ان ابانا البطاركــــة السريان لم يكونوا يتمكنوا من السكن فى مدينة انطاكيـة منذ زمان الاب ساويرس خوفا من الروم ولا يدنوا بالجملة من اعمالها . وكان هذا القديس ساكن فى دير قريب ملطية . وكان بداية امره انـــه كان سايح فى الجبل الاسود وكان حسن السمعة عند كل احد كما هو مكتوب فى الانجيـــل المقدس ليس تخفى مدينة وهى مبنية على جبـــل . وكان بجواره راهب يتعبد ايضا هناك اسمه يوحنـــا . فلما تنيح اثاناسيوس بطرك انطاكية فى زمـــان انبا فيلاثاوس بطرك الاسكندرية وكانت افعاله مثل افعال سميه اثاناسيوس الكبير بالحقيقـــة وقال عند نياحته ان هذا القديس يوحنـــا ابن عبدون يجلس بعده على كرسى انطاكية . فلما تنيح طافوا عليه . ومن قبل وصولهم بيوم عرّف صديقه الراهب الذى كان بجواره مـــــــا اظهره

### N O T A.

1 *Athanaſius*. Fallitur Michael: nam qui Joannem Abdon in Antiocheno Jacobitarum Patriarchatu præceſſit, non *Athanaſius* fuit, ſed *Baſilius* Joannis Bar-Suſan ſucceſſor: Athanaſius verò, de quo hic Michael ſermonem facit, ante Baſilium & Joannem Bar-Suſan exſtitit, ut liquet ex ſerie Chronologica Dionyſii Bar-Salibæi, Syri Epiſcopi, qui propè ea tempora vixit, atque adeò majorem hac in re fidem meretur, quàm Michael homo Ægyptius rerum Syriacarum mediocriter peritus. Sic autem eos Patriarchas recenſet Bar-ſalibæus.

ܨ. ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܗܘ ܚܝܐ . ܨܐ. ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܫܘܫܢ .
ܨܒ. ܒܣܝܠܝܘܣ . ܨܓ. ܝܘܚܢܢ ܕܗܘ ܥܒܕܘܢ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܣܘܡܢܕܐ . ܨܕ. ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ .
ܨܗ. ܝܘܚܢܢ . ܨܘ. ܡܪܩܘܣ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܒܪܝܕ .
ܨܙ. ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܗܘ ܐܒܘܠܦܪܓ ܘܫܪܟܐ .

*XC. Athanaſius, qui & Hoje. XCI. Joannes Bar-Suſan. XCII. Baſilius. XCIII. Joannes, qui & Abdon, Epiſcopus Symnadæ. XCIV. Dionyſius. XCV. Joannes. XCVI. Marcus Archimandrita monaſterii Baridæ. XCVII. Athanaſius, qui & Abulpharagius &c.* Michaelis errorem ſequutus Joannes cognomento القلزمى *Colzomita* in Vita Chriſtoduli LXVI. Alexandrini Coptorum Patriarchæ apud Severum Mokaffæum Aſmonæorum Epiſcopum in Hiſtoria Alexandrina, ſeriem Antiochenorum Patriarcharum mirificè confundit. Nam poſt Joannem Abdon, quem ſub Chriſtodulo obiiſſe ſcribit, ad eam Sedem promotum fuiſſe narrat Joannem alterum ejuſdem Abdon ex ſorore nepotem, qui circa

drino ſuppar, & Magni Athanaſii homonymi ſui operum verus imitator, prædixitque morti proximus, hunc

اظهره له الروح القدس وقال له فى غد يجونـــا قوم ياخذوا واحد منـــا يجعلوه بطرك الكرسى الانطاكى

ca extrema Chriſtoduli tempora, hoc eſt anno Martyrum 790 Chriſti 1074. obiit: deinde Baſilium, qui annum cum dimidio ſedit: mox aliquot annos Sedem vacaſſe; demum Dionyſium, ſeù Lazarum, in Patriarcham electum anno Martyrum 795. Chriſti 1079. Synodicas ad Chriſtodulum, quem in vivis eſſe exiſtimabat, dediſſe, quæ poſteà Cyrillo Chriſtoduli ſucceſſori per Thomam Presbyterum redditæ ſunt. Verba Colzomitæ hæc ſunt. وفى ايام انبا اخريسطودولوس البطرك قد صار يوحنا بطرك على انطاكيـــة وهو ابن اخت يوحنا بطركها المعروف بابن عبدون الذى ذكرت عجايبه ولما تنيح جعل هذا الاب عوضا عـــنـــه واسموه كاسمه يوحـــــــــــــنـــــــــا الخ .

*Diebus Abbatis Chriſtoduli Patriarchæ factus eſt Joannes Patriarcha Antiochiæ, qui ex ſorore nepos erat Joannis cognomento filii Abdon ejuſdem urbis Patriarchæ, cujus miracula ſuprà retuli: Quum autem è vivis deceſſit, ejus in locum hic Pater ſubſtitutus fuit, quem ex nomine ejus Joannem appellavere.* Et paucis interjectis. وبعد هذا تنيح الاب المذكور انبـــا يوحنا وجلس بعده ابا باسيل البطرك واقـــــام سنة واحدة ونصف وتنيح ولم تصل منه سنوديقـــا ولا ذكر اسمه فى كنايس بلاد مصر لا فى قداس ولا فى صلاة وبقى اسم القديس يوحـــنـــا يذكر على جارى العادة واقام كرسى انطاكية خاليا مدة كبيرة لاستحواد الغز على تلك البلاد ومـــا جرى فيها من الفتن والسبى والقتـــل الى ان اجتمع اربعة وثلثين رجلا مطارنة واساقفة فى دير برصوما واقاموا بطركا على كرسى انطاكية اسمـــه العازر وسموه ديوناسيوس وكتب رسالة سنوديقا على يد قس سرياني اسمه توما قد صار الان اسقفا على بغداد وكان وصولـــــــــــــــــــــه فى ايام كيرللص بطـــــــــــــــرك الاسكندريـــة :

*Poſt hæc requievit prædictus pater Abbas Joannes, & ſedit poſt ipſum Abbas Baſilius Patriarcha, qui præfuit annum unum cum dimidio, & mortuus eſt, antequam Synodicam ullam mitteret, ac propterea nomen ejus haud proclamatum fuit in Eccleſiis Ægypti neque in Liturgia, neque in oratione, ſed nomen Sancti Joannis de more commemorabatur. Vacavit autem Sedes Antiochena plures annos ob exercituum in eas regiones irruptionem, & propter tumultus, & prædationes, & cædes, quæ ibi fiebant: donec congregati in cœnobio Barſumæ triginta quatuor Metropolitæ & Epiſcopi, Lazarum Sedi Antiochenæ præfecerunt Patriarcham, quem Dionyſium appellavere: qui Synodicam epiſtolam ſcripſit per Presbyterum quendam Syrum, nomine Thomam, qui modo Epiſcopus Bagdadi factus eſt, pervenitque* (in Ægyptum) *diebus Cyrilli Patriarchæ Alexandrini.* Et in Vita ejuſdem Cyrilli LXVII. Coptorum Patriarchæ وبعد هذا وصل توما القس المقدم ذكره فى هتور سنه سبعماية خمسة وتسعين للشهدا ومعه الرسالة السنوديقا من ابـــا ديوناسيوس بطرك انطاكية ومطارنته واساقفتـــه وكهنته . فوجدوا الاب انبـــا اخريسطودولوس قد تنيح وجلس الاب انبا كيرللص بعده . فغير ترجمة السنوديقا باسمه واوصلها اليه وقريت فى كنايس مصر وذكر اسمه على هياكلها ودعى له فيها فى اوقات الصلوات والقداسات كمـــا جرت العادة وكتب له رسالـــة سنوديـــــــقـــــا جوابا عن رسالـــــــــــــــــــــة :

*Poſt hæc pervenit Thomas Presbyter, de quo ſupra dictum eſt, menſe Hatur, anno Martyrum 795.* (Chriſti 1079.) *attulitque ſecum Epiſtolam Synodicam Dionyſii Patriarchæ Antiocheni, ejuſque Metropolitarum, Epiſcoporum, & Sacerdotum: quumque reperiſſet patrem Abbatem Chriſtodulum è vivis jam migraſſe, ejuſque in locum patrem Abbatem Cyrillum ſubſtitutum; mutata in Cyrilli nomen Synodicæ ſuperſcriptione, eam ipſi tradidit: & lecta fuit in Eccleſiis Ægypti, & proclamatum ad Altaria Dionyſii nomen, & fuſæ pro eo de more preces in publicis orationibus atque Liturgiis. Cyrillus autem Synodicam ad eum reſponſivam miſit.* Hactenus Colzomita auctor Vitæ Cyrilli, & Chriſtoduli. Verùm alia eſt, ut ſuprà vidimus, tam in ſerie Bar-ſalibæi, quàm apud ebn-Regia in libro de Fide Patrum, Antiochenorum Patriarcharum ſucceſſio: nam poſt Joannem Abdon, quem ebn-Regia Synodicas literas ad Zachariam LXIV. dediſſe affirmat, non Joannes alter ſequitur, ut vult Colzomita, ſed Dionyſius, cujus apud eundem Ebn-Regia Synodica exſtat ad Sanuthium LXV. Zachariæ ſucceſſorem ſcripta anno Martyrum 752. Chriſti 1036. Deinde Joannes, qui in eodem libro Pauli ebn-Regia plures Synodicas miſiſſe legitur ad Chriſtodulum Sanuthii ſucceſſorem circa annum Martyrum 782. Chriſti 1066. Baſilio autem, & Dionyſio poſt hunc Joannem nullus in ſerie Patriarcharum Jacobitarum locus. Denique veroſimile non eſt, Joannem Abdon, quem ſub Zacharia vixiſſe omnes Auctores conſentiunt, ad Chriſtoduli uſque tempora vitam produxiſſe: ſic enim eum ſediſſe neceſſe eſt ſexaginta quatuor annos, nimirùm ab anno

1 hunc Joannem[1] filium Abdon ſibi in ea Sede ſucceſſurum. Eo itaque extincto, ab electoribus ad eam dignitatem Joannes quærebatur. Porrò ante ipſorum adventum, monacho, quem in eadem vicinia habitaſſe diximus, Joannes ſignificavit quæ ſibi Spiritus Sanctus patefecerat. Cras, inquit, aderunt, qui alterum noſtrum ex hac ſolitudine educere, atque Antiocheno throno præficere moliuntur. Age ergo hinc abeamus, ne ab iis inveniamur. Cui monachus: & quorſum tandem iſtud? ait. Si enim quempiam noſtrum ad hanc dignitatem vocavit Deus, quonam gentium ex ejus manibus elabamur. Tùm ſanctus Pater: ego verò hoc non feram, nec huic oneri me parem reor. Tu ſiquidem illud ſuſtinere te poſſe putas, hìc maneto. Ego latebras quæram, quoad calamitas iſta nos prætereat: calamitatem enim dico ſiquid ex iſto beato ſeceſſu, quem mihi perpetuum fore decrevi, alterutrum noſtrum abducat. Hæc fatus, inde fuga ſeſe proripuit: Joannes verò monachus ibidem manſit. Poſtera die ad monaſterium venere qui ſanctum Joannem quærebant, montiſque juga circumluſtrantes, minimè reperere. Quumque ad locum, ubi monachus ille commorabatur, perveniſſent, eundem invenere; hoc enim ille cupiebat. Eum itaque abduxere. Quumque è monte deſcenderent, monachum ad Synodum deducentes, arborem in via conſpexere. Quamobrem interrupto tantiſper itinere, ſub ejus umbra conſederunt. Caſu accidit, ut monachus oculum in prominentem ramum temerè impingens, repentè exocularetur. Quod quum ſocii mirarentur, cauſam ſiquam ejus infortunii occultam haberet, ſciſcitabantur. Quibus ille quæcumque ſibi cum Joanne Abdon interceſſerant, candidè aperuit, ſeque eam dignitatem, quam ille contempſerat, ambiiſſe confeſſus eſt. Quamobrem monacho relicto, ad Synodum reverſi, quæ ab eodem reſciverant, retulerunt. Ea res omnium ſtudia mirum in modum inflammavit, ut ad ſanctum virum perquirendum homines quaquaverſum expedirent, à quibus poſt diligentiſſimam perquiſitionem & laborem aſpirante Deo inventus eſt, & invitus Patriarcha inauguratus eſt, & in throno collocatus.

الانطاكى قنرا ان نقوم نمضى من هاهنـــا ليلا يجدونا . قال له الراهب يوحـــنـــا . لماذا نهرب انكان الرب قد دعا باحدنا لهذا الامر فالى اين نهرب من بين يديه . قال له ذلك الاب القديس . اما انا فما اطيق هذا الامر ولا اصلح له . فان كنت انت تقدر عليه فابقا مكانك وامضى انـــا اختفى الى ان يجوز عنا هذا الغضب الذى قد جانا ليخرج احدنا من هذا الانفراد الطوبـــاني الذى لنا اوثره . ومضى هاربا من هنـــاك وبقى يوحنا الراهب موضعه . فلمـــا كان بالغداه وصل الى الدير من يطلب يوحـــنـــا القديس . فطافوا عليه فى الجبل فما وجدوه . فلما انتهوا الى الموضع الذى ذلك الراهب فيه مقيم وجدوه لانــــه كان مشتهى لذلك . فاخذوه وفيـــمـــا هم نازلين من الجبل ماضيين به الى حيث الجماعة راوا فى طريقهم شجرة فمالوا اليها يستظلوا تحتها فضرب عود من الشجرة عين يوحنا الراهب فقلعها فصـــار اعور من ساعته . فتعجبوا واستعلموا منه قضية حاله . فاعترف لهم بما جرى بينه وبين القديس يوحنا ابن عبدون وانه اشتهى هذا الامر وذاك زهد فيه . فلما عرفوا صفة الحال تركوه ومضوا الى الجماعـــة واعلموهم بذلك . فقوى عزمهم على طلـــب ذلك القديـــس اين ما كان . فلم يزالوا يطوفوا ويبحثوا عنه الى ان وجدوه بمشية اللـــــه بعد ان تعبوا . فامتنع من المضى معهم . فاخذوه غصـــبـــــا واوسموه بطركا واجلسوه على الكرسى .

Martyrum 716. ad annum circiter 780. hoc eſt, ab anno Chriſti 1000. quo Zacharias ſedere cœpit, uſque ad annum 1064. quo Chriſtodulus decimum tertium Patriarchatus annum agebat, qui & ſedit alios ſeptemdecim annos, ut in Chronico Orientali per Ecchelenſem edito pag. 133.

1 *Joannem filium Abdon*. Quum in Patriarcham electus fuit, non ſimplex monachus erat, ut hic Michael comminiſcitur, ſed Epiſcopus Symnadæ, ut docet Barſalibæus in ſerie Patriarcharum Jacobitarum, cujus verba ſuprà retuli.

In

In ea porrò dignitate conſtitutus, de ſtudio pietatis & humilitatis nihil detraxit. Quumque ad eum eleemoſynæ nomine ingentes opes ultrò deferrentur, quotidiano victu contentus, reliqua egentibus atque in publica cuſtodia detentis erogabat &c. [1]

فلم يتغير في مدة بطركيته عن تواضعه وعبادته . وكانت الاموال تحمل اليه برسم الصدقات ولا يبقى منها الا قوت يومه ويدفع الباقي للماسورين والفقرا الخ .

Non longè aberat à cœnobio, in quo iſte ſanctus pater verſabatur, Malatia [2] urbs, qua nulla in tota ejus Diœceſi major, aut Chriſtianis frequentior, quum in ea ſex & quinquaginta Eccleſiæ cernerentur, & ingens Sacerdotum & laicorum Syrorum orthodoxorum numerus, qui ad ſexaginta millia excedere dicebatur, omnes ad tractanda arma idonei, ſi quidem id neceſſitas, aut voluntas ſuaſiſſet, excluſis ab hoc cenſu feminis & pueris.

وكانت ملطية قريبة من الدير الذي سكن فيه هذا الاب القديس وليس كان في كرسيه اعظم منها ولا اكثر نصارى وكان فيها ستة وخمسين كنيسة عامرة بالكهنة والشعب الكبير السريان الارثدكسيين وكان عددهم ستين الف نصراني يحملوا السلاح اذا ارادوا واحتاجوا الى ذلك سوا النسا والصبيان .

Accidit intereà ut ego pauper Michael, & ego Gabriel Epiſcopus Saæ ad hunc ſanctum Patriarcham Synodicam à patre Chriſtodulo 3 ad thronum

ولما وصلت انا البايس ميخايل وانا غبريال اسقف صا الى هذا البطرك القديس بالرسالة السنوديقا من جهة انبا اخريسطودلوس عند

## NOTÆ.

1 Atque hic duo Joannis miracula comminiſcitur Michael. Primum, quod quum in una lance ſtateræ ingentem auri ſummam ſibi à quadam muliere oblatam, in altera chartulam his verbis ſcriptam, *ſuſcipiat Deus hanc eleemoſynam de manibus tuis*, appendiſſet, Joannis ſchedula auro præponderavit. Alterum, quod puerum è ponte, qui Joannis cura ædificatus fuerat, in fluvium lapſum demerſumque, ad vitam revocavit. Hæc & ſimilia miracula ab aliis Sanctis patrata, ad ſuos Patriarchas frequenter traducere ſolent Jacobitæ.

2 *Malatia*. Sic Melitenen Armeniæ ad Euphratem urbem vocant Arabes, quæ anno Hegiræ 322. Chriſti 934. ſub Conſtantino Porphyrogenneta & Romano Lacapeno Saracenis erepta, à Græcis recuperata fuit. Vide Pagium ad annum 927. à num. 8. Græcis parebat, quando hæc, quæ à Michaele narrantur, contigere, ut ex ſequentibus liquet.

3 *Chriſtodulo*. Mahubus Manſuri filius موهوب بن منصور Auctor Vitæ Chriſtoduli apud Severum Aſmonæorum Epiſcopum in Hiſtoria Patriarcharum Alexandriæ, poſtquam narravit quæſtionem in Eccleſia Sancti Mercurii ortam Chriſtodulum inter & Abulbaſciar Syrum medicum de ſale & oleo, quæ pani Euchariſtico Syri miſcebant, cujus verba retuli pag. 145. hæc de Michaele Taneos Epiſcopo ejuſque ad Joannem Antiochenum legatione ſcribit. وبعد هذه الايام قسم الاب انبا اخريسطودولس كاتب له يعرف بانبا ميخايل اسقف على كرسى تنيس وكان فاضل عالم وهو الذى كتب سيرة عشرة بطاركة اولهم خايال الثالث واخرهم شنوده ولما عول البطرك على مكاتبة انبا يوحنا بطرك انطاكية تقدم اليه بذلك وكتب عنه السنوديقا وسار بها هو وانبا غبريال اسقف صا . وكان شيخ رايته عند دخوله الى الاسكندرية في تكريز انبا اخرسطودلوس :

*Poſt hæc Pater Abbas Chriſtodulus ordinavit Epiſcopum Sedis Taneos quemdam Scriptorem, nomine Abbatem Michaelem, qui virtutibus & doctrina præditus erat. Is verò fuit, qui Vitas decem Patriarcharum ſcripſit, à Michaele tertio ad Sanuthium: quumque Patriarcha ad Abbatem Joannem Patriarcham Antiochiæ ſcribere conſtituiſſet, ſuum is miniſterium obtulit, ſcripſitque pro eo Synodicam, quam ſecum attulit, & profectus eſt unàcum Abbate Gabriele Epiſcopo Saæ. Senex autem erat, eumque vidi, quum Alexandriam pro conſecratione Abbatis Chriſtoduli ingreſſus eſt*. Et paucis interjectis.

وذكر انبا غبريال اسقف صا وانبا ميخايل اسقف تنس انهما لما وصلا بالسنوديقا الى انبا يوحنا بطرك انطاكية تلقاهما باحسن ملتقا هو واساقفته وجميع كهنته وقراها في جميع كنايسه ونادى باسم ابونا انبا اخرسطودلس على هياكل البيع

num Alexandriæ & provinciarum ejus nuper provecto, perferremus. Tùm verò magnam viri ſanctitatem perſpeximus: nam in diſceſſu nos & magno honore eſt proſequutus, & à ſuo ex fratre nepote Malatiam uſque deduci juſſit, ut incolarum ejus frequentiam ſpectaremus, ſubdens, nullam illi parem ſe urbem habere. Vidimus autem in ea plures Melchitas, qui Synodum Chalcedonenſem ſequuntur, & in eadem urbe Metropolitam habent. Ea porrò erat Malatienſium Jacobitarum orthodoxorum erga ſanctum Patriarcham benevolentia & caritas, ut continuo ad eum in cœnobium ventitarent, eumque ad ſe accedere flagitarent in majoribus anni ſolemnitatibus atque diebus Dominicis, benedictionem & communionem ab eo accipere ambientes: venientique cum evangeliis, crucibus, & thuribulis occurrebant, ipſoque audiente hymni canebantur à porta urbis uſque ad Eccleſiam magna cum lætitiæ amoriſque ſignificatione. Hac cum pompa, quoties ad eos accedebat, illum excipiebant, ejus virtutes palàm celebrantes, & ſigna, quæ Deus omni laude digniſſimus per eum patraverat.

عند جلوسه على كرسى الاسكندرية واعمالها
راينا منه قدس عظيم . ولما انفصلنا عنه اكرمنا
وانفذ ابن اخيه معنا لننظر المدينة والخلق الذى
فيها . فقال لنا ليس عندى مثلها . وراينا
فيها نفرا من الملكيين الخلقدونيين ولهم مطران
فيها . وكان اليعاقبة الارثدكسيين الذين
هم فى المدينه من كثرة محبتهم لهذا القديس
البطرك يمضوا اليه فى كل وقت الى الدير ويسلوه
الحضور عندهم فى الاعياد الكبار وفى ايام الاحاد
ليتباركوا منه ويتقربوا من يده . وكان اذا اتاهم
يلقوه بالاناجيل والصلبان والمجامر والقراة
بين يديه من باب المدينة الى الكنيسة
بفرح عظيم ومحبة يفعلوا ذلك كل دفعة ياتي
اليهم ويذكروا فضايله لكل احد ويتحدثوا
بالايات التى فعلها الله سبحانه على يده .

Pergit Michaël referre ſuſcitatam adversùs Joannem Abdon ab Epiſcopo Melitenenſi Melchita perſecutionem, à quo apud Imperatorem (Romanum utique Argyrum, qui ab anno Chriſti 1028. ad ann. 1034. imperavit,) accuſatus, Conſtantinopolim cum quatuor Epiſcopis & tribus Monachis Jacobitis abductus eſt, & in Synodo Epiſcoporum Græcorum condemnatus, duobus poſt annis in exilio periit: quæ conſulto prætereo, quum nihil ad illuſtrandam eorum temporum hiſtoriam conducant, ſed uſitatas tantùm Jacobitarum de ſuis Patriarchis nænias contineant.

Silentio tamen haud prætereundum, quod ibidem Michael de anno obitus Joannis Abdon notat.

وكانت نياحته فى النفى فى سنة سبعمايه
وصبعة

البيع بكرسى انطاكية وتحدث انبا ميخايل اسقف
تنس بما شاهد وسمعه من عجايب ابونا انبا
يوحنا ويغنينا عن ذكر ذلك ما شرحه
انبا ميخايل فى السيرة التى ذكرها :

*Narrant Abbas Gabriel Epiſcopus Saæ, & Abbas Michael Epiſcopus Taneos, quod quum Synodicam ad Abbatem Joannem Patriarcham Antiochiæ attuliſſent, ab eodem perhonorifice excepti ſunt, & ab ejus Epiſcopis & univerſis Sacerdotibus, & lecta fuit Synodica in cunctis ejus Eccleſiis, & proclamatum ad altaria Eccleſiarum Sedis Antiochenæ nomen patris noſtri Abbatis Chriſtoduli. Ipſe autem Michael Epiſcopus Taneos literis mandavit prodigia quæcumque vidit & audivit de patre noſtro Abbate Joanne, quæ ideo nos prætterimus, quia ſufficere arbitramur quod commentatus eſt Abbas Michael in Vita ab eodem ſcripta*. Atqui Chriſtodulus eodem Mahubo teſte Patriarchatum iniit anno Martyrum 673. Chriſti 1047. Mahubus igitur & Michael Epiſcopus Taneos ſibi repugnant, quum ſcribunt, à Chriſtodulo legationem ad Joannem Abdon miſſam fuiſſe: nam hic Conſtantinopoli in exilio periiſſe dicitur anno Martyrum 747. Chriſti 1031. ut mox videbimus. Quare ad alium Joannem Jacobitarum Patriarcham, non ad Abdon referenda ſunt, quæ hìc Michael oſcitanter de ſeipſo, deque Gabriele ſocio refert. Is fuit Joannes in ſerie Barſalibæi nonageſimus quintus, poſt Abdon ſecundus, ad quem exſtant Chriſtoduli Synodicæ apud Paulum Ebn-Regia in libro de Fide Patrum, ut infrà dicam.

وسبعة واربعين للشهدا الابرار.

*Accidit*, inquit, *ejus obitus in exilio, anno Sanctorum Martyrum ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo*: nimirùm Chriſti 1031. Quibus verbis manifeſti mendacii convincitur idem Michael, dum ſcribit, à Chriſtodulo Synodicam ad hunc Joannem per ipſum Michaelem miſſam fuiſſe: nam Chriſtodulus ſedere cœpit anno Martyrum 763. Chriſti 1047. ſexdecim nimirùm poſt obitum Joannis Abdon annis, ut ſcribit Mahubus in vita Chriſtoduli paulò poſt initium in hæc verba: وكرزوه فى كيهك فى سنة

سبعماية ثلثة وستين للشهدا :

*Et ordinaverunt eum* (Chriſtodulum) *menſe Chiach, anno Martyrum* 763. id quod ex Chronico Orientali pag. 136. confirmatur. Sed & in eadem pagina ſibi Michael repugnat: nam poſtquam Joannis mortem anno Martyrum 747. retulit, ſuæ ad eundem Joannem legationis hanc epocham conſignat:

وتلميذه اخبرني انا ميخايل كاتب هذه السيرة بذلك
لما مضيت الى كرسى انطاكية بعد ان صرت
اسقفا على كرسى مدينة تنس واعمالها ومعى
انبا غبريال اسقف صا بالرسالة السنوديقا التى
كتبها انبا اخريسطودولوس بطريرك
الاسكندرية الى ابا يوحنا المقدم ذكره فى سنة
سبعماية خمسة وستون للشهدا :

*Hæc mihi narravit diſcipulus ejus* (Joannis Abdon) *dum ego Michael vitæ hujuſce ſcriptor, poſtquam Taneos urbis ejuſque nomorum Epiſcopus factus ſum, ad Sedem Antiochenam perrexi cum patre Gabriele Epiſcopo Sææ, perferens epiſtolam Synodicam, quam pater Chriſtodulus Alexandriæ Patriarcha ad patrem Joannem prædictum ſcripſit anno Martyrum ſeptingenteſimo ſexageſimo quinto*: hoc eſt, Chriſti 1049. qui fuit decimus octavus ab obitu ejuſdem Joannis Abdon annus.

III. juſdem Synodicæ ad Zachariam Alexandrinum.

Exſtant in libro de Fide Patrum, binæ *Joannis Abdon ad Zachariam, & totidem hujus ad Joannem Synodicæ*. Prima Joannis fol. 312. Initium:

نبتدى بعون الله ان نجعل رجانا
على الثالوث المقدسة :

*Incipimus ope Dei, ſpem noſtram in Sancta Trinitate collocantes*. Altera ejuſdem fol. 317. cui titulus:

من رسالة القديس انبا يوحنا بطريرك انطاكية
الى انبا زخريا بطريرك الاسكندرية
جوابا عن رسالته اليه :

*Ex epiſtola ſancti patris Joannis Patriarchæ Antiochiæ ad patrem Zachariam Patriarcham Alexandriæ, qua ad epiſtolam ſibi tranſmiſſam reſpondet*. Initium: ونومن ان الكلمة الاله
من الله القدوس الواحد من الثالوث المقدسة
نزل من السما : *Credimus, Deum Verbum, qui ex Deo Sancto, & Unus de Sancta Trinitate eſt, deſcendiſſe de cœlo*.

Zachariæ verò prior epiſtola folio 317. hoc titulo prænotatur:

انبا زخرياس الرابع والستين من البطاركة .
من رسالة سونديقن لابينا انبا زخرياس بطريرك
الاسكندرية ومصر الى انبا يوحنا بطريرك
انطاكية جوابا عن رسالته السنوديقى الواردة اليه :

*Pater Zacharias ſexageſimus quartus Patriarcha. Ex epiſtola Synodica patris noſtri Abbatis Zachariæ Patriarchæ Alexandriæ & Ægypti, ad patrem Joannem Patriarcham Antiochiæ, qua ad tranſmiſſam ſibi ab eo Synodicam reſpondet*. Initium: نومن ان الله جوهر واحد : *Credimus Deum unam eſſe ſubſtantiam*. Altera fol. 321.

من رسالة سنوديقى من الاب انبا زخريا
بطريرك الاسكندرية الى انبا يوحنا بطريرك
انطاكيه فى سنة ثلث واربعماية الهلالية :

*Ex epiſtola Synodica patris Abbatis Zachariæ Patriarchæ Alexandrini ad Abbatem Joannem Patriarcham Antiochiæ anno lunari* (Hegiræ) *quadringenteſimo tertio*; qui inchoatus fuit die 23. Julii anno Chriſti 1012. Ab hoc igitur anno Joannes Abdon ſedebat uſque ad annum 1031. quo in

in exilio periit, ut ſuprà ex Michaele notavi.

Ejuſdem mentio fit ad calcem Codicis Syriaci Clementino-Vaticani XV. in hæc verba. ܐܬܟܬܒ ܕܝܢ
ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܒܝܘܡܝ̈ ܚܣܝ̈ܐ ܘܛܘܒܢ̈ܐ
ܦܛܪܝܪ̈ܟܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܡܬܩܪܐ ܥܒܕܘܢ
ܕܟܘܪܣܝܐ ܫܠܝܚܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܡܕܝܢܬܐ
ܘܕܡܪܝ ܙܟܪܝܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܘܕܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܫܡܝܫܛ ܡܕܝܢܬܐ
ܘܕܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܩܠܘܕܝܐ ܘܫܪܟܐ :

*Exaratus fuit Codex hic diebus religioſiſſimorum ac beatiſſimorum Patriarcharum, Domini Joannis, cognomento Abdon, Sedis Apoſtolicæ Antiochiæ urbis, & Domini Zachariæ Patriarchæ Alexandriæ, & Domini Thomæ Metropolitæ Samoſatæ, & Domini Thomæ Epiſcopi Claudiæ &c.* Quæ adnotatio omnem dubitationem eximit, quin Joannes Abdon, de quo hìc ſermonem facimus, is fuerit Antiochenus Jacobitarum Patriarcha, ad quem Zacharias anno Hegiræ 403. Chriſti 1012. apud Paulum in libro de Fide Patrum Synodicam ſcripſiſſe dicitur.

# CAPUT XXIX.

## *Dionyſius Quintus Patriarcha.*

I. Dionyſius V. Jacobitarum Patriarcha.

DIONYSIUS hujus nominis quintus, in ſeric Barſalibæi nonageſimus quartus Jacobitarum Patriarcha, ſedebat anno Martyrum 751. & 752. Chriſti 1035. & 1036. quibus Sanuthius LXV. Coptorum Patriarcha binas Synodicas ad eum dediſſe legitur apud Paulum Ebn-Regia in libro de Fide Patrum fol. 322. & 328.

II. Ejus Synodica ad Sanuthium Patriarcham Alexandrinum.

Exſtat ejus *Synodica ad eundem Sanuthium* in cit. libro fol. 340. cujus initium: نعترف بثالوث واحد الخ *Confitemur unam Trinitatem &c.* ubi naturam cum perſona confundens, eum errorem inculcat, quem ſuprà notavi pag. 137. Sic enim ait fol. 341. وصار انسانا مشهورا وهو من طبيعتين اعنى من اقنومين : *Et factus eſt homo viſibilis, eſtque ex duabus naturis, hoc eſt, ex duabus perſonis.* Et paucis interjectis: مسيحا واحدا وجها واحدا طبيعة واحدة اعنى اقنوم الله الكلمة المتجسدة : *Chriſtus unus, unum proſopon, natura una, id eſt, perſona Dei Verbi Incarnati.* Et infrà: الاستدلال الطبيعى الذى للطبايع اعنى الاقانيم التى اجتمع منها المسيح : *Naturalis proprietas naturarum, hoc eſt, perſonarum, ex quibus conſtat Chriſtus.* Demùm fol. 342. hoc ineptiſſimo ratiocinio utitur. فاما الذين قالوا ويقولون فى المسيح الاهنا الغير منقسم انه من بعد الاتحاد الغير موصوف يعرف بطبيعتين او يقسمونه الى اثنين او مسيحين او وجهين او الى طبيعتين اعنى قنومين والى خواص هذين والى فعلين : نحن نرشقهم بسهام الحرم . لان المسيح الواحد ان كان من بعد الاتحاد يعرف انه طبيعتين او بطبيعتين فعلى ساير الوجوه كلها يلزم ان يكون قنومين وبقنومين . لان ليس يوجد طبيعة بلا قنوم لا فوق فى السما ولا اسفل على الارض ; *Verùm qui dixere, aut dicunt Chriſtum Deum noſtrum, qui ſeparationis expers eſt, poſt ineffabilem unionem in duabus naturis agnoſci, aut eum dividunt in duos, aut in duos Chriſtos, aut duo proſopa, duaſve naturas, hoc eſt, duas perſonas, & in harum proprietates operationeſque; eos anathematis jaculis perfodimus; quia ſi Chriſtus unus poſt adunationem duæ naturæ, aut in duabus naturis agnoſcitur, neceſſario ſequitur, eundem duas perſonas eſſe & in duabus perſoais; non enim reperire eſt, neque in cœlo ſurſum,*

*ſum, neque in terra deorſum naturam abſque perſona*. Atqui in Deo natura una eſt & perſonæ tres, ex confeſſione ipſiuſmet Dionyſii. Non igitur neceſſario ſequitur multiplicari perſonas quotieſcumque multiplicantur naturæ, & viceverſa, etſi natura abſque aliqua perſona ſubſiſtere nequeat, ideſt vel propria hypoſtaſi, vel alia in ejus locum ſubſtituta.

# CAPUT XXX.

## *Joannes Undecimus Patriarcha.*

I. Joannes XI. Jacobitarum Patriarcha.

JOANNES hujus nominis undecimus, in Serie Bar-Salibæi nonageſimus quintus Jacobitarum Patriarcha, Dionyſium, de quo ſuprà dixi, excepit, eique ſectæ præfuit ſub Chriſtodulo LXVI. Coptorum Patriarcha, qui ab anno Martyrum 763. ad ann. 794. hoc eſt, ab anno Chriſti 1047. ad annum 1078. ſediſſe legitur apud Hiſtoriæ Alexandrinæ ſcriptores.

II. Suſcitata iterum ſub eo, & Chriſtodulo Alexandrino Patriarcha quæſtio de ſale & oleo.

Ortam ſub eo Chriſtodulum inter & quoſdam Syros Jacobitas quæſtionem de ſale & oleo, quæ à Jacobitis pani Euchariſtico admiſceri ſolent, miſſoſque hac de cauſa ab eodem Chriſtodulo ad ipſum Joannem legatos Michaelem Epiſcopum Taneos, & Gabrielem Saæ, refert Mahubus Manſuri Alexandrini filius in Vita Chriſtoduli apud Severum Mokaffæum Aſmonæorum Epiſcopum. Reſponſivam ad Chriſtodulum Synodicam legatis tradidit Joannes, eique pro antiquo ſuæ gentis ritu propugnando, hoc eſt, pro ſalis & olei defenſione, adjunxit fragmentum bene longum ex Tractatu Joannis Bar-Suſan nonageſimi primi Jacobitarum Patriarchæ, quem is *de ſale, fermento, & oleo* ſcripſerat, ut ſuprà notavi pag. 144. Ei Tractatui, perinde ac ſi ad Chriſtodulum ab hoc Joanne, non à Bar-Suſan conſcriptus fuiſſet, hic titulus apud Paulum Ebn. *Regia fol. 347. perperàm præfigitur*.

من رسالة انبا يوحنا بطربرك انطاكية الى انبا اخرسطودولوس بطريرك الاسكندرية جوابا عن كتابه اليه :

*Ex epiſtola patris Joannis Patriarchæ Antiocheni ad patrem Chriſtodulum Patriarcham Alexandriæ, qua ad tranſmiſſum ſibi tomum reſpondet*. Initium: وحين صار جسما *Et quum corpus factus eſt*: de Chriſto loquitur. Nil enim aliud tota ea epiſtola continetur, quàm fragmentum Tractatus Bar-Suſan de fermento, ſale, & oleo. Conſule Renaudotium tom. 2. Lit. Orient. pag. 64. ubi *duos Tractatus Syriacè ſcriptos ad vindicandam illam Syrorum diſciplinam ex Codice Bibliothecæ Colbertinæ* laudat, *quorum prior nomen Joannis Patriarchæ* (utique Bar-Suſan,) *præfert, alter Apologiæ adversùs contradictores*, qui ad eundem auctorem referendus eſt. Quod verò eodem tom. pag. 66. notat Renaudotius, *nullum ſcilicet hujus admiſſionis* (ſalis & olei) *occurrere ante illa undecimi ſæculi tempora in libris Orientalibus veſtigium*, id, inquam, falſum eſſe oſtenditur ex Liturgia Joannis Baſorenſis, qui eodem tom. pag. 428. de eo ritu ſic ſcribit: *Panem ex ſimila miſtum cum oleo & thure in odorem ſuavitatis tibi offerimus*: quibus verbis hanc notam ſubjicit idem Renaudotius pag. 436. *Quin Syrorum morem in parandis oblatis Euchariſticis Joannes Baſorenſis innuat, non videtur dubitandum*. Vixit autem Baſorenſis ſæculo octavo, ut ſuprà oſtenſum eſt.

Tres Synodicæ Joannis ad Chriſtodulum exſtant in libro de Fide Patrum. Prima fol. 342. initium: III. Synodicæ ejus ad Chriſtodulum.

نقرّ بالامانة بالاب والابن والروح القدس :

*Profitemur fidem in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum*. Altera fol. 358. initium: قد نعترف ونومن بالقلب *Confitemur & credimus corde*: ubi hæc de Spiritus Sancti proceſſione:

واحد ايضًا الروح القدس منبثق من الاب مع الابن : *Unus item Spiritus Sanctus procedens ex Patre cum Filio*. Tertia denique fol. 363. cui titulus: من السنوديقون المنفذ من انبا يوحنا بطريرك انطاكية الى انبا اخرسطدولوس بطريرك الاسكندرية على يد انبا طيماثاوس مطران بيت المقدس لما قريت بالمعلقة وابو مرجة وقريت فى امشير سنة اثنين وثمانين وسبعماية للشهدا الاطهار : *Ex Synodico, quod pater Joannes Patriarcha Antiochiæ ad patrem Chriſtodulum Alexandriæ Patriarcham per Timotheum Metropolitam Hieruſalem miſit, lectumque fuit in Eccleſia Moallakæ* (S. Mariæ in Cairo vetere,) *& S. Sergii, menſe Mechir, anno Sanctorum Martyrum* 782. Chriſti 1066. Initium : نعتقد نحن المتقيمون الامانة : *Nos orthodoxi credimus &c.* Citat ad calcem epiſtolæ fol. 365. Abibum Epiſcopum Tagritenſem in epiſtola ad Chriſtianos Arabes, & fol. 366. eundem in epiſtola ſecunda ex iis tribus, quas de Sancta Trinitate conſcripſit: Ibidem Jahiam Abu-Zachariæ, Ebn-Adi in epiſtola ad Alcaſemum Abi-l-hoſn adversùs Neſtorianos: de quo vide Abulpharagium in hiſtoria Dynaſtiarum, ubi eum obiiſſe refert die 13. Auguſti anno Alexandri 1285. Chriſti 974.

# CAPUT XXXI.

## *Michael Magnus Patriarcha.*

I. Joannes Magnus Jacobitarum Patriarcha.

MICHAEL cognomento *Magnus*, in Serie Patriarcharum Jacobitarum centeſimus, claruit circa annum Chriſti 1190. quo Joannes filius Abugaleb, cognomento Abulmeged ſeptuageſimus quartus Coptorum Patriarcha Alexandrinam Eccleſiam regebat, ut colligitur ex vetuſto Syriaco Evangeliorum Codice Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis, quem anno Græcorum 1503. Chriſti 1192. ſub hoc Michaële Patriarcha exaratum laudat Renaudotius tom. 2. Lit. Orient. p. 448. Monachum egerat in cœnobio Barſumæ, teſte Barſalibæo in citata Serie Patriarcharum Jacobitarum n. 100. ܡܝܟܐܝܠ ܕܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ ܫܝܢܝܐ. ܗܢܐ ܐܬܝܕܥ ܒܡܝܬܪܘܬܐ: *Michaël ex cœnobio Mar Barſaumæ Scianenſis: hic virtutibus claruit*. Nepotem ex fratre habuit Michaëlem juniorem, quem anno Græcorum 1518. Chriſti 1207. poſt Athanaſium patrui ſucceſſorem in Patriarcham ordinatum fuiſſe, idem Barſalibæus refert loc. citat. num. 102. Denique in Codice Ecchellenſi 5. fol. 186. exſtat ejuſdem Bar-Salibæi oratio habita in die conſecrationis prædicti Michaëlis Magni ſub hoc titulo: ܡܐܡܪܐ ܕܐܡܝܪ ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܕܐܡܝܕ ܗܘ ܕܝܥܩܘܒ ܒܪ ܨܠܝܒܝ ܥܠ ܡܝܟܐܝܠ ܪܒܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܥܘܡܪܐ ܕܙܥܦܪܢ. ܐܡܬܝ ܕܡܬܥܒܕ ܗܘܐ ܥܐܕܐ ܕܡܘܬܒܗ ܕܝܠܗ ܕܡܝܟܐܝܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܥܘܡܪܐ ܡܫܒܚܐ ܕܡܪܝ ܚܢܢܝܐ ܕܠܘܬ ܡܪܕܐ : *Sermo habitus à Dionyſio Metropolita Amidæ, qui & Jacobus Bar-Salibi, de Michaele Magno Patriarcha in Monaſterio Zapharanenſi, quum ſolemnis dies enthroniſmi ejuſdem Michaëlis Patriarchæ celebraretur in celeberrimo monaſterio ſancti Ananiæ, quod juxta Marden urbem ſitum eſt*. Fallitur ergo auctor Catalogi Liturgiarum apud Schultingium, qui eum anno Chriſti 1116. vixiſſe refert num. 34.

II. Ejus Anaphora.

Edidit *Anaphoram*, quæ per Renaudotium tom. 2. pag. 438. latinè prodiit. Exſtat autem ms. in Codice Nitrienſi 3. fol. 126. Initium:

ܐܠܗܐ ܐܚܝܕ ܟܠ ܘܡܪܐ ܕܟܠ :

*Deus omnipotens & univerſorum Domine*: idque habet ſingulare, quod etiam obſervavit Renaudotius tom. cit. pag. 448. *quod orationes diſpoſitæ ſunt ſecundùm Alphabeti Syriaci literas, Pſalmorum Abecedariorum more.* Ejus meminit Cl. Edenenſis cap. 7. de hæreticis Anaphorarum auctoribus num. 6. ܡܝܟܐܝܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܝܬ ܠܗ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܫܘܪܝܗ : ܐܠܗܐ ܐܚܝܕ ܟܠ ܘܡܪܐ :

*Michael Patriarcha habet Anaphoram, quæ incipit: Deus omnipotens & Domine.* Et Schultingius tom. 3. pag. 106. num. 34. *Magni Michaelis Patriarchæ Antiocheni* (Liturgia) *Chaldaicè compoſita anno à nativitate Domini* 1116. lege 1190. ut ſuprà obſervavi.

III. Tractatus de Præparatione ad Communionem.

Ejuſdem Michaëlis *Opus de præparatione ad communionem* laudat Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 50. quod doctum & Theologicum appellat: & pag. 448. de eodem Tractatu hæc notat. *Eximium opus ſcripſit* de præparatione ad Communionem, *& de variis Chriſtianæ vitæ officiis, de fide, & qua ratione quiſque in perfectum Chriſti diſcipulum evadere queat. Præſertim verò agit per modum quæſtionum à monachis propoſitarum, de Pœnitentiæ neceſſitate, deque certa pœnitentiæ regula: ſcilicet, ut quicumque peccati ſibi conſcius foret, confeſſionem primò apud magiſtrum, ſive ſpiritualem patrem faceret, ſuſciperetque canonem, quo perfunctus, ſecurè poſſet ad ſacramenta percipienda accedere. Invehitur magna parte hujus operis in conſuetudinem, quæ tunc, inquit, apud Coptitas obtinebat, quod plerique confeſſionem apud Sacerdotem facere negligerent.* Hæc enim prava conſuetudo apud Coptos inducta fuerat ſub Marco Zaraæ filio & ſub Joanne Abulmeged Alexandrinis Patriarchis, operâ præſertim Michaëlis Damiatæ Epiſcopi, qui primus legem de abroganda confeſſione Marco Patriarchæ ſuaſit, ut fusè in Hiſt. Alexandrina apud eundem Renaudotium pag. 550.

IV. Opus de re canonica.

Scriptoribus *de re canonica* idem Michael accenſetur à Barhebræo in Nomocanone.

V. Rituale & Pontificale Jacobitarum ab eo ordinatum.

Denique in Cod. Ecchell. 4. fol. 1. *Pontificale & Rituale Syrorum Jacobitarum* ordinaſſe dicitur in hæc verba: ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܒܛܟܣܐ ܘܐܬܩܢܬܐ ܕܟܠܗ ܟܗܢܘܬܐ ܕܥܕܬܐ ܘܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܕܘܒܪܐ ܡܫܬܡܠܝܢ ܒܥܕ̈ܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܒܢܝܐ ܡܫܬܟܚܐ ܩܕܡܝܢ ܟܬܝܒܝܢ ܒܣܘܪܝ ܦܪܝܫܬܐ ܘܥܬܝܩܬܐ : ܦܢܝܢ ܒܫܢܝܐ ܐܘܚܕܢܝ ܒܟܠ ܡܢܝ ܡܢܘ ܡܫܬܐܠ ܠܗ̇ ܗܘ ܡܢܐ ܘܐܝܟܢ ܒܣܦܪܐ ܘܒܐܪܐ ܩܕܝܫܐ ܢܘܗܪܐ ܢܦܩ ܐܝܟ ܦܫܝܛܘܬܐ ܢܟܦܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܠܗ ܘܕܐܢܫܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܕܒܝܬ ܡܠܟܐ ܫܡܝܢܝܐ ܘܐܟܘܬܐ ܩܕܝܫܐ ܐܡܪ ܕܢܗܘܐ ܗܘ ܕܟܠܐ ܗܘܐ ܒܡܥܢܐ ܕܢܦܩ ܫܘܡܠܝܗ ܐܝܟܢܐ ܕܡܫܒܚ ܒܗ ܟܠ ܡܢܐ ܘܡܟܒܪ ܠܓܝܪ ܗܘܠܝܢ ܕܠܐ ܠܘܩܒܠ ܘܒܨܘܪܬܐ . ܘܟܠ ܕܪܚܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܫܬܐ ܢܚܬ : ܡܢܝܘ ܢܪܝ ܘܢܬܒܘܢ ܗܘ ܡܢܐ ܕܟܠܗ : ܘܗܘܕܐ ܕܐܝܟܐ ܕܐܝܟܐ ܒܟܠܗ ܟܒܝܪܐ ܩܕܝܫܐ ܘܐܠܗܐ ܚܕ ܐܢܐ ܢܗܘܐ ܘܟܠ ܚܕ ܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܛܟܣܐ ܩܕܝܫܐ . ܡܛܠ ܕܐܡܝܢ ܕܠܗ ܡܬܩܢܝܢܐ ܡܬܚܫܒܢܐ : ܡܬܬܩܢܢܐ ܗܘ ܘܐܘܪܚܐ ܗܘ ܕܗܘ ܐܢܐ ܠܗܘܐ ܕܟܠܗ ܡܬܟܬܒܢܘܬܐ ܕܝܠܗܝܢ ܛܟܣܐ ܫܡܗ ܡܟܝܠ



ܗܘܢ

ܗܘ ܕܟ̈ܬܒܐ ܡܩܕܫܬܐ .

*Quoniam verò Ritus horum divinorum officiorum, quæ in ſancta Dei Eccleſia per Pontifices & Sacerdotes celebrantur, in vetuſtis Codicibus, cum additione & detractione diverſimodè deſcripti cernuntur; beatiſſimus Dominus noſter Mar Michaël accuratè collegit quidquid exactum erat, ſanctiſque Sacramentis dilucidè conveniebat juxta divinam legem, quam idem Sanctus & Deificus Spiritus per electos Apoſtolos & ſanctos Patres tulit: ut liber hic cooperante Domino, à quo finem ei imponendum ſperamus, ſit velut theſaurus, in quo quidquid ad hæc & ſimilia requiritur, abſque additione & diminutione habeatur. Qui verò accuratum exemplar habere voluerit, ex hoc libro deſcribat ea quorum opus eſt, atque ita paulatim in tota ſancta Dei Eccleſia unus ſingulorum horum ſacrorum Rituum modus erit. Nam mihi, & aliis pluribus præſtare videtur, ut unus ſit totius traditionis horum Rituum modus, quàm ut iidem diverſimodè celebrentur.*

## CAPUT XXXII.

### *Dionyſius Bar-Salibi Epiſcopus Amidæ.*

I. Dionyſius, qui & Jacobus Bar-Salibi, quo anno floruit.

DIONYSIUS patria Melitenenſis, Saliba patre Jacobita ortus, unde ipſi cognomen *Bar-Salibi*, Amidenſem gentis ſuæ Eccleſiam rexit vergente ſæculo duodecimo. Ante Epiſcopatum ei nomen erat *Jacobo*, quod in Dionyſium poſteà commutavit. De ejus ætate hæc cl. Stephanus Edenenſis cap. 7. de hæreticis Anaphorarum auctoribus num. 16. ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܗܘ
ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܨܠܝܒܝ ܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܡܝܕ: ܐܝܬ ܠܗ ܦܘܫܩܐ ܠܟܠ
ܠܩܘܪܒܢܐ ܐܫܕܪܗ ܠܐܝܓܢܛܝܘܣ
ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܒܫܢܬ
ܐܠܦ ܘܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ
ܕܝܘܢܝܐ ܘܠܡܘܠܕܗ ܕܡܫܝܚܐ
ܐܠܦ ܘܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܬܫܥ ܡܢ
ܕܢܟܣ ܠܦܪܢܓܝܐ ܕܐܚܕܘ ܠܗ
ܠܐܪܥܐ ܩܕܝܫܬܐ ܐܚܕܘ
ܠܡܠܟܘܬ ܐܠܐ ܕܐܬܡܨܝܘ

*Dionyſius, qui & Jacobus Bar-Salibi, ex Melitene, Epiſcopus Amidæ, habet expoſitionem Miſſæ, quam miſit ad Ignatium Metropolitam Hieroſolymitanum anno Græcorum 1480. Incarnationis Dominicæ 1169. ut Francos impugnaret, qui Terram ſanctam occupaverant.* Vivebat anno Græcorum 1503. Chriſti 1192. quo Michël magnus Jacobitis Patriarcha præerat, ut dixi cap. præcedenti: nam orationem in ejus enthroniſmo habuit: nec ante annum Græcorum 1518. Chriſti 1207. obiit, quo ipſe in libro adversùs hæreſes cap. 54. ordinationem Michaëlis junioris Patriarchæ refert. Quare fallitur auctor Catalogi Anaphorarum apud Schultingium tom. 3. pag. 106. num. 33. qui Bar-Salibæum ſcribit, Liturgiam compoſuiſſe *anno à nativitate Domini* 1018. niſi fortè annum 1180. in annum 1018. typographus oſcitanter tranſmutaſſe dicatur; quod ex notarum arithmeticarum tranſpoſitione facilè contingere potuit.

II. Naironi hallucinatio circa Bar-Salibæi ætatem.

Naironus in Indice auctorum, quibus in ſua Evoplia uſus eſt, Dionyſium ex primis Jacobitarum Doctoribus, qui paulò poſt Concilium Chalcedonenſe ſcripſerint, fuiſſe autumat. *Dionyſius*, inquit, *Bar-Salibi Monophyſita Epiſcopus Amedenſis, ejus Liturgia quum legatur in vetuſtiſſimis Jacobitarum Miſſalibus, arguitur fuiſſe inter eorum antiquiores Patres, qui ſcripſerunt poſt Concilium Chalcedonenſe.* At hæc Naironi conjectura quàm falſa ſit, oſtenditur ex ipſis Jacobitarum Miſſalibus libris,

in

in quibus etiam aliorum Epiſcoporum & Patriarcharum, qui Bar-Salibæo poſteriores fuere, Liturgiæ exſtant, ut Gregorii Bar-hebræi, Joannis Bar-Maadani, Joſeph Bar-Vahib, & aliorum, qui poſt initium ſæculi decimi tertii claruerunt. Ipſe autem Dionyſius Bar-Salibi in *Commentario ſuo in Miſſam S. Jacobi*, cujus Naironus ibidem meminit, præter alios auctores, quorum teſtimonia producit, laudat Moſen Barcepha, qui eodem Nairono teſte loc. cit. ſæculo decimo floruit.

III. Ejus ſcripta.

Scripſit Bar-Salibæus eleganti ſermone Syriaco, multaque erudita volumina, in quibus nil fere optimo Theologo indignum occurrit, ſi Monophyſitarum hæreſim excipias, quam ubique propugnat. Quę ad noſtram notitiam pervenere, hæc ſunt.

I Commentaria in Scripturam.

*Commentaria in Teſtamentum Vetus & Novum*. Et quidem expoſitio in quatuor Evangelia exſtat in Cod. Syr. Vatic. 11. & in Cod. Syr. Clem. Vat. 16. à fol. 27. uſque ad fol. 263. ejuſque duo exemplaria in Bibliotheca Colbertina haberi teſtatur Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 454. In cæteros autem Novi Teſtamenti libros Barſalibæum commentaria ſcripſiſſe, probant teſtimonia, quæ Pocockius citat in Notis ad epiſtolas Catholicas Syriacè à ſe editas: ubi ſic: *Unum tamen monere licet, Dionyſium quendam (ita ſe vocat,) qui Commentariis Syriacis has* (Epiſtolam ſcilicet Judæ, & 2. & 3. Joannis) *unàcum cæteris Canonicis, & Actis Apoſtolorum, & Apocalypſi illuſtravit &c.* Denique in utrumque Teſtamentum Bar-Salibæi expoſitio laudatur ab anonymo Auctore Catalogi quorumdam librorum Syriacorum Cod. ms. Lat. Vatic. 6429. fol. 133. num. 1. & 2. in hæc verba: *Opera ſancti Dionyſii filii Salibi: hoc eſt, expoſitio ſuper Vetus Teſtamentum ſpiritualis & corporalis. Ejuſdem expoſitio ſuper Novum Teſtamentum.* Utriuſque expoſitionis meminit idem Bar-Salibæus Præfatione in Evangelium Matthæi cap. 1. his verbis. [illegible] *Abſoluta, Frater digniſſime, expoſitione Legis & Prophetarum, brevi & conciſo commentario, ac ſimplici ubique ſtylo, ut noſtrarum virium modus ferebat: ad Novum Teſtamentum progredimur, Evangelium videlicet, & Acta, atque Pauli Epiſtolas. Quo in opere eum nobis modum propoſuimus, ut ex proprio judicio nihil proferamus, ſed ſuper præjacta ab Expoſitoribus fundamenta ædificationem Spiritus, & animæ utilitatem conſtruamus.*

2. Expoſitio in Evangelia.

Pergit ibidem Auctores, quorum commentariis uſus eſt, recenſere, inquiens: [illegible]

ܬܦܩܘܢ ܒܟܬܒܐ ܘܡܕܝܢܐ ܕܟܢ :

*Et quoniam vidimus & conſideravimus Evangeliorum expoſitiones, quas ſanctus Ephræm, S. Joannes, & Cyrillus confecere, atque iſtis poſteriores Moſes Bar-Cepha, Joannes Daræ, aliique plurimi Doctores: & animadvertimus fieri non poſſe, ut omnium Scriptorum Expoſitiones in unum librum congereremus, abſque eo quod opus modum & conſtitutos limites excederet, atque ad multa volumina & plures tomos excurreret: eò venimus, ut omnium Commentatorum ſenſa ſummatim decerpta atque in compendium redacta, orationis, qua utuntur, prolixitatem amputantes, (quoad fieri poteſt) colligeremus &c.*

Præmittit in ſingulos Evangeliſtas luculentas Præfationes, quas in capita partitur: videlicet in Matthæum capita 45. in Marcum 13. in Lucam 15. in Joannem 10. in quibus de geſtis Evangeliſtarum, quando, qua occaſione, & quo ſermone Evangelia conſcripſerint: & quot capita, ſectiones, verſus, canones, parabolas, miracula, & teſtimonia unumquodque contineat.

Præter Ephræmum verò, Chryſoſtomum, Cyrillum, Moſen Barcepham, & Joannem Darenſem, quibus Bar-Salibæum uſum fuiſſe ſuprà dixi, Auctores hi ab ipſo citantur: videlicet, *Dionyſius* epiſt. ad Timotheum, fol. 262. *Clemens* epiſt. adversùs eos, qui matrimonium rejiciunt, fol. 155. *Ammonii*, & *Tatiani* Diateſſaron, fol. 30. *Petrus* Alexandrinus ſerm. de Theologia, fol. 262. *Africanus* Epiſcopus Emmaus Comment. in Evangel. fol. 33. 37. *Origenes* ibid. *Athanaſius* paſſim, & Homil. XLIII., fol. 202. *Gregorii* duo, Nazianzenus & Nyſſenus paſſim. *Euſebius* Cæſareen. quem *Sanctum* ubique vocat. *Titus* Boſtren. *Hippolytus* Romæ, fol. 126. 194. *Theodorus* Neſtorianorum pater, hoc eſt Mopſveſtenus, quem *Neſtorianum* vocat, fol. 82. *Antiochus* Epiſcopus, fol. 103. *Iſaac*, fol. 126. *Philoxenus* in Evangel. paſſim. *Severus* in Evangel. frequenter, & *in Cantibus* 2. & 8. *de Deipara*, fol. 129. 188. *Jacobus* Sarugen. epiſtola ad Maronem, fol. 37. Sermone de Magis & Stella, fol. 61. & de Paſſione Domini, f. 129. *Jacobus* Edeſſenus in Evang. frequenter, & *Canones* ejuſdem, fol. 129. & epiſt. ad Moſen Tur-abdinenſem, fol. 161. *Georgius* gentium, fol. 33. 34. & 35. *Joannes* cognomento *Videns*, fol. 147. *Thomas Heracleenſis*, cujus Syriacam Evangeliorum verſionem paſſim laudat. *Joannes Bar-Suſan* Patriarcha, fol. 161. ubi de Feſto Hoſannarum, & de hebdomada Paſſionis, quæ poſt Nazianzeni ævum inſtituta fuiſſe ſcribit. *Jacobus* denique Melitenenſis, de quo hæc fol. 166. ܡܠܦ̈ܢܐ ܕܝܢ ܝܘ̈ܢܝܐ ܒܫܒܝܚܐ

ܥܡ ܬܠܬܐ ܝܥܩܘ̈ܒܐ ܗܘ ܣܪܘܓܝܐ

ܘܐܘܪܗܝܐ ܘܡܠܝܛܝܢܝܐ ܐܡܪܝܢ

ܕܐܟܚܕܐ ܘܒܚܕ ܪܦܦ ܥܝܢܐ :

ܒܚܘܝܕܐ ܕܒܓܘ ܟܪܣ ܒܬܘܠܬܐ

ܡܠܬܐ ܐܠܗܐ ܘܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ

ܕܢܦܫܗ ܕܡܬܝܠܕܐ : ܘܠܐ ܩܕܝܡ

ܦܓܪܐ ܠܢܦܫܐ ܒܟܪܣܐ ܕܐܢܬܬܐ :

*Verùm probati Doctores Græci, unàcum tribus Jacobis, Sarugenſi, Edeſſeno, & Melitenenſi, aſſerunt, ſimul & uno puncto temporis, ad unionem in utero Virginis coiiſſe Verbum Deum, & animam, & corpus: nec corpus in utero mulieris animam præcedere.* Ubi refert & refellit Philoxeni opinionem, ſeù potius errorem circa tempus creationis animæ Chriſti, inquiens:

ܠܘܩܒܠ ܐܘܪܝܓܢܣ . ܠܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܐܡܪ ܕܠܐ

ܕܠܐ ܘܐܬܚܡܠܢ ܒܦܘܪܫܐ ܘܢܦܫܐ

ܒܝܢ ܡܬܒܛܢܢܘܬܐ ܘܝܠܕܐ . ܘܗܘܝܢ

ܠܟܝ ܒܗ ܡܠܬܐ : ܐܢܫܐ . ܘܦܓܪܐ

ܘܠܐܘܒܕܢܗ . ܡܠܬܐ ܐܠܗܐ

ܘܒܣܪܐ ܕܝܢ ܡܢ ܡܪܝܡ ܐܢܫܐ ܢܘܗܪܗ

ܠܗ

ܟܠܗ ܚܝܘܬܐ . ܘܒܬܪ ܕܗܘܐ ܡܫܟܠܐ
ܒܣܪܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܩܕܝܫܐ : ܘܒܬܪ
ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܒܗܕܡܐ ܘܒܨܘܪܬܐ :
ܩܒܠ ܢܦܫܐ ܡܠܝܠܬܐ ܐܝܟ ܛܟܣܐ
ܕܒܢܝܢܫܐ ܕܠܗܘܢ ܕܡܫܬܡܠܐ ܦܓܪܐ
ܒܗܕܡܐ ܘܒܨܘܪܬܐ : ܠܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ
ܡܩܒܠ ܢܦܫܐ . ܡܬܚܘܝܐ ܕܝܢ ܗܕܐ
ܡܢ ܗܝ ܕܡܠܬܐ ܒܣܪܐ ܗܘܐ : ܟܕ
ܒܗܝ ܕܗܘܐ ܒܣܪܐ : ܕܐܬܚܝܕ ܠܒܣܪܐ
ܐܡܪ . ܡܝܬ ܗܘ ܒܣܪܐ ܡܝܬܐ ܗܘܐ
ܒܗܠܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ . ܠܐ . ܚܝ
ܗܘܐ ܓܝܪ ܒܚܝܐ ܕܐܠܗܘܬܗ ܕܡܠܬܐ .
ܘܗܟܢܐ ܘܒܙܩܝܦܐ ܟܕ ܐܬܦܪܫܬ ܢܦܫܐ
ܡܢ ܦܓܪܐ . ܦܓܪܐ ܚܝ ܗܘܐ ܒܚܝܐ
ܕܐܠܗܘܬܗ ܕܡܠܬܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܬܘܡ
ܐܬܦܪܫܬ . ܡܢ ܚܕ ܡܢܗܘܢ .

*Objectio Hæreticorum. Antea formatus eſt fœtus, & membris formiſque per operationem Spiritus Sancti perfectus: deinde inhabitavit in eo Verbum. Solutio ſancti Philoxeni. Verbum Deus & caro, quæ ex Maria, ſimul ad unionem coïere. Poſtquam autem Verbum caro factum eſt, ut ait Joannes, & per quadraginta dies in membris & formis manſit, ſuſcepit* (caro) *animam rationalem, juxta ordinem hominum, quorum corpus antea membris & formis perficitur, deinde quadrageſimo die animatur. Id ex eo probatur, quod dicitur, Verbum caro factum eſt: nam ea verba, caro factum eſt, ſignificant, ipſum carni unitum fuiſſe. Mortua ergo fuit caro illa per eos quadraginta dies? Nequaquam. Vivebat enim vita Divinitatis Verbi. Ita & in cruce quum anima ex corpore ſeparata eſt, corpus vivebat vita Deitatis Verbi, quæ ab utroque nunquam ſeparata fuit.* Hæc Philoxenus, qui ut obſervat Barſalibæus, ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܐܡܪܝܢ ܕܦܓܪܐ ܩܕܝܡ ܦܓܪܐ ܠܢܦܫܐ ܐܝܟ ܡܠܬܗܘܢ :

*Ex eorum numero eſt, qui corpus animam præcedere ſentiunt:* quæ quidem opinio licet in cæteris fœtibus locum habere poſſit, in Chriſto tamen, ut idem Barſalibæus notat, vera non eſt, ut omnes Doctores Græci & tres laudati Jacobi ex Syris docent:

ܗܘ ܕܐܡܪ ܝܘܚܢܢ ܕܡܠܬܐ ܒܣܪܐ
ܗܘܐ : ܟܕ ܒܣܪܐ ܠܢܦܫܐ ܘܠܒܣܪܐ
ܡܘܕܥ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܕܟܬܒܐ ܕܡܢ ܡܢܬܐ
ܠܟܠܗ ܡܫܘܕܥ : ܐܝܟ ܗܝ ܕܠܘܬܟ
ܟܠ ܒܣܪ ܢܐܬܐ . ܘܡܘܕܥ ܕܠܐ ܒܣܪܐ
ܒܠܚܘܕ ܐܠܐ ܘܢܦܫܬܐ . ܚܢܢ ܕܝܢ
ܠܡܠܦܢܐ ܝܘܢܝܐ ܢܩܦܝܢ . ܘܡܘܫܐ
ܡܘܨܠܝܐ ܘܝܘܚܢܢ ܕܕܪܐ
ܠܗܕܐ ܕܒܬܪܐ ܐܚܝܕܝܢ .

*Illud verò, quod ait Joannes* (ſubjungit Bar-Salibæus, ad argumentum Philoxeni reſpondens) *Verbum caro factum eſt, per carnem, animam ſimul & carnem denotat, ſecundùm Scripturæ morem, quæ partis nomine totum ſignificare ſolet, juxtà illud, ad te omnis caro veniet: ubi certum eſt, non carnes ſolùm, ſed & animas venturas. Nos autem Græcos Doctores ſequimur. Ita & Moſes Moſul, & Joannes Daræ hanc poſteriorem ſententiam amplectuntur.*

Aliud ab Ammonii & Tatiani Diateſſaron agnoſcit fol. 150. *Eliæ* nimirùm *Salamenſis Syri*, de quo in Præfatione in Marcum cap. 9.

ܛܛܝܢܘܣ ܕܝܢ ܬܠܡܝܕܗ ܕܝܘܣܛܝܢܘܣ
ܦܝܠܘܣܘܦܐ ܘܣܗܕܐ ܓܒܐ ܡܢ
ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܐܪܒܥܐ ܡܚܠܛ
ܘܟܬܒ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܣܝܡ
ܕܝܛܣܪܘܢ : ܗܘ ܕܡܫܠܛܢܐ . ܘܟܬܒܐ
ܗܢܐ ܦܫܩܗ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܫܘܪܝܗ
ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ : ܒܪܫܝܬ
ܐܝܬܘܗܝ

[Syriac text]

*Tatianus Juſtini martyris ac Philoſophi diſcipulus, ex quatuor Evangeliis unum digeſſit, quod Diateſſaron nuncupavit. Hunc librum S. Ephræm commentariis illuſtravit, cujus initium,* In principio erat Verbum. *Elias Salamenſis, qui & Aphtonius, Evangelium confecit inſtar τȣ̃ Diateſſaron Ammonii, cujus meminit Euſebius in Prologo ad Canones Evangelii. Nam quum Elias illud Diateſſaron quæſiiſſet, nec inveniſſet, aliud ipſi ſimile elaboravit. Ipſe autem Elias Canones Euſebii identidem reprehendit, menda quædam in eis contineri demonſtrans: & quidem jure. Verùm hic Eliæ Codex haud obvius eſt.*

De tribus Regibus, quos Matthæus in genealogia Chriſti omittit, videlicet, Ochozia, Joas, & Amaſia, præter multas expoſitiones, quas ex communi Interpretum ſententia tradit, duas haſce ex quorundam Syrorum mente proponit. Alteram anonymi fol. 34. [Syriac text]

*Inventus eſt aliquando Syriacus Codex ex Hebræo expreſſus, qui in genealogia iſtos tres Reges enumerat: in ſumma tamen quatuordecim, non ſeptemdecim colligit. Idque accidit, quia ab ipſis Hebræis alter alteri numero ſubſtitutus eſt propter latentem in Septenario ſignificationem, qui numerus ipſos vehementer delectat: quartadecima namque die ab Ægyptiorum ſervitute fuerunt liberati.* Alteram Georgii Arabum Epiſcopi fol. 33.

[Syriac text]

ܘܢܣܬܒܪ ܠܗܘܢ ܫܪܒܬܐ ܘܡܫܒܚܬܐ
ܡܢ. ܡܛܠ ܕܡܚܝܒ ܕܢܣܝܡ ܫܪܒܬܐ
ܘܡܢ ܡܫܒܚܘܬܐ ܠܐ ܠܒܨܝܪܘܬܐ
ܘܗܢܘ ܥܒܕܗ. ܘܗܕܐ ܐܬܐܡܪܬ ܪܘܚܢܝܐ
ܗܘܢܝܐ ܠܟܠܗ ܕܠܘܬܗܘܢ ܠܥܡܡܐ.

*Georgius Gentium* Epiſcopus *arbitratur à Matthæo nec iſtas tres perſonas fuiſſe prætermiſſas, neque generationum ſummam mutatam fuiſſe, ut quatuordecim pro ſeptemdecim ſuppoſuerit; ſed quia ad Judæos Evangelium ſcripſit, & Hebræorum plerique Græco ſermone utebantur, quo exprimi non poſſunt* ܚ *Het*, ܥ *Ain*, ܨ *Sade, ut Hebræo & Syriaco, quandoquidem Græcum Alphabetum literis gutturalibus caret. Interpretes itaque, qui ex Hebraico fonte in Græcam linguam Evangelium tranſtulere, ita verterunt*, Joram genuit Ochoziam, Ochozias Joaſum, Joas Amaſiam. *Qui eos ſequuti ſunt, & Græcis literis Evangelium deſcripſere, currente calamo à* τοῦ Joram genuit Ochoziam, *ad alterum membrum* Joram genuit Oziam, *mediis prætermiſſis, prætervecti ſunt, nominum ſimilitudine decepti, & variatione unius literæ Caph. Idque fortaſſe ipſis imprudentibus excidit. Sin minus, dicendum eſt, numerum generationum quatuordecim ab ipſis prælatum fuiſſe, quia generationum ſeptenaria, & ſeptenarius numerus Hebræos apprimè delectabant. Et hoc modo depravati Codices ad omnes populos propagati ſunt.*

Quos Lucas refert Chriſti progenitores, eos ex Africano, Euſebio, Nazianzeno, Sarugenſi, Græciſque & Syriacis Codicibus ſic enumerat fol. 37. à tergo: ܐܒܪܗܡ ܡܢ
ܐܘܣܒܝܘܣ: ܬܠܬܐ ܦܫܝܛܝܢ
ܠܗ ܠܡܠܟܐ ܐܝܬܝܐ ܘܐܦ ܠܡܫܝܚܐ
ܬܠܬܐ ܗܢܘܢ ܝܘܣܦ ܘܡܪܝܐ:
ܝܘܣܦ ܒܪ ܥܠܝ ܒܪ ܡܛܬ.

ܟܪܝܗܐ ܕܝܢ ܗܦܘܟܐ ܕܟܠܗ ܕܟܬܒܐ:
ܡܫܡܗܐ ܦܫܝܛܝܢ ܠܗ. ܝܘܣܦ ܒܪ
ܥܠܝ ܒܪ ܡܛܬ ܒܪ ܠܘܝ ܒܪ
ܡܠܟܝ. ܠܘܬ ܐܦܪܝܩܢܘܣ ܡܢ
ܐܒܪܗܡ ܠܝܘܣܦ ܡܫܡܗܝܢ ܦܪܨܘܦܐ
ܬܠܬ ܕܟܠܗ. ܟܪܝܗܐ ܕܝܢ ܗܦܘܟܐ
ܕܟܠܗ ܠܗ ܗܘܝܢ. ܠܡܠܐ ܡܛܠ
ܕܠܒܝܬ ܠܐ ܚܙܝܐ. ܘܦܪܝܫܐ
ܕܒܝܬ ܕܘܝܕ ܐܬܟܪܙܘ. ܟܠ
ܕܐ ܗܘܝܢ ܡܢ ܐܒܪ ܟܪܘܒܐ ܠܡܫܝܚܐ
ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܡܬܐܡܪ ܒܟܠܗ ܘܟܠܗ
ܘܟܬܒܐ. ܘܦܪܝܫܐ ܡܫܘܚ ܘܡܢܗ
ܡܢ ܐܠܐ ܘܟܠܗ ܡܢܗܘܢ. ܡܢ
ܐܒܪܗܡ ܒܪܝܫܐ ܠܡܫܝܚܐ ܡܒܪܟܐ
ܡܢ ܐܝܟ ܡܕܡ: ܐܝܟ ܕܝܢ ܟܠܗ
ܠܐ. ܐܝܟܘ ܘܒܬܪ ܕܐܝܟ ܕܟܬܒܐ ܘܗܟܢ
ܡܠܟܐ ܘܐܝܟ ܪܫܝܢܐ ܘܐܝܟ ܕܠܗܘܢ
ܘܟܠܗܘܢ ܠܐ ܡܫܒܚܬܐ ܗܘܝܢ ܡܢ
ܐܝܟ ܒܪܝܫܐ ܠܡܫܝܚܐ: ܡܢܗܘܢ ܫܪܒܬܐ
ܠܗ ܡܢ ܐܒܪܗܡ ܠܡܫܝܚܐ ܐܝܟ
ܘܐܝܟ ܡܢ ܐܝܟ ܕܟܬܒ. ܘܡܢ ܡܟܪܙܝܢ
ܡܢ ܠܐ ܐܝܟ ܘܠܘܬܗܘܢ ܠܡܫܝܚܐ: ܦܫܝܛ
ܠܗ ܡܢ ܐܒܪܗܡ ܠܝܘܣܦ ܘܟܠܗ
ܡܫܡܗ ܐܝܟ ܘܐܡܪ ܐܦܪܝܩܢܘܣ.
ܟܪܝܗܐ ܗܦܘܟܐ ܡܫܡܗܝܢ ܡܢ
ܐܦܪܝܩܢܘܣ ܘܡܫܡܗ ܦܪܨܘܦܐ ܠܗܘ
ܗܘ. ܠܘܬ ܐܦ ܗܘܐ ܐܝܟ ܠܡܠܟܐ
ܘܟܪܝܗܐ ܗܦܘܟܐ ܗܘ ܦܪܨܘܦܐ ܠܗܘ
ܕܐܝܬ ܡܢ ܝܘܣܦ ܒܪܝܫܐ ܠܐܒܪܗܡ
ܘܠܗ ܠܗ ܐܝܟ ܘܐܡܪ ܐܬܐܡܪܬ ܠܗܘܢ
ܘܡܫܡܗ ܘܡܫܘܚ. ܒܪܝܫ ܡܫܒܚ
ܐܒܐ ܘܡܬܟܬܒܐ ܠܗܝܢ ܚܕ ܡܕܡ
ܘܐܬܟܬܒ ܗܘܢܐ ܟܪܝܗܐ ܐܚܪܢܐ.

[illegible]

*Africanus* & *Euſebius tertium numerant Melchi, ſicut etiam Mathan tertio loco collocant ante Joſeph, hoc modo*: Joſeph filius Heli, filii Melchi. *In Codicibus autem Syriacis, qui apud nos exſtant ſancti Lucæ, quinto loco numeratur*: Joſeph filius Heli, filii Matath, filii Levi, filii Melchi. *Præterea Africanus ab Abraham ad Joſeph quinquaginta perſonas recenſet in Luca: in Codicibus verò Syriacis Lucæ ſunt ſex & quinquaginta. Cogimur itaque veritatem ulterius inquirere. Sanctus enim Gregorius Theologus ſeptem & ſeptuaginta generationes ab Adam uſque ad Chriſtum recenſet ſecundùm genealogiam retrogradam à Luca deſcriptam. Sanctus autem Jacobus Sarugenſis epiſtola ad Maronem, ab Abraham ad Chriſtum generationes quadraginta duas ſecundùm Matthæum agnoſcit, ſecundùm Lucam ſeptem & quinquaginta. Si ergo ſecundùm opinionem iſtorum Doctorum & juxta Evangelicos ipſorum Codices, ſeptuaginta ſeptem generationes ab Adam uſque ad Chriſtum numerantur, ſeptem igitur & quinquaginta generationes nobis remanent ab Abraham ad Chriſtum, ſicut affirmat S. Jacobus. Jam ſi unum ex ſeptem & quinquaginta, hoc eſt, Chriſtum detrahamus, ſex & quinquaginta remanent ab Abraham ad Joſeph, & non quinquaginta, ut Africanus ſcribit. Et Codicibus Syriacis profectò major fides adhibenda eſt, quàm Africano, qui perſonas quinquaginta dumtaxat enumerat. Inſuper illud ſciendum eſt, in Codicibus Syriacis quinquaginta quinque perſonas tantùm numerari à Joſeph uſque ad Abraham, non verò quinquaginta ſex, ut Theologus & Jacobus Sarugenſis affirmant. Suſpicor amanuenſis errore unum nomen prætermiſſum fuiſſe, & hunc defectum in alios Codices irrepſiſſe. In Evangelio autem Græco, & Syriaco nomina à Chriſto ad Nathan filium David ſupputans, quadraginta duas perſonas dumtaxat reperio, ita ut ſi addantur generationes quatuordecim à David ad Abraham, quinquaginta ſex tantùm, non quinquaginta ſeptem numerentur, ſummamque, ſicut S. Jacobus opinatur, ſeptuaginta ſex conficiant, non ſeptuaginta ſeptem, ſicut Theologus docuit. Unum itaque nomen intercidit.*

Annum & diem Nativitatis & paſſionis Chriſti, ex Ephræmo, Euſebio, & Jacobo Edeſſeno ſic ſtatuit fol. 161.

[illegible]

[illegible]

*Quonam tempore Chriſti conceptio & ſalutaris nativitas contigit? Sanctus Euſebius, Anno, inquit, 312. Græcorum, qui eſt annus quadrageſimus tertius Auguſti, & 33. Herodis, quo tempore miſſus eſt in Syriam Cyrinus, Chriſtus natus eſt. Jacobus Edeſſenus, quem nos ſequimur: Anno 309. Græc. qui eſt annus 41. Auguſti, & 31. Herodis: ejuſdem autem paſſio anno undevigeſimo Tiberii. Omnes anni, quibus in terris verſatus eſt, à nativitate uſque ad Baptiſmum fuere triginta: atque à Baptiſmo ad ejuſdem aſcenſionem duo cum dimidio. Summa erit duo & triginta cum dimidio. Natus eſt autem Dominus die 25. Decembris, quia eo tempore lux tenebras incipit ſuperare, ſignificans Dominum eſſe mundi lucem, & ab ipſo Diabolum fuiſſe ſuperatum, qui tenebris figuratur: & tempore quidem diſpenſationis Dominicæ in diem 24. Martii & diem 24. Septembris Æquinoctia cadebant; hodie verò multum à ſua ſede receſſerunt, noſtroque ævo apparet Æquinoctium die 13. Martii, & 13. Septembris, cujus variationis naturalis ratio eſt curſus ſolis, de quo in noſtro opere Theologiæ, quod Breviarium appellavimus, fusè diſſeruimus..... S. Ephræm in quodam ſermone ſic ſcribit: Die decima* (ſubintellige Martii) *accidit ejus conceptio: & ſexta* (ſubintellige Januarii) *ejus nativitas. Jacobus verò Edeſſenus epiſt. ad Moſen Tur-Abdinenſem: nemo exactè novit diem nativitatis Domini: hoc dumtaxat indubitabile eſt, eum noctu natum fuiſſe ex his quæ ſcribit Lucas. Et in provinciis quidem*

[illegible]

*Orientalibus & quæ ad ſeptentrionem vergunt, uſque ad tempora Arcadii Imperatoris & S. Joannis die 6. Januarii hoc feſtum agebant, illudque appellabant feſtum nativitatis, hoc eſt, Epiphaniæ, quemadmodum à S. Theologo in Orat. de nativitate vocabatur. Attamen in provincia Romana, & univerſa Italia, & in Palæſtina ab Apoſtolorum ævo uſque ad hodiernum diem, die 25. Decembris feſtum Natalis Domini celebratur: atque iſtum ordinem ritumque certiſſimum univerſus Oriens, & gentes omnes quæ ſeptentrionem ſpectant, amplexæ ſunt, ſi Armenos excipias, homines craſſæ mentis & duræ cervicis, qui non obediunt veritati: iſti enim hucuſque ſecundùm antiquum morem die 6. Januarii utrumque feſtum peragere inſtiterunt.* Hunc tamen Armenorum ritum, quem hìc rejicit Bar-ſalibæus, anonymus neſcio quis Syrus probare contendit in margine apud eundem Bar-ſalibæum fol. 43. à tergo, his verbis: [illegible]

[illegible]

[illegible]

*Menſe Januario natus eſt Dominus eodem die quo Epiphaniam celebramus, quia veteres uno eodemque die feſtum Nativitatis & Epiphaniæ peragebant, quoniam eadem die natus & baptizatus eſt. Quare hodie etiam ab Armenis uno die ambæ feſtivitates celebrantur. Quibus adſtipulantur Doctores, qui de utroque feſto ſimul loquuntur. Cauſam porrò, cur à Patribus prædicta ſolemnitas à die 6. Januarii ad 25. Decembris tranſlata fuit, hanc fuiſſe ferunt. Solemne erat ethnicis hac ipſa die 25. Decembris feſtum ortus ſolis celebrare; ad augendam porrò diei celebritatem, ignes accendere ſolebant: ad quos ritus populum etiam Chriſtianum invitare & admittere conſueverant. Quum ergo animadverterent Doctores ad eum morem Chriſtianos propendere, excogitato conſilio eo die feſtum veri Ortus conſtituerunt; die verò 6. Januarii Epiphaniam celebrari juſſere. Hunc itaque morem ad hodiernum uſque diem cum ritu accendendi ignis retinuerunt. Et quoniam ſol duodecim gradus aſcendit, Dominus natus eſt hac die tertiadeci-*

*ma,*

*ma, & ſicut S. Ephræm docet, Solis juſtitiæ & duodecim Apoſtolorum ejus myſteria repræſentat. Numerus, inquit S. Doctor, denarius perfectus eſt. Die decima Martii uterum intravit. Numerus item ſenarius perfectus eſt. Die 6. Januarii utramque partem nativitas ejus reconciliavit.*

Communis fert Jacobitarum opinio, Caipham impium illum Pontificem, qui Chriſtum mortis damnavit, ad Chriſtianam fidem poſteà converſum & Joſephum appellatum, eum fuiſſe celeberrimum Scriptorem, qui de bello & Antiquitatibus Judaicis erudita volumina reliquit. Hanc opinionem infirmat Bar-Salibæus, & aliam de Joſepho illo ſtatuit in hæc verba fol. 125.

[illegible]

*In atrio autem Caiphæ congregati ſunt, quia ipſe erat Pontifex anni illius. Hunc quidam cum Joſepho confundunt, qui poſteà reſipuerit & in Chriſtum crediderit. Nos autem dicimus, Joſephum, qui adversùs Romanos acriter pugnavit, atque poſteà ab ipſis captus, & factus Chriſtianus ſcripſit plures libros de Machabæorum geſtis, & de Hieroſolymorum excidio, alium eſſe ab hoc Caipha Pontifice: quod in Eccleſiaſtica hiſtoria Euſebius ſuo teſtimonio confirmat.*

De Sanctorum Beatitudine in Paradiſo terreſtri uſque ad diem Reſurrectionis, eadem ſentit Bar-ſalibæus, ac Bar-cepha de quo ſuprà dixi pag. 130. Scribit enim fol. 137.

[illegible]

[illegible]

*Quæſtio. An latro ipſo feriæ ſextæ die Paradiſum intravit? Quidam negant, quia ſi Paradiſum fuiſſet adeptus beatitudinem ſimul Sanctis promiſſam ab eo tempore etiam conſequutus fuiſſet. Nullus autem Sanctorum eam hactenus felicitatem accepit teſte Paulo, qui affirmat omnes eos, qui per fidem teſtimonium reddiderunt, nondum promiſſionem accepiſſe, quia Deus propter nos quoddam excellentius prævidit, ut non ſine nobis conſummentur. Solutio. Beatitudo Sanctis promiſſa haudquaquam repoſita eſt in Paradiſo, ex quo Adam pulſus eſt, ſed in regno cælorum, quod necdum Adam intravit. Paradiſum enim illum, in quo commoratus eſt Adam, oculus vidit, & auris audivit. Similiter etiam Heva. Felicitatem autem Regni illius, hactenus nemo hominum vidit, ſed poſt reſurrectionem univerſalem omnes Sancti eâ potientur, & Latro cum illis: certum enim eſt, Latronem Regnum poſtulaſſe, quod manifeſtum ſit ex eo quod dixit, memento mei in Regno tuo. Chriſtus itaque Paradiſum ei conceſſit, quia nullus Sanctorum Regnum adhuc accepit: Regnum enim & Gehenna ad retributionem bonorum & malorum repoſita ſunt: & illo die feriæ ſextæ nondum advenerat retributionis tempus, ſed erat tempus laboris*. Et fol. 202. loquens de S. Joanne Evangeliſta: [illegible]

[illegible]

*Quidam minimè politæ mentis exiſtimarunt Joannem Evangeliſtam nondum obiiſſe, ſed, ſicut, Henoch & Elias, adhuc vivere: neque conſideraverunt Scripturæ verba*: & non dixit Jeſus, non moritur, ſed ſi eum volo manere donec veniam &c. *Dicit autem Sanctus Athanaſius Magnus Homil. 43. illorum monumenta uſque adhuc ſuperſunt, & ea nos vidimus, ſicut illud Petri & Pauli Romæ, quemadmodum etiam Joannis Epheſi. Idem confirmat S. Joannes* (Chryſoſtomus) *in Commentar. Evangelii ejuſdem Joannis, eum ſciliet obiiſſe, & ejus corpus in Aſiæ medio eſſe poſitum; Animam verò ejus in Paradiſo cum ſpiritibus Sanctorum, & poſt reſurrectionem animam ejus corpori denuò conjunctam ad cæli firmamentum ſublimandam eſſe.*

Conſequenter ad hunc errorem, deſcenſum Animæ Chriſti ad inferos ſic explicat, fol. 138. [illegible]

[illegible]

ܘܐܝܟܐ ܕܟܠܗܘܢ ܢܦܫܬܐ ܕܡܢ
ܐܕܡ ܥܕܡܐ ܠܗܘ ܙܒܢܐ ܚܒܝܫܢ ܗܘܘ
ܘܐܟܪܙ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܦܛܪܘܣ.
ܘܟܠܗܘܢ ܢܦܫܬܐ ܕܗܝܡܢܘ ܒܗ ܐܦܩܘ:
ܘܒܗ ܥܪܘܒܬܐ ܐܢܝܢ ܥܡ ܢܦܫܗ ܕܓܝܣܐ ܘܐܥܠ
ܐܢܝܢ ܠܦܪܕܝܣܐ ܕܡܢܗ ܐܬܛܪܕ ܐܕܡ
ܢܦܫܬܐ ܕܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘ ܒܗ
ܡܠܬܗ ܐܝܟ. ܘܗܕܐ ܡܫܬܡܠܝܐ ܡܘܠܟܢܗ
ܕܒܗ ܒܝܘܡܐ ܗܘܐ ܥܡܗ ܒܦܪܕܝܣܐ.
ܢܦܫܬܐ ܕܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘ ܗܘܘ
ܒܡܫܝܚܐ: ܐܦܩ ܐܢܝܢ ܘܐܫܒܩ ܒܐܐܪ
ܘܐܬܕܒܪ ܡܢ ܫܐܕܐ ܠܕܘܟܝܬܐ ܒܪܝܬܐ
ܘܬܡܢ ܡܥܡܪܢ ܥܕܡܐ ܠܩܝܡܬܐ
ܓܘܢܝܬܐ. ܘܡܢ ܗܘ ܝܘܡܐ ܕܥܪܘܒܬܐ
ܘܠܗܠ: ܟܠ ܢܦܫܐ ܕܦܪܫܐ ܡܢ ܦܓܪܐ
ܐܢ ܙܕܝܩܬܐ ܗܝ: ܥܡ ܡܠܐܟܐ ܐܙܠܐ
ܠܦܪܕܝܣܐ: ܘܐܢ ܥܘܠܬܐ ܗܝ: ܫܐܕܐ
ܡܘܒܠܝܢ ܠܗ ܠܕܘܟܝܬܐ ܕܠܒܪ ܡܢ ܬܐܒܝܠ.
ܐܚܪܢܐ. ܐܫܒܩ ܬܡܢ ܒܫܝܘܠ ܐܘܟܝܬ
ܐܝܠܝܢ ܠܢܦܫܬܐ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘ ܒܗ. ܫܝܘܠ
ܕܝܢ ܡܕܡ ܐܠܝܨܐ ܘܡܚܫܟܢܐ ܒܬܚܬܝܬܗ̇
ܕܐܪܥܐ ܕܟܠܗܘܢ ܢܦܫܬܐ
ܒܗ ܚܒܝܫܢ ܗܘܝ.

*Quando Dominus in cruce mortuus eſt, ejus dumtaxat anima à ſuo corpore ſeparata fuit: Divinitas neque ab anima, neque à corpore diviſa eſt; quoniam inſeparabiliter ineffabili modo animæ & corpori ſemel unita fuit. Separatâ autem à corpore animâ, corpus quidem in ſepulcro eſt poſitum; ejus verò anima rectà tendit ad Sciul* (Inferos) *in inferiora terræ, ubi omnes animæ ab Adamo eatenus clauſæ manſerant, & eiſdem prædicavit, ſicut loquitur Petrus, & omnes animas in ipſum credentes ſuſtulit, & ab inferis eductas eodem feriæ ſextæ die cum anima Latronis in Paradiſum, ex quo Adam exularat, introduxit, & per hunc modum promiſſionem ſuam complevit: Quandoquidem eo ipſo die cum illo fuit in Paradiſo. Animas autem, quæ in ipſum non credidere, inde ſimiliter eductas in aëre reliquit, unde à malis Dæmonibus in partes quaſdam extra terram habitabilem deportatæ, ibidem uſque ad communem reſurrectionem commorantur. Atque ab illo die feriæ ſextæ & deinceps quælibet anima à corpore ſeparata, ſi juſta quidem eſt, cum Angelis in Paradiſum concedit; ſin autem iniqua, à malis ſpiritibus ad partes extra habitabilem terram poſitas deportatur. Alii: ibidem, hoc eſt, in Inferno animas, quæ in ipſum minimè crediderunt, reliquit. Infernus autem eſt anguſtus quidam ac tenebricoſus carcer in inferioribus terræ, ubi omnes animæ detinebantur.*

Præputium Chriſti poſt ejuſdem reſurrectionem ab eo aſſumptum fuiſſe aſſerit fol. 173. ܥܘܪܠܬܐ
ܕܡܫܝܚܐ. ܐܝܟܐ ܐܬܢܛܪܬ. ܕܠܐ ܬܬܚܒܠ
ܘܡܬܚܒܠܢܘܬܐ ܘܠܐ ܐܬܚܒܠܬ. ܗܘ ܕܟܠ
ܐܚܝܕ ܗܘ ܢܛܪܗ̇ ܟܕ ܐܝܬܝܗ
ܘܠܐ ܡܬܚܒܠܐ. ܐܝܢܐ ܕܝܢ ܐܬܪ
ܡܢܐ ܐܢܬ ܡܢ ܐܝܟܐ ܐܝܬܝܗ̇.
ܘܡܬܚܙܝܐ ܕܠܗ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܗܘܬ ܘܥܒܕܐ:
ܠܐ ܐܬܚܒܠܬ. ܘܡܫܬܘܕܝܐ ܕܠܐ ܢܬܚܒܠ ܗܘܬ
ܐܠܐ ܕܟܠܗ ܦܓܪܐ ܡܫܬܘܐ ܠܐ ܢܬܚܒܠ ܗܘܬ
ܠܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ ܐܝܟ ܐܠܗܘܬܗ ܡܢ ܫܘܪܝܐ.
ܠܐ ܕܝܢ ܐܬܚܒܠܬ. ܕܠܐ ܘܡܫܬܘܝܐ ܗܘܬ
ܠܐ ܐܬܚܒܠܬ ܗܝ ܠܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ. ܘܡܢ
ܟܠ ܡܢ ܦܓܪܐ ܡܫܬܒܚܐ ܘܡܫܬܘܐ
ܘܡܫܬܘܝܐ ܡܫܬܒܚܢܘܬܐ.

*Armenorum objectum. Et ubinam Chriſti præputium, ne corrumperetur, ſervatum eſt? Qui omnia continet, ipſe illud ubicumque tandem fuerit, abſ-*

*que corruptione ſervavit. Servatum eſt autem cum Maria matre ejus ubicumque ea degebat. Et quia non erat ex ſemine viri, corruptum non eſt, ſed divinitati ejus erat unitum, quemadmodum in cruce animæ & corpori divinitas ejus unita erat, quum altera ab altero* (hoc eſt, anima à corpore) *ſeparata eſſet. Non eſt ergo corruptum, quia ejus immenſæ divinitati erat unitum. De ſepulcro autem reſurgens, rursùs aſſumpſit illud, & corpori ſuo perfectè univit.* Eadem de Chriſti præputio Anaſtaſius Synaita quæſt. 145. Vide Cl. Fabricium in Bibliographia cap. 11. num. 24. pag. 383.

Philoxeni ſententiam de paſſionibus Domini, fuerint ne voluntariæ an naturales, quam ex Bar-hebræo ſuprà tetigi pag. 22. propoſitis Auctoris verbis fusè examinat Bar-Salibæus Comment. in Joannem fol. 215. & 216. ubi oſtendit, quo ſenſu Philoxenus *naturales Chriſti affectus* negaverit, eo nimirùm, quo naturalis *vitiatæ naturæ*, non *vero & reali* opponitur. Sic enim ait Philoxenus:

ܐܬܩܪܝ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܡܛܠ ܕܗܘܐ ܒܪܗ
ܕܗܘ ܒܪܢܫܐ ܚܕܬܐ ܕܩܕܡ ܥܒܪ
ܩܘܒܠܐ. ܒܗܘ ܕܗܘ ܦܓܪܐ ܘܗܘ
ܢܦܫܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܐܕܡ ܩܕܡ ܥܒܪ
ܩܘܒܠܐ: ܗܘ ܢܣܒ ܡܠܬܐ
ܟܕ ܐܬܒܣܪ:

*Appellatus eſt Filius hominis, quia factus eſt ejus hominis novi filius, qui ante prævaricationem erat, quatenus id corpus eamque animam, quæ Adam ante prævaricationem habebat, aſſumpſit Verbum, quum incarnatum eſt.*

& infrà. ܠܘ ܒܟܝܢܗ ܢܓܝܫܝܢ ܗܘܘ
ܒܗ ܚܫܐ ܘܡܘܬܐ ܐܠܐ ܡܕܒܪܢܐܝܬ
ܡܩܒܠ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܝܟܘܬܢ. ܘܡܬܝܕܥܐ
ܡܢ ܗܝ ܕܠܘ ܡܢ ܓܘܗ ܢܒܥܝܢ
ܗܘܘ ܒܗ ܐܠܐ ܡܢ ܠܒܪ
ܡܬܟܬܫܝܢ ܗܘܘ:

*Non naturaliter hæ ipſi paſſiones inerant, ſed eas diſpenſativè, noſtri tamen inſtar, ferebat: quod ex eo conſtat, quia eæ non intra ipſum oriebantur, ſed extrinſecus cum eo decertabant.*

Et paucis interjectis: ܬܠܬ ܡܬܝܕܥܢ
ܒܒܪܢܫܐ. ܗ̄ ܟܝܢܐ. ܚܛܝܬܐ.
ܣܘܪܢܐ. ܟܝܢܐ ܡܢ ܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ.
ܠܗܠܝܢ ܐܫܬܘܬܦ ܡܠܬܐ ܐܠܗܐ ܟܕ
ܐܬܚܝܕ ܠܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ. ܚܛܝܬܐ ܕܝܢ
ܥܒܪ ܦܘܩܕܢܐ. ܠܗܕܐ ܠܐ ܐܫܬܘܬܦ
ܐܠܐ ܫܪܝܗ. ܣܘܪܢܐ ܕܝܢ ܚܫܐ
ܘܡܘܬܐ: ܠܗܠܝܢ ܨܒܝܢܐܝܬ
ܩܒܠ ܐܢܝܢ ܚܠܦܝܢ:

*Tria in homine noſcuntur, natura, peccatum, pœna. Natura, ut anima & corpus: His Verbum Deus communicavit, quum animæ & corpori unitum fuit. Peccatum, præcepti tranſgreſſio: cui nequaquam communicavit, ſed potiùs eam deſtruxit. Pœna denique, paſſiones & mors: has voluntariè pro nobis ſuſcepit.* Et concludit:

ܐܬܚܘܝ ܗܟܝܠ ܡܢ ܗܠܝܢ ܡܚܘܝܢܘܬܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܗܘ ܕܐܢܫܐ ܕܩܕܡ ܥܒܪ
ܩܘܒܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܠܐ ܡܫܥܒܕ ܗܘܐ
ܠܚܫܐ ܘܠܐܢܢܩܐ ܐܠܐ ܡܕܒܪܢܐܝܬ
ܩܒܠ ܗܘܐ ܠܗܘܢ: ܨܒܝܢܐܝܬ ܘܠܐ
ܒܩܛܝܪܐ: ܐܦܢ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ
ܒܢܘܗܝ ܕܐܕܡ ܐܢܘܢ: ܐܠܐ ܠܦܓܪܐ
ܘܢܦܫܐ ܕܒܬܪ ܥܒܪ
ܩܘܒܠܐ ܗܘܘ ܡܫܥܒܕܝܢ.

*Colligitur ergo ex his argumentis, Chriſtum hominis, uti ante prævaricationem erat, filium eſſe, nec paſſionibus aut neceſſitatibus obnoxium, ſed has diſpenſative tuliſſe, ſpontè tamen, & non coactè: cæteros verò homines, etſi Adæ quoque filii ſint, corpori tamen & animæ ſubjectos eſſe, quali a poſt Adæ prævaricationem fuere.*

Huc-

Hucuſque Philoxenus, cujus ſententiam ab Armeniis quidem probari ſcribit Bar-Salibæus loc. cit. non tamen à Græcis, aut Syris Doctoribus.

ܗܢܐ ܕܝܠܗ ܦܘܫܩܐ ܕܒܣܝܡܐ ܠܐܪܡܢܝܐ
ܕܟܠ ܐܝܟ ܕܨܒܝܢܗ ܘܟܠ ܚܫܐ ܕܦܓܪܐ
ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ : ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ
ܘܦܢܛܣܝܘܣ ܐܝܬܘܗܝ . ܘܡܘܬܐ
ܡܠܦܢܐ ܢܩܦܝܢ ܐܦ ܐܘܪܬܢܝܐ ܒܢܝ
ܠܐܬܘܪܝܐ . ܡܠܦܢܐ ܕܝܢ ܣܘܪܝܝܐ
ܘܝܘܢܝܐ ܠܐ ܡܫܠܡܝܢ ܠܗ ܒܗܘܝܢ ܕܐܡܪ :
ܕܐܕܡ ܠܐ ܡܝܘܬܐ ܐܬܒܪܝ : ܘܒܚܫܘܗܝ
ܘܡܟܝܠ ܕܚܫܐ ܕܣܒܠ ܡܫܝܚܐ ܗ
ܟܦܢܐ ܘܠܐܝܘܬܐ ܘܫܢܬܐ ܘܨܗܝܐ
ܡܕܒܪܢܝܐ ܘܫܪܝܪܐ ܐܢܝܢ . ܒܗܘܢ
ܘܡܠܦܢܐ ܐܚܪܢܐ ܐܡܪܝܢ ܕܟܝܢܝܐ
ܘܫܪܝܪܐ ܘܠܐ ܒܛܝܠܐ ܐܢܝܢ . ܗܘ ܕܝܢ
ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܡܕܒܪܢܝܐ ܘܫܪܝܪܐ ܘܠܐ
ܒܛܝܠܐ ܐܡܪ . ܘܬܪܝܗܘܢ ܡܫܘܕܝܢ ܠܐ
ܡܣܛܝܢ ܡܢ ܫܪܪܐ ܡܛܠ ܕܬܪܝܗܘܢ
ܒܫܪܪܐ ܡܘܕܝܢ ܕܚܫܐ ܣܒܠ ܗܘܐ
ܠܗܘܢ ܡܫܝܚܐ ܚܫܐ ܘܠܐ ܒܦܢܛܣܝܐ
ܓܕܫܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ . ܚܣܘ .

*Hæc, quæ hactenus de Adamo ejuſque creatione, deque paſſionibus, quas Chriſtus toleravit, ex Philoxeni libris decerpſimus. Hunc porrò Doctorem Armeni Togormæ ſoboles ſequuntur. Doctores contra Syri & Græci ab eodem diſcedunt tùm in eo quod affirmat, Adamum immortalem fuiſſe conditum, tùm etiam in eo quod ſcripſit, paſſiones, quas Chriſtus perpeſſus eſt, famem videlicet, laſſitudinem, ſomnum, ſitim, atque cætera ejuſmodi, diſpenſatorias atque veras fuiſſe: quas tamen alii Doctores, naturales & veras & irreprehenſibiles nominare malunt. Eas autem idem Philoxenus diſpenſatorias, veras, & irreprehenſibiles prædicat. Et uterque dicendi modus à veritate minimè exorbitat: quandoquidem ambo confitentur, à Chriſto verè paſſiones illas fuiſſe toleratas, non autem phantaſticè eidem accidiſſe: quod abſit.* Quod verò Bar-Salibæus ait, Doctores Syros & Græcos aſſerere, Adamum mortalem creatum fuiſſe, videtur prima facie errorem Pelagianorum continere, qui contra expreſſam Scripturæ auctoritatem Adam immortalem conditum à Deo negabant. Verùm alia eſt à Pelagianis Bar-Salibæi mens, quantum ex hoc ipſius commentario colligere licet. Nam fol. 216. poſtquam Philoxeni ſententiam expoſuit, hæc ſubjungit:

ܡܠܦܢܐ ܕܝܢ ܕܫܪܪܐ ܠܐ ܡܫܠܡܝܢ ܒܗܕܐ
ܠܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ : ܒܗܘܢ ܕܐܡܪܝܢ
ܕܐܕܡ ܡܝܘܬܐ ܐܬܒܪܝ ܒܟܝܢܗ : ܘܠܗ
ܝܗܒ ܛܝܒܘܬܐ : ܠܠܐ ܡܝܘܬܘܬܐ ܡܫܡܠܝܬܐ
ܗܘܬ ܠܗ ܠܐ ܡܫܬܡܠܝܬܐ .
ܚܢܢ ܕܝܢ ܠܡܠܦܢܐ ܡܫܠܡܝܢܢ .

*Verùm in hoc à Philoxeno diſſentiunt cæteri Doctores: Ajunt enim, mortalem natura creatum fuiſſe Adam: cui ex gratia immortalitas collata fuiſſet, ſi is præceptum obſervaſſet. Nos autem his Doctoribus aſſentimur.* Non igitur Bar-Salibæus abſolutè negat, Adamum immortalem conditum, ſed talem dumtaxat fuiſſe natura, quales ſunt Angeli; id ex gratia, obſervando præceptum, ipſum eſſe potuiſſe affirmans, quod ex natura ſua non erat.

Denique ex Mara Amidæ Epiſcopo, & Zacharia Melitenenſi hiſtoriam Adulteræ, quæ in pleriſque Codicibus Syriacis deſideratur, deſcribit Bar-Salibæus & brevi commentario illuſtrat, ut ſuprà notavi pag. 53. Ejuſdem hiſtoriæ meminit & Gregorius Bar-Hebræus in Horreo myſteriorum comment. in Joannem, his verbis: ܘܥܒܪ ܦܘܫܩܐ
ܕܢܫܐ ܡܢ ܟܬܒܐ ܠܐ ܩܐܡ : ܐܝܬܝܗ
ܒܢܘܣܚܐ ܕܠܫܢܐ ܫܡܥܘܢܝܐ ܕܐܝܬܝܗ
ܕܝܢܐ .

[illegible]

*Poſt illum verſiculum*, Propheta non ſurget ex Galilæa, *repertum eſt in Codice Alexandrino caput de muliere adultera, quam quidam ad Jeſum adduxere, num legi lapidationis eius conſentiret. Ipſe verò inclinatus, uniuſcujuſque eorum peccata in terra ſcripſit, & illi relicta ea, abierunt. Jeſus autem dixit: vade, & noli ampliùs peccare.*

3. Theologia. *Theologia*. Citatur ab ipſo Bar-Salibæo Præfat. in Lucam cap. 12. cujus verba retuli ſuprà pag. 163. & in expoſitione Miſſæ cap. 1. & 2. appellatur: [illegible]

*Liber Theologiæ, & de myſterio Incarnationis, deque intelligibilibus ac ſenſibilibus naturis, & de Sacramentis Eccleſiæ, cæteriſque hujuſmodi.*

4. Liber adversùs Hæreſes. *Adversùs Hæreſes liber polemicus*. Citatur ab eodem in Expoſitione Miſſæ frequenter. Et primùm cap. 4. de Triſagio: [illegible]

*Quoniam verò in Tractatu & Diſputatione adversùs Chalcedonenſes fusè de eo* (hoc eſt, Triſagio) *ſcripſimus, expedit hìc breviter de eodem diſſerere*. Et cap. 6. de Fermentato: [illegible]

*Quoniam in libro Diſputationis adversùs hæreſes, quæ hodie dominantur, de his fuſiùs egimus, breviter quæſtionem de pane & vino hìc tetigimus*. Et cap. 15. de commemoratione vivorum, quam ab Armenis fieri negat, in eoſdem invehitur, oſtendens Liturgiam pro vivis & mortuis offerri debere, & ſic concludit. [illegible]

*Quia autem hac de re in libro diſputationis noſtræ adversùs vos Armenos prolixè diſſeruimus, tractatum hujuſmodi oportet hìc contrahere*. Et ibidem de commemoratione Regum, quam à nonnullis omitti aſſerit in odium Græcorum Imperatorum: [illegible]

*Qua de re latè ſcripſimus in libro adversùs Chalcedonenſes, hoc eſt, Melchitas, ubi de eorum conſuetudinibus, & objectionibus*. Hunc librum quum in urbe Syriæ Alepo eſſem, commodavit mihi Dionyſius Sciocralla Jacobitarum Epiſcopus, ex quo caput quinquageſimum quartum de Serie Patriarcharum illius ſectæ ibidem deſcripſi.

*Oratio habita in Templo S. Ananiæ in die conſecrationis Michaëlis magni Patriarchæ*. Exſtat in Codice Ecchellenſi 5. fol. 186. Initium: 5. Oratio in Michaëlem Patriarcham.

[illegible]

*Dilectiſſimi, hodie gaudium, hodie exultatio &c.* Continet encomium ejuſdem Patriarchæ, qui quum Ritua-

tualem Jacobitarum librum, ut ſuprà notavi pag. 155. ordinaſſet, hanc eandem Orationem in Conſecratione novi Epiſcopi, aut Patriarchæ, paucis mutatis, recitari juſſit.

6. Expoſitio in Sacrum Chriſma.

*Expoſitio rerum myſticarum, quæ in Sacro Chriſmate continentur.* ترجام الميرون المقدس .

Exſtat ſermone Arabico, literis tamen Syriacis, in Codice Berœenſi 1.

7. Expoſitio in ſacras Ordinationes.

*Expoſitio rerum myſticarum, quæ in Chirotonia, ſeù ſacris Ordinationibus continentur.* ܦܘܫܩܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܕܟܘܪܛܘܢܝܣ .

Exſtat Syriacè in Rituali Jacobitarum Cod. Ecchell. 5. fol. 195. Initium: ܚܫܚ̈ܬܐ ܕܦܫܩܢ ܠܟܠܗܘܢ ܟܘܪܛܘܢܝܣ ܐܝܬܝܗܝܢ ܥܣܪ : *Quæ omnibus Chirotoniis, ſeu Ordinationibus ſacris conveniunt, decem ſunt &c.*

8. Canones de Sacramento Confeſſionis.

*Canones de modo recipiendi Pœnitentem in Sacramento Confeſſionis:* ſeù Inſtructio Sacerdotis & Pœnitentis, quomodo nimirùm Pœnitens confiteri debeat peccata ſua coram Sacerdote, & quomodo à Sacerdote abſolvendus ſit, & quænam ipſi Pœnitentia injungenda. Exſtat in Cod. Syr. Vat. 27. qui ſcriptus eſſe dicitur anno Græcorum 1867. Chriſti 1556. Initium: ܟܕ ܢܗܘܐ ܐܢܫ ܡܘܕܐ ܡܘܕܝܢܘܬܐ : *Quum quis confeſſionem facit &c.* Laudatur à Renaudotio tom. 2. Lit. Orient. pag. 50. ubi hæc de Pœnitentiali Syrorum Jacobitarum diſciplina. *Illam quæ apud ſuos communis erat, non modo deſignavit accuratè, ſed regulas illius partim collegit, partim ex Epiſcoporum ſuæ ſectæ conſilio conſtituit Dionyſius Barſalibi Metropolita Amidenus, qui vivebat, quum Franci Regno Hieroſolymitano adhuc potirentur.* Et hunc quidem Tractatum Bar-Salibæus eo ferè tempore edidit, quo Marcus Zaraæ filius ſeptuageſimus tertius Coptorum Patriarcha ejuſque ſucceſſores Joannes filius Abigaleb, & Cyrillus Laclac, Pœnitentialem diſciplinam per Ægyptum proſcribere conabantur. Quibus non modo reſtitere in Ægypto Marcus filius Alconbari, & Ebnaſſali fratres duo, aliique; verùm etiam in Syria ſeſe oppoſuerunt Barſalibæus, & Michael Jacobitarum Patriarcha, de quo ſuprà dixi pag. 155.

Ritus autem adminiſtrandi Sacramentum Confeſſionis, qui in laudato Cod. Syr. Vat. 27. exhibetur, licet Bar-Salibæi nomen præferat, non fuit tamen ab eo excogitatus aut inſtitutus, ſed correctus dumtaxat, auctuſque, nova quadam & minus rigida diſciplina loco veterum Canonum, qui pro pœna peccatorum præſcripti erant, approbata. Hunc, precationibus & cantibus initio dumtaxat indicatis, ex ejuſdem Bar-Salibæi recenſione deſcribere placet, ut quale ſit Pœnitentiale Syrorum Officium pateat, & quàm falſum id quod Gabriel Sionita cap. 14. Appendicis ad Geographiam Nubien. de confeſſione Jacobitarum ſcripſit in hæc verba: *Ad hæc confeſſionem nullam admittunt, ſed eorum multi in Eccleſiæ parietibus factis foraminibus peccata ſua confitentur; alii verò Deo ſoli, qui cordium ſcrutator eſt confitendum ajunt.* Ex hoc enim Officio, & ex Syrorum Coptorumque auctoritatibus, quas citant Ecchell. in Not. ad Hebed. à p. 251. & Naironus in Evopl. à p. 195. nullus ambigendi locus relinquitur, Confeſſionis auricularis diſciplinam apud Orientales nationes non modò catholicas, verùm etiam hæreſi aut ſchiſmate infectas, ſi Coptos excipias, de quibus ſuprà dixi, ſacroſanctam ſemper fuiſſe.

## ܛܟܣܐ ܕܥܠ ܬܝܒ̈ܐ ܐܝܠܝܢ ܕܗܦܟܝܢ ܡܢ ܚܛܗ̈ܝܗܘܢ .

## *Ordo de Pœnitentibus, qui à peccatis ſuis convertuntur.*

Quum quis peccata ſua vult confiteri, ſive inimicitiæ ſint, ſeu ebrietas, aut quælibet alia legis prævaricatio, oportet Epiſcopum, aut Archimandritam, aut Presbyterum exactam diligentiam adhibere, primum, ne ex iis, quæ audit, detrimentum aliquod in ipſum derivetur: deinde ne confeſſionem ullo modo revelet, neve eum ullatenus apud ſeipſum parvipendat, qui peccata ſua confitetur, ſed eodem ipſum loco habeat, quo ante confeſſionem; denique ut nullam pœnitentis rationem habeat ſeù propter amicitiam, aut propter munus: medicus enim animarum eſt, & congruum morbis remedium porrigere debet. Sic autem confeſſionem excipiet.

ܐܡܬܝ ܕܒܥܐ ܐܢܫ ܕܢܘܕܐ
ܚܛܗ̈ܝܗܘܢ : ܒܒܥܠܕܒܒܘܬܐ ܘܪܘܝܘܬܐ
ܘܥܒܪܬܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܠܢܡܘܣܐ : ܙܕܩ
ܠܗ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘ ܠܪܝܫܕܝܪܐ ܐܘ
ܠܩܫܝܫܐ ܕܢܬܠ ܗܘ ܪܢܝܐ ܪܒܐ .
ܚܕܐ ܕܠܐ ܢܬܚܣܪ ܒܡܕܡ ܕܫܡܥ
ܘܫܡܥ : ܘܐܚܪܬܐ ܕܠܐ ܢܦܪܣܝܗ ܠܗ
ܠܡܘܕܝܢܘܬܐ . ܘܐܚܪܬܐ ܠܗܘ ܘܠܐ ܢܫܝܛ
ܢܒܢܐ ܒܥܝܢܘܗܝ ܗܘ ܕܡܘܕܐ ܚܛܗ̈ܘܗܝ
ܡܕܡ : ܐܠܐ ܒܗ ܒܕܘܟܬܐ ܕܩܕܡ ܗܘܐ
ܚܘ ܡܢ ܡܘܕܝܢܘܬܐ ܢܗܘܐ
ܠܗ . ܘܠܐ ܢܣܒ ܒܐܦ̈ܐ
ܒܐܦ̈ܘܗܝ ܐܘ ܡܛܠ ܪܚܡܘܬܐ ܐܘ ܡܛܠ ܡܘܗܒܬܐ . ܐܣܝܐ ܗܘ ܓܝܪ ܕܢܦ̈ܫܬܐ :
ܘܐܣܘܬܐ ܕܫܘܝܐ ܠܟܘܪ̈ܗܢܐ ܢܩܪܒ . ܗܟܢܐ ܕܝܢ ܢܩܒܠ ܠܡܘܕܝܢܘܬܐ .

Debent ad Eccleſiam procedere. Is autem, qui confeſſionem excipit, ſedeat ad fores Eccleſiæ: Pœnitens verò operto capite, dextrum genu flectat, manibus ad pectus complicatis, oculiſque in terram defixis, confiteatur abſque rubore, & nihil omnino abſcondat ab eo, ſed aperiat cogitationes ſuas, & quidquid ab ipſo geſtum fuerit, ſive dextrum, ſive ſiniſtrum, ſive bonum, ſive malum. Sacerdos ſimiliter oculos in eum ne conjiciat. Poſtquam autem ille confeſſus fuerit, & peccatum ſuum aperuerit, conteſtabitur eum, inquiens. Vide, ne ampliùs ad opera tua revertaris: Ego tibi hìc dimitto, & Deus in cœlo. Et quoniam hanc mihi rem hìc revelaſti, non ampliùs ea revelabitur in judicio, nec

ܙܕܩ ܕܢܐܬܘܢ ܠܥܕܬܐ ܘܢܬܒ ܗܘ
ܕܡܩܒܠ ܠܡܘܕܝܢܘܬܐ ܥܠ ܬܪܥܐ
ܕܥܕܬܐ ܘܬܝܒܐ ܟܕ ܪܫܗ ܡܟܣܝ
ܒܪܟܗ ܕܝܡܝܢܐ ܢܟܪܘܟ ܐܝܕ̈ܘܗܝ
ܥܠ ܚܕܝܗ ܘܥܝܢ̈ܘܗܝ ܒܐܪܥܐ ܢܩܒܥ ܘܢܘܕܐ
ܕܠܐ ܒܗܬܬܐ : ܘܡܕܡ ܠܐ ܢܟܣܐ
ܡܢܗ ܐܠܐ ܢܓܠܐ ܡܚܫܒ̈ܬܗ ܘܟܠ
ܡܕܡ ܕܣܥܪ ܐܢ ܝܡܝܢܐ ܐܢ ܣܡܠܐ
ܐܢ ܛܒܬܐ ܐܢ ܒܝܫܬܐ . ܐܦ ܟܗܢܐ
ܠܐ ܢܚܘܪ ܒܗ . ܘܡܐ ܕܐܘܕܝ ܘܓܠܝ
ܚܛܗܗ : ܢܣܗܕ ܒܗ ܟܕ ܐܡܪ
ܚܙܝ ܕܠܐ ܬܗܦܘܟ ܠܥܒܕ̈ܝܟ : ܐܢܐ
ܫܒܩ ܐܢܐ ܠܟ ܗܪܟܐ ܘܐܠܗܐ
ܒܫܡܝܐ . ܘܡܛܠ ܕܓܠܝܬ ܠܝ ܗܕܐ
ܗܪܟܐ ܠܐ ܬܬܓܠܐ ܒܕܝܢܐ :

nec ſententiam, ejus cauſa, ſubibis.

Pœnitente igitur utrumque genu flectente, manuſque ad pectus complicante, incipit Epiſcopus, aut Sacerdos, cui hoc munus commiſſum eſt, & dicit, *Gloria*, & *reſponſoria*, & *cantus*. Mox pergit ad *preces* pro ſingulis peccatis: & impoſita capiti ejus dextera, recitat orationem illius peccati propriam. Deinde congruum peccatis ejus canonem ipſi injungit.

*Oratio principii*. Gloria Patri &c. *Pœnitens*. Amen. *Sacerdos*. Averte Domine oculos tuos à pravis noſtris operibus propter miſericordiam tuam &c. *& dicunt Reſponſorium* ad Pſalmum, *miſerere mei Deus*. Peccavi tibi qui peccatorum miſereris &c. (*tot autem ſunt Reſponſoria, quot verſus ipſius Pſalmi*.) *Sacerdos orat*. Propitius eſto Domine peccatoribus te invocantibus &c. *Reſponſorium* ad Pſalmum, *Deus Deus meus*. Terram bonam & pulchram fac me propter tuam gratiam &c. *Oratio*. Extende Domine manum miſericordiæ tuæ &c. *Proœmium*. Laus &c. Ei Domino optimo, qui gaudet de peccatoribus &c. *Oratio, quæ ſedra, hoc eſt, ſeries dicitur*. Deus qui es pius & ſanctus &c. *Cantus*. Vocibus confeſſione plenis &c. *Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Epheſios*. Fratres: hoc enim dico, & conteſtor in Domino. Amodò nolite ambulare, ſicut cæteræ gentes &c. Alleluja. *Verſus*. Sed redde mihi lætitiam & ſalutare tuum, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. *Evangelium Matthæi Apoſtoli*. Quid vobis videtur? Si quis habuerit centum oves, & una ex iis perierit &c. *Atque hìc imponit manum ſuam Sacerdos ſuper caput Pœnitentis, & dicit hanc orationem*. Domine Jeſu Chriſte miſericors & clemens &c.

[illegible]

Eſt autem Deprecatoria pro peccatis Pœnitentis, & valde prolixa : cui ſubjungitur alia : [illegible] *Oratio communis pro quolibet peccato*, quæ incipit: [illegible] *Miſericordiam tuam Domine mitte* &c. Sequuntur in eodem Codice orationes variæ pro diverſis peccatis, ut pro adulteris & fornicatoribus, pro muliere quæ conceptum ex fornicatione fœtum interficit &c. quæ etiam preces habentur in Rituali Jacobitarum ad calcem Codicis Ecchellenſis 5.

*Et inſufflat in faciem ejus tribus vicibus, inquiens*: Diſſipetur hoc peccatum ab anima & à corpore tuo in nomine Patris Amen. Sanctificatus & mundatus eſto ab eo in nomine Filii Amen. Dimittatur & condonetur tibi in nomine Spiritus Sancti Amen. *Et poſt orationem canunt hunc hymnum S. Jacobi, cantu flebili & voce lamentabili.* Veni infelix, & affer lacrymas pœnitentiæ &c. *Quo hymno perſoluto, dicunt*, Sanctus Deus, & Pater noſter qui es in cœlis.

[illegible]

Huic officio duæ Orationes in eodem Codice ſubjunguntur, quæ olim in Liturgia ſuper Catechumenos & Pœnitentes publicos recitabantur, titulo hujuſmodi prænotatæ.

[illegible]

*Orationes hæ recitantur ſuper Audientes & Pœnitentes, quum dimittuntur: & illam quidem, quæ ſuper Audientes dicitur, fieri oportet poſt lectionem Evangelii ante ſacrorum Sacramentorum Liturgiam. Eſt autem hujuſmodi.* Oratio ſuper Audientes. *Domine qui propter ſummam gratiam tuam miſerationes uberrimè effundis, eſto director Auditoribus hiſce famulis tuis &c.* Altera Oratio, *quæ fit*

*ſit ſuper eos, qui in Pœnitentia erant, quum ab impoſito iis canone dimittuntur. Domine, qui ſenſum & intellectum famulis tuis hiſce dediſti, ut tibi placeant &c.* De his fusè Bar.Salibæus in Expoſitione Miſſæ cap. 5.

9. Anaphorę tres. *Anaphoræ tres.* Prima incipit, ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܒܚܘܒܐ ܡܬܒܣܡ ܐܢܬ : *Deus qui in amore gaudes.* Exſtat in Codice Nitrienſi 3. fol. 179. in Syr. Vatic. 33. pag. 25. & in altero Syr. Vatic. 35. pag. 105. Altera, ܚܘܒܐ ܘܫܝܢܐ ܘܫܠܝܐ ܡܫܡܠܝܐ ܗܒ ܠܢ : *Amorem & concordiam & perfectam tranquillitatem concede nobis.* Exſtat in Cod. Nitr. 3. fol. 277. & in Cod. Ecchell. 5. fol. 37. quæ per errorem ſub nomine Dionyſii Areopagitæ inter Catholicas Liturgias impreſſa fuit Romæ in Miſſali Chaldaico anno 1594. pag. 106. Prodiit Latinè apud Renaudotium tom. 2. pag. 449. Tertia denique, ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܚܘܒܐ ܫܪܝܪܐ ܘܡܫܡܠܝܐ : *Domine Deus, qui vera eſt & perfecta caritas.* Exſtat in ms. Codice Syr. Bibliothecæ Collegii Maronitarum de Urbe exarato an. Græcorum 1853. Chriſti 1542. pag. 195. Duarum priorum Anaphorarum meminit Edenenſis loco ſæpè citato. ܘܠܗ ܐܢܦܘܪܐ ܬܪܬܝܢ ܚܕܐ ܕܐܢܦܘܪܐ : ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܒܚܘܒܐ ܡܬܒܣܡ ܐܢܬ . ܘܐܚܪܬܐ . ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܚܘܒܐ ܫܪܝܪܐ . ܘܐܬܛܒܥܬ ܗܘܬ ܒܪܗܘܡܝ ܗܕܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ . *Habet etiam* (Bar-Salibæus) *duas Anaphoras, quarum prior incipit: Deus qui in amore gaudes: altera, Deus qui verus es: & hæc impreſſa fuit Romæ anno Domini* 1594. Locus mendoſus: nam Liturgia Romæ impreſſa, non incipit, *Deus qui verus es*, ſed, *Amorem & concordiam*: nec Barſalibæus ullam edidiſſe legitur Anaphoram, quæ iis verbis incipiat, niſi fortè hæc paucis mutatis eadem eſſe dicatur ac tertia, quæ incipit, *Domine Deus qui verus es & perfectus amor*, de qua ſuprà dixi. Solemne enim fuit deſcriptoribus Anaphorarum, verba detruncare, ſenſum pervertere, & Liturgias etiam Hæreticorum ſub nomine ſanctorum Patrum venditare. Sic in Liturgia Bar-Salibæi, cujus initium, *Amorem & concordiam*, verba conſecratoria tam ſuper Panem, quàm ſuper Vinum deſiderantur in mſs. Codicibus, ut notavit etiam Renaudotius tom. 2. p. 82. & pag. 454.

Laudat Bar-Salibæi Liturgiam Schultingius in Biblioth. Eccleſ. ſeù Commentariis de expoſitione & illuſtratione Miſſalis, & Breviarii to. 3. pag. 106. num. 33. his verbis: *Sancti Dionyſii filii Salique* (Salibi) *id eſt, Crucis, Metropolitani, Chaldaicè compoſita anno à nativitate Domini* 1018. lege 1180.

*Precationes Liturgicæ tres.* Prima recitatur à Jacobitis in Miſſa Feriæ V. in cœna Domini, altera Sabbato Sancto, loco primæ orationis Liturgiæ S. Jacobi Apoſtoli, quæ eſt pro pace. Exſtant in Codd. Nitr. 3. & 4. Tertia demùm recitatur ab iiſdem Jacobitis ante orationem Dominicam, dum Hoſtia frangitur: appellatur autem ܨܠܘܬܐ ܕܩܨܝܐ *Oratio Fractionis*, eſtque duplex: altera brevis, quæ incipit, ܐܢܬ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ : *Tu es Chriſtus Deus*: altera prolixior, cujus initium, ܫܪܝܪܐ ܡܫܝܚܐ ܐܢܬ *Ita verè*. Exſtant in Codice Nitr. 3. in Ordine Miſſæ Jacobitarum: prodieruntque Latinè per Renaudotium tom. 2. pag. 22. Utraque pia eſt & docta, ſed ſecunda hæreſim Monophyſitarum continet: ſic enim habet. 10. Precationes tres.

ܫܪܝܪܐ ܡܫܝܚܐ ܐܢܬ ܚܕ ܡܠܬܐ ܐܠܗܐ ܒܟܝܢܐ ܘܐܬܒܣܪܬ ܘܐܬܒܪܢܫܬ ܒܟܠܗܘܢ ܘܐܬܦܪܣܬ .

ܘܐܬܦܪܫܬ ܢܦܫܗ ܡܢ ܦܓܪܗ ܕܗܘ ܕܠܐ ܐܬܦܪܫܬ ܐܠܗܘܬܗ ܠܐ ܡܢ ܢܦܫܗ ܘܠܐ ܡܢ ܦܓܪܗ. ܘܐܬܕܩܪ ܒܪܘܡܚܐ ܒܓܒܗ ܕܡܢܗ ܢܒܥܘ ܕܡܐ ܘܡܝܐ ܚܘܣܝܐ ܠܟܠܗ ܥܠܡܐ. ܕܒܗܘܢ ܐܬܪܣܣ ܦܓܪܗ. ܘܐܬܬ ܢܦܫܗ ܘܐܬܚܝܕܬ ܠܦܓܪܗ. ܘܥܠ ܚܛܗܐ ܕܥܠܡܐ ܡܝܬ ܒܪܐ ܒܨܠܝܒܐ. ܘܗܦܟܢ ܡܢ ܣܡܠܐ ܠܝܡܝܢܐ. ܘܐܪܥܝ ܒܕܡܐ ܕܨܠܝܒܗ. ܘܚܠܛ ܘܐܫܘܝ ܫܡܝܢܐ ܥܡ ܐܪܥܢܐ. ܘܥܡܐ ܥܡ ܥܡܡܐ. ܘܢܦܫܐ ܥܡ ܦܓܪܐ. ܘܒܝܘܡܐ ܕܬܠܬܐ ܩܡ ܡܢ ܩܒܪܐ. ܘܚܕ ܗܘ ܥܡܢܘܐܝܠ ܘܠܐ ܡܬܦܠܓ ܡܢ ܒܬܪ ܚܕܝܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܦܠܓܢܝܬܐ ܠܬܪܝܢ ܟܝܢܝܢ. ܗܟܢܐ ܡܗܝܡܢܝܢܢ ܘܗܟܢܐ ܡܘܕܝܢܢ ܘܗܟܢܐ ܡܫܪܪܝܢܢ ܕܗܢܐ ܦܓܪܐ ܕܗܢܐ ܕܡܐ ܘܗܢܐ ܕܡܐ ܕܗܢܐ ܦܓܪܐ ܗܘ:

*Ita verè paſſus eſt Deus Verbum in carne, & immolatus eſt, & fractus in cruce, ſeparataque eſt anima ejus à corpore ejus, quin Divinitas ejus ullatenus ſeparata ſit ab anima aut corpore ejus. Transfixus eſt lancea in latere ſuo, ex quo fluxerunt ſanguis & aqua, propitiatio totius mundi, quibus corpus ejus reſperſum eſt. Venit anima ejus, & unita eſt ejus corpori: & pro peccato Orbis univerſi mortuus eſt Filius in cruce, & convertit nos ab opere ſiniſtro ad dextrum, & reconciliavit per ſanguinem crucis ſuæ, univitque, & copulavit cæleſtia cum terrenis, populum cum populis, & animam cum corpore; die autem tertia ſurrexit de ſepulcro. Unuſque eſt Emmanuel, nec dividitur poſt indiviſibilem unionem in duas naturas. Ita credimus, ita confitemur, & ita affirmamus, hoc hujuſce ſanguinis corpus eſſe, & hunc hujuſce corporis eſſe ſanguinem.* Syri, qui ex Jacobitarum ſecta ad Catholicam Eccleſiam redeunt, retinentes hanc Barſalibæi orationem, loco eorum verborum, *nec dividitur in duas naturas*, hæc ſubſtituunt: ܚܕ ܗܘ ܥܡܢܘܐܝܠ ܘܠܐ ܡܬܦܠܓ ܠܬܪܝܢ ܦܪܨܘܦܝܢ ܐܠܐ ܚܕ ܗܘ ܦܪܨܘܦܐ ܘܬܪܝܢ ܟܝܢܝܢ: *Unus Emmanuel, qui non dividitur in duas perſonas, ſed una eſt perſona, & duæ naturæ.* Maronitæ verò ambas Bar-Salibæi precationes reſpuentes, earum loco dum Hoſtiam ſignant, dicunt, ܗܝܡܢܢ ܘܩܪܒܢ *credidimus & obtulimus*, & mox ſubjungunt Hymnum S. Jacobi Sarugenſis, cujus initium, ܐܒܐ ܕܩܘܫܬܐ ܗܐ ܒܪܟ ܕܒܚܐ ܕܡܪܥܐ ܠܟ: *Pater veritatis, en Filius tuus hoſtia tibi placita.* Utramque precationem publicavit Renaudotius tom. 2. pag. 22. & 38.

*Expoſitio Miſſæ*. ܦܘܫܩܐ ܕܩܘܪܒܢܐ. Citatur ab Edenenſi, cujus verba retuli pag. 156. ejuſque meminit Renaudotius tom. 2. pag. 454. inquiens: *Scripſit Commentarium in Liturgiam Syriacam S. Jacobi, quo frequenter uſi ſumus, quemque Ignatio Metropolitæ Hieroſolymitano direxit.* Naironus in Indice Auctorum quibus in ſua Evoplia uſus eſt, de eodem ſic ait. *Commentarium ejuſdem in Liturgiam S. Jacobi, inter libros proſtat Abrahami Ecchellenſis, & aliud exemplar erat Ravennæ in Biblioth. Collegii Maronitarum ibidem erecti, & Romam tranſlati in Pontificatu Alexandri VII.* Exſtat in Biblioth. Vaticana exemplar recens deſcriptum, quod inter Codices Ecchellenſes numerum trigeſimum ſextum occupat. Hujus operis, quod Bar-Salibæi eſſe Syri omnes norunt, pars maxima totidem ferè verbis legitur in Tractatu,

ctatu, quem Abr. Ecchellenſis ad Joannem Maronem refert, ut notavi tom. 1. pag. 520.

Totum opus in Capita XX. dividitur, quorum ſynopſim hìc damus, tùm quia multa obſervatu digna continent; tùm etiam ut quis fuerit antiquus Syrorum in ſacra Liturgia Ritus, & quæ eorum circa Euchariſtiam fides, pateat.

Cap. 1. Primo capite præfatur Bar-Salibæus ad Ignatium Archiepiſcopum, cauſam hujuſce ſcriptionis exponens.

[Syriac text]

*Quoniam ſcripſit nobis religioſitas tua, frater Mar Ignati ſanctæ Urbis Metropolita, ut dilucidatæ antiquis Liturgiæ expoſitionem tibi mitteremus, quo Romanis, hoc eſt, Francis reſponſum dare queas.* Nec Latinis ſolùm, ſed & Græcis hoc opuſculo occurri voluit, de quibus hæc ſubjungit. [Syriac text]

*Ut incremento ſpiritualium ſeminum auctus, ditare poſſis filios Cethim, hoc eſt Romanos, à quibus Jones* (ſic Græcos Syri vulgo appellant) *furati ſunt cognomen Romanorum derivatum à Romulo, qui Romam condidit, illudque ſibi uſurparunt, quum viderent ſuum cognomen, ideſt, Hellenes ſeu Jones, quod ethnicus interpretatur, haud eſſe exactum: eoque rejecto, Romanorum nomen rapuere. Verùm licet uſu hominum Romani vocentur, in ſacris tamen libris diſerto Jonum, hoc eſt, gentilium nomine appellantur.* Et paucis interjectis, eoſdem Chalcedonenſes, & Melchitas nuncupari affirmat, cujus cognominis eandem rationem reddit, ac Nicephorus Hiſt. Eccl. lib. 18. cap. 52.

[Syriac text]

*Melchitæ autem dicuntur, quia relicta Patrum fide* (ſic homo Jacobita blaterat) *Marciani Melchi* (hoc eſt Imperatoris,) *ſententiam ſequuti ſunt. Chalcedonenſes verò, propter dualitatem, nimirùm quia duas profitentur naturas juxta novam doctrinam Synodi, ideſt Concilii Chalcedonenſis.*

In ſecundo capite diſſerit de frumento & pane Euchariſtico, quomodo ſcilicet præparari debeat: mox recenſet varia nomina, quibus ſacrificium Miſſæ apud Syros appellatur: videlicet, [Syriac text] *Synaxis*, [Syriac text] *communio*, [Syriac text] *Acceſſus*, [Syriac text] *Obla-* Cap. 2.

*Oblatio*, ܐܪ̈ܙܐ *Sacramenta*, ܫܘܡܠܝܐ ܫܘܡܠܝ̈ܐ *Perfectio perfectionum*, ܬܘܕܝܬܐ *Confeſſio & gratiarum actio*, ܕܒܚܐ *Sacrificium*, ܐܘܟܪܝܣܛܝܐ *Euchariſtia*, quæ vocabula tamquam ex Joanne Marone lib. 2. de oblatione Sacrificii cap. 2. ſed reverà ex Bar-Salibæo deſcribit Naironus in Evopl. p. 320. De reali verò Corporis Chriſti præſentia in Euchariſtia, hæc idem Bar-Salibæus ſubjungit.

ܡܘܕܝܢ ܐܢܚܢܢ ܕܠܚܡܐ ܫܡܝܢܝܐ ܒܫܪܪܐ
ܘܒܣܘܥܪܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܦܓܪܗ ܕܒܪܗ
ܕܐܠܗܐ ܘܗܘ ܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܦܓܪܐ
ܕܢܣܒ ܗܘ ܡܢ ܡܪܝܡ
ܘܗܘܐ ܕܒܚܐ ܒܨܠܝܒܐ ܡܛܠܬܢ :

*Dicimus ergo, Panem cœleſtem eſſe vere & re corpus Filii Dei, & quidem illud ipſum corpus, quod ex Maria aſſumpſit, & pro nobis in cruce immolatum fuit.* Eandem doctrinam toto hoc libro paſſim inculcat, ſed præſertim cap. 12. ubi de verbis Chriſti. Denique de primo Miſſæ ſacrificio, quod per Apoſtolos peractum fuit, hæc tradit, quæ Abr. Ecchellenſis ſub nomine Joannis Maronis citat Not. in Hebed. pag. 136. ܬܘܒ

ܐܡܪܝܢ ܕܚܕ ܒܫܒܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܝ
ܐܬܐ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܥܠ ܫܠܝܚܐ. ܘܒܬܪܝܢ
ܒܫܒܐ ܩܕܫܘ ܡܘܪܘܢ. ܘܒܬܠܬܐ ܒܫܒܐ
ܩܕܫܘ ܛܒܠܝܬܐ ܐܘ ܡܕܒܚܐ.
ܘܒܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ ܩܪܒ ܝܥܩܘܒ
ܐܚܘܗܝ ܕܡܪܢ ܠܩܘܪܒܐ ܕܡܬܐܡܪ
ܥܠ ܫܡܗ ܕܐܠܗܐ ܘܡܪܐ ܕܟܠ. ܘܟܕ
ܐܬܫܐܠ ܕܡܢ ܐܝܟܐ ܢܣܒ ܠܗ.
ܐܡܪ ܕܚܝ ܗܘ ܡܪܝܐ ܕܠܐ ܐܘܣܦܬ ܠܗ
ܐܘ ܐܒܨܪܬ ܠܗ ܡܢ ܗܘ ܡܐ ܕܫܡܥܬ
ܡܢ ܡܪܢ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܗܘ ܐܝܬܘܗܝ
ܩܘܪܒܐ ܒܟܘܪܐ ܘܩܕܡܝܐ :

*Item dicimus, quod die Dominica Pentecoſtis advenit Spiritus Sanctus ſuper Apoſtolos, qui feria ſecunda conſecrarunt Chriſma; feria verò tertia conſecrarunt Tabulam, ſeù Altare: quarta autem feria obtulit Jacobus frater Domini Oblationem ejuſdem nomine inſcriptam, quæ incipit, Deus univerſorum & Domine &c. Quumque interrogatus eſſet, undenam hoc accepiſſet, reſpondit: vivit Dominus, quia nihil addidi, aut detraxi ex eo quod à Domino audivi. Atque idcircò Oblatio illa omnium primitiva eſt ac prima.* His de rebus fuſiùs ſcripſiſſe ſe teſtatur Bar-Salibæus in titulo hujus capitis inquiens: ܩܦܠܐܘܢ

ܐܘܟܝܬ ܕܗܢܐ ܕܝܠܢ ܕܗܘܐ ܡܥܗܕܢܘܬܐ
ܥܠܘܗܝ ܡܐܡܪܐ ܕܬܡܢܝܢ ܘܫܬܐ
ܣܘܢܛܐܓܡܐ ܕܟܬܒܐ ܕܠܘܩܒܠ ܗܪ̈ܣܝܣ
ܩܕܡܝܐ ܠܟܠܗܘܢ ܣܘܢܛܐܓܡ̈ܝܢ :

*Caput ſecundum hujus Operis, quod eſt Tractatus octogeſimus ſextus Operis noſtri, cujus in primo capite mentionem fecimus*, nimirùm Libri adversùs Hæreſes.

Tertium caput epiſtolam Jacobi Edeſſeni ad Thomam Presbyterum continet, quam ferè integram Bar-Salibæus recitat. In ea antiquus Syriacæ Miſſæ Ritus deſcribitur à primo Chriſti ſæculo ad ipſius Edeſſeni ætatem. Syriacè & Latinè publicata à nobis fuit in priori tom. pag. 479. Cap. 3.

Quartum caput de Crucibus, quæ à Sacerdote ſuper oblata formantur, earumque numero & myſtica ſignificatione: de Tintinnabulo: & de hymno Triſagio. Cap. 4.

Et Tintinnabuli quidem, ſeù campanæ æneæ & ligneæ rationem atque inſtitutionem hanc tradit. De Campana.

ܡܛܠܬܗ ܢܩܘܫܐ ܕܢܩܫܝܢ ܒܥܕܬܐ
ܠܫܡܫܬܐ ܡܛܠ ܕܢܬܟܢܫܘܢ ܠܥܕܬܐ
ܠܨܠܘܬܐ ܘܠܬܫܡܫܬܐ ܘܢܬܒܩܘܢ ܠܗ
ܐܠܗܝܬܐ.

ܐܒܕܢܐ . ܘܡܬܢܩܫ ܕܝܘܡܬܢܐ
ܠܥܘܕܪܐ ܘܐܬܝܢ ܠܥܕܬܐ ܘܡܫܝܚܐ .
ܘܡܬܢܩܫ ܬܘܒ ܢܩܘܫܐ ܐܝܟܢܐ ܕܟܕ
ܫܡܥܝܢ ܩܠܗ ܘܡܬܥܗܕܝܢ ܕܒܝܕ
ܩܝܣܐ ܥܒܪܢ ܦܘܩܕܢܐ ܘܐܬܛܪܕܢ ܡܢ
ܦܪܕܝܣܐ ܘܒܝܕ ܩܝܣܐ ܕܙܩܝܦܐ ܗܘܐ
ܠܢ ܦܘܪܩܢܐ ܡܢ ܚܛܝܬܐ ܘܥܒܪ
ܦܘܩܕܢܐ . ܘܟܕ ܕܝܢ ܫܡܥܝܢܢ
ܩܠܗ ܪܫܡܝܢܢ ܠܢܦܫܢ ܒܨܠܝܒܐ
ܘܐܡܪܝܢܢ ܗܒ ܠܢ ܕܢܫܒܚܟ ܐܝܟ ܗܝ
ܕܐܡܪܐ ܦܬܚ ܡܪܝ ܣܦܘܬܝ :

*Pulſatur tintinnabulum initio orationis & officii, ut perfectos ad orationem congreget, & milites ad decertandum cum adverſario: congregantur autem Chriſtiani in Eccleſiam tamquam in portum vitæ. Item pulſatur tintinnabulum, ut vocem ejus audientes, in memoriam revocemus, per lignum quidem nos præceptum tranſgreſſos fuiſſe, & è Paradiſo ejectos, per lignum verò crucis à peccato & à prævaricatione liberatos. Quum autem vocem ejus audimus, ſignamus nos ſigno crucis, & dicimus: da nobis, ut te laudemus, juxta illud, aperi Domine labia mea.* Mox adducta S. Jacobi Sarugenſis auctoritate de campana, ſic concludit: ܠܗܠܝܢ ܡܠܐ ܕܡܠܦܢܐ
ܡܢܐ ܢܐܡܪܘܢ ܒܥܠܕܒܒܐ ܕܨܠܝܒܐ
ܘܕܪܕܦܝܢ ܠܢܩܘܫܐ ܡܢ ܐܬܪܘܬܗܘܢ :

*Ad hæc Doctoris verba quid reſpondere poſſunt hoſtes crucis, & ii qui campanam è regionibus ſuis proſcribunt?* Quibus verbis ſugillat Mahometanos, qui Imagines, & campanas rejiciunt. Campanarum autem inſtitutionem ex mente Orientalium ad Noëmi uſque tempora refert, his verbis: ܡܢ ܐܝܟܐ ܠܟܘܢ ܝܠܦܬܘܢ
ܕܒܥܕܬܐ ܠܡܩܫ ܢܩܘܫܐ. ܘܐܡܪܝܢܢ
ܘܡܛܠ ܒܡܟܬܒܢܘܬܐ ܬܫܥܝܬܐ ܗܕܐ.
ܘܒܦܘܩܕܢ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܦܩܕ ܠܢܘܚ
ܘܢܥܒܕ ܩܐܒܘܬܐ ܐܘܦ ܢܥܒܕ ܢܩܘܫܐ .
ܘܒܨܦܪܐ ܢܩܫ ܗܘܐ ܒܗ ܘܡܬܟܢܫܝܢ
ܗܘܘ ܐܘܡܢܐ ܠܥܒܕܗ ܕܩܐܒܘܬܐ .
ܘܒܛܗܪܐ ܕܢܬܬܣܝܒܪܘܢ
ܒܣܝܒܪܬܐ . ܘܒܪܡܫܐ
ܕܢܬܢܝܚܘܢ ܡܢ ܥܡܠܐ .

*Sed undenam didiciſtis tintinnabulum in Eccleſia pulſare? Reſpondemus, ſcriptum eſt in pluribus hiſtoriis, quod quum juſſit Deus Noëmum Arcam fabricare, eidem etiam mandavit tintinnabulum conſtruere: & illud quidem pulſabatur mane, ut operarii ad opus Arcæ congregarentur; meridie verò, ut cibum ſumerent; veſpere autem, ut à labore requieſcerent.* Eadem tradit Dionyſius in Chronico, ubi Tintinnabuli formam deſcribit in hæc verba:

ܘܥܒܕ ܠܟ ܢܩܘܫܐ ܡܢ ܩܝܣܐ ܕܐܫܟܪܥܐ
ܩܝܣܐ ܕܠܐ ܡܬܚܒܠ : ܐܘܪܟܗ ܬܠܬ
ܐܡܝܢ ܘܦܬܝܗ ܐܡܬܐ ܘܦܠܓܗ :
ܘܐܪܙܦܬܐ ܡܢܗ : ܘܗܘܝܬ ܢܩܫ ܒܗ
ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܒܝܘܡܐ ܚܕܐ ܒܨܦܪܐ
ܕܢܬܟܢܫܘܢ ܐܘܡܢܐ ܠܥܒܕܗ ܕܩܐܒܘܬܐ.
ܘܒܛܗܪܐ ܕܢܣܒܘܢ ܠܣܝܒܪܬܗܘܢ .
ܘܚܕܐ ܒܪܡܫܐ ܕܢܬܢܝܚܘܢ .

*Et fac tibi* (inducit Deum ad Noë loquentem) *tintinnabulum ex ligno buxeo cariei haud obnoxio, longitudinis trium cubitorum, & latitudinis unius cubiti cum dimidio, & malleum ex eodem: & pulſa illud ter ſingulis diebus: ſemel ſcilicet mane, ut artifices ad Arcæ opus congregentur: & meridie, ut cibum capiant: & ſemel veſpere, ut requieſcant.* Duplex denique tintinnabuli genus deſcribit Bar-Salibæus: alterum ligneum, quo in Oriente frequentius uti ſolent, æneum alterum, quod etiam in nonnullis Eccleſiis

cleſiis viſitur. ܬܘܒ ܐܡܪܝܢܢ ܕܐܬܬܩܢ ܢܩܘܫܐ ܡܢ ܩܝܣܐ ܡܛܠ ܕܪܡ ܘܪܚܝܩ ܡܢ ܩܠܐ ܕܒܪܢܫܐ ܥܐܠ ܠܡܫܡܥܬܐ ܘܡܩܪܐ ܠܥܡܐ ܠܨܠܘܬܐ. ܘܐܦ ܩܠܐ ܕܢܚܫܐ ܚܣܝܢ ܗܘ ܘܚܪܝܦ ܘܡܟܢܫ ܠܡܫܡܥܢܐ ܠܩܪܒܐ ܪܘܚܢܝܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܩܠܐ ܕܒܪܢܫܐ:

*Item dicimus, tintinnabulum ex ligno fieri, quia altius & longius, quàm vox humana, ad aures penetrat, populumque ad orationem evocat. Similiter vox æris fortior eſt & acutior, auditoreſque melius, quàm humana vox, ad ſpiritale bellum congregat:* ubi Mahometanos iterùm perſtringit, quorum Præcones è turribus civitatum quinquies per diem moleſtiſſimis vocibus populo tempus fundendæ orationis denunciant. Conſule cl. Fabricium in Bibliographia cap. 11. num 17. pag. 375. ubi de Semantro Græcorum, ſeù ligno oblongo duarum decempedarum magnitudine, quod loco campanæ in Oriente pulſari conſuevit: ubi Goari, Allatii, & Cangii obſervationes indicat.

De Triſagio. De Triſagio hymno ſcribit Bar-Salibæus, ſe fuſiùs diſputaſſe in libro adversùs Chalcedonenſes, ex quo hæc ſummatim decerpit. Originem hujus Hymni quidam, inquit, tribuunt Joſepho ab Arimathia & Nicodemo, quibus corpus Chriſti è cruce deponentibus viſi ſunt tres chori Angelorum canentium, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis*, reſponderunt Joſeph & Nicodemus, *qui crucifixus es pro nobis, miſerere nobis*: Alii auctorem hujus hymni faciunt S. Ignatium Antiochiæ Epiſcopum & Martyrem: quam ſententiam Moſes Bar-cepha tradit. Alii ad Apoſtolos referunt. Alii ad Joannem Evangeliſtam, cujus in libro de B. Virgine eum hymnum repertum fuiſſe tradunt: ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܡܪܝܢ ܕܒܟܬܒܐ ܕܝܘܚܢܢ ܡܫܡܠܝܐ ܕܠܐ ܬܘܣܦܬܐ ܐܬܬܘܣܦܬ ܕܨܠܝܒܬ ܚܠܦܝܢ:

Severus denique Antiochiæ Patriarcha in Homilia de Triſagio, quæ inter Epithronias centeſima vigeſima quinta eſt, affirmat, eum quidem hymnum non adeo antiquum in Eccleſia fuiſſe; additionem verò illam, *qui crucifixus es pro nobis*, poſt Neſtorianum errorem factam ſub Petro Fullone Patriarcha Antiochiæ: quod & Chalcedonenſes ipſi (inquit Bar-Salibæus) admittunt. Fullonem verò ejuſque aſſeclas Monophyſitas ab errore Theopaſchitarum liberat hìc Bar-Salibæus, quia Triſagium hymnum aſſerit ab Orientalibus ad ſolum Filium incarnatum, non ad totam Trinitatem referri. Eadem de Fullone cenſuit Eminentiſſimus Noriſius lib. de uno ex Trinitate carne paſſo, & Henr. Valeſius obſervat. Eccleſ. ad Evagrium lib. 1. cap. 5.

Quinto capite agit de lectione Scripturarum ex veteri teſtamento, quibus ſubjunguntur lectiones ex Actibus & Epiſtolis Canonicis, ex Epiſtolis Pauli, & poſtremo loco Evangelium: de proceſſione, quæ fit in Eccleſia ante Evangelii lectionem: & de tribus ordinibus hominum, qui de Eccleſia exire jubebantur poſt Evangelium; nimirùm Catechumenis, Energumenis, & Pœnitentibus. Caput 5.

Sextum caput de quantitate, & qualitate Hoſtiæ: de vino aqua miſto: de ſitu calicis & patenæ ſuper Altare: de Sacerdote offerente: de oratione, quæ Procemio & Ordine conſtat, & de thuris in Eccleſia ſuffumigandi ratione. Caput 6.

Hoſtiarum numerum, præterquam ſi duæ ſint, imparem eſſe debere volunt Jacobitæ, quorum conſuetudinem probat Bar-Salibæus: ܚܕܐ ܚܝܪ ܦܪܝܫܬܐ ܐܘ ܚܕ ܦܠܓܐ ܡܩܪܒ ܐܢܫ ܘܡܫܡܠܝܢ ܐܡܬܝ ܕܐܬܐ ܚܕ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܚܙܝ. De Hoſtiarum numero.

ܘܐܬܚܙܝ܂ ܚܕܐ ܕܝܢ ܩܘܪܒܐ ܡܪܝܡ ܟܗܢܐ
ܠܡܚܘܝܘ ܕܚܕ ܗܘ ܡܠܬܐ ܕܐܬܓܫܡ
ܘܬܪܬܝܢ ܬܘܒ ܦܬܐ ܡܩܪܒ ܠܡܕܒܚܐ.
ܠܐܠܗܐ ܕܝܢ ܐܘܟܝܬ ܦܠܓܐ ܘܡܢ ܒܪܢܫܐ
ܦܬܐ ܡܩܪܒ ܡܕܡ ܕܒܥܐ ܘܦܪܝܕܐ ܢܗܘܘܢ
ܡܫܘܕܥ ܕܚܕ ܗܘ ܟܝܢܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ
ܘܩܢܘܡܐ ܬܠܬܐ:

*Unam autem Hoſtiam, hoc eſt, unum panem ſignatum attollit Sacerdos, ut oſtendat, unum eſſe Verbum incarnatum. Duos item panes offert ad Altare, ut doceat unum ex divinitate, & humanitate Filium & Chriſtum à nobis agnoſci. Tres verò, hoc eſt, impares offert deinceps, quot vult, modo impares ſint, ut ſignificet, unam eſſe Trinitatis naturam, & perſonas tres.*

Et infrà. ܒܪܡ ܦܪܝܕܐ ܢܗܘܘܢ ܐܝܟ
ܕܐܡܪܢ ܐܘܟܝܬ ܡܢ ܙܘܓܝܐ ܘܠܐ
ܙܘܓܐ ܣܛܪ ܡܢ ܬܪܝܢ ܐܢ ܢܗܘܘܢ:

*Impares tamen ſint, ut diximus, non pares, præterquam ſi duæ fuerint.* Eandem obſervationem de numero & quantitate Hoſtiarum Maronitis objecit Thomas Biatienſis in libro de converſione omnium gentium procuranda lib. 7. cap. 6. pag. 499. ejuſque veſtigium in libro, quem الهدى *Directorium* vocant, ſe deprehendiſſe teſtatur P. Elianus Soc. Jeſu, cujus conjecturam falſam eſſe oſtendit clar. Stephanus Edenenſis in Vindiciis Nationis Maronitarum Apologia 6. cap. 2.

Ad Jacobitas verò quod ſpectat, etſi ritum ſuum de impare hoſtiarum numero velut antiquiſſimum ii prædicent, novitatis tamen hac in obſervatione arguuntur à Joanne ejuſdem ſectæ Epiſcopo Telenſi ſexti ſæculi Scriptore, cujus ſuprà memini pag. 53. Hic enim apud Danielem Syrum in Nomocanone cap. 3. ſect. 1. ſic habet. وعدد البرشـان غير محصور بالزوج والفرد بل يجوز تقديم الزوج والفرد كـمـا هو منقول عن الرمل الاطهار فى كتـاب اقليميس :

*Numerus hoſtiarum indefinitus eſt, ſive par, ſeu impar: pares enim, & impares offerre licet, uti de ſanctis Apoſtolis traditur in libro Clementis.* Quæ clariſſima Joannis verba David quidam Emiſenus annotat. In prædictum Danielis locum ſic obſcurare conatur. حاشية لداود . ذكر الملفان الكبير ابن الصليبى فى تفسير اسرار القداس انه لا يجوز تقديم الازواج سوى زوج واحد وكذلك هذه عادة جارية فى ساير البلاد من مدة مديدة ولم يضطر احد الى اكثر ام اقل من حديث الشيخ الكبير لكن اذا لم نستسفه حديث هذا هاهنا يجب ان نقبله على انـه هو ايضـا قال عن زوج واحد ؛

*Nota Davidis. Ait doctor magnus Barſalibæus in expoſitione myſteriorum Liturgiæ, non licere offerre pares, præter binarium: atque hæc conſuetudo ab immemorabili ubique locorum obtinuit: nec contrarium ſuadere debent hujus magni Senis* (Danielis) *verba, plures ſcilicet aut pauciores* (quàm Barſalibæus definivit) *Hoſtias offerendas eſſe: nam ut quod hîc ab eo refertur, excuſationem aliquam mereatur, ita intelligi debet, quaſi etiam ipſe non de quocumque pari, ſed de ſolo binario loquutus fuerit.* Verùm Danielem non de ſolo binario, ſed de quocumque pari ſeù impari numero loquutum fuiſſe, præterquàm quod ex ejus verbis clariſſimè colligitur, manifeſtius adhuc fit ex Gregorio Bar-hebræo in Nomocanone de Euchariſtia cap. 1. ſect. 1. apud cl. Edenenſem loc. ſuprà cit. من عدد البرشان الذى يتقدم لم نجد شيا غير المذكور فى الكتاب الاول لقليموس هكذا نقدس فى يوم السبت ثلاثة فقط لكمـال الثالوث ولتكميل الاناجـيـل نقرب اربع خبزات يوم الاحد ؛

*De numero* (inquit) *Hoſtiarum, quæ offerendæ ſunt, nihil habemus, niſi quod in libro primo Clementis ita declaratur: In die Sabbati tres tantùm conſecramus ad perfectum numerum Trinitatis: & panes quatuor in die Dominica juxta numerum completum Evan-*

*Evangeliorum*. Idem ante Bar-hebræum de indefinito hoſtiarum numero obſervaverat Rabulas Edeſſæ Epiſcopus, cujus ex Georgio Abbate in Nomocanone fol. 133. hæc verba profert ſæpe laudatus Edenenſis.

لا يجامر احد من الكهنة ان يرفع على المذبح قربان زايد من حاجة الشعب. او مزاج الخمر والما. يكون لكل واحد جوهرة واحدة ومهما يمص من الكاس جرعة واحدة كما اسلم ذلك ربنا الي تلاميذه لمغفرة الخطايا:

*Non audeat quiſquam ex Sacerdotibus inferre ſuper altare oblationem ſuprà populi exigentiam, aut miſtionem vini & aquæ: ſed adſit pro quolibet una particula, & ex calice hauſtus unus, quemadmodum Dominus noſter diſcipulis ſuis tradidit in remiſſionem peccatorum.*

De Azymo & Fermentato.

Azymum panem, Schiſmaticorum furore actus rejicit, Fermentatum commendans, eumque ſale & oleo miſtum. Audi futiles ejus ratiunculas. De Azymo, & Fermentato:

ܘܡܛܠܡܢܐ ܠܐ ܒܚܡܝܪܐ ܡܩܕܫܝܢ
ܡܩܪܒܝܢܢ ܘܠܗ ܠܐ ܒܦܛܝܪܐ ܐܝܟ
ܕܥܒܕܝܢ ܐܪܡܢܝܐ ܣܟܠܐ. ܦܘܢܝܐ.
ܕܡܛܠ ܕܫܡܐ ܕܠܚܡܐ ܡܢ ܚܡܝܪܐ
ܐܘ ܚܝܘܬܐ ܢܦܩ: ܘܫܡܐ ܕܦܛܝܪܐ
ܡܢ ܡܘܬܐ ܐܘ ܡܢ ܩܡܚܐ ܘܡܝܐ
ܒܠܚܘܕ. ܘܟܠ ܐܝܟܢ ܕܐܡܪ ܟܬܒܐ
ܠܚܡܐ ܠܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܒܗ
ܚܡܝܪܐ ܡܫܘܕܥ ܘܠܐ ܦܛܝܪܐ:

*Quare in pane fermentato conſecramus, non in azymo, ut inſipientes Armeni faciunt? Reſpondemus: quia nomen Panis ex fermento, ſeu vita deducitur; nomen verò azymi ex morte, ſeu ex farina & aqua dumtaxat: & quotieſcumque Scriptura de Pane loquitur, fermentatum, non azymum ſignificat.* Quàm detorta nominum derivatio! Panis Syriacè ܠܚܡܐ *lahmo*, & ܠܚܡ *lehem* dicitur: Azymus ܦܛܝܪܐ *Phatiro*: Fermentatus ܚܡܝܪܐ *Hamiho*: Vita ܚܝܐ *Haje*, & ܚܝܘܬܐ *Hajuto*, mors ܡܘܬܐ *Mauto*, & ܡܝܬܘܬܐ *Mituto*. Quid ergo commune habet fermentatum cum *vita*, & cum nomine *lehem*? aut quid azymum cum morte, vel cum nomine ܩܡܚܐ *Kamho*, quod *farinam* ſignificat, & cum nomine ܡܝܐ *Majo*, quod *aquam*? Demum quod ait, Scripturam nomine panis ſemper fermentatum intelligere, falſum oſtenditur ex Evangelio Lucæ Syris cap. 81. Latinis cap. 24. verſ. 30.

ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܐܣܬܡܟ ܥܡܗܘܢ: ܢܣܒ
ܠܚܡܐ ܘܒܪܟ ܘܩܨܐ ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ.

*Et factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit PANEM, & benedixit ac fregit, & porrexit eis.* Nam Panis ille, quem fregit Jeſus deditque duobus Diſcipulis in Emmaus urbe, fermentatus eſſe nequibat, quum tertius, aut ſaltem ex mente eorum, qui ſabbato illud Paſcha à Judæis celebratum fuiſſe contendunt, ſecundus eſſet Azymorum dies, quo fermentatum panem domi habere Judæis minimè licebat: & tamen *Panis* in Evangelio abſolutè dicitur. Quidquod Syros in Meſopotamia olim azymis uſos fuiſſe, ex Dionyſii Chronico obſervavi in priori tom. pag. 409. & Jacobitas ipſos ante S. Joannis Damaſceni tempora in azymis quoque Liturgiam celebrare conſueviſſe, ex eodem Damaſceno tom. 1. pag. 647. notat cl. Fabricius in Bibliograph. cap. 11. num. 26. pag. 402.

De ſale, & oleo.

De ſale & oleo, quæ à Jacobitis pani Euchariſtico admiſcentur.

ܡܢܝܢ ܠܚܡܐ ܕܐܪܙܐ ܡܬܐܡܪ ܡܠܚ
ܩܡܚܐ ܐܪܙܐ ܐܣܛܘܟܣܐ ܕܡܝܐ. ܘܡܠܚ
ܡܫܚܐ ܐܪܙܐ ܐܪܙ. ܘܡܠܚ ܡܠܚܐ ܐܪܙܐ
ܐܪܘܚܐ

ܐܪܥܐ . ܘܡܢ ܡܫܚܐ ܕܐܪ ܢܘܪܐ .
ܗܐ ܐܣܛܘܟܣ̈ܐ ܐܪܒܥܐ .

*Panis igitur ſacramentalis conficitur ex farina, quæ ſymbolum eſt elementi aquæ; ex fermento, ſymbolo aëris: ex ſale, ſymbolo terræ: & ex oleo, ſymbolo ignis. En habes quatuor elementa.* Similes ineptias congerit Joannes Barſuſan in Tractatu de ſale & oleo, cujus ſuprà memini pagina 144. & Græci recentiores de fermentato: collectanea ſcilicet diverſorum ſacræ Scripturæ locorum adversùs Judaicos ritus & azyma, & in commendationem olei & ſalis.

Et hujus quidem poſtremæ Syrorum traditionis veſtigium quoddam deprehendo in carmine S. Iſaaci Magni de SS. Martyribus, Codice Syr. Vatic. 5. fol. 99. cujus initium:

ܚܝܠܐ ܕܥܕܪ ܠܐܬܠܝܛ̈ܐ :

*Virtus, quæ Athletis adfuit:* ubi S. Doctor olei meminit, quum de pane Eucharistico loquitur. ܡܫܚܐ ܐܡܝܪܐ
ܕܡܫܝܚܐ : ܗܘܐ ܦܘܪܫܐ ܘܩܘܪܒܢܐ :
ܘܐܚܪܐ ܕܦܠܛܐ ܡܢ ܪܚܝܐ : ܚܙܝܪܐ ܠܐܫ ܘ
ܐܟܠ ܠܗ . ܘܦܪܕܐ ܕܟܕ ܫܪܝܪ
ܒܦܬܘܪܗ ܠܐ ܡܬܩܪܒ ܕܚܝ̈ܐ :
ܘܐܚܪܐ ܕܢܚܬ ܠܪܚܝܐ : ܗܘܐ ܒܪ
ܫܘܬܦܐ ܕܪܘܚܢܝ̈ܐ . ܦܪܕܐ ܕܪܚܡ ܠܗ
ܦܓܪܗ ܘܚܝܣ ܥܠ ܗܕܡ̈ܘܗܝ :
ܡܢ ܕܠܐ ܢܬܚܒܠܘܢ ܡܬܚܪܡ
ܡܢ ܡܫܚܐ ܘܡܝ̈ܐ ܕܚܘܣܝܐ :

*Granum frumenti, quod molitur, fit ſanctum, & oblatio. Quod autem molam fugit, aper illud terit, & comedit. Granum, cujus corpus integrum eſt, in menſam vitæ haud defertur: quod autem molam ſubjit, ſpiritualium particeps evadit. Granum, quod corpus ſuum amat, membriſque ſuis ne corrumpantur, parcit, privatur, ne OLEO, & aqua propitiationis tingatur.* Quibus verbis ad morem conficiendi panis Euchariſtici alludit, non eo tamen ſenſu, quo recentiores Jacobitæ volunt oleum & ſal farinæ miſceri, ſed quo antiquiores, & recentiores etiam Sacerdotes Syri ſolent, Oleum cavæ manui allinere, ne dum Oblatam formant, maſſa adhæreat, ut obſervat Renaudotius tom. 2. pag. 66.

Septimo capite exponit Symbolum Nicœnum; & Panis etiam Euchariſtici, atque Tabulæ ſacræ myſteria tradit. Cap. 7.

Et panem quidem euchariſticum fermentatum eſſe debere, & ſale oleoque permiſtum, ſuprà dixerat: addit hìc aliam conditionem, nimirùm, quòd recens ſit & quotidianus. ܬܚܡܘ ܠܢ ܫܠܝ̈ܚܐ Jacobitæ nonniſi recentem panem in Euchariſtia offerunt.
ܐܝܟܢܐ ܕܟܬܝܒ ܒܩܢܘܢܐ ܕܠܚܡܐ
ܕܩܘܪܒܢܐ ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܕܒܗ ܡܬܐܦܐ
ܢܬܩܪܒ ܠܡܕܒܚܐ ܘܠܐ ܒܬܪ ܝܘܡܐ
ܗܘ ܡܛܠ ܕܠܐ ܫܠܝܛ .

*Statuerunt*, inquit, *Apoſtoli, ſicut in canone* (vigeſimo ſeptimo, ut apud Hebedjeſu in epitome Canonum Apoſtolicorum) *ſcriptum eſt, ut Panis oblationis eâdem qua coctus eſt die ad Altare deferatur, non poſt eum diem: quod nefas eſt.* Et mox.

ܐܠܐ ܡܫܐܠܝܢ ܐܢܫܝܢ ܕܡܛܠܡܢܐ ܚܕܬܐ
ܐܘܠܝ ܕܢܗܘܐ ܠܚܡܐ ܕܪ̈ܐܙܐ . ܘܐܡܪܝܢܢ
ܡܛܠ ܕܐܦ ܡܢܢܐ ܟܠ ܝܘܡ ܒܝܘܡ
ܚܕܬܐ ܡܬܢܣܒ ܗܘܐ ܠܡܐܟܘܠܬܐ :
ܘܗܘ ܕܦܐܫ ܗܘܐ ܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ
ܡܬܚܒܠ ܗܘܐ . ܗܟܢ ܗܘ ܕܚܕܬܐ
ܡܬܢܣܒ ܠܚܡܐ ܕܗܢܘܢ ܐܝܟ
ܕܚܕܬܐ ܢܗܘܐ ܒܝܘܡܬܐ ܘܕܟܝܐ ܡܢ
ܟܠ ܡܘܬܐ ܘܚܒܠܐ .

*Verùm quærunt nonnulli: quare panis Sacramentorum recens eſſe debet? Reſpondemus: quia etiam manna ſingulis diebus recens ſumebatur ad manducan-*

*ducandum, quodque ex eo in alteram diem ſervabatur, corrumpebatur. Item per hoc, quod novus panis quotidie ſumitur, ſignificatur, novos nos eſſe oportere in actionibus noſtris, & peccati vetuſtatem à nobis excutere.* Eadem eſt circa recentem Panem, Ægyptiorum, Armenorumque conſuetudo, quos Nicon Græcus Abbas hac de re in Typico reprehendit Cod. Arab. Vat. 4. fol. 392. Vide cl. Edenenſem in Vindiciis Maronitarum lib. 3. Apologia 6. ubi plures Orientalium obſervationes tàm circa quantitatem, quàm Hoſtiæ qualitatem doctè examinat.

Semel in die ſuper uno Altari miſſa à Jacobitis celebratur.

Duo inſuper Bar-ſalibeus circa Eucharistiæ oblationem obſervat. Primum, quod ſemel in die ſuper uno Altari ſacra Liturgia celebranda ſit: quæ communis eſt Orientalium, Maronitis exceptis, conſuetudo. ܘܡܛܠܡܢܐ ܚܕܐ ܙܒܢ ܒܝܘܡܐ ܡܬܩܪܒ ܥܠ ܦܬܘܪܐ ܐܘܟܝܬ ܡܕܒܚܐ. ܐܡܪܝܢܢ ܡܛܠ ܕܡܕܒܚܐ ܠܩܒܪܐ ܪܐܙ ܘܚܕܐ ܙܒܢ ܐܬܩܒܪ ܡܫܝܚܐ ܒܒܣܪ ܘܠܐ ܣܓܝܐܢ ܙܒܢܝܢ. ܘܡܛܠܗܕܐ ܚܕܐ ܙܒܢ ܙܕܩ ܕܢܬܩܪܒ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܒܚܕ ܝܘܡܐ. *Cur ſemel in die ſuper una menſa, hoc eſt, Altari offertur? Reſpondemus: quia per Altare ſepulcrum ſignificatur: Chriſtus autem ſemel in carne, non multoties ſepultus eſt: atque idcircò ſemel oportet in die ſuper uno Altari Oblationem fieri.*

Euchariſtia niſi à jejuno ſumi non debet.

Alterum, quod niſi à jejuno Euchariſtia ſumi non debeat. ܘܡܛܠܡܢܐ ܨܝܡܝܢ ܘܡܩܪܒܝܢ ܢܩܒܠ ܐܪ̈ܙܐ. ܐܡܪܝܢ ܡܛܠ ܕܡܢ ܥܠܬ ܓܘܪܓܐ ܘܡܐܟܘܠܬܐ ܢܦܠܢ ܡܢ ܐܝܠܢܐ ܕܚܝܐ: ܒܨܘܡܐ ܟܒܫܝܢܢ ܠܓܘܪܓܐ ܘܡܐܟܘܠܬܐ ܢܣܒܝܢ ܠܦܐܪܐ ܕܚܝܐ ܐܝܟܢܘܗܝ ܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ. *Cur antè jejunamus, quàm Sacramenta ſumamus? Dicimus, quia propter gulam & cibum è ligno vitæ excidimus, per jejunium quidem gulam ſuperamus, deinde fructum vitæ, quod eſt corpus Chriſti, ſumimus.* Excipiunt infirmorum communionem Canoniſtæ Syri, ut infrà dicam, ubi de Daniele, & Davide.

Octavo capite differit de iis, quæ in Liturgia fiunt poſt Symbolum: hoc eſt, de Proclamatione Diaconi ad populum, quam tamen ab Orientalibus dumtaxat Syris, nuſquam ab Occidentalibus uſurpari affirmat: de ablutione extremitatum digitorum celebrantis: de Diptychis ſeù Libro vitæ, quorum uſum in Eccleſiis Syrorum obſoleviſſe ſcribit, commemorationibus vivorum atque defunctorum poſt conſecrationem in eorum locum ſubſtitutis: & de initio, & partibus Liturgiæ. Cap. 8.

In quinque autem partes ſacram Liturgiam dividit. Prima incipit ab oratione, quæ ܕܫܠܡܐ *Pacis* appellatur, cujus initium in Liturgia ſancti Jacobi: ܐܠܗܐ ܕܟܠ ܘܡܪܐ *Deus univerſorum & Domine.* Barſalibæus cap. 8. ܐܡܪܝܢ ܕܩܘܪܒܐ ܠܚܡܫܐ ܦܣܩ̈ܐ ܡܬܦܠܓ. ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܐܝܬܘܗܝ ܫܘܪܝܐ ܕܦܣܩܐ ܩܕܡܝܐ: *Dicimus Liturgiam in quinque partes dividi: & hinc primæ partis initium duci*: hoc eſt, à prima oratione Liturgiæ S. Jacobi, quam hìc exponendam Barſalibæus ſuſcipit. Secunda pars inchoatur ab iis verbis, quæ tribus prioribus Liturgiæ orationibus ſubjunguntur, ܚܘܒܐ ܕܐܠܗܐ ܐܒܐ *Charitas Dei Patris* &c. continetque Præfationem, Conſecrationem Panis & Vini, & Invocationem Spiritus Sancti. Barſalibæus cap. 10. ܫܘܪܝܐ ܕܦܣܩܐ ܕܬܪܝܢ ܕܩܘܪܒܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܢܐ. ܚܘܒܐ ܕܐܠܗܐ ܐܒܐ ܘܡܬܚܡܐ ܕܫܘܪܝܐ ܕܬܪܝܢ ܗܘ: *Initium ſecundi capitis Liturgiæ eſt hoc*

*hoc*, *Charitas Dei Patris*, *& gratia Unigeniti Filii* &c. Ubi corrigendus Renaudotius, qui tom. 2. pag. 75. ſecundam Liturgiæ partem dicit eſſe *orationem ante oſculum pacis*, citatque Bar-Salibæum, qui nullibi hoc ſcripſit. Ait autem Renaudotius: *Secunda hæc eſt Liturgiæ pars*, *ut notat Bar-Salibi*, *cujus verba ſunt*: *Hæc eſt ſecunda Liturgiæ pars*, *quæ terminatur celebri illa proclamatione*, *Sancta Sanctis*. Tertia Liturgiæ pars continet commemorationes pro Vivis & defunctis, quæ fiunt poſt Invocationem Spiritus Sancti uſque ad orationem Dominicam. Barſalibæus cap. 15. ܩܦܠܐܘܢ ܬܠܝܬܝܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܩܘܪܒܐ ܐܘܦ ܠܗ ܕܒܓܗܢܝܬܐ ܘܒܦܫܝܛܘܬܐ ܚܕ ܢܝܫܐ ܢܗܘܐ ܐܝܬ ܠܗ ܘܢܨܠܐ ܒܛܘܫܝܐ ܘܓܠܝܐܝܬ ܚܠܦ ܐܝܠܝܢ ܕܒܥܐ :

*Caput tertium Liturgiæ*: *oportet*, *ut tàm in Inclinationibus*, *quàm in Extenſionibus unum eundemque ſcopum habeat*; *ut nimirùm & ſecreto*, *& publicè oret pro iis*, *pro quibus rogat*: ſingulæ enim Commemorationes binæ ſunt: Secretæ, quæ *Inclinationes* appellantur, quia à Sacerdote inclinato proferuntur: & publicæ, quæ *Extenſiones*, hoc eſt, à Sacerdote extenſis manibus elata voce dicuntur: quarum prima eſt pro Paſtoribus: ſecunda pro fratribus fidelibus: tertia pro Regibus: quarta pro clero, & populo: quinta Deiparæ, & Sanctorum: ſexta Doctorum, & Conciliorum: ſeptima denique fidelium defunctorum. Quarta Liturgiæ pars incipit ab oratione Dominica uſque ad communionem. Barſalibæus c. 17.

ܢܝܫܐ ܓܝܪ ܟܠܗ ܕܩܦܠܐܘܢ ܗܢܐ ܪܒܝܥܝܐ ܕܩܘܪܒܐ ܕܒܐܝܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܐܝܟ ܕܐܡܪ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܟܘܢܐ. ܠܐܒܘܗܝ ܐܚܘܢ ܕܡܢ ܫܡܝܐ ܡܚܝܐ ܡܢ :

*Totus ſcopus hujus quarti Liturgiæ capitis*, *quod præ manibus habemus*, *ad Patrem reſpicit*: *Ait enim Sacerdos*: *Deus Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti* &c. Quinta denique Liturgiæ pars à gratiarum actione uſque ad finem. Barſalibæus cap. 19.

ܩܦܠܐܘܢ ܚܡܝܫܝܐ ܕܩܘܪܒܐ ܐܡܪ ܡܫܡܫܢܐ ܢܩܘܡ ܫܦܝܪ ܡܢ ܕܢܣܒܢ :

*Caput quintum Liturgiæ*: *ait Diaconus*, *ſtemus rectè*, *poſtquam ſumpſimus* &c.

Nonum caput de ſecunda Liturgiæ oratione, quæ appellatur ܕܣܝܡ ܐܝܕܐ *impoſitionis manus*, ſeù ܕܥܠ ܥܡܐ *pro populo*, diciturque à celebrante, poſtquam Diaconus intonavit, *inclinate capita veſtra*. De tertia oratione, cui titulus, ܕܓܠܝܐ ܕܐܢܐܦܘܪܐ *detectionis anaphoræ*, ſeù veli, quo diſcus & calix teguntur, quia ea perſoluta Sacerdos velum aufert. Et de flabellis, quæ ablato velo à Diaconis ſuper Oblata motantur. Cap. 9.

Monet hìc Barſalibæus, Syrorum morem eſſe, ut in Miſſa ſtent, nunquam genu flectant: ܐܘܒ ܒܩܘܪܒܐ ܠܐ ܐܘܦ ܐܢܫ ܕܢܩܝܡ ܒܘܪܟܐ : ܠܗ ܐܝܟ ܕܟܗܢܝܢ ܒܘܪܟܐ ܡܫܠܡܝܢ : ܐܠܐ ܓܝܪ ܡܪܢ ܗܘܐ : ܟܠ ܥܕܢ ܒܘܪܟܐ ܡܫܡܫܝܢ ܗܘܘ ܩܝܡܝܢ ܡܠܐܟܐ. ܐܠܐ ܡܩܘܪܒܢܐ ܠܐ ܐܘܦ ܕܢܩܝܡ ܒܘܪܟܐ ܐܡܪܐ ܐܘ ܐܦܠܐ ܒܢܝ ܒܥܕܢܐ. ܒܘܪܟܐ ܓܝܪ ܐܚܝܢܘ ܐܝܬ ܕܩܕܡܝܢ ܘܩܘܪܒܐ ܐܚܝܢܘ ܐܝܬ ܕܡܫܝܚܐ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܩܐܡ ܡܪܢܐ ܕܡܫܝܚ ܢܘܚܝܢ ܟܠܢ ܗܟܢܐ ܘܩܝܡܝܢ ܡܪܢܐ ܠܡܩܝܡ ܒܘܪܟܐ : Statio in Miſſa.

*Item ſciendum eſt*, *non oportere in Liturgia quemquam genu flectere*: *idque non*

*non ea ratione*, *quia genuum flexionem improbemus*: *ſi enim fieri poſſet*, *ſingulis horis coram Domino genua flecteremus*: *ſed quia ſic in Liturgia flexio genuum interdicitur*, *ut in Dominico die*: *genuflexio enim caſum noſtrum ſignificat*; *Liturgia autem reſurrectionem*. *Item quia*, ut coram Domino capita noſtra inclinemus, *ſcriptum eſt*, *non*, *ut coram Domino flectamus genu*.

Cap. 10. Decimum caput, de iis, quæ à velo retecto uſque ad Hymnum Angelicum fiunt: nimirùm de benedictione, qua Sacerdos populo benedicit, inquiens: *Charitas Dei Patris* &c. & de iis, quæ ad Præfationem hymni Angelici præmittuntur, hoc eſt, *ſurſum corda* &c. Ubi tria obſervat Bar-Salibæus: Primùm non debere dici *Amen* ad ſingulas perſonas Sanctæ Trinitatis, quum dicitur, *Charitas Dei Patris*. ܘܠܐ ܙܕܩ ܠܟܗܢܐ ܕܢܦܣܘܩ ܠܗܘܢ ܕܚܘܒܐ ܕܐܠܗܐ ܐܒܐ ܘܢܬܠ ܐܬܪܐ ܠܥܡܐ ܕܢܐܡܪ ܠܟܠܚܕ ܘܒܐܝܕܗ ܟܠ ܩܪܝܢܐ ܐܡܝܢ. *Non debet Sacerdos interrumpere illud*, Charitas Dei Patris, *& dare locum populo*, *ut dicat ad unamquamque invocationem*, *Amen*. Hoc igitur dumtaxat reprehendit Bar-Salibæus, quod ter Amen dicatur, non quod ſemel in fine illius benedictionis, ut perperàm intellexit Renaudotius to. 2. p. 78. Alterum, nonnullos imperitos Sacerdotes in ea benedictione ad Filii nomen hæc adjicere,

ܛܝܒܘܬܐ ܕܝܚܝܕܝܐ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܪܒܐ ܘܦܪܘܩܐ ܕܝܠܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ :

*Gratia Unigeniti Filii*, *Dei magni & ſervatoris noſtri Jeſu Chriſti*: quam additionem reprehendens, auctoritate Jacobi Edeſſeni & Moſis Barcephæ ſic legendum monet: ܚܘܒܐ ܕܐܠܗܐ ܐܒܐ : ܘܛܝܒܘܬܐ ܕܝܚܝܕܝܐ ܒܪܐ : ܘܐܦ ܫܘܬܦܘܬܐ ܘܡܦܩܢܘܬܐ

ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܢܗܘܐ ܥܡ ܟܠܟܘܢ :

*Charitas Dei Patris*, *& gratia Unigeniti Filii*, *& participatio & illapſus Spiritus Sancti ſit vobiſcum omnibus*. Demum eodem Bar-Cepha teſte arguit eos, qui ad ea Sacerdotis verba,

ܠܥܠ ܢܗܘܘܢ ܠܒܘܬܢ :

*Surſum ſint corda noſtra*, reſpondent,

ܐܝܬ ܠܢ ܠܘܬ ܡܪܝܐ :

*Habemus ad Dominum*, *vel* ܐܝܬܝܢ ܠܘܬ ܡܪܝܐ : *Sumus ad Dominum*; ſed dicendum contendit, ܐܝܬܝܗܘܢ ܠܘܬ ܡܪܝܐ : *Sunt ad Dominum*.

Undecimum caput, de Præfatione ad Sanctus: de Hymno Angelico: & de Secreta, quæ ei ſubjungitur. Cap. 11.

A Præfatione aſſerit verum & ſtrictum eſſe Liturgiæ principium:

ܒܦܣܩܐ ܗܢܐ ܕܒܐܝܕܝܢ ܡܠܦܝܢܢ ܕܫܘܪܝܗ ܕܩܘܪܒܐ ܐܝܬܘܗܝ : ܠܗܘ ܕܡܫܒܚܝܢ ܫܡܝܐ ܫܡܝܐ ܘܫ :

*In hoc capite*, *quod præ manibus habemus*, *initium Oblationis eſſe docemur ab iis verbis*, *Quem laudant cæli cælorum* &c.

Secretam, quæ Hymnum Angelicum ſequitur, cujuſque initium,

ܩܕܝܫܐ ܐܝܬܝܟ ܐܒܐ :

*Sanctus es Pater*, à nonnullis depravatam fuiſſe obſervat, & genuinam lectionem reſtituit in hæc verba:

ܐܢܬ ܗܘ ܡܠܟܐ ܩܕܝܫܐ ܡܠܟ ܠܐ
ܡܬܚܡܢܘܬܐ ܢܗܝܪܘܬܐ ܕܝܠܟ ܒܪܘܚܐ
ܕܐܝܬܝܐ ܡܢ ܟܠ ܥܠܡܐ ܐܡܝܢ
ܟܠ ܐܪܥܐ . ܡܫܒܚ ܥܡ ܒܢܝܐ .
ܩܕܝܫܐ ܐܢܬ ܐܝܟ ܐܒܐ ܟܠ . ܘܦܘܪ
ܟܠ . ܘܡܠܐ . ܐܪܥܐ : ܗܘ ܕܡܫܬܒܚ
ܒܫܡܝܐ ܘܡܬܝܐܒ ܩܕܡ ܠܟܠܗܘܢ
ܘܡܠܟ ܡܪܝ . ܘܐܝܟ ܕܗܘ ܠܒܢܝܢܫܐ
ܠܟܘܢ

[illegible]

[illegible]

*Nonnulli ex antiquis Scriptoribus oſcitanter nonnihil detraxerunt ex ſupradicta Inclinatione* (Secreta,) *paſſiones ad Patrem referentes. Sic enim ſcripſere.* Sanctus es omnitenens, omnipotens, tremendus, bonus: is, qui paſſionum particeps fuit, & præſertim propter figmentum tuum &c. *quibus verbis paſſiones Patri de ſuo affinxere. Hunc locum quidam ex antiquis ita exponebant. Quemadmodum, inquiunt, patiente filio compatitur pater, ſic paſſus eſt Pater, quum Filius pateretur. Alii dicunt, Patrem voluntariè paſſum fuiſſe, ſicut de eodem dicitur, quod pœnituerit eum de Adæ creatione, quum tamen ipſius natura pœnitentiæ incapax ſit: ita paſſus dicitur, quamvis paſſionibus haud obnoxius. Verùm quum Clementem in octavo libro dicentem audiamus,* qui Patrem paſſum dicit, cum Deicidis Judæis adſcribendus eſt, *intelligimus in hanc Inclinationem mendum obrepſiſſe, non quidem Doctorum vitio, ſed amanuenſium. Deinde, ſi Theopaſchitæ ab hæreticis appellamur, quia Filium in carne paſſum dicimus, quanto magis ab iis reprehendemur, quum audient, nos dicentes Patrem quoque paſſum eſſe? Igitur genuina lectio ſic à nobis reſtituta eſt.* Sanctus enim es omnitenens, omnipotens, tremendus, bonus, cum Filio tuo, qui paſſionum particeps fuit, & præſertim propter figmentum tuum. *Illud enim*, cum Filio tuo, *ab amanuenſibus prætermiſſum: quod ex ſequentibus colligitur, ubi dicitur*, vocaſti eum per Legem, direxiſti per Prophetas, noviſſimè

ſimè autem eundem Unigenitum Filium tuum in mundum miſiſti: *non enim* eundem Unigenitum Filium tuum *dixiſſet*, *niſi ante* cum Filio tuo *dictum fuiſſet*. *Id etiam oſtenditur ex particula* ܗܘ ille: *nam ſi de ſolo Patre ibi ſermo eſſet*, *ſic ſcriptum fuiſſet*: tremendus, bonus, tu, qui paſſionum particeps fuiſti. *Quum verò dicatur*, ille, qui paſſionum particeps fuit, *manifeſtè declaratur*, *id ad ea verba* cum Filio tuo *referri*. Obſcura hujus loci ſententia inde oritur, quod participium Syriacum ܡܫܬܘܬܦ *particeps*, cum Dalet præfixo, ſignificat indefinitè *qui particeps*, ſive id ad primam, ſive ad ſecundam, ſeu ad tertiam perſonam referatur: neque tempus ullum determinatè connotat, quum æquè intelligi queat de præſenti, ac de præterito. In omnibus verò, quos hactenus vidi, Liturgicis Codicibus tàm Nitrienſibus, quàm Vaticanis antiquis, Ecchellenſibus, aut Bibliothecæ Collegii Maronitarum de Urbe, & in Colbertinis quoque, ac Seguierianis, quos Renaudotius publicavit, nullus eſt propoſitæ à Barſalibæo quæſtioni locus: nam in iis omnibus verba illa *cum Filio tuo* leguntur. Suſpicio oriri poſſet, Theopaſchitas ex Liturgia Jacobi ea verba abraſiſſe, ut errori ſuo adminiculum haberent, cujuſmodi depravatos Codices Barſalibæus nactus ſit. At ii efficere non potuerunt, ut reliqua exemplaria verbis illis carerent. Neque enim adduci poſſum ut credam, ex laudata Barſalibæi emendatione genuinam Codicibus omnibus lectionem reſtitutam fuiſſe.

Cap. 12. & 13. Duodecimum & tertium decimum caput de conſecratione Panis & Vini, deque verbis Domini, quibus Euchariſtiam perfecit, ab iis verbis quæ ad conſecrationem præmittuntur:

ܟܕ ܕܝܢ ܨܒܝܢܝܐ ܗܘܐ
ܕܢܩܒܠ ܠܡܘܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ :

*Quum voluntariam autem mortem ſuſcepturus eſſet* &c. uſque ad præceptum Domini, *hoc facite in meam commemorationem* &c. Et de verbis quidem Domini hæc Bar-Salibæus.

ܟܕ ܗܘ ܐܡܪ ܒܩܠܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ
ܡܪܢ ܒܥܠܝܬܐ ܟܕ ܡܫܠܡ ܠܗ ܐܪܙܐ
ܐܠܝܢ ܕܢܚܘܐ ܕܐܦ ܗܫܐ ܗܘܝܘ ܗܘ
ܐܣܟܡܐ ܐܦ ܗܠܝܢ ܕܣܝܡܝܢ ܥܠ ܡܕܒܚܐ
ܗܠܝܢ ܕܡܩܕܫ ܒܨܒܝܢܐ ܕܐܒܐ
ܘܒܡܥܒܕܢܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܒܝܕ
ܟܗܢܐ ܗܘ ܕܨܠܝܒܐ ܪܫܡ ܘܐܡܪ
ܒܩܠܐ . ܠܐ ܗܘ ܓܝܪ ܗܘ ܕܡܫܡܫ ܐܠܐ
ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܥܠ ܐܪ̈ܙܐ ܗܘܝܘ ܡܩܕܫ :

*Poſteà profert verba illa*, *quæ Dominus noſter in cœnaculo dixit*, *quum Sacramentum perfecit*: *ut per hæc oſtendat*, *ipſum etiam nunc eſſe*, *qui ſpecies haſce ſuper Altare impoſitas voluntate Patris & operatione Spiritus per Sacerdotem*, *qui cruces format & verba profert*, *conſecrat*: *non enim qui miniſtrat*, *ſed qui ſuper ſacramenta invocatur*, *conſecrationem efficit*.

De Euchariſtia verò duo ſtatuit. Primum, quod Chriſtus ex corpore & ſanguine ſuo in cœna participavit. Chriſtus ex Euchariſtia participavit.

ܢܣܒ ܠܗ ܠܒܣܝܡܘܬܗ ܘܐܡܪ . ܦܓܪܗ
ܐܟܠܗ ܡܪܢ . ܗܘ . ܠܒܣܝܡܘܬܐ ܚܫܐ
ܘܠܐ ܦܣܝܩܐ ܐܟܠܗ ܡܢ ܗܘ ܦܓܪܐ . ܡܪܢ
ܓܝܪ ܐܟܠ ܡܢ ܦܓܪܗ ܐܘ ܠܐ . ܘܐܡܪܝܢ
ܕܐܟܠ ܡܪܢ ܘܐܫܬܝ ܡܢ ܕܡܗ : ܡܢ
ܗܝ ܕܐܡܪ ܕܠܐ ܐܫܬܐ ܡܟܝܠ ܡܢ
ܗܕܐ ܡܢ ܗܘܐ ܕܓܦܬܐ . ܘܡܪܢ
ܐܦ ܗܘ ܐܡܪ ܕܐܟܠܗ ܠܒܣܝܡܘܬܗ
ܦܓܪܗ ܗܘܐ ܠܥܡܗܘܢ ܐܟܠ . ܘܐܫܬܝܘ
ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܗܘܐ ܠܥܡܗܘܢ ܐܫܬܝ .
ܘܗܟܢܐ ܡܪܢ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܐܡܪ ܟܕ
ܡܠܟ ܠܟܘܢ ܢܣܒ ܠܗ ܠܒܣܝܡܘܬܗ .

ܡܠܟܘܬ

[Syriac text]

*Deditque Diſcipulis ſuis & dixit: accipite, manducate ex eo. Diſcipulos quidem ex illo corpore manducaſſe, indubitabile eſt. De Domino verò noſtro quæritur, manducavit de corpore ſuo, nec ne? Dicimus: manducavit de corpore ſuo, & bibit de ſuo ſanguine, juxta ipſius effatum, non bibam amodò de hoc vitis genimine. S. Ephræm ait: comederunt diſcipuli ejus ex ejus corpore, & ipſe pariter cum eis comedit: biberuntque ſanguinem ejus, & ipſe ſimul cum eis bibit. Similiter S. Joannes* ( Chryſoſtomus ) *inquit, quum guſtaſſet, dedit diſcipulis ſuis. Jacobus Edeſſenus pro certo affirmat, eum ex corpore ſuo manducaſſe, & de ſanguine bibiſſe. Cyriacus Patriarcha, & Barcepha docent, comediſſe illum de ſuo corpore, & de ſanguine potaſſe.*

Et infrà: [Syriac text]

*Item miraculum, quod eo veſpere in cœnaculo patratum eſt, contemplare. Manducabat de corpore ſuo, & Apoſtolis ſuis illud manducandum porrigebat: bibebat ſanguinem ſuum, & potandum illis præbebat. Prodigium ſanè, quod mentium captum excedit!* Vide Cl. Fabricium in Bibliographia cap.XI. num.26. pag.399. ubi ſingularem hac de re Philippi Joannis Schenck adverſus Joannem Faës Tractatum laudat.

Præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia.

Alterum, quod à Barſalibæo ſtatuitur, eſt orthodoxa planè fides de vera, & reali Corporis Chriſti præſentia in Euchariſtia. Verba ejus, quæ ſub nomine Joannis Maronis Abraham Ecchellenſis Not. in Catalogum Hebed-Jeſu pag. 140. citavit, hæc ſunt. [Syriac text]

ܗܘ ܕܡܟܬܒܢ ܘܡܫܬܡܥ ܒ:

*Hoc meum eſt corpus. Oportet inquirere, an panis, quem accepit Chriſtus in manus ſuas, & benedixit, & ſanctificavit, & corpus ſuum appellavit, ipſum ſit corpus, quod ex Virgine eſt, an aliud præter ipſum? Dicimus, ipſum eſſe corpus ejus & ſanguinem, quæ ex Virgine ſunt. At fortè quis objiciet: quomodo id fieri poteſt? Ad quem dicimus, etiam factu poſſibile eſt. Nam dextera illa, quæ ab initio pulverem de terra accipiens, mutavit eum effecitque Adæ corpus; eadem mutavit panem hunc, & fecit illum Verbi corpus, quod ex Virgine & Spiritu Sancto eſt. Et is, qui carnem agni in Ægypto accipiens, convertit eam fecitque, ut eſſet in ſalutem Hebræorum in Ægypto; ipſe convertit panem hunc, fecitque corpus illud, quod de Virgine eſt, & vinum illud convertit, fecitque ſanguinem illum, qui de Virgine eſt. Ita quoque intellige hodie de pane & vino, quæ offert Sacerdos. Spiritus Sanctus, qui in Virginis uterum deſcendens, carnem illam, quæ ex ipſa erat, corpus & ſanguinem Verbi Dei effecit; idem ſuper Altare deſcendens, panem & vinum ibi poſita facit corpus & ſanguinem Verbi Dei, quæ ex Virgine Maria aſſumpſit, per Sacerdotem, qui Sacerdotali munere fungitur, & Liturgiam celebrat.* Et cap. 13. poſtquam Neſtorianorum errorem confutavit, cujus ſuprà memini pag. 39. hæc de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia ſubjungit: ܡܬܩܪܝܢ

ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘ ܗܘ ܕܡܬܚܙܐ

ܐܝܬܝܗܘܢ. ܒܥܝܢ̈ܐ ܓܝܪ ܠܚܡܐ

ܘܚܡܪܐ ܐܢܝܢ ܐܠܐ ܡܬܝܕܥܝܢ

ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܐܠܗܐ.

ܘܐܝܟܢܐ ܕܗܘ ܝܫܘܥ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ

ܐܠܐ ܐܢ ܒܪܢܫܐ ܘܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ: ܗܟܢܐ

ܐܦ ܗܠܝܢ ܡܬܚܙܝܢ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ

ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ:

*Dicuntur corpus & ſanguis, quia non id ſunt, quod videntur. Nam oculis quidem videntur panis & vinum eſſe; verùm intelliguntur, & ſunt corpus & ſanguis Dei. Et quemadmodum ipſe Jeſus non videbatur niſi homo, & Deus erat; ſic iſta videntur panis & vinum, ſunt autem corpus & ſanguis.* Denique in Commentar. in Matth. Cod. Syr. Clem. Vatic. 16. fol. 128. exponens Euchariſtiæ inſtitutionem, inquit: ܘܐܡܪ ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ: ܗܢܘ

ܦܓܪܝ. ܐܝܟܢܐ ܦܓܪܗ ܩܪܐ ܠܠܚܡܐ ܗܘ

ܦܓܪܗ ܕܝܢ ܒܣܪܐ ܗܘ ܡܢܦܫܐ

ܘܡܡܠܠܐ. ܚܝܠܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܗܘ

ܕܐܬܐ ܒܒܬܘܠܬܐ ܘܕܟܝܗ ܠܗ ܘܥܒܕ

ܡܢܗ ܦܓܪܐ ܕܟܝܐ ܠܐܠܗܐ ܡܠܬܐ:

ܗܘ ܡܫܬܘܬܦܢܐ ܠܐ ܡܬܦܠܓܢܐ

ܘܡܬܚܫܒܢܘܬܐ ܠܐ ܡܬܦܪܫܢܐ

ܕܐܬܐ ܠܗ ܦܓܪܐ ܘܥܒܕ ܐܢܘܢ

ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܒܪܬܐ ܘܚܡܪܐ

ܠܐܠܗܐ ܡܠܬܐ ܘܠܚܡ ܠܐ ܡܬܦܪܫܢܐ

ܚܠܦ ܕܡܘܬܐ: ܒܒܬܘܠܬܐ ܘܢܦܫܐ

ܢܦܫܐ ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܬܚܝܠܘܗܝ

ܡܬܚܝܠܐ ܒܦܓܪܐ ܡܢܦܫܐ ܘܡܡܠܠܐ

ܘܡܬܚܝܠܐ ܠܐܠܗܐ ܘܡܢܝܢ ܠܗ ܡܢ

ܡܬܐܠܗܢܘܬܐ ܐܝܟ ܕܗܘ ܐܡܪ ܘܗܘܐ

ܦܓܪܗ. ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܘܢܦܫܗ ܠ

ܘܡܬܚܫܒܢ ܐܦ ܗܘ ܡܠܬܐ ܠܡܬܠܐ

ܘܡܬܚܙܝܢ ܘܡܬܩܪܝܢ.

*Dixitque, accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum. Quomodo cum panem corpus ſuum vocat, quum ipſius corpus caro ſit animata & mente prædita? Virtus Spiritus Sancti, quæ in Virginem illapſa, eandem mundavit, & ex ea purum corpus Verbo Deo forma-*

*mavit; ipſa hodie in panem Altari ſuperimpoſitum deſcendit, eumque ſanctificat, & facit Corpus Verbi Dei. Quum autem ipſe ſuum id Corpus appellet, ecquis pro certo id non habeat, aut in dubium vocet? Duplici ſiquidem nos oculo præditos eſſe oportet, animæ ſcilicet & corporis, ita ut dum panem altari ſuperimpoſitum per Sacerdotem oculo corporis intuemur, eum panem oculo animæ contemplemur, qui verè eſt caro animâ & mente prædita Verbi Dei, quam ex Virgine ſibi univit, quemadmodum & ipſe dixit, Hoc eſt Corpus meum. Similiter de vino, quod ſuum ſanguinem appellavit, nos intelligere & credere oportet.*

Eadem de Euchariſtia Syri omnes cùm orthodoxi, tùm hæretici quorum ſententias ſuo loco retuli. Fatentur hi diſertis verbis converſionem panis in corpus Chriſti, & vini in ſanguinem: & quidem de illo corpore & ſanguine loquuntur, quæ Verbum ex Virgine aſſumpſit, ut oſtendit Ecchellenſis Not. in Hebed. à pag. 144. & Naironus in Evopl. à pag. 134.

Error Barſalibæi circa Euchariſtiam.

At Barſalibæus licet eandem doctrinam hìc & alibi ſæpè propugnet, ſui tamen immemor Præfat. in Matth. cap. 27. Cod. Syr. Clement. Vat. 16. fol. 29. novam & Syris inauditam de Euchariſtia opinionem comminiſcitur: hypoſtaticam ſcilicet panis & vini Euchariſtici cum Chriſto unionem. Et quidem ſcio nonnullos è Catholicis exſtitiſſe, qui circa Euchariſtiæ ſacramentum in hunc graviſſimum errorem impegere, ut dicerent, non eſſe in Euchariſtia verum ac reale corpus Chriſti, ſed panem ſolum & vinum, Verbo hypoſtaticè unita. Sic docuit Anaſtaſius Synaita, ut viri docti obſervarunt. Sic etiam de Ruperto Abbate ſcribit Eminentiſſimus Bellarminus in libr. de Scriptor. Eccleſ. licet eum ab hoc errore defendere conetur Gabriel Gerberonus, & Natalis ab Alexandro ſæcul. XI. & XII. Par. 1, pag. 491. Verùm qui hoc apud Syros docuerit, præter Barſalibæum, & anonymum quendam Syrum, cujus verba mox referam, neminem hucuſque legi. Barſalibæi verba loc. cit. hæc ſunt.

ܠܡܢܐ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܝܗܒ ܠܢ. ܐܝܟܢܐ
ܕܢܘܪܐ ܟܕ ܡܬܚܠܛܐ ܠܦܪܙܠܐ
ܡܚܝܠܐ ܠܗ ܡܢܗܪܢܘܬܐ ܘܡܘܩܕܢܘܬܐ
ܕܡܕܡܝܐ ܠܗ: ܗܟܢܐ ܐܦ ܡܫܝܚܐ
ܟܕ ܢܣܒ ܠܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ ܥܠ ܐܝܕܘܗܝ
ܩܕܝܫܬܐ ܦܓܪܗ ܘܕܡܗ ܥܒܕ ܐܢܘܢ
ܫܪܝܪܐܝܬ ܘܐܘܗܒ ܐܢܘܢ ܚܝܠܐ ܘܩܕܝܫܘܬܐ
ܘܡܥܒܕܢܘܬܐ ܕܟܕ ܢܣܒܝܢ ܠܗܘܢ
ܡܥܒܪܝܢ ܡܢܢ ܠܡܘܬܐ ܘܡܘܗܒܝܢ ܠܢ
ܚܝܐ ܠܐ ܡܝܘܬܐ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܚܡܝܪܐ
ܠܟܠܗ ܓܒܝܠܬܐ ܠܘܬܗ ܢܓܕ:
ܗܟܢܐ ܘܐܦ ܐܪ̈ܙܐ ܩܕܝܫܐ ܠܠܐ ܡܝܘܬܘܬܐ
ܢܓܕܘܢ ܠܢ. ܠܐܚܪܘܢ ܕܒܣܪܐ ܠܐܠܗܐ
ܠܒܣܪܐ ܕܐܬܚܝܕ ܠܗ ܘܐܠܗܗ
ܐܠܗܐ ܠܗ ܥܒܕܗ ܐܠܐ ܒܡܥܒܕܢܘܬܗ.
ܗܟܢܐ ܘܦܓܪܐ ܕܐܟܠܝܢܢ ܡܬܐܡܪ ܘܐܝܬܘܗܝ
ܒܥܒܕܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܬܝܗܒ ܠܗ
ܟܝܢܐ ܐܠܐ ܒܝܚܝܕܘܬܐ ܕܥܡ
ܡܠܬܐ ܐܠܗܐ.

*Cur nobis corpus & ſanguinem dedit? Quemadmodum ignis ferro unitus, virtutem ei tribuit illuminandi & comburendi ſuæ ſimilem; ita & Chriſtus quum panem & vinum in ſanctas manus ſuas accepit, corpus ea & ſanguinem ſuum verè effecit, iiſque virtutem & ſanctitatem operationemque dedit, ut quum eadem accipimus, mortem à nobis auferant, & vitam nobis immortalem largiantur. Et ſicuti fermentum totam ad ſe maſſam trahit; ſic & ſancta ſacramenta ad immortalitatem nos trahunt. Ut denique carnem, cui Deus unitus fuit, deificavit, Deumque eam fecit non quidem natura, ſed operatione: ita & corpus, quod manducamus, dicitur, eſtque illud,* quod

*quod ex Virgine natum eſt, non quidem natura, ſed unione cum Verbo Deo.* Nec meliora in hoc Tractatu de Liturgiæ expoſitione cap. 14. ubi de Spiritus Sancti invocatione, cujus verba ibi deſcribam.

Ejuſdem erroris prolixam ineptamque expoſitionem tradit anonymus Syrus ad calcem Codicis Berœenſis 1. his verbis.

ܡܐܡܪܐ ܕܡܛܠ ܥܠ ܚܘܝܕܐ ܕܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ.

## *Tractatus de unione Corporis Chriſti.*

Corpus quidem & anima naturam hominis conſtituunt: corpus verò, anima, & Verbum, naturam unionis perſonæ Chriſti; corpus autem hoc, quod ex pane & vino, verum quidem eſt ex Maria corpus, non tamen natura, ſed per unionem & virtutem ex alto. Et ſicuti corpus licet è cœlo non deſcenderit, verus tamen eſt Dei Patris Filius: ita & panis licet ex Virgine natus non ſit, verum ex ea tamen corpus eſt. Natura igitur eſt panis & vinum; per unionem autem caro & ſanguis: quemadmodum & ejus corpus naturâ quidem caro eſt, per unionem verò Deus. Corpus enim verum corpus eſt, veruſque Deus. Et ſicuti ex una parte corpus eſt, & ex altera Deus; unum tamen idemque eſt, quum nec unio in naturam converſa ſit, neque natura unionem deſtruxerit: ſic naturâ nec panis corpus eſt, neque corpus Deus; unione verò & panis eſt corpus, & corpus Deus. Unione Verbum caro, & caro Verbum. Una panis & corporis natura per unionem, non per naturam: & una carnis & Verbi natura per unionem, non per confuſionem, aut per naturam. Nam qui panem à carne ſeparat, Verbum etiam à carne ſeparet neceſſe eſt. Qui duas panis & carnis naturas aſſerit, duas etiam Verbi & carnis naturas aſſerat oportet. Verùm ſicuti corpus ex Patre natum naturaliter non eſt, verus tamen ejus Filius eſt: ſic & panis ex Virgine naturaliter natus non eſt, unione tamen verum eſt corpus. Panis igitur corpus, ſicut & caro Verbum. Cujus

ܦܓܪܐ ܓܝܪ ܘܢܦܫܐ ܟܝܢܗ ܕܒܪܢܫܐ.
ܦܓܪܐ ܕܝܢ ܘܢܦܫܐ ܘܡܠܬܐ ܟܝܢܐ
ܕܚܘܝܕܐ ܕܩܢܘܡܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܦܓܪܐ
ܕܝܢ ܗܢܐ ܕܡܢ ܠܚܡܐ ܘܡܢ ܚܡܪܐ
ܦܓܪܐ ܗܘ ܫܪܝܪܐ ܕܡܢ ܡܪܝܡ ܠܗ
ܕܝܢ ܒܟܝܢܐ ܐܠܐ ܒܚܘܝܕܐ ܘܚܝܠܐ ܕܡܢ
ܠܥܠ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܦܓܪܐ ܐܠܐ ܢܚܬ ܡܢ
ܫܡܝܐ ܒܪܐ ܗܘ ܫܪܝܪܐ ܕܐܠܗܐ ܐܒܐ:
ܗܟܢܐ ܘܠܚܡܐ ܐܠܐ ܝܠܝܕ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ
ܦܓܪܐ ܗܘ ܫܪܝܪܐ ܕܝܠܗ. ܒܟܝܢܐ
ܡܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ:
ܘܒܚܘܝܕܐ ܒܣܪܐ ܘܕܡܐ ܐܝܟ ܕܐܦ
ܦܓܪܗ ܒܣܪܐ ܗܘ ܘܒܚܘܝܕܐ ܐܠܗܐ.
ܦܓܪܐ ܓܝܪ ܦܓܪܐ ܗܘ ܫܪܝܪܐ ܐܦ
ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܡܢ ܓܒܐ
ܦܓܪܐ ܘܐܠܗܐ ܠܓܒܐ: ܗܘ ܕܝܢ ܚܕ
ܗܘ. ܠܐ ܕܝܢ ܚܘܝܕܐ ܐܫܬܚܠܦ
ܠܟܝܢܐ ܐܦܠܐ ܟܝܢܐ ܒܛܠ ܠܚܘܝܕܐ:
ܒܟܝܢܐ ܡܢ ܠܐ ܠܚܡܐ ܦܓܪܐ ܐܦܠܐ
ܦܓܪܐ ܐܠܗܐ. ܡܢ ܕܝܢ ܒܚܘܝܕܐ
ܠܚܡܐ ܦܓܪܐ ܘܦܓܪܐ ܐܠܗܐ.
ܒܚܘܝܕܐ ܡܠܬܐ ܒܣܪܐ ܘܒܣܪܐ
ܡܠܬܐ. ܚܕ ܟܝܢܐ ܕܠܚܡܐ ܘܦܓܪܐ
ܒܚܘܝܕܐ ܘܠܐ ܒܟܝܢܐ. ܘܚܕ ܟܝܢܐ
ܕܒܣܪܐ ܘܡܠܬܐ ܒܚܘܝܕܐ ܘܠܐ
ܒܒܘܠܒܠܐ ܘܒܟܝܢܐ. ܗܘ ܓܝܪ
ܕܦܪܫ

Cujus rei teſtis eſt S. Ephræm, qui ait: etiam mater ejus in nomine ejus baptizata eſt, & abſconditam majeſtatem ejus ex aqua induit, quam olim conceperat. Genuit eum, & ipſam Baptiſmus regeneravit. Genuit, & genita fuit. Corpus, quod ille ex ea aſſumpſerat, ipſa in Pane oblationis reaſſumpſit. Quumque illa corpus genuiſſet, pharmaco vitæ, quod in pane ejus eſt, vivificata fuit. Nimirùm ut corpus à natura carnis haudquaquam differt, ſic & panem corpus eſſe credimus. Et quemadmodum ait Dominus, *ego & Pater unum ſumus*: ſic & id quod dixit, dum panem accepit, *hoc eſt corpus meum*. Similiter intelligendum illud, *qui vidit me, vidit & Patrem*. Eodemque pacto, dum corpus ex pane videmus, nos eum videre credimus, qui cruci affixus eſt. Et ſicuti humanum ſibi corpus univit, illudque poſt reſurrectionem deificavit, quin tamen naturam ſuam mutaret, ut nimirùm per ipſum poſſemus Patrem videre: ſic ipſe ſemetipſum Hoſtiæ immiſcet, facitque eam corpus divino & myſtico modo, quin naturam panis convertat, ut pura eum conſcientia manducare poſſimus & vitam animabus noſtris comparare. Ut demùm dixit, *nemo poteſt Patrem videre, niſi per me*; ſic, ut ita dicam, nemo poteſt corpus meum manducare, niſi per panem oblationis.

ܘܡܬܩܪܒ ܠܠܚܡܐ ܡܢ ܥܡܕܐ : ܢܩܪܒ
ܐܦ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܡܢ ܥܡܕܐ . ܗܘ ܕܐܡܪ
ܐܡܗ ܒܫܡܗ ܠܠܚܡܐ ܘܠܥܡܕܐ : ܝܠܕܬ
ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܠܥܡܕܐ ܐܡܗ ܒܫܡܗ . ܐܠܐ
ܐܡܬܝ ܕܦܓܪܐ ܠܐ ܡܬܝܠܕ ܡܢ ܐܢܫ
ܒܝܠܕܗ ܐܠܐ ܘܒܪܐ ܗܘ ܡܢܗ ܘܡܢܗ :
ܗܟܢܐ ܠܠܚܡܐ ܡܢ ܒܥܘܠܡܐ ܠܐ ܡܬܝܠܕ
ܒܝܠܕܗ ܕܒܣܝܡܘܬܐ ܦܓܪܐ ܗܘ
ܡܢܗ . ܡܛܠ ܠܠܚܡܐ ܦܓܪܐ ܐܡܪ
ܕܐܦ ܥܡܕܐ ܡܬܥܒܕ . ܘܒܗܢ ܡܢܗ
ܐܦܢܐ ܕܐܡܪ ܕܐܦ ܐܡܪ ܒܚܡܝܪܘ
ܦܢܐ ܟܡܕܝܢܐ ܘܡܢ ܡܫܝܚܐ ܠܒܥܠܕܒܒܘ
ܠܒܥܠܬܗ ܘܒܚܝܠܗ ܡܢܨܝܚܝܢ .
ܘܡܬܚܙܝܢܐ ܐܦ ܠܗ ܢܚܙܝܘܗܝ
ܡܬܥܒܕܢܘܬܐ . ܡܬܝܠܕ ܘܐܬܝܠܕ .
ܦܓܪܐ ܕܢܣܒ ܡܢܗ ܦܢܐ ܢܣܒܗ
ܒܠܚܡܐ ܕܩܘܪܒܢܐ . ܘܡܢ ܦܓܪܐ ܕܝܠܕܬ
ܡܢܐ : ܚܝܝܢ ܕܒܠܚܡܗ ܐܬܚܝܬ
ܠܗ . ܐܝܟܢܐ ܕܡܢ ܠܐ ܡܫܚܠܦ ܦܓܪܐ
ܡܢ ܟܝܢܐ ܕܒܣܪܐ : ܗܟܢܐ ܘܠܠܚܡܐ
ܡܗܝܡܢܝܢ ܦܓܪܐ . ܘܐܝܟܢܐ ܕܗܘ
ܕܐܡܪ ܡܪܢ ܕܐܢܐ ܘܐܒܝ ܚܕ ܚܢܢ :
ܗܟܢܐ ܘܗܘ ܕܐܡܪ ܟܕ ܢܣܒ ܠܠܚܡܐ
ܕܗܢܐ ܦܓܪܝ ܐܝܬܘܗܝ . ܘܗܘ ܗܘ
ܘܡܢ ܕܚܙܐ ܠܝ : ܚܙܐ ܠܐܒܐ . ܗܟܢܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܕܡܢ ܠܠܚܡܐ ܠܗܘ
ܕܐܙܕܩܦ ܚܙܝܢ . ܘܐܝܟܢܐ ܕܚܝܕ ܠܗ ܦܓܪܐ ܐܢܫܝܐ ܘܒܬܪ ܩܝܡܬܗ
ܐܠܗܗ ܘܠܐ ܐܫܬܚܠܦ ܡܢ ܟܝܢܗ ܐܝܟܢܐ ܕܢܫܟܚ ܒܗ ܕܢܚܙܐ ܠܐܒܐ :
ܗܟܢܐ ܡܚܠܛ ܗܘ ܠܗ ܒܩܘܪܒܢܐ ܘܥܒܕ ܠܗ ܦܓܪܐ ܐܠܗܝܐ ܘܐܠܗܝܬ
ܘܐܪܙܢܝܬ ܟܕ ܠܐ ܡܫܚܠܦ ܟܝܢܗ ܕܠܠܚܡܐ ܐܝܟܢܐ ܕܒܬܐܕܘܬܐ ܕܟܝܬܐ
ܢܐܟܠܝܘܗܝ ܘܢܩܢܐ ܚܝܐ ܠܢܦܫܬܢ . ܘܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܠܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚ
ܕܢܚܙܐ ܠܐܒܐ ܐܠܐ ܒܝ : ܗܟܢܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܒܡܠܐ
ܠܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܕܢܐܟܘܠ ܦܓܪܝ ܐܠܐ ܒܠܚܡܐ
ܕܩܘܪܒܢܐ .

Quibus verbis, ut quod de unione & natura ineptè dicitur omittam, ratio hujus ſacroſancti myſterii, fideſque Eccleſiæ univerſæ, quæ veram ac realem panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti converſionem ſemper credidit & docuit, inanibus hiſce ratiunculis omninò deſtruitur: & quidem contra mentem Syrorum omnium tàm Catholicorum, quàm Jacobitarum; imò Barſalibæi ipſius, qui duo ſuprà aſſeruerat à pag. 190. nimirùm, quod *panis & vinum convertantur in corpus & ſanguinem Chriſti*, & quod *Corpus illud & ſanguis ex Virgine ſint*; ipſo docente Chriſto, qui non corpus ſuum utcumque, ſed quod pro vobis, inquit, tradetur, hoc eſt, quod cruci affigetur, Euchariſtiam nuncupavit: in crucem autem non panis, ſed Chriſti corpus, quod ex Virgine natum fuerat, ſublatum eſt. Corpus igitur Chriſti, non panis in Euchariſtia manducatur, ut doctè ſcribit S. Jacobus Sarugenſis ſerm. de paſſione Domini Cod. Syr. Vatic. 7. in hæc verba: ܡܢ ܕܝ ܠܦܬܬܗ ܘܩܪܝܗ
ܦܓܪܗ ܠܗ ܠܦܬܬܐ ܗܘܬ ܠܐ ܦܓܪܗ
ܘܠܗ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܟܕ ܬܗܝܪܝܢ.
*Ab eo momento, quo panem apprehendit, illumque corpus ſuum dixit, jam non panis, ſed corpus ejus fuit, illudque* Apoſtoli *comedentes, mirabantur.*

Cap. 14. Decimum quartum caput, de commemoratione divinę œconomię, quum dicitur, *memoriam igitur Domine agimus mortis tuæ* &c. & de Invocatione Spiritus Sancti.

De Invocatione Spiritus Sancti in Liturgia.

Ut Spiritus Sanctus in Cœnaculum ſuper Apoſtolos illapſus, multiformi quidem eos linguarum genere inſtruxit, unius tamen ejuſdemque voluntatis effecit; ſic Diaboli invidia per occaſionem Spiritus Sancti in ſacra Liturgia invocandi, non modò Chriſtianas nationes ab invicem ſeparavit, ſed inſignes etiam ex unaquaque gente ſcriptores in diverſas ſententias ſcidit. Recentiores Jacobitæ, poſtquam ad illos quæſtionis rumor pervenit, quæ adverſùs Græcos ante & poſt Florentinum Concilium agitari cœpit *de verborum Chriſti efficacia & de Invocatione Spiritus Sancti*, ipſi etiam eodem errore imbuti, momentum conſecrationis non ad Chriſti verba, ſed ad ſolam Spiritus Sancti Invocationem referre cœperunt, ut factum etiam eſt in aliis de ſanctorum beatitudine, & impiorum damnatione, deque Purgatorio & Romani Pontificis primatu, atque azymo & fermentato, cæteriſque hujuſmodi controverſiis, quæ à Græcis ad reliquos ſchiſmaticos aut hæreticos Orientales derivatæ ſunt. Qui verò ante exortas illas quæſtiones ſcripſere, in duas claſſes eos divido: nam ſi Evangelia tantùm commentati ſunt, aut aliud opus edidere, in quo de Euchariſtia ſermo occurreret, veram quidem ac realem Corporis Chriſti præſentiam diſertè ab iis propugnari video; de momento verò conſecrationis nihil omninò definiri: Si verò ſacram Liturgiam exponendam ſuſcepere, de præſentia etiam corporis Chriſti eos utrobique agere obſervo, ideſt, tàm in verborum Chriſti expoſitione, quàm ubi de Spiritus Sancti Invocatione ſermo fit; ſed de momento conſecrationis adeò obſcurè loqui, ut vel prioribus poſteriora non reſpondeant, vel conſecratoriam vim utrobique agnoſcere videantur. Si enim commentaria eorum poſt Chriſti verba tantùm legeris, dices illos momentum conſecrationis ibi definire: adeò clarè de verborum illorum effectu loquuntur, ut ſuprà in Barſalibæo vidimus. Si verò paululùm progrediaris & expoſitionem eorundem in Spiritus Sancti Invocationem evolves, rursùs deprehendes, tantam ab illis efficaciam Invocationi tribui, perinde ac ſi conſecrationem fieri per ipſam ſentiant. Sic idem Barſalibæus de eadem Invocatione, cujus verba, etſi paulò prolixiora, quàm hic locus ferat, deſcribere tamen haud inutile duxi, ut quænam fuerit hac de re ejus mens pateat,

tcat, & quam ſibimet ipſe contradicat, qui conſecratoriam vim tàm in verbis Chriſti, quàm in Invocatione Spiritus Sancti agnoſcit:

[illegible]

[illegible]

*Sacerdos inclinatus dicit invocationem Spiritus Sancti.* Miſerere mei Deus Pater &c. *Hoc loco de Spiritus Sancti invocatione inquirendum, cur hic Spiritus Sanctus ſuper panem & vinum deſcendit? Ecce enim Filius deſcendit, iiſque perſonaliter unitur. Cur igitur Spiritus San-*

*Sanctus deſcendit? Reſpondemus: ideo, quia ſicut in uterum Mariæ deſcendit, juxta illud Angeli*, Spiritus Sanctus ſuperveniet in te &c. *ſumptamque ex Virgine carnem corpus Verbi Dei effecit: ita ſuper panem, & vinum, quæ Altari ſuperimpoſita ſunt, deſcendit, eaque corpus & ſanguinem Verbi Dei, quæ ex Virgine ſunt, facit. Item dicimus: ſicuti ad Virginem Mariam quod ſpectat, Pater quidem voluit, ut Filius incarnaretur; Filius verò in uterum Virginis deſcendit, & ex ea incarnatus eſt; Spiritus autem Sanctus deſcendit etiam in eam, ut Filio corpus ex ea formaret: ſic & hìc in Altari, Pater vult, ut Filius pani & vino perſonaliter uniatur. Atque hac de cauſa cum timore Sacerdos deprecatur, tacitoque cordis ſuſpirio ad Deum Patrem clamat, ab eoque tamquam ab æterna Filii & Spiritus cauſa, ex quo omne donum bonum deſcendit, poſcit, ut Spiritum ſuum Sanctum ſuper ſe, & ſuper univerſum populum fidelem pone ſe ſtantem, & ſuper ſacramenta Altari ſuperimpoſita mittat. Et quoniam plures ſunt Spiritus, deſignat ipſum Spiritum Sanctum, inquiens*: Spiritum tuum Sanctum, Dominum, & vivificantem: *eum, nimirùm, Spiritum, qui Dominus eſt, vitamque omnibus ratione præditis, & Angelis, & cunctis viventibus tribuit*. Synthronum: *hoc eſt, Patri Filioque ſubſtantia & Deitate æqualem, eorumque inſtar æternum, ac Regem. Deinde alias profert proprietates ac ſimilitudines, ut*, qui loquutus eſt in Lege, & Prophetis &c. *Item Hoſtia illapſum Spiritus Sancti accipit, ut etiam Filius, tamquam primitiæ noſtræ, eundem in carne in fluvio Jordane accepit. Rurſus deprecatur, ut ſuper corpus & ſanguinem Spiritus Sanctus mittatur, ſicut in Virginem tunc deſcendit. Item per invocationem Spiritus Sancti myſticè ſignificat, Angelum Gabrielem juxta Virginem ſtetiſſe, eique de ſancto conceptu annunciaſſe. Item per invocationem Spiritus Sancti intelligitur myſtica & incomprehenſibilis illa unio, qua cum ſanctificante ac omnipotente virtute communionem habemus animo à ſenſibus & à materia libero. Tùm dicit Sacerdos*: Exaudi me Domine & miſerere mei. *Moſes Barcepha ait: Sacerdos dicit* Kyrie eleiſon, *hoc eſt*, Domine miſerere, *quia per fidem ſenſit, Spiritum Sanctum deſcendiſſe, & Sacramenta perfeciſſe, atque conſummaſſe; ideo clamore valido ad Patrem exclamat*: Domine miſerere mei: *nam* Kyrie eleiſon *ſignificat* Domine miſerere. *In Occidente verò, & ſecundùm novam traditionem, quæ hodie obtinet, Sacerdos, ut ſuprà diximus, Syriaco ſermone dicit*, Exaudi me Domine & miſerere mei: *Extollit nimirùm vocem, ita ut populus quoque ſimiliter dicat. Tunc populus ter dicit*, Kyrie eleiſon: *quod ter pronunciando, perſeverantiam in oratione ſignificat. Fuere etiam imperiti quidam Sacerdotes, qui frontem hoc loco manu percuterent, quaſi ipſos rerum geſtarum pœniteret: quod Moſes Barcepha incongruè prorsùs fieri affirmat, quia dona Sancti Spiritus tacitè, non cum ſtrepitu dantur. Tranquillè etiam & placidè, non cum ſtrepitu & tumultu deſcendit Verbum Deus in Mariam, & ex ea incarnatus eſt: Sic placidè hìc quoque deſcendit, & pani vinoque, quæ ſuper Altare impoſita ſunt, perſonaliter unitur. Rurſus, quia non accepimus ſpiritum ſervitutis, ut conturbemur, ſicut Iſraëlitæ, quum in eos dona immitterentur; nam ii figuram ſervorum gerebant: ſed accepimus ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus*, Abba, Abba, *ut inquit Apoſtolus: hoc eſt*, Pater, Pater: *Filii ergo ſumus, atque adeò perturbari non debemus*. Ut illabens, faciat panem &c. *ideſt, ut ille Spiritus Sanctus illabatur, quem rogavi Patrem, ut mitteret. Populus dicit*, Amen: *ideſt fiat, ut dixiſti. Poſtquam autem Sacerdos Spiritum Sanctum inclinatus invocavit, erigit ſe, inquiens*: Ut illabens &c. *& tunc Hoſtiam ter cruce ſignat, ter quoque calicem: ut ſignificet, ipſum Deum Verbum ex Patris voluntate deſcendere, & illabi in myſteria, eaque per*

*Spiritum Sanctum perficere: panem quidem, ut ſit corpus; miſtum verò, quod in calice eſt, ut ſanguinem faciat. Item per triplicem illam crucis obſignationem ſuper corpus & ſanguinem, ſignificatur illud*, Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi illabetur ſuper te. *Nam quod Verbum in Hoſtia inhabitet, poſtquam conſecrata eſt, illud repræſentat, quod poſtquam Virgo per Spiritum Sanctum ſanctificata fuit, habitavit in ea Deus Verbum. Item quod per voluntatem Patris ſui & per Spiritus Sancti illapſum panem quidem corpus perficiat & vinum ſanguinem ſuum, illud deſignat, quod per voluntatem Patris ſui & per Spiritum ſuum Sanctum abſque mutatione ex Virgine homo factus eſt. Demùm quod ex corpore, pane, & virtute Patris unum corpus cæleſte efficitur, myſticè ſignificat, quod ex divinitate & humanitate una eſt natura incarnata & perſona compoſita: nam hæc myſtica unio, naturalem ac perſonalem Verbi cum ſua carne unionem deſignat.*

Barſalibæi incohærentia.

Hucuſque Barſalibæus, ſecum ipſe pugnans. Nam ſcripſerat ſuprà, prolatis à Sacerdote Chriſti verbis panem & vinum in corpus & ſanguinem converti: *Poſt hæc profert verba illa, quæ Dominus noſter in cœnaculo protulit, quum Sacramentum perfecit, ut per hæc oſtendat, ipſum quoque nunc eſſe, qui ſuperimpoſitas Altari ſpecies conſecrat voluntate Patris ſui & operatione Spiritus, per Sacerdotem qui cruces format & verba pronunciat.* Aſſerit hìc, Spiritum Sanctum ſuper oblata deſcendere, ut panem quidem faciat corpus Chriſti, vinum verò in ſanguinem convertat: *Hoc loco de Spiritus Sancti invocatione inquirendum, cur hic Spiritus Sanctus ſuper panem & vinum deſcendit? &c. Reſpondemus, ideo, quia ſicut in uterum Mariæ deſcendit.... ſumptamque ex Virgine carnem corpus Verbi Dei effecit: ita ſuper panem & vinum, quæ Altari ſuperimpoſita ſunt, deſcendit, eaque corpus & ſanguinem Verbi Dei, quæ ex Virgine ſunt, facit.* Eadem infrà inculcat iis verbis: *& tunc* (hoc eſt, quum dicit Invocationem) *Hoſtiam ter cruce ſignat, ter quoque calicem, ut ſignificet, ipſum Deum Verbum ex Patris voluntate deſcendere & illabi in myſteria, eaque per Spiritum Sanctum perficere; panem quidem, ut ſit corpus; miſtum verò, quod in calice eſt, ut ſanguinem faciat.*

Hanc Barſalibæi incohærentiam obſervavit Renaudotius to.2. Liturg. Orient. pag. 91. ſed nodum intercidit, non ſolvit, quum ait: *Vidimus, quæ illius opinio foret de Dominicorum verborum efficacia: neque exiſtimandum eſt, illum in eodem opere contraria ſcripſiſſe: talia enim videbuntur ea, quæ mox retulimus, in quibus de Invocationis effectu tàm magnificè loquitur, ſi à præoccupatis hominibus ad Beſſarionis & Arcudii trutinam expendantur.* Mihi certum eſt, hæreticos ferè omnes inconſtantiæ vitio laboraſſe, ut de Monophyſitarum præſertim anteſignanis Petro Fullone & Severo Scriptores Eccleſiaſtici obſervarunt, quos oſtendunt nunc Chalcedonenſem Synodum admiſiſſe, nunc rejeciſſe, tempori & Principum obſequio ſeſe accommodantes, ut etiam ab antiquioribus & recentioribus hæreticis ſæpè factitatum videmus. Idem de Barſalibæo dicendum, quem ſicuti oſtendi circa Euchariſtiam ſibimet in eodem opere repugnaſſe, quum nunc dixerit panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti converti, nunc Verbum pani & vino hypoſtaticè uniri: ita eundem ſecum pugnare non dubito, quum Invocationi Spiritus Sancti conſecratoriam virtutem tribuat. Id enim, quod orthodoxo planè ſenſu de Euchariſtia juxta primævam Syrorum fidem ſuprà tradiderat, mox dolo malo, vel privato ſaltem errore vitiavit. Sicut autem mendacio veritas, ſic hæreſi catholica fides prior eſt. Quum de rebus agitur ad Sacramenta vel ad Deum ſpectantibus, hæretici ſolent ſynceram primùm doctrinam, quæ ab Apoſtolis ad ipſos devenit, literis conſignare:

deinde quod novitatem aut hæreſim ſapit, tamquam expoſitionis cauſâ, adjicere. Hoc maximè in divinis officiis, & ſacra Liturgia videre eſt, quæ ante obortas hæreſes communia quidem Catholicis & hæreticis fuere, ſed poſteà ab utriſque interpolata: additis nimirùm quibuſdam vocibus, quibus aut catholica veritas, aut hæretica pravitas confirmaretur. Sic Jacobitæ in Ordine Miſſæ Orationem fractionis Hoſtiæ à Barſalibæo compoſitam uſurparunt, in qua una Chriſti natura aſſeritur: Maronitæ contra in quibuſdam hymnis, qui ante Epiſtolam in Eccleſia leguntur, duas naturas duaſque voluntates confitentur, utque ſe à Schiſmaticis longiùs teneant, in Symbolo particulam *Filioque* ex Romanæ Eccleſiæ more addiderunt. Eodem planè modo crediderim, à Barſalibæo antiquiſſimum Syrorum ritum de Invocatione Spiritus Sancti malè intellectum fuiſſe, quaſi tunc conſecratio fieret, ſicut & avitam de Euchariſtia traditionem male expoſuit, quaſi Chriſtus pani & vino hypoſtaticè uniretur. At inquies, idem ſuprà docuerat, conſecrationem per verba Chriſti fieri, & panem vinumque in corpus Chriſti tranſmutari. Non inficior: hæc nimirùm ſcintilla eſt catholicæ & antiquiſſimæ fidei, quæ in Jacobitis remanſit, & quam Barſalibæus vel invitus expreſſit: verùm continere ſe homo hæreticus non potuit, quin ſtatim privatum ſuum errorem proderet, quo credebat invocationem Spiritus Sancti alia ratione explicari non poſſe, quàm dicendo, iis verbis conſecrationem fieri. Quidquid aliud ad excuſandum Barſalibæum dicatur, magnam vim patitur.

Nolim tamen ex dictis inferri, reliquos Syros ejuſdem cum Barſalibæo circa Euchariſtiam & circa Spiritus Sancti invocationem perſuaſionis eſſe. Nam circa Euchariſtiam quidem, hoc eſt, realem veri corporis Chriſti in ea præſentia, vidimus ſuprà, quæ fuerit mens Ephræmi, Iſaaci, Maruthæ, Sarugenſis, Philoxeni, aliorumque. De Invocatione verò Spiritus Sancti, licet nullum ejus controverſiæ appareat ante Græcorum ſchiſma veſtigium, ſiqui tamen Syrorum antiquorum loquuti ſunt, ejus non ſecùs meminere, ac in Codicibus Liturgicis repræſentatur, nil ampliùs ei tribuentes, quàm cæteris quæ pro Liturgiæ celebratione ab Eccleſia inſtitutæ ſunt, precibus.

Quod ut clarius fiat, quatuor hìc obſervanda ſunt quæ à Syris communiter affirmantur. Primum, Chriſtum per ea verba, *Hoc eſt corpus meum &c.* Euchariſtiam confeciſſe, ideſt, panem in corpus ſuum, & vinum in ſanguinem tranſmutaſſe. Id paſſim legitur, ſed ubi præſertim de Euchariſtia ſermo fit, aut Evangelia commentariis illuſtrantur. *Communis Syrorum ſententia circa conſecrationem Euchariſtiæ.*

Alterum, per illa eadem verba Sacerdotes etiam conſecrare. Quæ tùm antiquiorum, tùm recentiorum ſententia eſt, ſi ſciolos quoſdam excipias, qui Græculorum pertinaciam æmulati ſunt.

Cur igitur, inquies, verba Chriſti in quibuſdam Syrorum Liturgiis deſiderantur? Ut in Liturgia Petri Apoſtoli, Xyſti Papæ, & Dionyſii Barſalibæi apud Renaudotium tom. 2. pag. 82. in Liturgia ejuſdem Petri, quæ incipit ܫܪܪ *confirma*, Dionyſii Barſalibæi ܚܘܒܐ ܘܫܝܢܐ *charitatem & concordiam*, & Thomæ Heracleenſis ܐܝܬܝܐ ܡܬܘܡܝܐ *Ens æternum*, in Codice Ecchell. 5. fol. 1. 37. & 94. & in Liturgia Matthæi Paſtoris in Codice Nitrienſi 2. fol. 260.? Naironus in Evopl. pag. 164. & ex eo Richardus Simon, putant Jacobitas Invocationi Spiritus Sancti vim totam conſecrativam tribuentes expunxiſſe ab iis Liturgiis verba dominica, quæ ad efficiendam conſecrationem minimè neceſſaria eſſe exiſtimabant. Renaudotius tom. 2. pag. 84. conjicit, lo- *Verba Domini in quibuſdam Syrorum Liturgiis deſiderantur.*

locum vacuum in iis relictum fuiſſe, ut minio ſcriberetur (quamquam hoc in vetuſtis exemplaribus rarum ſit:) aut verba ex religione prætermiſſa, librariis errandi occaſionem obtuliſſe. Mihi certum eſt, Liturgias illas non tam certo conſilio, quàm librariorum culpa corruptas eſſe: nam ſi defectus hujuſmodi ex alia potiùs cauſa, quàm vitio amanuenſium irrepſiſſet, in omnibus utique earundem Liturgiarum exemplaribus appareret: quod, conferendo invicem liturgicos Codices, falſum deprehenditur. Nam Liturgia Petri Apoſtoli Renaudotio edita pag. 145. cujus initium, *Altiſſime qui es in ſæcula*, in exemplari quidem, quo Renaudotius uſus eſt, verbis dominicis caret, quæ tamen in Cod. Nitr. 3. fol. 286. diſertè exprimuntur. Sic Liturgia Xyſti Papæ apud eundem Renaudotium pag. 134. conſecratoria verba non habet, quæ tamen exſtant in Codice Nitr. 3. fol. 273. in Cod. Ecchell. 5. fol. 32. in Codice Syr. Vatic. 11. & 59. Idem dicendum de Liturgiis Dionyſii, Thomæ, Matthæi Paſtoris, & altera Petri, in quibus ſi certo conſilio verba Domini prætermiſſa fuiſſent, in nullo utique exemplari ea exſtarent. Neque ratio ulla adduci poteſt, cur auctores illarum Liturgiarum potiùs, quàm alii verba Chriſti omiſerint, præſertim ſi de Barſalibæo ſermo ſit, qui luculentam eorum verborum expoſitionem in ſuo Commentario publicavit. Quid quod defectus hujuſmodi habetur in exemplaribus, quæ ante Concilium Florentinum ortamque de Invocatione Spiritus Sancti controverſiam ſcripta ſunt, ut de Colbertinis teſtatur Renaudotius. Itaque putarem, religionis cauſa, ne arcana verba in vulgus emitterent, librarios illa omiſiſſe, ut Patres ipſi nonnunquam in formis Sacramentorum factitarunt. Vide cl. Schelſtratium de Diſciplina Arcani.

Tertium, verba Domini, & Invocationem Spiritus Sancti nec duas eſſe partiales & incompletas conſecrationis formas, ex quibus una integra conſurgeret, neque perfectas & completas, ita ut unaquæque conſecrationem perfectè efficeret. Nam Syri nunquam ſic deſipuerunt, ut dicerent, panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti primùm prolatis Domini verbis, deinde rursùs in Invocatione Spiritus Sancti tranſmutari; aut conſecrationem à verbis Chriſti incipere, & in Invocatione Spiritus Sancti terminari, ſeù perfici. Momentanea eſt hæc admirabilis tranſubſtantiatio, fitque ſemel in ſacrificio Miſſæ, neque repetitur, aut à duabus, ut vocant, formis dependet, quarum altera ab altera in ritu Syriaco non parùm diſtat, mediis inter utramque prolixis & ad conſecrationem minimè pertinentibus orationibus. Siqui aliter ſenſerint, ut Barſalibæus, qui utrobique conſecrativam virtutem agnoſcit, rejiciendi ſunt tamquam Chriſto injurioſi, cujus verba, per quæ ipſum conſecraſſe ex Evangelica auctoritate fatentur, ſufficere tamen ad conſecrationem negant. Quare vanus mihi videtur, & valdè periculoſus Renaudotii labor, qui tom. 1. à pag. 238. & tom. 2. à pag. 83. excuſare conatur recentiores Græcos, Jacobitas, Coptos, & Neſtorianos, invocationem Spiritus Sancti peſſimè interpretantes: & diſplicet inprimis, quod eorum ſententiam probare videatur, qui conſummatam conſecrationem tunc intelligunt, quaſi ea à verbis Chriſti inchoata ſit, & per invocationem perfecta: nam aliud eſt, quod facta conſecratione poſſit Eccleſia Spiritum Sanctum invocare, ut deſcendat ſuper oblata eaque convertat in corpus & ſanguinem Chriſti, ſicut etiam in aliis ſacramentis poſtulare ſolet gratiam ſacramentalem, quam iis verbis obtineri certum eſt: quia nimirùm hæc omnia per anteceſſum intelligi debent, & quia etiam de rebus certis Deus rogari poteſt: aliud, quod conſecratio uſque ad illam invocationem non perficiatur. Primum verum

rum eſt, ut mox oſtendam. Alterum à viro catholico ſuſtineri non poteſt, quum ex Evangeliis conſtet, quibus verbis hoc ſacramentum confectum, & conficiendum ſit. Marcus Epheſius, quem Renaudotius tom. 2. pag. 83. excuſat, ſolo opuſculi ſui titulo, (*quod ſcilicet non ſolis verbis Dominicis Euchariſtia conſecratur*) condemnandus erat: etſi enim *qui id affirmat* (ut verbis Renaudotii utar,) *verba Chriſti neceſſaria eſſe non negat*; ea tamen ſola ſufficere negat: qui eſt error manifeſtus.

Quartum, licet per invocationem Spiritus Sancti conſecratio non fiat, ſed per verba Chriſti facta jam ſupponatur; eam tamen à Syris ſacroſanctam ſemper habitam fuiſſe, nec unquam velut inutilem rejectam. Ut id melius intelligatur, exponendus eſt genuinus Invocationis ſenſus. Duo ibi Sacerdos poſtulat: primum, ut Spiritus Sanctus adveniens & illabens, convertat panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti: alterum, ut perceptionem ejuſdem Sacramenti piam fructuoſamque efficiat. Ita habent Codices omnes antiquiores: ſic & Patres hunc locum interpretati ſunt, ut rectè obſervat Renaudotius tom. 1. à pag. 240. Neque audiendi ſunt, qui vim verbis liturgicis facientes ea de ſolo Sacramentorum effectu, non de conſecratione intelligi volunt, quaſi ſenſus ſit: *Faciat, ut panis hic, qui eſt corpus Chriſti, ſit in ſalutem ſumentibus illum. Et vinum hoc, quod eſt ſanguis Chriſti, proficiat participantibus ex eo.* Specioſa ſanè expoſitio, ſed non ad rem. Non hoc dicunt Patres, non Liturgiæ; ſed diſertè in his poſtulatur, ut panis fiat corpus Chriſti, & vinum convertatur in ſanguinem: neque movere nos debet auctoritas recentiorum exemplarium, in quibus vetus lectio immutata eſt, & nova prorsùs atque ab auctorum mente diverſa ſubſtituta.

Si igitur, inquies, conſecratio per verba Chriſti jam facta eſt, cur invocatio Spiritus Sancti ſubjungitur, in qua petitur, ut conſecratio fiat? & quomodo hæc non inutilis erit? Accipe egregiam expoſitionem, quam tradit Naironus in Evopl. pag. 159. ex Epiſcopo Oſtunenſi Scholiis in Conſtitutiones Apoſtolicas. *Apud has*, inquit, *Nationes* (hoc eſt, orientales) *præter verba Domini admixtæ etiam habentur orationes, quæ etſi non efficienter, & formaliter, uti loquuntur, ad conſecrationem concurrant, reſpiciuntur tamen ut una eademque actio, ſive ante, ſive poſt conſecrationem proferantur. Quod enim hoc loco* (ideſt, in Invocatione Spiritus Sancti,) *dicitur, ad ſuperiora verba reſpectum habet, & ad illa referri debet: ut enim, quæ ante conſecrationem dicuntur, ad oblationem corporis & ſanguinis Chriſti dirigenda ſunt, ſic quæ poſt conſecrationem myſticè precatur, & facit Sacerdos, ad unum peractæ conſecrationis tempus trahuntur. Sacerdos ante conſecrationem tenens manu Patenam, & Calicem, dicit, ſe offerre Hoſtiam immaculatam pro peccatis, & calicem ſalutis, quæ actio reſpondet oblationi corporis & ſanguinis faciendæ, tunc anticipatione quadam Sacerdotis mente atque propoſito conceptæ: ita poſt conſecratam Euchariſtiam invocatur Spiritus Sanctus illorum munerum ſanctificator, & peracti operis unàcum Patre & Filio effector, quæ invocatio non eſt ſeparanda à prima actione, qua Sacerdos verba Domini proferens, panem & vinum conſecravit, ſed ad eundem actum revocari debet, imò ad idem temporis momentum, quo illa admirabilis converſio facta eſt. Nam quum omnia ſimul, atque uno tempore fieri non poſſint, ordine ac temporis intervallo diſponuntur. Quæ verò ſermone & tempore dividuntur, cogitatione & intelligentia ſunt in unum conjungenda.* Hucuſque Oſtunenſis Epiſcopus apud Naironum. Neque mirum videri debet, quod Eccleſia poſt conſecrationem oret pro conſecratione: nam in aliis etiam Sacramentis, ut ſuprà indicavi, ſacramentalem gratiam poſtulare conſue-

vit, quam prolatâ formâ ſe impetraſſe pro certo habet. In Baptiſmo ante, & poſt prolata ea verba, *Ego te baptizo* &c. poſtulatur à Deo, ut baptizatis gratiam Spiritus Sancti concedat, quum tamen in dubium revocare nemo queat, quin effectus Baptiſmi per ea verba, *Ego te baptizo* &c. perfectè conferatur. Idem dicendum de Sacramento Confirmationis, & Ordinis, cujus omnes orationes ab initio uſque ad finem eò ſpectant, ut ordinato non modo ſanctitatem miniſterio convenientem Deus largiatur, ſed poteſtatem etiam auctoritatemque tribuat, quam per manuum impoſitionem & verba Sacramentalia eum jam conſequutum fuiſſe, haud ambigitur. Sic in aliis Sacramentis rogat Eccleſia, ut id fiat, quod prolatâ formâ factum fuiſſe extra controverſiam eſt. In Canone Latino ante conſecrationem poſtulat Eccleſia, ut fiat *corpus & ſanguis Chriſti*. In Liturgia Gallicana veteri, in Gothica, in Mozarabica, & aliis, poſt conſecrationem orat Sacerdos, *ut fiat Euchariſtia legitima in transformatione corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti* &c. ut obſervat Renaudotius tom. 2. p. 92. Et hoc ferè ſenſu Eccleſia Romana etiam poſt conſecrationem orat, & benedictiones format ſuper dona, petitque, *ea perferri in ſublime altare Dei*: hæc nimirùm omnia *humano more ſumenda ſunt, ſecundùm quem ſucceſſio, & temporis aliquod intervallum* (ut ait idem Renaudotius tom. 1. pag. 249.) *cogitatione ſaltem intercipi poteſt in tranſmutatione, quæ per miraculum facta, momento fieri intelligitur, ſed nonniſi ſucceſſivè verbis exprimitur*.

Denique, ſive erraverint quidam Syri circa invocationem Spiritus Sancti, ſive non; nullum tamen ex hac controverſia argumentum capere poſſunt hæretici recentiores contra veram ac realem corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam, quam omnes Orientales, ut ſuprà vidimus, admittunt.

Decimum quintum caput de commemorationibus vivorum & defunctorum. Cap. 15.

Sex autem ſunt: tres pro vivis, & tres pro defunctis: videlicet, 1. pro Paſtoribus, 2. pro Clero & populo. 3. pro Regibus. 4. Sanctorum. 5. Doctorum, & Synodorum. 6. pro fidelibus defunctis. De quibus hæc Barſalibæus: ܘܕܦܛܘܟܐ ܫܬܐ ܐܝܬܝܗܝܢ.
ܗܢܘܢ ܕܩܢܘܢܐ ܩܪܝܢ ܠܗܘܢ.
ܕܦܛܘܟܐ ܕܝܢ ܡܬܦܫܩܢ ܕܬܪܝܢ
ܦܢܩܝܬܗܘܢ ܐܘܟܝܬ ܕܬܪܝܢ ܦܢܘܩܘܗܝ
ܡܢ ܬܠܬܐ ܠܚܝܘܬܐ. ܘܬܠܬܐ
ܡܢ ܩܢܘܢܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܚܝܐ
ܘܬܠܬܐ ܐܚܪܢܐ ܕܡܝܬܐ.

*Diptycha ſunt ſex, quæ Syri Canones vocant, Græcè autem duplicem tabulam ſignificant: tres nimirùm Canones vivorum, & tres alii mortuorum.* Idem Barſalibæus monet, Canones hoſce omittendos non eſſe, niſi Diptycha eorum loco recitata ſint ante initium Liturgiæ, ut ſuprà adnotatum eſt: ܬܘܒ ܐܡܪܝܢܢ ܕܐܡܬܝ
ܕܣܦܪ ܚܝܐ ܠܐ ܡܬܩܪܐ: ܠܐ ܙܕܩ ܕܢܫܬܒܩ
ܡܕܡ ܡܢ ܕܦܛܘܟܐ ܐܘܟܝܬ ܩܢܘܢܐ.

*Item dicimus, quod quando liber vitæ non legitur, nihil debet omitti ex Diptychis, ſeù Canonibus*. Et infrà.
ܙܒܢܝܢ ܟܬܒܐ ܗܘ ܣܦܪ ܚܝܐ. ܘܐܦ
ܕܦܛܘܟܐ ܐܘܟܝܬ ܩܢܘܢܐ ܐܡܝܪ
ܕܒܙܒܢܐ ܕܐܪܙܐ ܡܬܐܡܪܝܢ ܒܝܬܝܪ ܘܐܪܙܐ.
ܘܗܕܐ ܡܢ ܡܛܠ ܡܡܗܝܢܘܬܐ
ܕܐܬܚܠܛܬ ܒܟܠܗ ܐܬܪܘܬܐ:

*Aliquando liber vitæ omittitur: & Diptycha, ſeu Canones tempore ſacramentorum* (hoc eſt, poſt conſecrationem) *ut plurimùm recitantur; quod ob incuriam accidit, quæ ubique locorum invaluit.*

De vivorum autem commemorationibus, duo ibidem notat. Primum ad-

adverſùs Armenos, quos pro vivis haudquaquam preces fundere affirmat. ܐܠܐ ܐܘܡܢ ܗܘ ܗܪܟܐ ܕܠܘܩܒܠ ܐܪܡܢܝܐ ܡܠܦܝܢܢ ܕܠܐ ܡܩܪܒܝܢ ܩܘܪܒܢܐ ܚܠܦ ܚܝܐ : *Sed ſtatuendum hìc eſt, quod adverſùs Armenos docuimus, qui oblationem pro vivis haudquaquam offerunt &c.* Sic Barſalibæus Armenos calumniatur, quorum Liturgia precibus pro vivis & defunctis plena eſt. Alterum de commemoratione Regum, quam ait à quibuſdam omitti in odium Græcorum Imperatorum. ܐܠܐ ܐܝܬ ܗܘܘ ܒܙܒܢ ܐܢܫܝܢ ܕܩܢܘܢܐ ܕܡܠܟܐ ܫܒܩܝܢ ܗܘܘ ܡܛܠ ܣܩܘܒܠܝܘܬܐ ܘܒܝܫܘܬܐ ܕܡܠܟܐ ܝܘܢܝܐ ܠܘܬ ܥܡܢ . ܘܠܗܠܝܢ ܐܡܪܝܢܢ ܕܐܦ ܐܝܬ ܡܠܟܐ ܚܢܦܐ ܘܐܚܪܢܐ ܐܝܟ ܟܠܩܕܘܢܝܐ ܕܠܢ ܣܩܘܒܠܝܢ ܐܠܐ ܐܝܬ ܡܠܟܐ ܡܗܝܡܢܐ ܘܕܐܪܡܢܝܐ : *Verùm fuerunt aliquando nonnulli, qui Canonem Regum omittebant ob contrarietatem & nequitiam Græcorum Imperatorum in gentem noſtram* (hoc eſt, in Jacobitas.) *Ad quos dicimus, quod licet ſint ethnici Reges, aliique, ut Chalcedonenſes, qui nobis contrarii ſunt; alii tamen ſunt fideles Reges, ut Armenorum &c.* pro quibus orandum contendit. Vide Renaudotium tom. 1. pag. 217. & tom. 2. pag. 101.

Sextum decimum caput de proclamatione Diaconi: de fractione Hoſtiæ: & de crucibus, quas ſuper eam Sacerdos format.

Proclamationem vocant Syri ܩܬܘܠܝܩܝ *Catholicam*, hoc eſt, ܩܬܘܠܝܩܐ *univerſalem*, quia nimirùm, teſte Barſalibæo, ܡܛܠ ܕܥܗܕܢܐ ܕܟܠ ܐܢܫ *omnium in ea mentio fit.*

Alio nomine dicitur ܒܪܘܕܝܩܝ *Brudiki*, ſeù ܟܪܘܙܘܬܐ *Coruzuto*, hoc eſt, *prædicatio*: nam prima vox ex latino ſermone derivata, per ſecundam explicatur. Ita habent nonnulli Codices, quales etiam fuere, quos expreſſit Romana editio miniſterii Diaconici: atque ita dubitatio Renaudotii tollitur, qui tom. 2. p. 110. de *Brodiki*, vel *Prodiki* ſcribit: *Ex qua lingua in Syriacam migraverit, difficilè dictu eſt.*

Quum Diaconus Catholicam proclamat, Sacerdos frangit Hoſtiam, inquiens: ܗܝܡܢܢ ܘܩܪܒܢ ܘܚܬܡܢ ܘܩܨܝܢ : *Credidimus & obtulimus* (non, *accedimus*, ut perperàm interpretatur Renaudotius tom. 2. pag. 108.) *obſignamus, & frangimus* &c. Nonnulli Syrorum hæc verba clara voce proferunt: alii ſubmiſsâ voce. Primos inſcitiæ, imo hæreſeos Barſalibæus arguit: ܘܡܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܩܬܘܠܝܩܝ ܩܥܐ : ܟܗܢܐ ܦܬܐܘܬܐ ܒܐܝܕܘܗܝ ܢܣܒ ܒܫܬܩܐ ܘܒܪܘܙܐ : ܘܠܐ ܐܝܟ ܐܢܫܝܢ ܣܟܠܐ ܘܫܛܝܐ ܕܒܙܒܢ ܐܠܦܘ ܠܟܗܢܐ ܕܒܩܠܐ ܪܡܐ ܩܕܡ ܕܢܫܪܐ ܡܫܡܫܢܐ ܩܬܘܠܝܩܝ ܢܩܥܐ : *Quumque Catholicam Diaconus intonat, Sacerdos Hoſtiam in manus ſuas cum ſilentio & ſecreto accipit; non autem inſtar quorundam inſipientium ac ſtultorum, qui aliquando docuerunt, Sacerdotem elata voce, antequam Diaconus Catholicam inchoaret, clamare de-*

*debere ac dicere*, Panem cœleſtem frangimus *&c. quos impugnavit Georgius Patriarcha*, *& Cyriacus*, *& Dionyſius Patriarcha*, *& reliqui Doctores*, *oſtendentes*, *Neſtorianam hæreſim in his verbis contineri*. Hujus erroris Maronitas reos facit Auctor Catechiſmi Jacobitarum, cujus ſuprà memini pag.67. احاكمكم على غلطة قوية كفرية وهي صلاة قصى القربان الذى يقولوا فيه ܚܬܡܝܢܢ ܘܩܨܝܢܢ وتمامها. ولرشمتهم القربان وختمهم له باسم الاب والابن والروح القدس. لانه في مذهب ساير النصارى الافرنج واليونان والارمن والموارنة والنساطرة كل شى يرتشم باسم الاب والابن والروح القدس وكذلك اليعاقبة والقبط والحبش موافقين للطوايف فى ذلك ان كل شى يرتشم باسم الاب والابن والروح القدس يكمل ويقوم بذاته ولا يعود يحتاج الى كمال. فرشمكم ايها الاخوة الموارنة القربان الذى لكم باسم الاب والابن والروح القدس وتصيّروه ابنًا كامل فهذه غلطة كبيرة وعليكم فيها تبكيت من انبا جاورجى بطرك الامم الذى ماتت البطاركة الذين على الكراسى وبقى هو وحده بالحياة وهو الذى نهاكم عن هذا الفعل ولم ترجعون.

*Arguam vos* (Maronitas auctor Jacobita alloquitur) *de graviſſimo & impio errore*, *qui à vobis in oratione fractionis Hoſtiæ admittitur*, *quum dicitis* Obſignamus & frangimus *&c.* *& cruce ſignatis Hoſtiam in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*. *Nam juxta fidem omnium Chriſtianorum Latinorum*, *Græcorum*, *Armenorum*, *Maronitarum*, *& Neſtorianorum*, *cuncta ſignantur in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*. *Similiter & Jacobitæ*, *Copti*, *Æthiopeſque aliis in hoc nationibus conſentiunt*, *quod quidquid in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti ſignatur*, *perficitur*, *in ſeipſo ſubſiſtit*, *nec ulteriori indiget perfectione*. *Maximum igitur errorem admittitis*, *fratres Maronitæ*, *qui hoſtiam quidem veſtram in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti obſignatis*, *eum tamen perfectum Filium dicitis*. *Qua de re vos acriter reprehendit pater Georgius Patriarcha gentium*, *qui mortuis cunctarum Sedium Patriarchis ſolus ipſe ſupervixit*. *Ipſe enim rem hujuſcemodi vobis interdixit*; *vos autem in errore veſtro permanſiſtis*. Nugæ meræ. Inprimis, *Georgius* ſeptuageſimus primus Jacobitarum Patriarcha, de quo Barſalibæus loc. ſuprà cit. & Dionyſius in Chronico, perperàm appellatur à fanatico Catechiſmi auctore بطرك الامم *Patriarcha gentium*, & confunditur cum Georgio Arabum Epiſcopo, de quo nos in priori tom. pag. 494. Deinde error Maronitis perperàm affingitur, quod dum hoſtiam frangunt, eam in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis obſignent: nam hoc idem faciunt & Jacobitæ, ut ex ordine Liturgiæ eorum apud Renaudotium tom. 2. pag. 38. apparet. Prætereà Georgius, Cyriacus, & Dionyſius Jacobitarum Patriarchæ eos quidem reprehendunt, qui elata voce orationem fractionis Hoſtiæ recitant, non eos, qui hoſtiam in nomine Trinitatis conſignant, ut clarè docet Barſalibæus loc. ſuprà cit. Demùm quod Barſalibæus ex eorundem Patriarcharum ſententia ſcribit, Neſtorianam hæreſim in ritu eorum latere, qui orationem Fractionis elata voce pronunciant, riſu, non confutatione dignum eſt: quaſi hæreſis eſſe queat in oratione, quæ clara voce recitatur, & ab eadem oratione abeſſe, ſi ſubmiſſa voce dicatur. Nimirùm quia Barſalibæus orationem illam ܗܝܡܢܢ ܘܩܪܒܢ *Credidimus & obtulimus* &c. abrogare volebat, eique has duas ܐܢܬ ܗܘ ܡܫܝܚܐ *Tu es Chriſtus*, &, ܗܟܢܐ ܫܪܝܪܐܝܬ *Ita verè* (quæ à Renaudotio tom. 2. pag. 22. publicatæ ſunt) ſubſtituere; ideò priorem quidem illam hæreſeos damnat; duas verò haſce, quæ hæreſim Monophyſiticam reverà continent, ſummoperè commendat, & expoſitione

etiam

etiam illuſtrat, cujus verba Renaudotius recitat in cit. tom. pag. 111.

De Crucibus, quæ ſuper corpus & ſanguinem fiunt, hæc idem Barſalibæus, [Syriac text]

*Cur Sacerdos corpus & ſanguinem cruce ſignat? Reſpondemus, ut ſanctificentur. Nam quidquid in Eccleſia ſanctificatur, per crucem ſanctificatur, perficitur, & conſummatur, ſive Chriſma ſit, ſive Baptiſma, ſeu corpus & ſanguis, aut altare, aut templum, aut Chirotoniæ, aut aliud quodlibet, ut ait Mar Severus Patriarcha œcumenicus in Cantico Crucis, cantu primo: Crux conſecrat regenerationem Baptiſmi, & conſummat perficitque rationale & incruentum ſacrificium: totum inſuper miniſterium, confectionem, & conſummationem Sacramentorum.* Quæ Severi & Barſalibæi verba non ita accipienda ſunt, quaſi per crucis ſignum Euchariſtia conſecretur, quæ antea conſecrationis expers eſſet; ſed quia crux ad conſecrationem quodammodo concurrit, nimirùm tamquam pars ceremonialis, non ſubſtantialis: item quia per crucis ſignum Chriſtus ipſe intelligitur, qui ſacramenta perficit, ut ſubjungit idem Barſalibæus: [Syriac text]

*Cur per crucem conſecratur ac perficitur, quidquid in Eccleſia conſecratur? Reſpondemus, quia Crux Chriſtum ipſum ſignificat, qui conſecrat & non conſecratur: nam licet alii ſint in Eccleſia typi, qui Chriſtum repræſentant, tamen per crucem tota œconomia impleta eſt.* Hinc argumentum ſumi poſſet ad excuſandum Barſalibæum, qui Euchariſtiam per Spiritus Sancti Invocationem conſecrari ſuprà docuerat: nam ſicut hoc loco aſſerit eam per ſignum Crucis conſecrari, quam tamen jam conſecratam fuiſſe certò ſupponit; ſic dici poteſt, eum de Invocatione loquutum fuiſſe, tamquam habente virtutem conſecrandi Euchariſtiam, quæ jam verbis Dominicis conſecrata fuerit: nimirùm hæc omnia ad unicam & momentaneam actionem mente ſunt referenda, licet verbis nonniſi ſucceſſivè explicari poſſint. Cæterùm quod idem Barſalibæus loc. cit. adverſùs Armenos ſcribit: [Syriac text]

*Confundantur ergo Armeni, qui Crucem baptizant. Si enim Crux Chriſtus eſt,*

*eſt, Chriſtus hic in quo baptizatur? Anne duos habemus Chriſtos, inſtar Neſtorianorum & Chalcedonenſium, ut unus Chriſtus alterum baptizet?* id, inquam, pura puta calumnia eſt, & adversùs Jacobitas ipſos nullo mutato apice retorquetur, qui Cruces & Chriſti imagines benedicunt, Euchariſtiam jam conſecratam cruce ſignant &c. *Si enim* (ut iiſdem ipſius verbis utar) *Crux Chriſtus eſt, Chriſtus hic in quo benedicitur? An duos habemus Chriſtos, quorum alter alterum benedicit?* Nimirùm Cruces, imagines, cæteraque hujuſmodi, quæ benedicuntur, ſecundùm mentem Barſalibæi non priùs Chriſtum repræſentant, quàm benedictionem fuerint adepta: Cruces verò, quæ ſuper Euchariſtiam jam conſecratam formantur, non ideo fiunt, ut benedictionem ei tribuant (eſt enim Chriſtus ipſe in Euchariſtia, benedictionum omnium fons,) ſed ut ejuſdem Chriſti paſſionem & crucifixionem ſignificent, ut idem Barſalibæus circa finem hujus capitis obſervat:

ܘܒܝܕ ܪܘܫܡܐ ܕܨܠܝ̈ܒܐ ܠܗܘ
ܕܐܬܩܪܒ ܒܒܣܪ ܥܠ ܩܝܣܐ:

*Per hoc autem, quod cruces formantur, ſignificatur, ipſum carne in ligno oblatum fuiſſe.*

Cap. 17. Decimum ſeptimum caput, de oratione dominica, quam hìc Barſalibæus exponit: & de elevatione Euchariſtiæ, de qua Renaudotius tom. 1. pag. 265. & tom. 2. pag. 214. qui tamen fallitur, dum ſcribit, *eam populi orationem* (quæ dicitur poſtquam Sacerdos ait, *Sancta Sanctis*, incipitque, *Unus Pater Sanctus*) *dici paulò antequam oſtendantur populo ſacra myſteria*: nam ſacra myſteria oſtendunrur populo quum dicitur, *Sancta Sanctis*: ea autem populi confeſſio oſtenſioni ſacramentorum ſubjungitur, ut Rituales Syrorum libri præſcribunt, & Barſalibæus ipſe hoc loco exponit.

Cap. 18. Decimum octavum caput, de communione.

Quærit hìc Barſalibæus, cur Sacerdos Euchariſtiam primùm ſumit, deinde aliis porrigit: & reſpondet ſic:

ܘܗܘ ܠܘܩܕܡ ܟܗܢܐ ܩܕܡܐܝܬ ܡܫܬܘܬܦ
ܒܐܪ̈ܙܐ ܐܝܟ ܕܐܦ ܡܪܢ ܩܕܡܐܝܬ
ܐܫܬܘܬܦ ܒܦܓܪܗ ܘܒܕܡܗ ܒܥܠܝܬܐ
ܘܒܬܪܟܢ ܝܗܒ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ:

*Sacerdos ſacramenta primùm ſumit, ſicut & Dominus noſter primùm corpus ſuum & ſanguinem in cœnaculo ſumpſit, deinde diſcipulis ſuis porrexit.*

Deinde celeberrimam illam controverſiam tangit, quæ Severum inter & Julianum Halicarnaſſæum circa incorruptibilitatem corporis Chriſti agitata fuerat. Julianus aſſerebat, corpus Chriſti uſquequaque incorruptibile fuiſſe: utpote qui phantaſticum ipſum eſſe, & à conſtitutione corporum noſtrorum diverſum credebat. Severus contra, illud quidem ante reſurrectionem corruptibile, hoc eſt, paſſionum & mortis capax cenſuit; poſt reſurrectionem verò incorruptibile & immortale. Eadem hìc Barſalibæus: ܬܘܒ
ܐܡܪܝܢ ܕܐܪ̈ܙܐ ܗܠܝܢ ܕܦܓܪܐ ܘܕܡܐ
ܘܡܦܠܓ ܟܗܢܐ ܘܡܘܗܒ ܠܡܗܝܡ̈ܢܐ
ܐܝܟ ܕܗܘ ܒܬܪ ܩܝܡܬܗ ܕܡܫܝܚܐ
ܡܬܦܠܓܝܢ ܠܗܘܢ ܗܟܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܠܐ
ܚܫܘܫܐ ܘܠܐ ܡܝܘܬܐ ܘܠܐ ܡܬܚܒܠܢܐ
ܘܠܐ ܐܝܟ ܕܗܘ ܩܕܡ ܩܝܡܬܗ:

*Item dicimus, quod ſacramenta hæc corporis & ſanguinis, quæ Sacerdos diſtribuit & fidelibus porrigit, ſic ab eo diſtribuuntur, ut erant poſt reſurrectionem Chriſti, nimirùm impaſſibilia, immortalia, & incorruptibilia; non autem ut ſe habebant ante ejus reſurrectionem.*

Undevigeſimum caput, de gratiarum actione. Cap. 19.

Poſtrema hæc eſt Liturgiæ pars, in qua monet Barſalibæus, cæteras quidem Miſſæ orationes ad Patrem re-

referri; omnium verò poſtremam ad Filium: ܨܠܘܬܐ ܟܠܗܝܢ ܕܩܘܪܒܐ ܠܘܬ ܐܒܐ ܡܬܟܘܢܢ ܣܛܪ ܡܢ ܨܠܘܬܐ ܗܝ ܐܚܪܝܬܐ ܕܟܠܗܝܢ ܨܠܘܬܐ ܕܡܬܟܢܫܐ ܠܘܬ ܒܪܐ ܕܡܘܕܐ ܒܗ ܟܗܢܐ ܠܒܪܐ ܡܛܠ ܕܒܐܝܕܗ ܗܘܐ ܠܢ ܩܘܪܒܐ ܠܘܬ ܐܒܐ:

*Cunctæ oblationis orationes ad Patrem diriguntur, præter hanc omnium orationum poſtremam, quæ ad Filium refertur, ubi Sacerdos gratias agit Filio, quod per ipſum nobis ad Patrem patuit acceſſus.*

Cap. 20. Vigeſimum & poſtremum caput, Epilogus, ſeù brevis in totam Liturgiam repetitio. Clauditur his verbis:

ܠܗܪܟܐ ܗܘܐ ܐܦ ܡܛܝܢ ܡܬܢܒܝܢ ܘܫܪ. ܫܐܠܬܟ ܫܠܡܬ ܡܬܕܚܠܢܐ ܐܘ ܐܚܘܢ ܚܣܝܐ ܕܡܬܩܪܐ ܡܪܝ ܐܝܓܢܛܝܘܣ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܩܘܕܫܐ ܐܘܪܫܠܡ ܕܡܬܬܪܓܡܐ ܚܙܘܐ ܫܠܡܐ. ܐܢܬ ܕܝܢ ܒܪܥܝܢܐ ܕܟܝܐ ܘܒܗܘܢܐ ܫܦܝܐ ܨܠܝ ܥܠܝ ܡܚܝܠܐ ܘܡܣܟܢܐ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܒܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ ܐܡܕ ܡܫܠܡ ܐܢܐ ܬܘܬܒܘܬܝ ܘܫܪ:

*Huc tandem devenimus &c. Rogatum tuum implevi, religioſiſſime frater Mar Ignati Metropolita ſanctæ urbis Hieruſalem, quæ viſio pacis interpretatur. Tu autem puro animo & munda mente preces funde pro me miſero ac humili Dionyſio, qui in urbe Meſopotamiæ Amida incolatum meum perficio &c.*

Auctores, qui in hoc opere citantur, ſunt hi. *Dionyſius Athenarum* in libro de Eccleſiaſt. Hierarch. *Clemens* lib. 8. Conſtit. *Ephræm* Syrus. *Joannes* Chryſoſtomus. *Jacobus* Sarugenſis. *Severus* in homil. de Triſagio. *Jacobus* Edeſſenus in epiſt. ad Thomam Presbyterum. *Georgius*, *Cyriacus*, & *Dionyſius* Patriarchæ Jacobitarum. *Moiſes Barcepha* Epiſcopus Moſul.

*Liber de providentia Dei adversùs Joannem Epiſcopum Mardæ.* Hujus meminit Gregorius Bar-hebræus in Chronico Syriaco, quod ab amiciſſimo Andrea Scandar unàcum pluribus aliis manuſcriptis Syriacis, Arabicis, & Græcis juſſu Sanctiſſimi Pontificis CLEMENTIS XI. in Oriente pro Vaticana Bibliotheca comparatum, poſtremis hiſce diebus opportunè, dum hæc ſcribebam, in Urbem à P. Simone Hanaſci Monacho Ord. S. Antonii poſt iterata, quæ adversùs peſtilentiam adhiberi ſolent, ſuffimenta, illatum fuit: unde mihi ad illuſtrandam Syrorum tùm Scriptorum, tùm Patriarcharum utriuſque gentis, Jacobitarum ſcilicet & Neſtorianorum, hiſtoriam uberrima ſeges: 12. De Divina Providentia adversùs Joannem Epiſcopũ Mardæ.

ܒܗܘܢܐ ܐܚܪܢܐ ܡܢܗ ܡܫܝܚ ܕܡܢܗܘܢ ܗܘ ܕܡܢ ܡܢܗ ܐܬܝܠܝܕܘܣ ܕܗܘ ܐܣܩܠܦܐ ܐܬܩܪܝ ܗܘܐ ܒܫܡܗ ܐܬܚܙܝ ܗܘܐ ܕܒܬܪܐ ܩܕܡܝܐ: ܗܘ ܡܢ ܡܬܠ ܐܢܫܘ ܐܬܝܠܕ ܠܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܘܡܪܕܐ ܐܝܟ ܕܐܬܐ ܢܣܒ ܘܠܐ ܡܩܒܠ ܒܩܘܪܒܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘܪܚܐ ܗܢܘܢ ܕܒܬܪܗ ܐܢܝܢ ܐܡܬܝܢ: ܘܡܢܝܢܐ ܕܡܠܘ ܡܢܗ ܡܫܬܡܠܝܐ ܒܙܒܢܐ ܕܐܬܘܣܦ ܡܫܝܚܐ ܒܗ ܡܬܚܙܝܐ ܗܘܬ. ܗܢܐ ܡܛܠ ܕܠܘ ܡܢ ܐܠܗܘܬܗ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܠܒܪܢܫܐ ܐܦܠܐ ܡܢ ܡܠܦܢܐ ܡܠܝܢܘ ܗܘܐ ܠܡܠܦܢܘܬܗ: ܐܣܬܒܪ ܠܗ ܘܠܗ ܡܢ ܐܠܗܐ ܡܬܚܙܝ ܡܬܘܬܐ ܠܐ ܠܒܢܝܢܫܐ. ܘܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܝܠܗ ܟܠܐ ܐܢܫ ܕܠܐ ܐܬܝܗܒ ܚܝܠܐ ܘܦܪܘܫܘܬܐ ܒܐܬܪܘܗܝ: ܠܐ ܢܫܟܚ ܗܘܐ ܐܢܫ. ܘܟܕ ܐܦ ܠܚܕܐ ܡܢܗܘܢ

ܐܝܟ

ܐܝܟ ܕܡܢ ܙܪܥܘܗܝ ܕܡܫܝܚܝܘܬܐ
ܡܢܝܢܐ ܘܟܬܒ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܝܟ
ܕܡܢ ܡܠܟܐ ܦܪܝܫܐ ܘܩܕܝܫ ܐܢܘܢ ܐܝܟ
ܣܢܐ ܕܒܥܠܢܘ. ܘܡܪܝܡܝܢ ܐܢܫ̈ܐ ܐܝܬܝܗܘܢ
ܘܢܦܫܗܘܢ ܘܡܬܘܪ ܐܬܒܙܙܘ: ܦܠܚܝ
ܗܘܘ ܡܢ ܟܠ ܐܢܫ ܘܫܪܝܐ ܠܡܫܬܘ
ܗܘܘ ܕܡܬܪܓܡܝܢ. ܘܐܦ ܩܕܡܝܐ ܒܪܢܫܐ
ܕܡܬܪܕܝܢ. ܘܒܗܘܢ ܕܘܡܝܐ ܗܘܐ
ܘܡܫܡܥܘܐ ܒܙܪܘ. ܟܠܗܘܢ ܟܕ
ܠܦܘܩܕܢܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܘܟܕ ܗܘܐ
ܕܡܘܬܢܐ ܕܐܬܐ ܠܘܬ ܕܒܗ
ܠܒܦܠܗ ܟܕ ܒܪ ܨܠܝܒܝ ܟܠܗܐ ܟܕ
ܟܠܗ ܘܢܫܐ ܗܘܐ. ܘܦܪܫ ܟܬܒܐ
ܘܡܟܬܒܢܐ ܕܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܬܬܪܡܝܢ.
ܒܐܬܘܬܐ ܕܝܢ ܕܡܢ ܡܕܘܢܝܬܐ
ܘܒܫܢܝܬܐ ܕܢܒܝܐ.

*Per id tempus Mar Joannes Epiſcopus Mardæ* (inquit Bar-hebræus in cit. Chronico fol. 298.) *qui à Mar Athanaſio Abulpharagio* Patriarcha *anno* Græcorum *milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſexto* (Chriſti 1125.) *ordinatus fuerat, ſanctiſque operibus clarus habebatur, ſuopte ingenio ſapientiam adeptus, ſummam ſibi gloriam apud reges & plebem comparabat. Acceſſit ad ejus nominis celebritatem, quod in liberandis à Zanghæi poteſtate captivis Edeſſenis egregiam operam navabat. Quamobrem cunctorum orthodoxorum* (Jacobitas hæreticos intelligit) *oculi in ipſum defixi erant. Hic quum à puero in ſcripturis minimè exercitatus fuiſſet, neque ex Doctorum ore ſapientiam hauſiſſet, exiſtimavit, flagella in homines non à Deo immitti: & palàm omnibus affirmabat futurum fuiſſe ut, ſi copiæ Francorum in urbe Edeſſa adfuiſſent, ea civitas à Zanghæo nunquam caperetur. Tomum inſuper ea de re conſcripſit, quem & phyſicis demonſtrationibus de ſuo corroborare volens, auctoritates quaſdam ex ſacris libris congeſſit, aſſicta iis juxta ſuam ſententiam interpretatione. Tùm Joannes Chiſumi, &* Joannes alter Mabugi Epiſcopus cognomento *Bar-Andreas, edito unuſquiſque libello, doctrinam Mardenſis impugnarunt. Sed & Presbyter Saliba Carigaræ, qui inter doctos ejus ſæculi haud infimus erat, librum etiam adversùs Mardenſem publicavit. Dionyſius denique Amidæ Epiſcopus, qui & Jacobus Bar-Salibi, tomum eadem de re conſcripſit, in quo inflicta à Deo flagella à noxis, quæ ob hominum incuriam accidunt, diſtinguit.* Hucuſque Barhebræus, qui in eodem Chronico Barſalibæum frequenter laudans, præcipua ejus geſta commemorat, quæ hic adjicere, quoniam ex typographorum feſtinatione loco ſuo referre non licuit, pretium operæ duco.

IV. Appendix ex Chronico Barhebræi, de ætate Dionyſii Barſalibæi.

Anno Chriſti 1154. ab Athanaſio Jacobitarum Patriarcha ordinatus eſt Bar-Salibæus Epiſcopus Marhas. Anno ſequenti poſt coactam ab eodem Patriarcha in cœnobio Barſumæ Synodum, Mabugenſi Epiſcopatu auctus fuit. Anno 1166. ad Epiſcopatum Amidenſem à Michaële Patriarcha Athanaſii ſucceſſore tranſlatus, obiit anno 1171. ſub eodem Michaële, cujus enthroniſmum eleganti oratione ornaverat, ut dixi p. 154. Audi Bar-hebræum fol. 300.

ܘܡܒܪܟ ܛܘܒܢܐ ܕܡܪܕܝܢ ܡܛܘܠ ܕܠܐ
ܝܕܥܘܢ ܡܟܝܠ ܕܗܘ ܒܪ ܨܠܝܒܝ
ܘܡܢ ܡܠܝܛܝܢܝ ܘܫܢܐ ܐܝܟ ܡܠܝܛܝ
ܡܫܡܫܢܐ ܘܒܬܪܐ ܩܫܝܫܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ.
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܢ ܡܝܟܐܝܠ ܐܩܝܡܗ ܠܐܡܝܕ
ܘܡܪܕܝܢ ܘܟܬܒ ܦܘܠܐ ܘܡܠܝܢܐ
ܠܡܦܩܘܣ ܠܗ ܒܟܬܒܐ ܐܠܐ ܦܘ ܡܢܗܘܢ
ܠܫܡܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܠܡܦܩܘܣ ܐܬܐ
ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܠܗ ܠܦܘܡ ܦܘܠܝܛܘܣ.
ܘܟܕ ܚܙܝܘܗܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܢܗܘ: ܘܠܗ
ܒܠܚܘܕ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܠܡܦܩܘܣ

ܠܡܪܕܝܢ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܠܐ ܒܟܠܗܘܢ
ܐܣܪܗ ܘܐܬܐܣܪ ܕܣܘܢܗܕܘܣ
ܘܫܪܝܘܗܝ ܟܠܗ ܘܢܩܫܐ ܕܡܪܕܝܢ ܘܐܟܣܗ.

*Joannes Mardenſis Jacobum rhetorem, qui & Bar-Salibæus Melitenenſis*, ad Patriarcham Athanaſium *detulit, conqueſtus Epiſcopi doctrinam à Diacono impugnari. At Patriarcha Mardenſem Epiſcopum plus juſto honorans, miſſis ad Jacobum literis hominem acriter reprehendens, interdicto etiam coërcuit. Jacobus verò librum ſuum coram Synodo protulit: quem quum Patriarcha legiſſet, laudavit ſummoperè, ejuſque auctorem Jacobum non modò ab interdicto abſolvit, verùm etiam Marbaſenſem Epiſcopum conſecravit, impoſito ei Dionyſii nomine: utque cum Mardenſi reconciliaretur, eundem in urbem Marden allegavit: quod & feliciter evenit.* Subjungit eodem folio 301. poſtquam coactæ in cœnobio Barſumæ menſe Januario anni Græcorum 1466. Chriſti 1155. Synodi mentionem fecit. ܘܟܕ ܫܠܡܬ ܘܡܫܡܫܢܐ
ܕܡܪܕܝܢ ܥܒܕܘ ܠܡܦܪܢܐ ܐܬܢܝܚܘ
ܐܦ ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܬܪܫܝ : ܥܒܕܘ
ܫܘܝܢܘܬܐ ܐܝܟܢܐ ܕܢܗܘܐ ܐܘܚܕܢܐ
ܥܡ ܐܚܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܡܕܢܚܝܐ ܘܡܥܪܒܝܐ . ܘܟܬܒ ܐܬܪܫܡ
ܠܘܬ ܬܚܘܡܐ ܡܘܨܠ ܠܗܘܢ ܘܡܦܪܝܢ
ܩܕܡܐ ܗܘܐ ܕܝܠܗ : ܘܦܛܪܝܪܟܐ
ܐܬܬܣܝܡ ܠܦܢܐ ܘܫܘܐܠܗܘܢ
ܘܟܬܒ ܒܝܕܗ ܐܦܣܩܦܐ
ܡܕܢܚܝܐ ܘܡܥܪܒܝܐ .

*Quumque optimates & Mardenſis Epiſcopus partes Maphriani adjuviſſent, & Moſulanam Diœceſim Tagritenſi adjunxiſſent, placuit in hac Synodo unionem hujuſmodi confirmare, ſubſcribente ſe Patriarcha cum Epiſcopis orientalibus & occidentalibus.*

*Bar-Andreæ quoque Tur-abdinenſem Eccleſiam adjecerunt, amoto ſeniore ejus loci Epiſcopo. Sed & Roabanum Joanni Chiſumenſi additum fuit, & Mabugum Bar-Salibæo Marbaſenſi conceſſum.* Et folio 303.

ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܡܠܟܝ ܗܘܐ ܐܢܫܝܢ
ܕܢܐܙܠ ܠܡܪܕܝܢ ܘܢܩܒܥܘܗܝ ܟܘܪܣܝܐ
ܚܠܦ ܐܡܕ . ܘܐܬܛܦܝܣ ܘܡܬܒܥܐ ܗܘܐ
ܕܢܫܟܚ ܙܒܢܐ ܕܒܗ ܬܬܢܝܚ ܩܠܝܠ
ܐܟܐܒܐ ܕܡܬܢܫܐ ܗܘܐ ܒܗ .
ܘܟܕ ܐܬܬܩܦ ܟܐܒܗ : ܐܪܓܫ ܗܘ
ܣܒܐ ܕܩܪܒ ܫܘܠܡܗ . ܘܫܕܪ ܐܝܬܝ
ܠܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܒܪ
ܨܠܝܒܝ ܘܡܢ ܡܠܝܛܝܢܝ ܗܘܐ
ܡܬܬܘܬܒ ܐܡܪ ܠܗ ܕܢܗܘܐ ܘܠܐ ܐܬܛܦܝ
ܐܠܐ ܒܪܟܗ ܘܛܝܒܘܬܐ ܩܒܠ ܘܫܪܝܗ .

*Quidam Patriarcham* Athanaſium *hortabantur, ut Marden pergeret, ibique ſedem loco Amidæ figeret: quorum conſiliis obtemperans, quærebat opportunitatem, dum à calculi morbo, quo graviſſimè affligebatur, parumper levaretur. Quumque morbus potiùs ingraveſceret, ſenſit ſenex exitum ſuum appropinquare. Dionyſium ergo Bar-Salibæum ex urbe Melitene, ubi peregrinabatur, arceſſens, ad Amidenſem eum Eccleſiam promovere voluit. At ille oblatam dignitatem recuſans, gratias plurimas Patriarchæ egit, benedictione ejus dumtaxat contentus.* Et fol. 304. poſtquam conſecrationem Michaëlis magni Patriarchæ feria 3. die 18. Octobris anni Græcorum 1478. in cœnobio Barſumæ peractam deſcripſit, hæc de Barſalibæi promotione ad Eccleſiam Amidenſem ſubjungit. ܘܐܬܬ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܐܡܕ ܘܡܢ ܚܕܬܐ
ܘܐܩܝܡ ܗܝܕܝܢ ܥܠܝܗ ܠܡܪܝ ܘܐܬܟܬܒ
ܘܫܕܪܗ ܠܡܪܕܝܢ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܠܘܬ
ܐܡܕ.

[illegible]

*Adiit Patriarcha cœnobium S. Ananiæ, ibique canones 29. condens, Marden pro Amidà in ſedem conſtituit. Dionyſium verò Barſalibæum compulit, ut Amidenſem Eccleſiam ſuſciperet, quam & per annos quinque laudabiliter rexit*. Denique ejus obitum fol. 307. refert. [illegible]

*Menſe Novembri anni* Græcorum 1483. (Chriſti 1171.) *obiit Mar Dionyſius Amidæ, qui & Jacobus Bar-Salibi, repoſitumque fuit ejus corpus in Eccleſia Deiparæ in eadem urbe Amida ad latus meridionale juxta ſepulcra Patriarcharum Bar-Abdon, & Bar-Suſan: & ob ejus mortem graviſſimus totam Eccleſiam mœror occupavit. Doctor fuit eloquentiſſimus, & ſidus ſui ſæculi. Collegit ſcripſitque exactos commentarios in cunctos utriuſque Teſtamenti libros, in opera Doctorum, & in Centurias Evagrii. Dialecticam illuſtravit, & alia plurima volumina edidit.*

Libenter igitur emendamus hoc novo ſubſidio adjuti, quod ſcripſimus ſuprà pag. 156. Barſalibæum ſcilicet anno Chriſti 1192. in vivis fuiſſe, nec ante annum 1207. obiiſſe. Nam æqualis quidem is fuit Michaeli majori Patriarchæ, cujus etiam ordinationi anno Chriſti 1166. peractæ interfuit: non tamen uſque ad obitum ejuſdem Michaëlis, quem anno 1199. contigiſſe Bar-hebræus narrat, ſupervixit. Quod verò *in libro ejuſdem Barſalibæi adversùs hæreſes cap.* 54. ordinatio Michaëlis junioris Patriarchæ ad annum 1207. conſignatur, id non Barſalibæus, qui anno 1171. obierat, ſed ejus continuator, à quo ſeries eorum Patriarcharum uſque ad annum 1600. producta eſt, adnotavit.

V. Catalogus operum Bar-Salibæi ex Codice Syr. ms.

Denique Operum omnium Barſalibæi Catalogus exſtat in Codice Syriaco 32. ejuſdem D. Andreæ Scandar fol. 180. [illegible]

ܐܘܪܟܬܐ ܦܘܫܩܐ ܦܫܝܛܐ . ܦܘܫܩܐ
ܪܘܚܢܝܐ . ܐܘܪܟܬܐ ܦܘܫܩܐ
ܢܒܝܘܬܐ . ܦܘܫܩܐ ܕܥܕܬܢܝܐ .
ܦܘܫܩܐ ܐܪܝܟܐ ܘܟܬܒܐ ܕܥܠܝܗܘܢ
ܘܡܢ ܐܣܛܐ ܐܬܐܬܐ ܟܬܒܐ ܕܥܠܝܗܘܢ
ܘܐܦܘܩܠܝܦܣܝܣ . ܐܓܪܬܐ ܘܕܪܫܐ
ܕܐܘܪܟܐ ܦܘܫܩܐ ܕܟܬܒܐ ܕܥܠܝܗܘܢ
ܕܝܢܐ ܡܚܕܐ : ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ
ܐܝܪܐ . ܘܐܬܘܢ ܐܢܐܦܘܪܐ .

*Libri Mar Dionyſii Bar-Salibi. Liber magnus expoſitionis literalis & ſpiritualis in Pentateuchum & Prophetas univerſim. Liber magnus expoſitionis in Novum Teſtamentum, & in Apocalypſim Joannis Apoſtoli. Libellus in Evagrii Centurias, expoſitio cum Textu. Commentarius in ſcripta Doctorum. Libellus epiſtolarum. Compendium hiſtoriarum Patrum, & Sanctorum, & Martyrum. Compendium Canonum Apoſtolicorum. Tractatus de Theologia, de Incarnatione, de arbore vitæ, de Angelis, de Dæmonibus, de Anima rationali, & de Sacerdotio. Tractatus de cœlo, de ſole, de luna, de ſtellis, deque cæteris ſecundùm ordinem ſex dierum creationis: de Paradiſo: de reſurrectione corporis humani, de Cruce, de Fide, aliiſque Sacramentalibus. De Sacramento Baptiſmi. De Liturgia: de Sacerdotalibus indumentis, de proceſſione per Eccleſiam. Tractatus Polemicus adversùs Arabes: adversùs Judæos: adversùs Neſtorianos: adversùs Chalcedonenſes: adversùs Armenos, eorumque conſuetudines, ubi & de hujuſce gentis origine & ritibus. Prolixa Bar-Suſan adversùs eoſdem Armenos Epiſtola in libris demonſtrationum exſtat: ſed & Tractatus Bar-Andreæ. Duæ denique Anaphoræ.* Excerpta ex Tract. adversùs Arabes exſtant in Cod. Syr. 28. fol. 68. In eod. Cod. fol. 121. habetur *brevis Pſalmorum expoſitio* auctore Bar-Salibæo, qui in Præfat. aſſerit, prolixiora ſe in eoſdem Pſalmos commentaria ſcripſiſſe.

# CAPUT XXXIII.

## *Joannes Epiſcopus Melitinæ, qui & Said Bar-Sabuni.*

I. Joannis Saiid Barſabuni dignitas & ætas.

JOANNES, qui & Said Bar-Sabuni, vixit ſub Athanaſio Abulpharagio Jacobitarum Patriarcha exeunte ſæculo undecimo, de quo hæc Gregorius Barhebræus in Chronico Syriaco Par. 2. fol. 293. ܘܒܫܢܬܐ ܐܬܐ ܠܡܠܝܛܝܢܝ
ܡܠܟܐ ܪܒܐ ܐܠܟܣܝܘܣ
ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܛܐ ܘܡܠܟܝܬܐ
ܘܡܫܡܠܝܐ . ܘܚܙܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܡܠܟܐ
ܕܢ ܐܬܢܣ ܫܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܘܫܘܬܐ ܡܘܬܪܐ ܕܥܠܘܗܝ ܫܘܬܐ
ܡܢܐ ܘܫܘܬܦܐ ܘܐܬܪܚܡ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܘܚܕܬܐ ܘܐܬܟܢܫ ܕܝܢܐ ܘܠܐ ܢܚܬܐ
ܘܐܬܢܝܚ ܡܠܟܐ . ܘܟܕ ܫܡܥܐ ܘܠܐ
ܠܡܠܝܛܝܢܝ : ܐܬܐܝܘ ܠܘܬܗ ܘܣܥܪܐ
ܟܠܗ ܥܡܗ ܐܘܡܢ ܡܠܟܘܬܐ
ܘܐܝܬܘܗܝ . ܘܡܢ ܗܘܐ ܕܝܢ ܠܘ ܕܢܐܠܐ
ܐܝܟܐ ܕܟܠܗܘܢ ܘܫܡܥܝܢ ܘܢܫܐ
ܡܡܠܟܢܘܬܐ ܒܫܡܐ : ܐܡܪܝܢ ܕܪܢܐ
ܘܢܩܠܝܢ ܡܢܗ ܠܡܠܟܘܬܐ ܐܬܐܡܪ
ܠܟܠܗܘܢ ܘܡܫܝܚܘܢ ܒܢܝܫܐ ܟܠ
ܘܫܡܥܘ ܘܩܒܠܘ ܒܗܘܢ ܠܡܠܟܐ
ܐܪܟܐ ܒܟܠܗܘܢ ܘܡܠܟܘ ܘܡܢܗ .
ܒܪܐܢܐ ܠܟܠܐ ܗܘ ܘܢܠܐ ܡܢ ܟܡܐ :
ܐܟܠܗ ܒܢܫܐ ܠܡܠܟܐ ܘܐܫܬܒܩ
ܒܝܘܡܐ . ܘܟܠܗ ܐܘܡܢ ܡܢܗܘܢ
ܐܬܠܟܘܢ

ܐܬܢܝܚ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܘܣܦܪܐ:

*Anno* Græcorum *milleſimo quadringenteſimo ſexto* ( Chriſti 1094. ) *menſe Octobri obiit Ignatius Metropolita Melitinæ & Scriptor: & arceſſiit Patriarcha Saidum Bar-Sabuni virum doctum & utriuſque linguæ, Græcæ ſcilicet & Syriacæ peritum, & ordinavit eum in Cancrata ditionis Amidenſis vico in cœnobio Eliæ prophetæ, & Joannes appellatus fuit. Accidit autem, ut quo Melitinen ingreſſus eſt die, mœnia urbis clauſa ſint, obſidente eam Calig Arſelan Iconii Sultano. Quumque Gabriel Melitinæ præfectus de ſancto Epiſcopo malum ſuſpicaretur, quaſi urbem Turcis prodere vellet, ira percitus, lanceâ caput ejus percuſſit, & mortuus eſt feria 6. die 4. Julii ejuſdem anni. Veritus autem populi tumultum impius Gabriel, corpus Epiſcopi in hortum clam tolli, & in quodam angulo abſcondi juſſit: & biduo poſt elatum fuit, & in majori Præcurſoris Eccleſia ſepultum.*

Addit Bar-hebræus, vaſtata à Turcis Melitina, ſeptennium Epiſcopo urbem caruiſſe: mox ab eodem Patriarcha Athanaſio in eam Eccleſiam Dionyſium quendam ex Gubenſi Epiſcopatu translatum; Saidi verò fratrem Abugalebum Edeſſenæ urbis Sedem obtinuiſſe, cujus mores deſcribit in hæc verba:

ܘܟܠܗܘܢ ܩܪܝܒܝܢ ܐܝܟ ܦܘܪܫܢܐ
ܡܢ ܦܘܠܚܢܐ ܠܐܘܪܚ ܠܐܚܘܗܝ ܠܐܚܪܢܐ
ܕܢ ܐܚܘܗܝ ܐܝܟ ܘܗܟܢ ܡܬܚܫܒ
ܘܡܬܟܫܦܝܢ. ܠܘܬܗܘܢ ܕܝܢ ܗܟܢ
ܐܝܟ ܠܡܬܚܫܒ ܗܘ ܕܢܦܩܐ ܕܡܪܝܐ
ܘܒܬܪܐ ܘܡܘܬܪܐ ܕܐܘܪܚܗܘܢ ܗܘܐ
ܡܕܝܢ ܘܫܘܪܝܢܐ: ܘܗܢܐ ܕܡܠܝܟ
ܚܢܢ ܘܟܠܗ ܕܕܐ ܗܘ ܕܡܫܐ
ܘܐܬܪܝܢ ܡܫܒܚܘܬܗ ܐܝܟ ܡܘܗܝ ܗܘܐ.
ܕܝܢ ܕܝܢ ܗܘܐ ܡܬܡܨܝܐ ܠܟܢܫܐ
ܟܠܗ ܦܠܓܘܬ ܡܫܝܚܐ ܡܫܦܪܝܢ

ܗܘܐ. ܗܕܝܢ ܣܡܟ ܠܐܒܘܓܐܠܒ
ܠܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܕܐܘܪܗܝ ܫܡܫܢܐ
ܒܫܘܡܠܝܐ ܕܐܘܪܚܝܢ ܡܫܡܫܢܐ
ܘܡܬܐܡܪܢܘܬܐ ܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܗܘܐ
ܕܒܪ ܐܚܘܗܝ ܣܥܝܕ ܘܡܬܟܫܦܢܐ.
ܐܦ ܠܐܒܘܓܐܠܒ ܐܚܘܗܝ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܠܐܘܪܚܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܒܫܢܬܗܘܢ ܗܘܐ
ܫܘܡܠܝܐ ܕܐܘܪܚܝܢ ܡܫܡܫܢܐ ܒܝܕ
ܘܫܟܢܐ ܒܢܝܐ ܕܝܠܗ ܟܠܗ
ܠܟܠܗܝܢ ܚܕܐ ܡܫܡܫܢܘ.

*Poſt hæc Metropolitam Edeſſæ Patriarcha ordinavit Abugalebum Bar-Sabuni, Saidi Melitinenſis interfecti fratrem. Ambo hi fratres Eccleſiaſtica & profana ſapientia celeberrimi habebantur, & linguæ utriuſque, Græcæ ac Syriacæ periti: utque multa uno verbo complectar, duo lumina ejus ſæculi in domo orthodoxorum* (hoc eſt, Jacobitarum) *erant. Verum tamen ſincera animi demiſſio, quæ virtutum omnium ſcaturigo eſt, ipſis deerat. Et Saidus quidem poſtquam Melitinenſis Epiſcopus ordinatus eſt & Joannes nuncupatus, quadrageſimo à ſua ordinatione die à Gabriele Melitinæ præfecto occiſus fuit. Abugalebus verò ejus frater, ad Epiſcopatum Edeſſenum evectus & Baſilius appellatus, nondum exactis quadraginta diebus, ortis ipſum inter & Patriarcham diſſidiis, Epiſcopatu dejectus eſt.*

Extant Syriaci Saidi cantus in Pontificali Jacobitarum, Cod. Ecchell. 4. fol. 226. hoc artificio diſpoſiti, ut initiales ſingulorum cantuum literæ auctoris nomen exprimant in II. Ejus cantus.
hæc verba ܚܘܣ ܡܪܝܐ ܥܠ ܣܥܝܕ ܚܛܝܐ ܕܟܬܒܗ.

*Parce Domine Saido peccatori, qui hoc ſcripſit.* Sunt autem morales, & in *Tonſura Monachorum* à Jacobitis recitantur.

CA-

# CAPUT XXXIV.

## *Theodorus, qui & Joannes Bar-Vehebun.*

I Theodorus Bar-Vehebun adversùs Michaëlem Magnum in Patriarcham eligitur.

THEODORUS Bar-Vehebun, Michaëlis magni Jacobitarum Patriarchæ diſcipulus, magnam ſuo nomini infamiam ex ſchiſmate adversùs præceptorem ſuum comparavit. Ejus adhuc monachi operâ uſus fuit Michaël anno Chriſti 1172. ut Theoriani quæſtionibus, qui à Manuele Comneno Imperatore ad Armenos & Jacobitas miſſus fuerat, reſponderet. Mox anno 1180. conſpiratione quorundam Epiſcoporum in eundem Michaëlem facta, ordinatus eſt Patriarcha, & *Joannes* appellatus. Rem narrat Gregorius Bar-hebræus in Chronico Syriaco fol. 309. [illegible]

[illegible]

*Anno* Græcorum ¹*milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo* (Chriſti 1180.) *Patriarcha* (Michaël) *ex urbe Antiochia in cœnobium venit, & fundamenta novi Templi in eodem cœnobio jecit. Tùm diaboli invidia excitatum eſt ſchiſma Theodori Bar-Vehebun, ejuſdem Patriarchæ diſcipuli & alumni, quem idem Patriarcha ex baptiſmo ſuſceperat. Nam quatuor Epiſcopi, quos Patriarcha ob varia crimina reprehenderat, Simeon ſcilicet Arzuni, Joſue Scriba Heſnæ-Zaidi, Abraham Amidæ, & quartus Sibabarchæ, Amidam profecti, prætori ejuſdem urbis Abulcaſemo Niſani filio pecuniam polliciti ſunt, ſi ipſis permitteret Patriarcham conſtituere, qui in ejus civitate ſederet, & aurum ipſi undequaque colligeret. Annuit illis, & libellum electionis pro Bar-Vehebun dedit. Tùm Abraham Amidæ ad Bar-Vehebun pergens, eum in urbem duxit. Per idem tempus mortuus eſt Abulcaſemus, qui*

*ipſis*

*ipſis libellum dederat. Ejus igitur filium adeuntes, prolato patris libello, facultatem obtinuerunt agendi quod vellent. At Presbyteri & monachi cum univerſo populo adversùs præfectum urbis reclamarunt, religionem ſuam deſtrui proteſtantes. Is verò ad populum, ſi Patriarcha veſter, inquit, huc ad nos veniet, hunc ex urbe ejiciemus. Epiſcopi autem Eccleſiam ingreſſi, clauſis oſtiis Bar-Vehebun in Patriarcham noctu ordinarunt.*

II. Depoſitus in Synodo: detruſus in cœnobium: fuga inde elapſus.

Pergit Bar-hebræus referre coactam à Michaële Patriarcha in cœnobio Barſumæ Synodum, in qua Theodorus depoſitus fuit, & in monaſterium detruſus: ex quo fuga elapſus, in Damaſcum urbem ſeceſſit.

[illegible]

[illegible]

ܘܡܦܪܝܢܐ ܟܡܐ ܗܘܐ ܠܗ ܩܫܝܐ ܒܪܘܚܗ
ܒܫܘܠܛܢܐ ܘܦܫܝܛܘܬܐ ܡܠܟܬܐ. ܡܫܡܫ
ܗܘܐ ܓܝܪ ܒܪܡ ܒܥܕܢܐ ܡܩܪܒܘܢܘܬܐ
ܘܦܠܚܘܡܘܣܬܐ ܘܟܕ ܗܘܐ ܠܗ
ܘܥܒܕܐ ܡܕܒܚܐ ܘܡܕܪܘܗܝ ܩܕܡ ܦܘܪܐ.

*Audiens Patriarcha quæ ab iis geſta ſunt, contriſtatus eſt valdè, & congregatis Epiſcopis, Amidam profectus, ejus urbis præfectum ſibi reconciliavit. Inde in cœnobium S. Ananiæ*
1 *digreſſus eſt. Maphrianus* [1] *quoque,*
2 *etſi propter Aſſanitas* [2] *à Patriarcha diſſideret, Theodoro tamen Bar-Vehebun haudquaquam conſenſit, ſed coactis Epiſcopis ſuis Patriarcham adiit. Illi verò* ( hoc eſt, Epiſcopi ſchiſmatici ) *quum univerſum Orientis populum ſibi contrarium viderent, relicta Moſul, in Daram urbem aufugerunt. At Maphrianus unàcum monachis & Epiſcopis eos inſequutus, vinculis conſtrictos inde deduxit. Coacta autem Synodo, quum hiſ ſe verbis excuſare conarentur, hunc nos, ajentes, haudquaquam conſtituimus, ut Eccleſiam te vivente regeret, ſed quia ex te cognovimus, Joſue cognomento labeonem, fratris tui filium, Sedis tuæ hæredem, inſtar ſecularis poteſtatis, quæ hæreditate poſſidetur, te velle inſtituere; propterea nos zelo ducti, eum elegimus ut poſt tuum obitum Patriarchali munere fungeretur; non tamen eorum excuſationes admiſſæ ſunt, ſed ipſi cum Bar-Vehebun vi abducti, ut cum Patriarcha & Maphriano in cœnobium Barſumæ traherentur. Illis autem abeuntibus, ſubduxit ſe Theodorus aliquantiſper, dum fugam meditatur. Tùm Maphrianus Patriarcham incuſavit, quod eum vinculis conſtringi haud permiſiſſet. Sed diligenti perquiſitione facta, hominem invenientes, comprehenſum in cœnobium abduxere, ubi congregato ingenti Epiſcoporum numero damnatus eſt. Ferunt, tempore Liturgiæ Theodorum proprio habitu ab illis exutum, veſtibus ſæcularibus indutum fuiſſe, impoſito capiti rubro tegumento. Statuentes autem eum ad latus Altaris, prius in faciem ejus expuebant, quàm Sacramenta perciperent. Et hunc quidem depoſitionis modum beatus Mar Michaël haudquaquam retulit; ſed nos ex multorum fide dignorum ſenum ore audivimus hæc ita, ut dixi, contigiſſe: quæ ſi vera ſunt, haud certè decent. Poſt hæc unuſquiſque Epiſcoporum ferens ſecum libellum damnationis Bar-Vehebun, in ſuam diœceſim reverſus eſt. Ille verò in cœnobio tamquam ſub cuſtodia, monachali tamen habitu donatus, remanſit. Patriarcha etiam Mardem repetiit. Tùm quidam cœnobitarum miſeratione Theodori Bar-Vehebun ducti, per cœnobii murum fune hominem noctu demiſere: qui Damaſcum fugiens, librum ibi Arabicè compoſuit: erat enim quatuor linguas Græcam, Syriacam, Armenicam, & Saracenicam apprimè doctus: & reverà parem ſibi in doctrina & eloquentia eo ſæculo neminem habuit, ſed practicam philoſophiæ partem, & præclara virtutum opera, quæ hominem ab errore tuentur, in eo deſideraveris.*

Damaſco Hieroſolymam profectus, ut idem Bar-hebræus refert fol. 310. III. Patriarcha in Cilicia proclamatus.

## NOTÆ.

1 *Maphrianus*. Dignitas apud Jacobitas Patriarchali inferior, metropolitica major. Primatem rectè vertas. Orienti præſidet, hoc eſt, Chaldææ & Aſſyriæ, nec non extremis Meſopotamiæ partibus, ſub Antiocheni Jacobitarum Patriarchæ poteſtate. De ejus juriſdictione apud eam ſectam, deque prima inſtitutione, ac Sede, latiùs Gregorius Bar-hebræus in Chronico Syriaco par. 3. ubi eorum ſeriem ad ſuam uſque ætatem (fuit enim & ipſe Maphrianus) perducit. Vide Renaudotium tom. 2. Lit. Orient. pag. 271. 489. 509.

2 *Aſſanitas*. Populi ditionis Tagritenſis, quos Michaël Patriarcha diſſentiente licet Joanne Maphriano eorum Præſule, communionis extorres fecerat ob famoſiſſimam quæſtionem, quæ ſub Georgio, Cyriaco & Dionyſio Patriarchis eam ſectam biſariam diviſerat circa hanc Liturgiæ Syriacæ voculam, *Panem cæleſtem frangimus*, cujus ſuprà memini pag. 203. Vide Bar-hebræum in Chronico Par. 2. & 3.

fol. 310. ſpem tamen amiſſi honoris haud abjecit. Quum enim de obitu Joannis Maphriani certior factus fuiſſet, concitato gradu in Meſopotamiam regreſſus, ſummam auri præfecto Mardæ & Moſul obtulit, ut Maphriani dignitatem ſibi concederet: quam quum obtinere nequiviſſet, in Caſtrum Romanum apud Armenorum Patriarcham ſe recepit, cujus ope, addita etiam Regis ejus gentis auctoritate, in Patriarcham per totam Ciliciam, frendente licet Michaële, proclamatus eſt: atque ita Jacobitis in ea Orientis parte præfuit uſque ad annum Græcorum 1503. Chriſti 1192. quo obiit.

IV. Ejus ſcripta.

Scripſit *Tractatum de Elucidatione Miſſæ Syriacæ*, cujus fragmentum citatur à Cl. Stephano Edenenſi in Vindiciis Maronitarum lib. 2. Apologia 6. ſect. 2. ubi de impari hoſtiarum numero eadem decernit, ac Bar-Salibæus, ut notavi ſuprà pag. 181.

Ejuſdem *Anaphora* exſtat in Cod. Syr. 32. qui ab Andrea Scandar hiſce diebus ad Bibliothecam Vaticanam ex Syria tranſmiſſus fuit. Titulus Anaphoræ: ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܡܟܢܫܐ ܡܢ ܐܒܗܬܐ ܩܕܝܫܐ ܕܟܢܫܗ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܗܘ ܒܪ ܘܗܒܘܢ: *Anaphora collecta ex ſanctis Patribus, quam collegit Mar Joannes Patriarcha, qui & Bar-Vehebun.* Initium fol. 129. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ ܘܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ: *Domine Deus fortis & incomprehenſibilis.* Eadem autem eſt ac illa, quam ſub nomine *Joannis magni Patriarchæ* publicavit Renaudotius tom. 2. Lit. Orient. pag. 409. ut collatione facta didici. Quare ſcrupulus eidem Renaudotio tollitur, qui tom. cit. pag. 420. ingenuè fatetur, ſe neſcire, quiſnam fuerit inter tot Jacobitarum Patriarchas *Joannis* nomine inſignitos, ejus Anaphoræ auctor: & ego quoque dubitationem libenter exuo, qui in ea Jacobiticæ hiſtoriæ caligine quum hoc mihi Syriacorum Codicum ſubſidium nondum adeſſet, ſcripſeram pag. 140. non conſtare, cuinam Joanni Patriarchæ ea Liturgia tribuenda ſit.

# CAPUT XXXVI.

## *Joannes Mardæ, Daræ, Haran, Chaboræ, & Niſibis Epiſcopus.*

I. Joannes Epiſcopus Mardæ, Daræ, Haran, Chaboræ, & Niſibis.

JOANNES anno Græcorum 1436. Chriſti 1125. ab Athanaſio Abulpharagio Jacobitarum Patriarcha ordinatus Mardæ [1], conjunctarumque ei Eccleſiæ urbium Daræ, Haran, Chaboræ & Niſibis Epiſcopus, obiit anno Græcorum 1476. Chriſti 1165. ut Barhebræus in laudato Chronico Syriaco fol. 298. 302. & 303. teſtatur.

II. Ejus geſta.

Ejus geſta fuſiùs narrantur in Codicibus Syriacis 28. & 32. ex quibuſdam annotationibus, quas ex Codice Evangeliorum à Joſue monacho cœnobii S. Abraham juſſu ejuſdem Joannis Mardenſis Epiſcopi exarato, collegit anonymus feria 5. die 19. Septembris, anno Græcorum 1871. Chriſti 1560. uti adnotatur in laudato Cod. Syr. 28. fol. 140. in hæc verba,

NOTA.

1 *Mardæ*. In Codicibus Liturgicis tres dumtaxat Eccleſiæ nominantur, quibus Joannes præfuiſſe dicitur, nimirùm, *Haran*, ſeù *Charræ*, *Chabora* & *Niſibis*. In Chronicis *Mardæ* nomen præponitur. Addunt alii *Daram*, *Caphartutam*, & alia quædam loca. Nimirùm Jacobitas totius illius Meſopotamiæ tractus à Marde uſque Haran, ex ævi ſequioris diſciplina, ut dixi pag. 127. Epiſcopus ille regebat.

ܒܫܢܬܐ

ܒܚܝܠܗ ܕܡܪܢ ܟܬܒܝܢ ܠܥܘܗܕܢܐ ܘܥܠܬܐ ܕܥܡܘܪܐ ܐܘܟܝܬ ܚܘܕܬܐ ܕܕܝܪܬܐ
ܕܐܦܪܟܝܐ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܕܡܪܕܐ.

## *Ope Domini noſtri ſcribimus memoriam, & cauſam habitationis, ſeù inſtaurationis cœnobiorum Diœceſeos Mar Joannis Metropolitæ Mardæ.*

Dixit Mar Joannes, qui inter juſtos requievit.

Quum miſer ego in habitu monachali montem Edeſſæ habitarem cum Patribus, qui me in ſpiritu genuerunt, & educarunt, inde profectus veni in Orientem, qui modò Joannes dicor, & ædem iſtam ſanctam ac celebrem vidi, quæ quondam invidiam concitare poterat, non jam ornatu vario, aut ſtructura aliqua artis humanæ & naturæ fluxæ, aut ſplendore auri & gemmarum pretioſarum, ſicut Scriptura narrat de Templo, quod Salomon ædificavit & exornavit, qui poſteà teſtatus eſt, omnia quæ ſub cœlo ſunt, eſſe vanitatem, & vanitatem vanitatum; ſed quia erat ædificium, quod firmatur & innovatur ſanctis moribus, qui per exequutionem divinorum mandatorum nos templa Deo efficiunt, & in eis commoratur & inhabitat, ſicut dixit vitæ noſtræ auctor Jeſus Chriſtus: qui diligit me & ſervat mandata mea, Pater meus diliget eum, & manſionem apud eum faciemus. Ad populum autem illum carnalem, qui gloriabatur in Templo, dixit per Prophetam: quare dicitis, Templum, Templum? Cœlum mihi, & terra, atque maria, pugillus eſt: quam domum ædificabitis mihi? Ego in opere manuum hominum non habito. Similia his templa fuere, poſtquam inſtaurata ſunt operâ Mar Ananiæ Epiſcopi, ſicut ſuprà præfati ſumus, quemadmodum dictum eſt, ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Et quænam ſunt hæc? Dicam. Do-

ctorum illuminatorum, & Interpretum fidiſſimorum, quibus Oriens & Occidens adjudicant fidem interpretationis & dogma orthodoxum, qui noſcuntur ſuo nomine, ſuntque Mar Moſes [1] Barcepha, & Mar Joannes

[illegible]

## NOTA.

1 *Moſes Bar-cepha*. Ex Bar-hebræi Chronico Syriaco Moſis Bar-Cephæ ætatem & geſta colligimus. Ait enim Par. 2. f.286. ubi de Dionyſio Patriarcha, qui Theodoſium Dionyſii Telmaharenſis tertium ſucceſſorem anno Græcorum 1208. Chriſti 897. excepit:

[illegible]

*Eo tempore florebat Severus Epiſcopus Beth-Raman, qui & Moſes Bar-Cepha, commentator ſacrorum librorum. Mortuus eſt autem hic Epiſcopus die 12. Februarii menſis, anno Græcorum 1214. (Chriſti 903.) & ſepultus in cœnobio Mar Sergii in Monte.* Et fol. 377. ubi de Athanaſio Primate Orientis, qui à Theodoſio Patriarcha ordinatus fuit. [illegible]

*Per idem tempus clarebat doctrina eccleſiaſticâ & prophana religioſiſſimus Moſes Barcepha Epiſcopus Beth-Raman, qui interpretatus eſt totum vetus & novum Teſtamentum, & libros Dialecticæ prolixis & admirabilibus commentariis, & alia plura opera publicavit.* Ejuſdem Vita, auctore anonymo, proſtat ad calcem Codicis Syriaci 32. in hæc verba:

[illegible]

*Pater ejus erat ex Chobail, pago ad Tigrim fluvium, qui hodie Maſciabad-Chobol dicitur: mater*

nes [1] Epiſcopus urbis Daræ. Ambo in hac æde habitarunt, & educati fuere, atque illuminati ſunt, & inter eos ſanctos, qui eo tempore ibi erant, commorabantur.

ܗܝܟܠܐ ܪܒܐ ܘܡܩܕܫܐ ܡܫܒܚܐ ܀
ܐܝܟܢܐ ܕܡܬܐܡܪ ܠܢ ܆ ܐܢܐ ܕܟܬܒܬ
ܐܚܝܢܐ ܘܕܪܫܝܢܐ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ . ܐܝܟܢܐ
ܐܝܟ ܕܫܡܥܬ ܕܗܘܐ ܗܘܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ

ܒܪܝܐ ܘܐܬܪܒܝܘ ܘܐܬܢܗܪܘ ܒܗ ܘܥܡ ܩܕܝܫܐ ܕܒܗ ܗܘܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܡܠܦܢܐ ܘܪܒܢܐ ܩܕܡ
ܟܠܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪܢܢ ܘܕܩܢܐ ܦܘܪܫܢܗܘܢ ܠܘܬܗܘܢ ܐܢܘܢ . ܘܡܢ ܐܠܗܘܬܗܘܢ ܘܟܠܗܝ ܀
ܐܡܪ ܐܢܐ ܆ ܘܡܠܦܢܐ ܡܕܡ ܡܡܠܠܢܐ ܢܗܝܪܐ ܘܢܗܝܪ ܘܡܕܒܪܢܐ ܘܡܕܒܪܢܐ
ܠܗܘܢ ܡܪܘܬܐ ܢܗܝܪܘܬܐ ܡܫܒܚܬܐ ܘܦܫܝܩܬܐ ܘܡܒܝܢܢܝܬܐ ܠܐܘܪܚܐ
ܘܡܢܗ

*mater verò ex Balad urbe. Natus autem & educatus fuit in eadem urbe Balad. Nomen patris ejus Simeon, & nomen matris Maria: & vocatus fuit Moſes Bar-Cepha: Moſes quidem de nomine patrui, qui erat doctor in Eccleſia magna Beth-Sciabak, magiſter David Beth-Raban; Bar-Cepha verò duplici ex cauſa dictus fuit: Primùm, ex nomine Simeonis Cephæ ejus patris: nam qui Græcè Petrus, Syriacè Cepha dicitur: deinde, quia obiit mater ejus, quum ipſe menſem decimum ageret, & Simeon pater ejus ducebat eum in Eccleſiam Deiparæ, quæ eſt in Balad urbe, & lactabat eum ex illa Icone, ſeù imagine ejuſdem Sanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ ex cepha, ſeù lapide adamantino erat. Educatus autem fuit puer Moſes ſecundùm Dei voluntatem, & ſcripturam doctus fuit à Raban Cyriaco archimandrita Mar Sergii in monte Sajo ad latus Balad urbis. Poſteà monaſticum habitum induit in eodem cœnobio Mar Sergii, & electus fuit in Epiſcopum Moſul & Beth-Raman, & Beth-Chiuniæ, & Mar Severi nomen aſſumpſit: Expoſuitque omnes libros Eccleſiæ, & vixit nonaginta circiter annos, rexitque Epiſcopatum annis quadraginta; Tagritenſium verò Viſitator fuit per annos decem. Sed quænam fuit cauſa, ut expoſitiones conſcriberet? Dicimus, quia rogarunt eum Ignatius Karontæ, & Cyriacus ejus præceptor, & Abibus ejus itidem magiſter, ut exponeret Pſalmos, & Paulum: & expoſuit Evangelium, & Pentateuchum, & librum Judicum, & librum Prophetarum, & Actus Apoſtolorum, & Apoſtolum: & duos Theologi* (Nazianzeni) *tomos: & fecit librum diſputationum adversùs hæreſes, & librum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Denique obiit & migravit ex hoc ſæculo anno Græcorum milleſimo ducenteſimo decimo quarto* (Chriſti 903.) *menſe Februario, die* 12., *Sabbato. Ut Deus eum in cœtibus Apoſtolorum ejuſdem ſociorum conſtituat, noſque adjuvet per ejus orationes Amen.* Hucuſque anonymus, ex quo Andreas Maſius vitam Bar-Cephæ concinnavit, ſed anno Græcorum 1224. pro anno 1214. & die 13. Februarii pro 12. ejuſdem menſis, perperàm ſubſtitutis. Quare tùm Bar-hebræi, tùm anonymi hujus auctoritate corrigendum, quod ex eodem Maſio de die & anno obitus Bar-Cephæ ſuprà tradidi pag. 127. & cauſa inſuper adjicienda, cur idem Bar-Cepha ܣܥܘܪܐ *Sauro*, hoc eſt, *Viſitator*, dictus fuerit: non quidem Moſul urbis, ut Maſius autumat, ſed Tagritenſium, quorum Eccleſiam proprio Epiſcopo viduatam, per decennium ipſe juſſu Patriarchæ Jacobitarum viſitavit rexitque, uti ſuprà narratur. Exſtant ejuſdem Bar-Cephæ in Cod. Syr. 31. quem nuper D. Andreas Scandar in Bibliothecam Vaticanam tranſmiſit ſequentia opera: videlicet: *Liber de Anima*, capitibus 40. *Commentarius de ſacro Chriſmate*, cap. 50. *De Baptiſmo*, cap. 24. & *de Aſcenſione Domini*, cap. 20.

1 *Joannes Daræ*. Vivebat anno Græcorum 1148. (*Chriſti 837.*) teſte Gregorio Barhebræo in Chronico Syriaco Par. 2. fol. 285. ubi poſtquam retulit obitum Abraham pſeudo-Patriarchæ, qui adversùs Dionyſium Telmaharenſem ſederat, hæc de eodem Dionyſio ſubjungit. ܘܗܘ ܕܝܢ ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܐܣܬܝܩ ܡܢ ܛܝܝܐ ܒܟܠ ܡܫܬܘܕܥܢܐ ܕܟܠ ܕܘܟ
ܫܟܝܚ ܠܐ ܡܫܬܟܚܢܐ . ܘܟܬܒ ܗܘ ܥܠ ܗܘ
ܡܢ ܘܕܝܢ ܡܣܬܥܪܢ ܐܝܟ ܕܟܬܒ ܠܝܘܚܢܢ ܕܕܪܐ
ܕܥܠ ܐܠܗܐ ܐܠܨܢܘܬܐ ܕܟܠ ܛܝܝܐ .
ܘܐܦ ܐܝܟ ܐܢܐ ܕܐܡܪ ܒܡܟܬܒܢܘܬܗ
ܕܥܠ ܚܕܐ ܐܠܟܣܢܕܪ ܐܡܪ ܗܘܐ .

*Per idem tempus multiplicatæ ſunt multiformes aſſlictiones Arabum in Chriſtianos omnium locorum per intolerabilia tributa. Qua de re ſcripſit Mar Dionyſius ad Joannem Daræ, cujus rogatu Chronicon ſuum exaraverat, hunc in modum. Haud opus eſt, ut prudentiam tuam certiorem faciam, quales me tribulationes premant &c.* Vixit autem Dionyſius in Patriarchatu, eodem Bar-hebræo teſte, ab anno Græcorum 1129. ad annum 1156. quo obiit die 22. Auguſti. Qua Bar-hebræi auctoritate tùm Dionyſii Patriarchæ, tùm Joannis Epiſcopi Darenſis ætas, quæ hactenus ignota fuerat, nunc primùm patuit. Ejuſdem Joannis Darenſis *lib. de Anima* laudatur in Cod. Syr. 31. ubi plura ex eo fragmenta tractatui Barcephæ ſubjunguntur.

ܘܡܬܡܪܟܝܢ ܡܢܗܘܢ ܡܫܘܚܬܐ ܒܪ ܩܛܘܦܐ ܘܡܢܗܘܢ ܐܝܣܐܕܘܪܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܕܪܐ
ܡܕܝܢܬܐ ܕܗܘ ܕܗܘܬ ܠܡܕܒܪܐ ܕܒܝܬܗ ܘܐܬܒܢܝܘ ܘܐܬܬܩܢܘ ܘܕܝܪܝܗ ܘܟܠܗܝܢ
ܩܕܝܫܬܐ ܕܒܢܝܢܐ ܗܘ ܗܘܝܐ ܡܬܚܕܫܝܢ ܗܘܘ.

Porrò iſta quorſum commemoravimus, niſi ut oſtendamus, ad quod profundum ex illa altitudine deſcenderit iſtud ſanctum habitaculum, ita ut pro iſtis Angelis terreſtribus habitatores Arabes, & juvenes, & fœminæ, & pueri, & puellæ illud impleverint. Et non modicus dolor cor meum angebat, Nec erat modus, ut expurgaretur locus iſtis abominationibus: quoniam in Oriente, hoc eſt in monte Terapeutarum, videlicet in Tur-Abdin, & in Diœceſi Mardæ ne unus quidem ſupererat monachus: neque quales eſſent monachi aut quomodo fierent notum erat. Ego autem infelix ſollicitus unàcum patribus meis ſanctis, qui me genuerunt & educarunt, cogitabam apud me talenta accipere, atque conari in ſilentio agere, & miſeram vitam meam in quiete & ſolitudine finire. Ex improviſo negotium præter voluntatem meam, quodque referre pudet, me oppreſſit, ut ego mihi nomen aſſumerem, quod ignominioſum eſt fortaſſe iis, quibus præſectus ſum, & talentum Petri Apoſtoli & Joannis ſuſciperem. Quamobrem afflictus ſum, & coactus hoc modo à fratribus, qui mecum erant, & qui noverant me, falſam de me opinionem habentibus, ſicut exitus rei oſtendit. Exiſtimabant enim aliquam utilitatem à me ſe percepturos; ſed contrarium accidit ſpei illorum. Quare dicendum eſt potiùs eos ad me deſcendiſſe, quàm aſcendiſſe. Sed iſta facta fuerint, ſicut facta ſunt, quaſi per voluntatem Dei. Et factus ſum videlicet de nomine hæres Mar Ananiæ illius celeberrimi ego infelix. Atque inde duplicata eſt triſtitia, & crevit mæror ſuper ædes & monaſteria, quæ fuerant deſtructa & vacua habitatoribus monachis. Hæc itaque erat oratio & petitio mei infelicis, ut viderem in ſan-

ܐܠܐ ܗܠܝܢ ܡܛܠ ܡܢܐ ܐܥܗܕܢ ܐܠܐ
ܕܢܚܘܐ ܕܡܢ ܪܘܡܐ ܕܐܝܟ ܐܝܟܢܐ
ܠܥܘܡܩܐ ܢܚܬ ܕܝܪܐ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ
ܚܠܦ ܐܝܠܝܢ ܕܐܪܥܢܝܐ ܗܠܝܢ ܡܠܐܟܐ
ܥܡܘܪܐ ܛܝܝܐ ܘܥܠܝܡܐ ܘܢܫܐ
ܘܛܠܝܐ ܘܛܠܝܬܐ ܡܠܝܘܗܝ ܗܘܘ : ܘܟܐܒܐ
ܘܠܐ ܙܥܘܪ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܠܒܝ : ܘܠܝܬ
ܗܘܐ ܐܬܪܐ ܕܢܬܕܟܐ ܗܘ ܡܢ
ܛܡܐܘܬܐ ܗܠܝܢ ܒܡܕܢܚܐ ܗܢܘ
ܕܝܢ ܒܛܘܪܐ ܕܬܐܪܦܘܛܐ ܒܛܘܪ ܥܒܕܝܢ
ܐܦܝܢ ܒܡܪܕܝܢ ܘܒܡܪܕܐ ܘܠܐ ܚܕ
ܕܝܪܝܐ ܐܝܬ ܗܘܐ : ܐܦܠܐ ܐܝܟܢܐ ܗܘܘ
ܕܝܪܝܐ ܝܕܝܥ . ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܝܠܝ ܒܨܝܪ
ܐܢܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܠܦܢܝ ܘܪܒܝܘܢܝ
ܚܫܒܬ ܕܐܩܒܠ ܒܘܫܡܐ ܘܐܫܬܘܩ
ܒܫܠܝܐ ܘܐܫܠܡ ܚܝܝ ܒܢܝܚܐ
ܘܒܝܚܝܕܝܘܬܐ ܕܠܐ ܫܒܩ ܡܢ ܓܠܐ ܕܝܢ ܘܦܪܨ
ܣܘܥܪܢܐ ܠܐ ܨܒܝܢܐ ܘܕܡܬܒܗܬ ܐܢܐ
ܕܐܡܪ ܕܐܢܐ ܠܝ ܐܫܡܐ ܫܡܐ ܗܘ
ܕܚܣܕܐ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܪܫܝܬ ܥܠܝܗܘܢ
ܘܐܬܦܩܕ ܠܝ ܡܘܗܒܬܐ ܕܦܛܪܘܣ
ܫܠܝܚܐ ܘܕܝܘܚܢܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ . ܘܡܛܠ
ܐܬܥܩܬ ܠܥܘܡܩܐ ܩܪܝܒ ܐܝܟ ܕܐܦ
ܡܢ ܐܚܐ ܕܥܡܝ ܘܡܝܕܥܝ ܗܘܘ ܠܝ
ܘܐܣܒܪܘ ܥܠܝ ܕܡܫܟܚܢܘܬܐ ܢܗܘܐ
ܐܝܟ ܕܡܫܟܚܢܘܬܐ ܟܠܗ ܗܘܝ ܡܢܝ.
ܕܒܪ ܕܝܢ ܐܣܒܪܘ ܘܡܬܚܙܝܢ ܒܗ
ܕܢܝܚܐ ܗܘܐ ܣܘܟܝܗܘܢ . ܘܗܢܝܢ ܗܟܢ
ܗܘܝ ܒܨܒܝܢܐ : ܐܝܟ ܕܐܠܗܐ
ܐܝܟ

ſancta æde quaſi viginti monachos, antequam migrarem. Complevit autem Deus petitionem meam gratiâ ſuâ: & facti ſunt in ea, vivente me, quaſi ſexaginta cœnobitæ: & inſtaurata ſunt alia monaſteria in hac Diœceſi: imò potiùs conſtructa ſunt iterùm, & decorè, quum ego infelix haberem voluntatem beneplacentem & deſiderantem dumtaxat, Deus autem ſecundùm æternam ſuam miſericordiam, per quem omnia naturâ ſunt, faceret ut eſſent iſta: monaſterium, ſcilicet, Mar-Ab, alterum Mar-Theodoti, (ſanctorum illuſtrium & celeberrimorum facientium virtutes & mirabilia) quod appellatur monaſterium Kelat, quod eſt ad Orientem Sur caſtri: & aliud cœnobium magnum & celebre ad latus Hur & Habar, in loco qui dicitur Beth-Tabitha, ſitumque eſt in valle Beth-Arca ad orientem Hur & Habar: atque in eo ſunt cœnobitæ ſancti, qui laboraverunt & ædificarunt murum, & templum, & ſanctuarium, & cellas. Præterea aliud monaſterium in valle Sciaaba ad occaſum Sciaabæ caſtelli in loco dicto Beth-Eſe, & conſtructum eſt ad titulum ſancti inclyti Georgii; monaſterium autem Beth-Tabithæ, quod ſuprà commemoravimus, conſtructum eſt nomini Dei Genitricis & Mar Domitii. Domus verò celebris Athanaſii Patriarchæ, cognomento Sandalenſis, eſt apud caſtellum, quod Collis Aromatum appellatur. Ubi verò Curdos animadvertimus ibi hyemare, diruta à nobis eſt, & conſtruximus ſuprà crepidinem, quæ eſt in medio domus, & fecimus cellas. Aliud inſuper cœnobium S. Danielis ſupra caſtrum Beriæ: aliud item monaſterium ſuper flumen Chobar, quod eſt Chabur ad latus pagorum duorum Taban, & Saimiæ, cum aliis cœnobiis, quæ ſunt ad latus Mardæ. Aliud item cœnobium Mar Bochri, ſeù S. Stephani, quod eſt ad latus Benebil, & Roſemil pagorum. Aliud itêm cœnobium Mar Barſumæ, quod ſolo fuerat æquatum, quodque

ſitum

ſitum eſt ad latus duorum pagorum Tel-Cobab, & Begadſcia: ut Deus pro multis miſerationibus ſuis per interceſſionem Sanctorum, quorum ſepulcra in eis ſunt, cuſtodiat ea & habitatores eorum, & regionem iſtam ſine perturbatione, ut nunquam vacua fiant cœnobitis ſanctis in illis habitantibus uſque in ſæculum. Cauſa autem, quæ me coëgit referre nomina monaſteriorum; hæc fuit, ne forte (quod Deus avertat) deſolentur aliquibus caſibus, & in oblivionem abeant, nec agnoſcatur à quonam conſtructa fuerint, & ad cujuſnam Sancti titulum, ſicut accidit huic ædi S. Mar Ananiæ, de qua nuſquam invenimus quando, vel quomodo, & à quo nuncupata fuerit, neque nomen Sancti, de cujus nomine noſceretur ante Ananiam Epiſcopum: ſicut ſunt plurima monaſteria, in quibus perierunt acta Sanctorum, quorum ad titulum conſtructa fuere: Ut exempli gratia Sancti celeberrimi Mar Behenam, qui hodie, ſicut tempore Apoſtolorum, facit mirabilia & virtutes omnibus illis, qui ad eum veniunt cum fide; & nulla tamen exſtat ejus hiſtoria, ſed oraculis tantùm traditio, quæ pro libito narrantis augetur vel minuitur. Commemoravimus autem hæc cœnobia, & initium conſtructionis eorum, & nomina Sanctorum, quorum ſuper ſepulcra ædificata ſunt, quum hoc juſtum ſit, ut uniuſcujuſque cœnobii peculiaris hiſtoria conſcribatur. Nunc autem dicimus, Domum hanc Mar Ananiæ non ab illo fuiſſe ædificatam, ſed inſtauratam dumtaxat, poſtquam ab habitatoribus deſerta eſt, ipſo Anania in Oriente commorante. Tunc enim habitare cœpit in cœnobio, quod ad latus Callinici ſitum eſt. Et ex illo loco vocavit eum Mar Cyriacus Patriarcha, eumque Epiſcopum Mardæ & Caphartutæ inſtituit anno *Græcorum* milleſimo centeſimo quarto, (*Chriſti* 793.) Quum autem veniſſet, & hanc domum vidiſſet, quæ cœnobium Natphæ dicitur monacho-

[illegible]

chorum ſolitariam vitam degentium, curam ejus ſuſcepit, ædeſque ornavit & inſtauravit, habitaveruntque in illa monachi, congregatio magna, viri excellentes, & dedit eis legem, & regulas optimas, cœnobiumque omnibus ornamentis eleganter exornavit. Vixit autem in illa annos ferè tres & viginti, atque ad Dominum migravit. Et factus eſt poſt eum Ignatius ejuſdem diſcipulus Epiſcopus Mardæ & Caphartutæ ab eodem Cyriaco Patriarcha. Florente autem concordia & charitate monachorum ſanctorum illius temporis, atque pace & rerum copia, monachi ornarunt templum & cellas elegantiſſimè: & collegerunt poſueruntque in eodem ſancto loco ſacros libros omnis generis, & congregarunt eos in Beth-gaza, hoc eſt, Theſauro cœnobii ad utilitatem omnium cujuſvis gradus. Poſtea autem ſive ex mutatione regnorum, ſive ex aliis caſibus, qui multis modis accidere ſolent incolis & regionibus, deſolatæ fuerunt urbes iſtæ celeberrimæ, Rheſina, Dara, Caphartuta, & Marde; ſimulque cœnobia vaſtata ſunt.

[Syriac text]

Vos

[Syriac catchword]

Vos ergo, monachi, videte, & concedite mundo pacem perpetuam probitate actuum veſtrorum; vel nolite eſſe cauſa deſolationis monaſteriorum per contumaciam & rebellionem malorum operum. Dicitur enim, quod ſecularium peccata tolerat Deus; peccata autem monachorum minimè. Rogo itaque vos ego infelix, ſatagite, ut & ſanctus iſte Codex cuſtodiatur in generationes & tempora ad utilitatem plurimorum. Satagenti autem, & legenti, atque ſcribenti, & quicumque in hoc monumentum inciderit, edico, ut nominatim oret pro eo, qui Codicem hunc donavit, in hæc verba. Chriſte Deus, qui vivifica & viva verba tua honoravit, ei nempè qui laboravit & ſcripſit & donavit, eſto propitius, & ſanctifica illum à delictis, quæ fecit, & à malis, quæ operatus eſt, in perpetuum Amen.

Hanc porrò annotationem deſcripſi ex Codice Evangeliorum, quem ſcripſit in uſum ſuum laudatus Mar Joannes Metropolita Mardæ: & hæc verba ſunt ex ore ejus, & ſecundùm ſcriptum ejus. Incidit autem in manus noſtras illud celebre Evangelium in pago regionis Maadan, qui dicitur cœnobium Mar Abel, poſtquam legitima emptione dictum Evangelium exactè ſcriptum venit in manus cujuſdam Patriarchæ ejus temporis, cujus tenorem ſcripturæ, nec non emptionis, quam invenimus in eodem Evangelio, ex ore emptoris infrà deſcribemus. Invenimus etiam in prædicto Codice ad marginem hanc narrationem ſic ſcriptam.

Vixit autem Mar Joannes illuſtris nomine annos ſeptuaginta ſeptem, & Epi-

1 Epiſcopatum geſſit annos triginta [1]
2 octo. Obiit [2] autem, & ad Chriſtum migravit anno Græcorum 1476. die 12. Julii, feria 2. hora quarta diei.

Et addit his alias narrationes, quas invenimus in prædicto Evangelio de eodem Mar Joanne hujus tenoris.

Idem Mar Joannes multos Codices procuravit, & plurimum laboravit, ut compingeret & adunaret codices diſperſos & truncatos diuturnitate temporis, & ſcripſit quatuor Evangelia parva auro & argento, quorum unum eſt hoc, quod in hoc ſacro cœnobio Mar Ananiæ proſtat. Contulit autem laborem & curam ad Eccleſiæ utilitatem, & ad procurandam ejuſdem ſuppellectilem, ut phialas, & calices, & thuribula, & cruces, & flabella, & arcas, & ſellas: quam diligentiam nemo alius habuit. Unum ejus diligentiæ ſpecimen fuit, quod Alexandriam pecuniam miſit, & emit per mercatores amicos ſuos duas phialas, & urceum ad conſecrationem chriſmatis, & calices tres metalli, quinque vaſa, quibus ſimile non fuit reperire, niſi in theſauris regum. Conſecravit autem chriſma per tredecim vices, & locupletavit omnes Chriſtianos omnium regionum. Vixit autem

## NOTÆ.

1 *Triginta octo*. Imò, *quadraginta*, ut infrà notatur, & Greg. Bar-hebræus in Chronico Syriaco teſtatur: nam ordinatus eſt anno Græcorum 1436. & obiit anno 1476.

2 *Obiit*. Eodem anno, Græcorum ſcilicet 1476. Chriſti 1165. Joannis obitum refert Greg. Bar-hebræus in Chronico Syr. Par. 2. fol. 303.

*Eodem anno* 1476. (inquit Bar-hebræus) *celeberrimus mar Joannes Mardæ quum ex cœnobio mar Ananiæ ad ſpecum Adrur Jabiam anachoretam viſitaturus aſcenderet, ex equo cecidit, & mortuus eſt; ejuſque, ac Maphriani* (Joannis ſcilicet qui eodem anno obierat) *cimelium, quod ad ipſum ex hæreditate devenerat, apud quoſdam impios depoſitum, ab iis impiè diſſipatum eſt*. Addit Bar-hebræus, poſt Joannis Mardenſis obitum, Patriarchas Jacobitas ex urbe Amida in Marden ſedem tranſtuliſſe.

autem ſeptuaginta ſeptem annis: Epiſcopatum geſſit annis quadraginta: in fine dierum ſuorum procuravit & poſſedit virtutem magnam. Congregavit fontes, [1] qui erant in montibus illuſtris mar Barſumæ, & expenſas fecit de ſuo, & ex proprio mar Barſumæ, & adduxit illas aquas intra cœnobium prædictum. Et ſimiliter introduxit aquas in cœnobium mar Ananiæ, & donavit tria molendina monaſteriis: medietatem molendini, quod eſt in Haſrai, Mar Ananiæ, & medietatem alteram illius, quod eſt ſub Harzam pago: & quartam partem ejus, ſancto mar Domitio, quod ſitum eſt in *faſtigio* montis Hur & Abar: & alteram quartam partem mar Georgio Sciaabæ: & aliud molendinum, quod ſitum eſt ſuper fontem Taban & Sahimiæ, donavit mar [2] Zoaræ, atque inſuper Eccleſiæ Taban & Sahimiæ, quæ eſt in Chaburo flumine. Quid plura? Nequit lingua narrare viri illius præclara opera, quoniam omnem dicendi copiam ſuperant, & omnes laudes [3] infrà ipſum ſunt: cujus diligentiæ tribuendæ ſunt diſpoſitiones in ejus Diœceſi exiſtentes, ſive fabricæ, ſive ſupellectiles diverſi generis, ſive rerum coordinationes: & ut paucis dicam, non ſurrexit ſimilis ei in populo noſtro (*Jacobitas intelligit*) certiſſimè. Prætereà molendinum Mar Ananiæ, quod in Goro ſitum eſt, & ſublatum fuerat à tem-

[illegible]

NOTÆ.

1 *Fontes*. Id factum refert Bar-hebræus in Chronico Syriaco Par. 2. fol. 302. ad annum Græcorum 1474. præfecto cœnobii Barſumæ Michaele, qui poſtmodùm ad Patriarchatum Jacobitarum evectus fuit.

2 *Zoaræ*. Templum Zoaræ martyri in urbe Amida jam ab anno Chriſti 503. extructum fuiſſe ex Zacharia Meletinenſi notavi tom. 1. pag. 425. & 558. Alterum hæreticum Zoaram anno Chriſti 530. Eccleſiam perturbaſſe, & unàcum Anthimo Conſtantinopolitano in Synodo ſub Menna damnatum, ex Actis ejuſdem Synodi & ex epiſtola monachorum ſecundæ Syriæ liquet. Quis autem is fuerit, & quale ejus inſtitutum, nunc primùm diſcimus ex Chronico Gregorii Bar-hebræi Par. 2. fol. 266. ubi eum ſub Juſtiniano Styliticam vitam egiſſe teſtatur in hæc verba.

[illegible]

*ſed & Sanctus mar Zoara ſtylites* (impius nempè Monophyſita) *poſtquam à Synoditis ex columna dejectus fuit, ductis ſecum decem diſcipulis, Conſtantinopolim profectus Imperatorem acerrimè reprehendebat &c.* Addit tabulam percuſſi ab eodem Zoara tumore faciei Imperatoris, & mox ſanati propter Theodoram Imperatricem, quæ pro mariti ſalute eum deprecata fuerat.

3 *Laudes*, Jacobita Jacobitam laudat, hæreticus hæreticum.

à temporibus antiquis, diligentia & honore, quem ei Chriſtus contulit, recuperavit ex dentibus leonis. Ut Deus, cum quo laboravit à mane vitæ ſuæ uſque in veſperam, collocet eum cum juſtis in regno ſuo cœleſti, eique tribuat fiduciam coram eo in die adventus ſui, & faciat eum audire vocem illam: ſerve bone intra in gaudium Domini tui: & veniam concedat Abrahamo peccatori per preces ejus. Amen. Et miſero Pharuco, qui aliquid ex ejus laudibus deſcripſit, concedat ut mereatur veniam per illius interceſſionem. Amen.

Ordinavit Presbyteros & Diaconos ſeptingentos. Item donavit duo molendina ſancto & virtutibus illuſtri mar Abæ martyri celebri. Oratio Beati patris noſtri mar Joannis adjuvet nos. Finis.

Præterea Codex alius addit his, quæ mutuati ſumus ex eodem prædicto Evangelio.

Migravit ab hoc ſæculo nequam & miſeriarum pleno, & abjit ad Dominum ſuum mar Joannes ſanctus Metropolita Mardæ, & Daræ, & Chaburæ, & Caphartutæ, & Tel-Beſmæ, anno Græcorum milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, die 12. Julii, in Neomenia menſis Romadan, hoc eſt, Jejunii Arabum, anno Hegiræ eorum quingenteſimo ſexto. Iſte autem homo ſanctus, juſtus, doctor, ſapiens, & illuminatus fuit in omni arte, & intelligens, & eruditus, & in eo perfecta ſunt omnia bona, & de eo adimpletum

tum eſt, quod dicit Dominus noſter: non ſurrexit in Eccleſia ſimilis ei, vir, in quo inventa ſunt omnia requiſita ſive animæ, ſive corporis: qui vivificavit religionem omnem quæ mortua fuerat, qui ædificavit monaſteria deſtructa à ducentis & trecentis annis, quorum nemo nomina noverat; Eccleſias magnas & pulchras lapide & calce quinque: primam in Doniſar, quæ dicitur nova, alteram in Telkobab, tertiam in Maskok, quartam in Sciaaba, & quintam in Tel-Beſme. Parvas autem viginti quatuor: videlicet, Koluk, & Achmedi, & Beth-Norkos, & Benebil, & Koſre infrà cœnobium mar Ananiæ, & cœnobii Eliæ, quod eſt in Lehepha, & Koſur, & collis Harzam, & Grangiæ Bad, & Abrahimiæ, & Omaræ, & Beth-Kataræ, & Begadſciæ, & Sendriæ, & Dadamiæ, & Bugdiſæ quæ proxima eſt Maskoko, & Beth-Kogiak, & Dimatiæ, & Helliæ, & Bacaræ, & Haraſphæ, & Kavimæ, & Gumiæ, & Giaaphariæ, quæ ſub Dara ſita eſt. Monaſteria nova, quæ ædificavit, Mar Daniel primum eſt, quod dicitur Agles, in monte Brejo; & mar Domitius in Hur & Abar; & mar Georgius in Sciaaba; & mar Barſuma apud Tel-Kobab; & mar Stephanus, qui & mar Bochres, propè Benebil & Roſmil; & mar Theodotus propè Sur caſtrum. Cœnobia autem quæ inſtauravit, in quibus nullus reperiebatur monachus: cœnobium mar Ananiæ, & mar Abæ propè Sur; & cœnobium mar Athanaſii Patriarchæ, quod erat cœnobium magnum; & cœnobium Samitiæ ad latus Tel-Beſmæ. Iſta ſunt quatuor cœnobia.

Qui legit, aut audit, aut deſcribit, oret pro eo laudatiſſimo, qui procuravit & invenit laudabiles artes & proprias ſibi fecit laudes & pro illo, qui laudibus eum celebravit, & deſcripſit laudabiles ejus mores: & pro illo miſero in frequentibus contritionibus fœdo, reo, corrupto, & fœtido, qui hæc encomia pro illo in laudandis illuſtri iterùm deſcripſit: ut orationes ejuſdem ſuſtentent præcipuum inter vexatos negotiatorem ſollicitudinum, tranſgreſſorem in ſuis moribus diſſolutis, Pharuchum peccatorum maximum, qui ſcripſit hæc in dimidio Septembris anni 1871. (*Chriſti* 1560.) in pago Dair-Havil in miniſterio Paſtoris Paſtorum mar Ignatii Patriarchæ temporis prædicti, qui eſt Nemet-Allah 1

Et hoc eſt exemplar venditionis prędicti Evangelii, cujus appellationem & proprietatem accepto pretio diſtraximus.

Ignatius 2 Xenajas, ſenex miſer. Quum curſu rotæ temporis murus cum cellis & porta altaris ſacri cœnobii mar Ananiæ anno Græcorum 1707. (*Chriſti* 1496.) per Tamarlangum corruiſſet, nos diſponente Dei gratia inſtauravimus portam altaris, & arcus, & muros, & cellas, & magnas expenſas fecimus quaſi quinquaginta millium & ampliùs; quædam à fidelibus accipientes, & quædam ex pretio ſupellectilium ejuſdem cœnobii quas vendidimus: remanſit autem nobis ſumma quindecim millium, quam fœnore accepimus, nec ſolvere potuimus poſt perſis

## NOTÆ.

1 *Nemet-Allah*. Hic eſt Nehemes Jacobitarum Patriarcha, de quo dixi in priori tom. pag. 536.

2 *Ignatius*. Eſt centeſimus duodecimus in ſerie Patriarcharum Jacobitarum, Xenaias ſeù peregrini filius, hoc eſt, Arabicè *Bar-Garib*, appellatus, quem ab anno Græcorum 1692. ad annum 1723. Patriarchatum geſſiſſe, refert continuator Chronici Bar-hebræi fol. 344. & 345.

captivitatem Tamarlangi: nam diſperſis in varias regiones hominibus creditores debitum à nobis exegere. Quamobrem coacti fuimus vendere duos hoſce Officii Sanctorum tomos, manu Raban Zebinæ exaratos, & Evangelium per anni circulum diſpoſitum, & tomum Sedrarum ſeptem millibus, pro benedicto caſtro cœnobii mar Abel in regione Maadan, atque ita debitum noſtrum ſolvimus. Firmata ſunt hæc noſtro chirographo per eum, qui humilitatem noſtram haud repulit. Nemini autem fas eſto, illud quacumque de cauſa infringere. Laus Deo, Amen, Amen.

ܡܛܘܠܗܢܐ ܗܟܝܠ ܐܠܝܨܝܢ ܦܢܩܝ̈ܬܐ ܕܩܕܝ̈ܫܐ
ܟܬܒܐ ܕܟܬܝܒܢ ܒܐܝܕܐ ܕܪܒܢ ܙܒܝܢܐ
ܘܗܘ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܕܒܪ ܒܟܘܪܟܐ ܘܠܐ
ܦܘܫ ܠܢ ܚܝܠܐ ܠܡܦܪܥ ܚܘܒܬܐ ܘܐܡܪܢ ܕܢܬܠ
ܐܢܘܢ ܒܫܒܥܐ ܐܠܦ̈ܝܢ ܙܘܙܝܢ ܠܒܝܬ
ܣܘܟܠܐ ܡܒܪܟܬܐ. ܐܝܟ ܕܢܗܘܐ
ܦܘܪܩܢܐ ܘܦܘܩܕܢܐ ܠܡܕܒܪܢܘܬܐ
ܘܦܪܥܢܢ ܚܘܒܬܐ ܘܐܬܚܬܡ ܒܟܬܒ ܐܝܕܐ
ܕܡܢ ܕܠܐ ܫܛܐ ܡܘܟܟܢ
ܘܠܐ ܫܠܝܛ ܠܐܢܫ ܠܡܫܪܐ

ܠܫܘܒܚܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܫܪܪ ܘܡܫܪܪ ܟܬܒ̈ܐ ܒܢܝܫܐ
ܡܫܒܚܐ ܗܟܢܐ ܟܠܗ ܐܘ ܐܠܗܐ ܕܢܦܩ ܒܡܫܝܚܐ ܘܠܐ ܢܚܣܪ. ܫܠܡ
ܠܐܢܫ ܡܫܠܡܐ ܒܫܠܡܐ ܕܝܠܗ. ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ.

Hucuſque anonymus, qui appoſitas ad calcem ejus Evangeliorum Codicis tàm Joannis Mardenſis Epiſcopi, quàm aliorum manu adnotationes diligenter deſcripſit, ex quibus liquet qua *is* ætate vixerit, & quantum ſtudii in exſtruendis inſtaurandiſque cœnobiis contulerit.

III. Ejus Anaphora.

Præter librum, cujus ſuprà ex Bar-hebræo memini pag. 208. ſcripſit Joannes *Anaphoram* de qua hæc clar. Edenenſis de catholicis Liturgiarum auctoribus cap. 2. num. 18. ubi de ſancto Joanne Chryſoſtomo.

وبوجد ايضا باسمه فى النسخات
القديمة السنافور الذى بدوه
ܐܠܗܐ ܗܘ ܪܒܐ ܘܡܫܒܚܐ.
وباسمه انطبع برومية سنة الف وخمسماية واربع
وتسعين ربانية. وفى بعض نسخات مكتوب انه
تولف من ايوانيس وهو يعقوب
اسقف حاران ونصيبين.

*Ejus etiam*, (hoc eſt, Chryſoſtomi) *nomine inſcribitur in antiquis exemplaribus Anaphora, quæ incipit*, Deus magne & æterne, *quæ ſub ejuſdem nomine impreſſa prodiit Romæ anno Domini* 1594. *At in aliis Codicibus dicitur hæc Anaphora compoſita à Joanne, qui & Jacobus Epiſcopus Haran & Niſibis*. Quod & Renaudotius animadvertit tom. 2. Liturg. Orient. pag. 254. & 260. qui tamen ibidem quis & qualis fuerit hic Joannes, ſe ignorare fatetur. Exſtat ms. ſub ejuſdem Joannis Epiſcopi Haran, Chaboræ, & Niſibis nomine in Cod. Syr. Vat. 33. pag. 21. & in Cod. Nitr. 3. fol. 269. Sub nomine verò Chryſoſtomi, in Codice Ecchell. 5. fol. 39. & Arabicè reddita in Codice Arab. Vatic. 59. pag. 22.

# CAPUT XXXVII.

## *Michaël Junior Patriarcha.*

I. Michaël junior Patriarcha Jacobitarum.

MICHAEL junior, qui & ܝܫܘܥ ܣܦܬܢܝܐ *Joſue Labeo*, ſenioris hujus nominis Jacobitarum Patriarchæ ex fratre nepos, ſæculo XIII. ineunte floruit, de quo Continuator Bar-Salibæi in ſerie eorum Patriarcharum numero 102.

ܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ ܕܗܘ ܝܫܘܥ ܒܪ
ܐܚܘܗܝ ܕܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ ܪܒܐ ܕܐܬܩܪܝ ܣܦܬܢܝܐ

[illegible]

*Mar Michaël, qui & Joſue, præfati Mar Michaëlis ex fratre nepos. Hunc Epiſcopi omnes cum Maphriano* (Gregorio ſcilicet Tagritenſium Primate, ejuſdem Joſue fratre) *in cœnobio Mar Barſumæ congregati, approbarunt menſe Julio, anno* Græcorum *milleſimo quingenteſimo decimo octavo*, Chriſti 1207. Nimirùm poſtquam ſexennio Patriarchatum invaſiſſet. Nam quum Michaël ſenior ejus patruus feria 2. die 7. Novembris anni Græcorum 1511. Chriſti 1199. obiiſſet, in ejus locum à Synodo Epiſcoporum electus fuit Saliba Archimandrita cœnobii Barſumæ & ordinatus die 16. Decembris ejuſdem anni, & *Athanaſius* appellatus. Aberat à Synodo Gregorius Maphrianus, qui ob factam ſe inconſulto ordinationem offenſus, Epiſcopis ſuæ ditionis in cœnobio S. Ananiæ apud Marden urbem collectis, anno ſequenti, ſexta, ut vocant, Confeſſorum feria, hoc eſt, biduo ante Dominicam in Albis, Joſue fratrem ſuum in Patriarcham elegit, impoſito ei Michaëlis nomine. Duravit hoc ſchiſma uſque ad annum Chriſti 1207. quo Athanaſius mortuus eſt. Tunc enim Epiſcopi cum Maphriano, ut ſuprà dixi, Michaëli conſenſere. Verùm tres ipſorum, Mennas ſcilicet Amidæ, Theodorus Edeſſæ, & Stephanus Caſtri Manſur, quod petitam ab eo pecuniam haud impetraſſent, indignati, aliud ſchiſma anno 1208. invexerunt, Joſue Scribam in Patriarcham ordinando, quem & Joannem appellarunt.

II. Ejus obitus.

Vixit autem Michaël uſque ad annum Græcorum 1526. Chriſti 1215. cujus obitum Bar-hebræus in Chronico Par.3. fol.317. in hæc verba deſcribit. : [illegible]

[illegible]

*Quumque circulum abſolviſſent* (Epiſcopi ſcilicet qui Joanni Patriarchæ parebant, bonumque ſenem per cunctas Syriæ & Meſopotamiæ urbes, ut pecuniam à ſuis ſubditis colligeret, Mahometanis Meſopotamiæ præfectis, qui ejus ordinationi annuerant, corrogandam, circumduxerant). *Quum, inquam, circulum abſolviſſent, Patriarcham Mar Joannem in cœnobium* Barſumæ *reducentes, ibi eum reliquerunt. At ille in Ciliciam iterùm aufugit, ut tranquillam vitam ageret. Quumque in monaſterio Gavicathæ aliquantiſper manſiſſet, occaſionem arripiens Joſue Labeo, præfectis Melitinæ ſubornatis, cœnobium* Barſumæ *repetiit. Hic quum ſederet, rumor ad eum perlatus eſt, Gregorium Maphrianum ſuum fratrem, qui ipſum in cœnobio adire volebat, poſt-*

quam

*quum in Caſtrum Haël regionis Sigaræ perveniſſet, morbo correptum obiiſſe, ejuſque cadaver in cœnobium Mar Matthæi delatum, ibi ſepultum fuiſſe anno Græcorum 1526. Quo nuncio valdè contriſtatus Mar Michaël, animum deſpondit: nam fratrem frater ſic adjuvabat, ut muri urbem corroborant: atque ita exactis ab obitu fratris quadraginta diebus mortuus eſt in cœnobio Mar Barſaumæ.* Idem Bar-hebræus fol. 316. de Michaëlis fratriſque moribus hæc adnotat.

ܣܢܝܢ ܛܒ ܕܝܢ ܠܝܫܘܥ ܗܘܘ ܒܢܝ̈
ܡܠܝܛܝܢܝ̈ܐ ܠܝܫܘܥ ܫܦܘܬܢܐ ܘܐܦܢ
ܒܪ ܡܕܝܢܬܗܘܢ ܗܘܐ : ܡܛܠ ܪܡܘܬܐ
ܘܥܠܘܒܘܬܐ ܠܐ ܡܡܫܚܬܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ
ܒܗ . ܘܠܘܠܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܠܝܢ ܡܘܡܐ
ܩܢܝܐ ܕܡܫܡܫܝܢ ܗܘܘ ܒܗ ܘܠܐܚܘܗܝ
ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ :
ܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܕܪܗܘܢ ܕܕܡܐ
ܠܗܘܢ ܒܡܠܦܢܘܬܐ ܘܒܢܟܦܘܬܐ
ܘܒܫܘܦܪܐ ܦܪܨܘܦܐ ܘܩܘܡܬܐ :

*Oderant autem valdè Joſue Labeonem Melitinenſes, quamvis eorum civis eſſet, propter ſuperbiam & immoderatam avaritiam, quæ ipſi inerant: quibus certè vitiis ſi ipſe & frater ejus Gregorius Orientis Maphrianus caruiſſent, neminem ejus ſæculi doctrinâ, caſtitate, vultuſque & ſtaturæ venuſtate parem habuiſſent.*

III. Ejuſdem Anaphora.

Anaphoram ejus laudat auctor Catalogi Liturgiarum Syriacarum apud Schultingium loc. ſæpe cit. num. 36. licet in conſignanda epocha de more hallucinetur. *Parvi Michaëlis*, inquit, *Patriarchæ Antiocheni* Anaphora *Chaldaicè compoſita in civitate Melacienſi* (Malatia, *ſeu* Melitina) *anno à nativitate Domini* 1163.

# CAPUT XXXVIII.

## *Joannes, qui & Joſue, Patriarcha.*

I. Joannes Puſillus in Patriarcham Jacobitarum eligitur.

JOANNES cognomento ܟܬܘܒܐ ܘܡܫܝܚܐ ܘܙܥܘܪܐ ܒܩܘܡܬܐ *Scriba, Anachoreta, & Puſillus ſtatura*, Joſue antea appellatus, poſt obitum Athanaſii cognomento ܩܪܝܚܐ *Calvi*, à tribus Epiſcopis anno Chriſti 1208. in Patriarcham electus fuit adversùs Michaëlem juniorem, ut ſuprà dixi pag. 231. Poſt ordinationem per annum integrum in monaſterio Baximatenſi, quod in Cilicia apud Mopſveſtiam ſitum eſt, ſpecie monachi delituit, donec archimandritæ cœnobii Gavicathæ opera literas à Rege Armenorum ad Ezzaddinum Cæſareæ in Cappadocia tyrannum obtinuit, ut Syrorum Jacobitarum Patriarcha proclamaretur. Menna itaque Epiſcopo Amidæ, Theodoro Edeſſæ, aliiſque ex Clero & populo deducentibus, Melitinam primùm, deinde Edeſſam cæteraſque Meſopotamiæ & Syriæ urbes, vicos, atque cœnobia perluſtravit, tùm viſitandæ Diœceſeos cauſa, tùm etiam ut pecuniam undique colligeret, quam Mahometanis earum regionum præfectis pollicitus fuerat. Mox in Ciliciam ad cœnobium Gavicathæ, quod ipſi à Rege Armenorum apud Mopſveſtiam traditum fuerat, reverſus, quum Michaël junior ejus æmulus anno Chriſti 1215. in monaſterio Barſumæ periiſſet, Cilicia relicta Meſopotamiam repetiit, ut Maphrianum loco Gregorii fratris Michaëlis, qui eodem anno obierat, ordinaret. Ordinavit autem Davidem Presbyterum & monachum Thomæ Presbyteri Chiſumenſis filium,

lium, Barſumæ Archimandritæ cognominis cœnobii diſcipulum, ut refert Bar-hebræus in Chronico f. 317. qui de diſſidiis Patriarcham inter & Simeonem quendam illius cœnobii olim Archimandritam hæc ſubjungit.

[illegible]

[illegible]

ܐܡܪ: ܠܐ ܫܡܥܝܢ ܠܗ: ܐܠܐ ܡܥܩܢܝܢ
ܠܗ ܠܡܐܡܪ: ܘܫܡܠܝܘ ܐܡܪ. ܟܠܐ
ܫܢܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܟܠܡܐ ܕܐܠܐ ܐܦܪܩܗ
ܦܠܚܘ ܡܫܡܫܢܘܬܗ. ܘܟܕ ܐܬܦܪܫܗ
ܦܠܚܘ ܐܚܬܐ ܠܚܩܠܐ ܕܫܘܩܢܗ ܘܡܥܒܕܐ
ܠܟܘܬܐ ܡܕܡ ܕܗܘ ܘܢܦܫ ܫܘܬܐ
ܠܫܢܬܐ ܘܡܫܒܐ ܘܫܡܠܝ ܐܡܫܪ ܗܘ
ܡܕܢܚܐ ܫܡܥܘܢ ܘܠܟܬܒ ܦܢܐ ܘܟܠܐ
ܡܢܝ ܦܘܪܫܢܐ. ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ
ܚܢܝ ܘܠܐ ܟܠܐ ܠܗ ܠܡܕܒܪܢܐ. ܘܟܕ
ܡܘܟܬܐ ܢܚܘܬ ܫܡܝ ܘܢܦܩܬ ܠܐܪܐ
ܕܐܟܣܛܐ ܦܬܚ ܗܘ ܫܡܥܘܢ ܟܠܐ
ܡܫܟܚܬܐ ܐܢܫ ܕܫܡܗ ܦܘܠܘܣ.
ܘܗܘ ܢܩܒ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܢܦܩ ܡܢ
ܠܥܡܪܐ: ܟܕ ܚܙܐ ܕܐܬܐ ܠܗ ܐܓܪܬܐ
ܟܬܒ ܐܟܣܘܪܝܘܣ: ܘܐܡܪ ܠܫܡܥܘܢ:
ܦܪܘܫ ܐܘܪܚܐ ܠܟܢܐ ܡܢ ܐܘܪܚܐ
ܟܪܣܛܐ ܕܚܘܡܪܐ ܡܕܪܟܐ ܘܪܕܐ:
ܘܐܪܟܢ ܐܝܟܘ ܠܡܫܝܚܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܢ
ܐܝܟܘ ܕܡܫܡܠܝܐ. ܘܗܘ ܡܫܒܚ ܢܫܪܐ
ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܒܡܫܪܟܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܡܫܝܚܘܢ ܠܡܠܟܘ ܒܪܡܫܗ ܘܡܦܣ
ܡܢܗܘܢ. ܘܒܬܪܟܢ ܗܦܟ: ܘܢܦܠܬ
ܕܫܠܗ ܘܡܦܪ ܟܠܐ ܠܡܫܪܝܐ ܦܠܚܘܗ.
ܘܐܬܠܝ ܐܡܪ ܕܐܡܪܐ ܠܟܘܡܪܐ:
ܘܐܬܐ ܥܠܗ ܠܡܘܡܐ ܕܚܢܝ
ܠܡܥܢܝܬ ܐܢܫܐ ܕܝܠܝ.

*Sed neque in eo cœnobio quietem invenit Patriarcha propter ejuſdem monaſterii præſidem Simeonem Tabakan ex regione Semaba virum contentioſum & audacem. Igitur relicto cœnobio, cellulam ſibi in monaſterio Modik regionis Claudiæ exſtruxit, ibique habitavit. At temerarius ille Simeon, quum annum præfecturæ ſuæ abſolviſſet, ejuſque loco Raban Michaël Cardus cœnobitis juxta morem monaſterii per circulum præfuiſſet, incunte hujus regiminis anno quum domeſticis famulis ut ligna è monte afferrent præcepiſſet, iis Simeon occurrens, nulla habita præcepti Archimandritæ ratione, eos agrum occatum miſit, opus neque conſuetum, neque proficuum. Hæc quum Raban Michaël audiſſet, Patriarchæ renunciavit, Simeonem accuſans. At Patriarcha ad Michaëlem reſcribens: Vos, inquit, audacem illum vobis præeſſe feciſtis. Verùm ubinam ſunt Raban Barſuma ſenex, & Raban Abulpharagius Chori præfectus? Et tu, Raban Michaël, quemnam putas eſſe fatuum illum Simeonem, ut vocem habeat in cœnobio? Quæ epiſtola quum in manus Simeonis incidiſſet & ab eo perlecta fuiſſet, blaſphemiæ is, ſcommatis, & deriſionis verba nomini Patriarchæ affixit: mox ad Patriarcham reddita eſt: qui eandem relegens, infremuit, ut mihi retulit Mar Dionyſius ſenex Claudiæ Epiſcopus. Tùm ego, inquit, monachus novitius eram, & mihi incumbebat Evangelium ad Patriarcham legere. Quumque ingreſſus fuiſſem, ut illud legerem, librumque infrà pectus tenerem, vidi Patriarcham defixis in eam Epiſtolam oculis, manibus tremere, totoque corpore agitari: puſillus enim ſtatura erat, & tenui gracilique corpore præ continuo jejunio. Poſtquam autem eam perlegiſſet, diſcipulò ſuo Raban Rubeli eandem tradidit, qui Simeoni comminari cœpit. At Patriarcha abnuit, hoc, inquiens ad Rubelem, opus tuas ſuperat vires, neque id tu exequi poteris. Quare in ædiculam ſecedens, ubi aſſiduè manere & ſcribere conſueverat, Epiſtolam excommunicationis & interdicti in Simeonem exaravit, eamque in cœnobium ad Raban Abulpharagium Eliſæi filium, Chori præfectum, qui totum Eccleſiaſticum officium per anni circulum memoriter recitabat, direxit, addito præcepto ſub pœna interdicti, niſi illam integrè & ne uno quidem jod omiſſo coram omnibus recitaret. Abulpharagius verò, qui Simeo-*

*meo-*

*meonis impudentiam verebatur, Epiſtolam recitare diſtulit, quoaduſque mitterent ad Patriarcham, ejuſque iram lenirent. At Simeon hæc audiens, Abulpharagium convenit, eumque audacter increpans, Cur, inquit, epiſtolam* Gandaphuli *non recitas? Ita enim Mar Joannem Patriarcham fautores Labeonis* (Michaëlis junioris) *vocitabant, nummum ſcilicet adulterinum. Cui Abulpharagius: nequaquam eam legimus, ſed eum tibi placatum reddere volumus. At Simeon: Omnis, inquit, excommunicatio, quæ in ea continetur, in te erit, niſi eam integrè recites. Tùm convocatis univerſis fratribus in feſto Aſſumptionis Dei genitricis Mariæ, epiſtolam Præfectus Chori recitavit: utque eam abſolvit, ſtatim temerarius ille Simeon ſacerdotalibus ſeſe veſtibus induens, Liturgiam celebravit, quam à pluribus annis neque celebraverat, neque ad Altare acceſſerat. Verùm paucis poſt diebus antequam Feſtum ſanctæ Crucis adveniſſet, Simeon in quendam famulum, Phurtag nomine, indignatus eſt: qui baculum ſuum arripiens, è cœnobio receſſit, patrium pagum cogitans. Id quum Simeoni nunciatum fuiſſet, hominem is feſtinè inſequutus, extra portam ſeptentrionalem cœnobii in medio ſcalæ comprehendit, & baculum de manu famuli auferre ſatagebat. Ille verò converſa baculi cuſpide, quæ ex ferro erat, Simeonem in medio ventre percuſſit, qui diffluentibus ſtatim viſceribus eodem loco interiit. Eo caſu cunctos Cœnobitas Patriarchæ timor invaſit, qui eum adeuntes, in cœnobium perhonorificè reduxerunt: manſitque ibi, donec obiit anno Græcorum milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo,* Chriſti 1220.

II. Legatos mittit ad Joannem Coptorum Patriarcham.

Idem Joannes Patriarcha legatos miſit ad cognominem Coptorum Patriarcham, ut refertur in Cod. Nitr. 2. fol. 5. ad annum Græcorum 1522. Chriſti 1211. in hæc verba: [illegible]

[illegible]

[illegible]

*Ad honorem, & gloriam, & exaltationem ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis, & ad pacem & ædificationem ſanctæ Dei Eccleſiæ, poſſedit hunc ſacrum quatuor Evangeliorum Codicem Lazarus monachus ac Presbyter ex regione Tur-Abdin de pago, quem Beth-Manaìm appellant: & inſtauratum compactumque, auro etiam & argento oblivit exornavitque, & loculum ipſi fecit, in quo reponeretur, & dono ipſum dedit ſanctæ Eccleſiæ cœnobii Deiparæ, quod in ſacro Scetenſi deſerto ſitum eſt, & monaſterium Syrorum appellatur, pro anima ſua, & in piam memoriam parentum ſuorum defunctorum, & fratrum carnalium, & pro omnibus, qui in eo partem habuere, nimirùm ſapiente & à Deo cuſtodito Abu-Sciocr cum filio ſuo. Per tremendum autem Dei verbum definivit Pater noſter Mar Joannes Damaſci* (Epiſcopus) *qui unàcum ſancto Archimandrita Raban Mar Abraham Baximatenſi, & Raban Cyriaco ſororis meæ filio huc advenit, legatione Mar JOANNIS Antiocheni Patriarchæ ad Mar Joannem Patriarcham Alexandrinum perfunctus, nemini per Deum fas eſſe, ipſum ex prædicto monaſterio quoquo modo extrahere. Qui ſecus auſus fuerit, & Dominicum hoc præceptum violaverit, anathematizatus eſto, & à Deo univerſaque ſancta Eccleſia ejectus. Acta ſunt hæc & perfecta anno Græcorum milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo, die octava menſis Tamuz*, hoc eſt, Julii, anni Chriſti 1211. quo Joannes ſeptuageſimus quartus Coptorum Patriarcha, cognomento Abul-Maged, filius Abi-Galeb Alexandrinam regebat Eccleſiam, quem ab anno Martyrum 905. ad annum 932. hoc eſt, ab anno Chriſti 1189. ad annum 1216. vixiſſe liquet ex hiſtoria Alexandrina.

III. Renaudotius Eccleſiaſticæ Syrorum Hiſtoriæ ignarus.

Hæc non viderat Renaudotius, quum in Notis ad Liturgiam hujus Joannis Patriarchæ tom. 2. pag. 489. tenebras potiùs, quàm lucem Reipublicæ literariæ obducit his verbis: *De illo Joanne præter titulum, qui ejus Liturgiæ præfixus eſt, nihil ſcimus: nam quod obſervavimus alibi, obſcuriſſima eſt, vel potiùs nulla Antiochenorum Jacobitarum hiſtoria. Nullius enim autoris, qui eam deſcripſerit, memoria eſt, neque ſaltem indiculus Patriarcharum, qui Eccleſiæ illi præfuerunt, ſupereſt.* Quod à veritate quàm longè diſtet, Codices Vaticani convincunt, ex quibus ſeriem ætatemque eorum Patriarcharum collegimus: ſed & Colbertini, & Regii Pariſienſes, & Medicei, quos ipſe Renaudotius evolverat, apertè declarant, ipſum vel non legiſſe quod continebant, vel non intellexiſſe: nam præter Syriacum Barhebræi Chronicon, in quo Eccleſiaſtica Jacobitarum Hiſtoria illuſtratur, Barſalibæi opus adversùs hæreſes ibi exhibetur, cujus quinquageſimum quartum caput nil aliud complectitur quàm ſeriem eorum Patriarcharum à S. Petro Apoſtolorum Principe ad annum uſque Chriſti 1167. ut ſæpè notavi. Nimirùm ſolemne eſt Renaudotio, quod ipſe minimè legit aut notavit, id nullibi locorum exſtare & ex omnium memoria excidiſſe, præfidenter affirmare.

IV. Joannis Puſilli Anaphora.

Exſtat ſub ejus nomine *Liturgia*, quam idem Renaudotius publicavit, tom. cit. pag. 474. Initium: *Deus Pater, Dominus omnium, tranquillitas* &c. ubi cognomentum Joannis, quod initio hujus capitis ex Syriaco fonte expreſſi, perperàm interpretatur ſic: *Liturgia S. Joannis Patriarchæ, qui Scriba & Acœmetus dictus eſt*: & pag. 489. hanc notationem adjungit. *Akoumio* ܐܩܘܡܝܐ: *vox Syriaca non eſt: neque ad Græcam ullam propiùs accedit, quàm ad ἀκοίμητος, qua voce ſignificabantur monachi illorum monaſteriorum, in quibus perpetua erat chororum ſibi ſuccedentium pſalmodia.... Quum verò multa olim fuerint ſimilis inſtituti monaſteria, ab uno aliquo ita denominatum fuiſſe Joannem illum veriſimile eſt.*

At in Liturgiæ titulo non ܐܩܘܡܛܐ *Acœmeta*, ſed ܙܥܘܪܐ ܒܩܘܡܬܐ ſeù ut Bar-hebræus habet ܙܥܘܪ ܩܘܡܬܐ *puſillus ſtatura* legitur.

# CAPUT XXXIV.

## *Jacobus Epiſcopus Tagritenſis.*

I. Jacobus Bartelenſis Epiſcopus Tagrit, ſeù Martyropolis.

JACOBUS ex Bartela Ninivenſis provinciæ caſtro, patre Eſau ortus, ex monacho ſancti Matthæi, quod cœnobium apud Niniven ſitum eſt, ad Maipheractenſem ſeù Tagritenſem Epiſcopatum evectus, floruit circa annum Chriſti 1230.

II. Ejus opus Theologicum, quod liber Theſaurorum inſcribitur.

Scripſit *Librum Theſaurorum* in quatuor partes diviſum, qui exſtat in Cod. Berœen. 1. hoc titulo prænotatus: ܟܬܒܐ ܕܣܝ̈ܡܬܐ ܠܝܥܩܘܒ ܕܐܡܝܢܐ ܡܢ ܕܝܪܝܐ : ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܡܬܝ : ܒܪܛܠܝܐ ܕܝܢ ܒܫܪܒܬܐ ܐܝܟ ܠܒܥܘܬܐ ܕܚܕ ܡܢ ܐܚ̈ܐ ܪܘܚܢܝ̈ܐ ܘܣܝܡܗ. *Liber Theſaurorum, quem Jacobus profeſſione quidem monachus in Monaſterio S. Matthæi, Bartelenſis genere, rogatu cujuſdam fratris ſpiritualis compoſuit*, anno Chriſti 1231. ut idem Jacobus ad calcem libri fol. 75. adnotavit, inquiens: ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܒܪܡܫܐ ܥܡܝܩܐ ܕܝܘܡܐ ܚܕܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܐ ܕܫܢܬ ܐܠܦ ܘܚܡܫܡܐܐ ܘܐܪ̈ܒܥܝܢ ܘܬܪ̈ܬܝܢ ܒܥܣܪܐ ܒܝܪܚܐ ܕܐܝܪ. *Abſolvi hunc librum profundo veſpere celeberrimæ diei Pentecoſtes anno Græcorum* 1542. *die* 10. *menſis Maii*. Quæ verba deſcriptor Codicis noſtri abradens, eorum loco annum diemque appoſuit, quibus ipſe Codicem tranſcripſit: verùm collatione ad aliud apographum facta, ab alio erudito viro ad marginem reſtituta ſunt, uti ſuprà deſcripſimus. Notationem verò amanuenſis hanc accipe. ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ̈ܝܢ ܘܬܫܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܠܬ ܠܝܘ̈ܢܝܐ ܒܝܪܚܐ ܕܬܡܘܙ ܒܬܡܢܝܐ ܒܗ ܒܕܝܪܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܝ ܩܘܪܝܩܘܣ ܕܡܬܩܪܐ ܕܝܘܟ ܕܬܪ̈ܢܓܠܐ ܒܬܚܘܡܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܢܛܝܪܬ ܐܠܗܐ ܡܪܕܝܢ ... ܫܠܡ ܦܢܩܝܬܐ ܗܕܐ ܕܣܝ̈ܡܬܐ ܕܟܢܫ ܐܦܣܩܘܦܐ ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܥܝܣܘ ܒܪ ܡܪܩܘܣ ܕܡܢ ܒܪܛܠܐ ܩܣܛܪܐ ܬܚܘܡܐ ܕܐܬܘܪܐ ܘܢܝܢܘܐ . ܐܬܟܬܒ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܡܢ ܐܝܕܝ ܐܢܫ ܚܛܝܐ ܘܗܘ ܥܠܝܒܐ ܘܟܠ ܐܢܫ ܒܫܡ ܘܒܡܠܐ ܘܦܣܘܠܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܠܐ : ܐܬܪܡ ܦܫܝܛܐ ܒܪ ܐܘܚܢܢ ܘܡܬܟܢܫ ܡܫܝܚܐ ܡܢ ܦܣܩܐ ܡܬܟܬܒܐ ܘܗܐ ܘܡܬܩܪܐ ܕܡܢܐ ܘܐܬܪܐ ܟܠܗܘܢ ܒܐܝܕܐ ܕܝܢ ܒܬܘܕܝܬܐ ܐܘܪܚܐ ܦܫܝܛܐ ܡܢܗ ܐܝܟ ܣܘܟܠܐ ܕܝܠܗ ܘܗܘ ܕܘܪܫܐ ܘܐܠܗܐ ܡܢܗ ܒܫܘܠܡܗܘܢ ܘܗܘ ܐܬܬܪܐ . ܐܬܬܟܠܬ ܥܠ ܘܥܠܡ ܬܘܒ ܐܪܝܟ ܘܬܘܕܝܬܐ ܫܘܒ ܠܐܒܐ ܘܒܪܐ ܒܫܠܝܐ ܠܐܠܗܐ ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ : *Abſolvi hunc librum anno Græcorum* 1933. (Chriſti 1622.) *menſe Julio, die octavo, in monaſterio S. Cyriaci, quod cœnobium Diuch* (hoc eſt, gallorum) *nuncupatur, in confinio cuſtoditæ à Deo urbis Mardin . . . Explicit hoc Theſaurorum opus, quod collegit Epiſcopus Jacobus filius Eſau, filii Marci ex celebri regionis Niniviticæ caſtro Bartela. Scripſit librum hunc peccator, miſer, omniumque mortalium purgamentum, nomine & verbo*

*verbo tenus, non re & opere monachus ac Presbyter, Ephræm Phigana, Joannis filius, ex benedicto caſtro Duanech, quod Dair-Abugaleb appellatur, in regione Gargar, diebus ſanctorum Patrum Mar Ignatii Patriarchæ, qui & Hudojes, & Mar Baſilii, qui & Eſaias. Abſoluta ſunt hæc capita anno Græcorum* 1933. *feria ſecunda, die octava menſis Julii.*

Prima operis pars de Deo trino & uno, tredecim capitibus abſolvitur. Cap. 1. Præfatio & totius operis diviſio. 2. Deum exiſtere. 3. Deum æternum eſſe. 4. Immenſum. 5. Incomprehenſibilem. 6. Unum. 7. Qua ratione in hunc unum Deum credendum. 8. Tres unius Dei perſonas eſſe. 9. Verbum & Spiritum Sanctum hypoſtaſes eſſe, & ab æterno ſubſiſtere. 10. 11. Objectiones adversùs Trinitatem, & reſponſio. 12. Quid ſibi velint hæc nomina, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. 13. Teſtimonia ex Scriptura & Prophetis de Trinitate adversùs Judæos.

Secunda pars de Incarnatione, Capita XLI. continet. 1. de variis circa Incarnationem hæreſibus; ubi de Eutychianiſtis, Julianiſtis, Neſtorianis, Chalcedonenſibus, & Hagarenis, ſeù Mahometanis. 2. Quænam ſit vera in Chriſtum fides. Jacobiticam vir Jacobita extollit. 3. Cur Filius incarnatus, non Pater, aut Spiritus Sanctus. 4. Deum Verbum, non Dei voluntatem in Virginem deſcendiſſe. 5. Qua ratione Deus Verbum ſecundùm ſcripturam deſcendit, & in Virgine inhabitavit: & quo modo Deus Filium ſuum miſit. 6. Adversùs Mahometanos, qui Chriſti divinitatem negant. 7. Adversùs eos, qui Verbum creaturam dicunt. 8. Adversùs eos, qui ita de Deo Verbo ſentiunt, perinde ac ſi Dei opus, aut domus eſſet. 9. Quam ob cauſam incarnatus eſt Deus Verbum. 10. Cur ipſe perſonaliter propter noſtram ſalutem advenit. 11. Cur Verbum incarnatum patiendo & moriendo, non jubendo & imperando nos redemit. 12. Cur non ab initio pro generis humani redemptione Chriſtus advenit. 13. De corpore Chriſti, quod nonnulli quidem creatum eſſe volunt, alii verò increatum. Jacobus illud non ex nihilo, neque aliunde, ſed ex, & in Virgine formatum ſtatuit. 14. Quotuplex ſit compoſitio, & unio: & qua ratione Verbum corpori unitum fuit, & quomodo una in Chriſto natura credatur: nimirùm ex mente Dioſcori, Severi, Philoxeni, & Jacobi Zanzali, qui unam eſſe Chriſti naturam, abſque confuſione tamen aut converſione contendunt. Laudat hìc Jacobus ſuum Symbolum, quod de Trinitate & Incarnatione ediderat. 15. Chriſtum eſſe unam naturam compoſitam: ex duabus ſcilicet unam, ſed abſque converſione aut commiſtione, ut ſuprà dictum. Citatur in confirmationem hujus erroris Joannes Epiſcopus Darenſis. 16. Duas non eſſe in Chriſto naturas. Confundit Jacobus naturam cum perſona, exiſtimans, fieri non poſſe, ut duæ dicantur naturæ, quin diviſæ ſint & in duas perſonas ſeparatæ. 17. Objectiones pro duabus naturis & reſponſio. 18. Ad quem paſſio referenda: & quale naturæ opus. 19. Quales ſint paſſiones naturæ humanæ, & quas Chriſtus ſubiit, & quare. 20. Cur paſſus & mortuus Dominus: & quænam ejus mortis ratio. 21. Utrùm Chriſtus naturaliter inſtar hominum mortuus ſit, an alio modo. 22. Adversùs Judæos, Ethnicos, & hæreticos, qui nos reprehendunt, quum dicimus, *Deus paſſus, aut mortuus.* 23. Objectiones adverſariorum. 24. Quod Deus licet paſſibili corpori noſtro unitus, in ſeipſo tamen impaſſibilis eſt. 25. Objectiones adverſariorum. 26. Adversùs Mahometanos, qui dicunt, non Chriſtum, ſed ejus ſpeciem cruci affixam fuiſſe. 27. Cur crucis potiùs mortem, quàm alias Chriſtus elegit. 28. Quomodo per Chriſti mortem occiſus Diabolus,

lus, deſtructum peccatum, & mors mortua. 29. Quod crux adoranda ſit. 30. Cur unico digito ſignum crucis formamus, & quare à ſiniſtra ad dexteram id ducimus. 31. De additione illa ad hymnum Triſagium, *Qui crucifixus es pro nobis*: de qua ait ſe fuſiùs diſputaſſe in libro de elucidatione divinorum officiorum. 32. De voce illa *Maria Dei genitrix*. 33. De oratione ad Orientem. 34. De ſacro Chriſmate. 35. De cœleſti ac terreſtri ſacerdotio, & de divinis donis. 36. De ſacro Baptiſmate, & expoſitio eorum, quæ in ejus adminiſtratione fiunt. 37. De Euchariſtia, & de præcepto ſumendi eam; & expoſitio eorum, quæ in Liturgia fiunt. 38. De monachatu, unde inceperit, & quid ſignificet veſtis nigra, qua monachi utuntur. Laudantur hìc Jacobus Edeſſenus, & Xyſtus. 39. De ſancta Eccleſia, deque iis, quæ in ea ordinantur ac diſponuntur: & expoſitio ſacramentorum omnium, divinorumque officiorum. 40. De precibus pro defunctis, & quænam ipſis proſint: & expoſitio officiorum pro defunctis: deque Liturgia, quæ pro ipſis offertur. 41. Quod ſola Chriſtiana religio vera ſit.

Tertia pars de Divina providentia capitibus undecim comprehenditur. 1. de variis hominum opinionibus circa res contingentes. 2. exploditur error Manichæorum, duo principia, bonum ſcilicet & malum, admittentium. 3. rejicitur error eorum, qui bonum & malum Deo tribuunt. 4. Objectiones adverſariorum. 5. malum nequaquam à Deo eſſe, neque eſſe ſubſtantiam, aut naturam quandam: exponitur autem undenam ſit. 6. quotuplex ſit bonum, & quotuplex malum. 7. Cur, & quot modis homines à Deo malis afficiantur. 8. quotuplex ſit permiſſio. 9. Omnia mala tentationeſque, quas Deus immittit, vel propter peccata, vel propter hominum utilitatem accidere. 10. Cur Deus viros probos vexari in hoc ſæculo permittit. 11. cur pravi homines à malis in hoc ſæculo præſervantur. 12. cur ſancti quidem pauperes ſunt, impii verò divitiis affluunt. 13. cur nonnullis Sanctorum in hoc ſæculo cuncta è mente ſuccedunt. 14. cur ex impiis quidam pœnam ſcelerum ſuorum hìc perſolvunt. 15. Dies vitæ humanæ non eſſe à Deo definitos, ſed vel produci, vel contrahi poſſe. 16. quid de fine hominis ſentiendum. 17. quot modis vita hominum conſumitur. 18. quomodo accidat violenta hominum mors, quæ à divina providentia permittitur. 19. Reſponſio ad Objectionem.

Quarta denique pars de creatione hujus mundi, de Univerſo, de Angelis, de Anima, de reſurrectione mortuorum, & de Judicio, continet capita quadraginta. 1. de creatione Angelorum: quos cum Gregorio Nazianzeno homil. de nativ. Domini, Nyſſeno, Chryſoſtomo, Joanne Baſorenſi, Jacobo Edeſſeno, & Moyſe Barcepha, ante cœlum & terram creatos fuiſſe vult: refert autem contrariam eorum opinionem, qui eos cum cœlo terraque creatos ſentiunt, nimirum, Jacobi Sarugenſis homil. in hexaëmeron, Ephræm Syri Commentar. in Geneſim, & Epiphanii. 2. de Ordinibus & nominibus Angelorum. Novem autem Angelorum choros ex mente Jacobi Edeſſeni ſic ordinat: in prima Hierarchia Angelos, Archangelos, Principatus. In ſecunda Poteſtates, Thronos, Dominationes. In tertia Virtutes, Cherubim, & Seraphim. 3. de lapſu Diaboli. 4. de creatione hujus mundi. 5. de quatuor elementis. 6. de Firmamento. 7. in quot regiones aër dividatur. 8. de ſole, luna, & ſtellis. 9. de motu luminarium in cœlo, & de altitudine eorumque ſitu. 10. de eclypſi ſolis & lunæ. 11. de ſolis, lunæ, & ſtellarum ortu atque occaſu: de die & nocte, mane & veſpere, ortu & occaſu, quæ ſol in terris efficit: & de climatibus. 13. de rupibus, montibus

tibus, & vallibus: & qua ratione hæc facta ſunt. 14. de metallis. 15. de terræ diviſione. 16. de maribus. 17. de fluminibus, rivulis, fontibus, & torrentibus. 18. de æſtate & hyeme, deque calore & frigore. 19. de nubibus & pluvia. 20. de rore, nive, glacie, & grandine. 21. de fulgure. 22. de mannate. 23. de vento. 24. de turbine. 25. de terræmotu. 26. de iride. 27. de ſphœra quæ circa ſolem apparet. 28. de fulmine. 29. de cometa. 30. de tribus vitæ generibus, vegetativa, ſenſitiva, & rationali. 31. de conſtitutione hominis. 32. de paradiſo voluptatis: *ubi de quatuor fluminibus eadem tradit ac Philoſtorgius & Coſmas Indicopleuſtes: ea nimirùm è Paradiſo egreſſa, in terram abſorberi, & occultis ſub oceanum meatibus tranſire, donec in locis unumquodque ſuis emergat.* 33. de anima. 34. quid nobis in hac vita agendum. 35. 36. ſumma annorum ab Adam uſque in præſentem diem, & de fine mundi. *Hæc duo capita ab amanuenſi prætermiſſa ſunt, titulo eorum dumtaxat relicto.* 37. de Antichriſto. *Hunc, ait, ex tribu Dan concipiendum fore in Chorozain, naſciturum & educandum in Beth-ſaida, regnaturum verò in Capharnaum.* 38. de reſurrectione corporis. 39. de Judicio, & præmio bonorum, atque pœna impiorum, quibus nullus finis. *Deſcribit epiſtolam S. Jacobi Sarugenſis ad Stephanum Bar-Sudailum Edeſſenum, in qua Paradiſi & Gehennæ æternitas quidem adversùs Origeniſtas ſtatuitur, ſed ex Semipelagianorum principiis: nam ideo Sanctos ait æternis voluptatibus in Paradiſo frui, quia prænovit Deus, quod virtutem ſemper culturi forent, ſi in hoc mundo in æternum victuri eſſent: impios autem æternis cruciatibus affici, quod prænovit eoſdem, ſi æternam in hoc mundo vitam acturi eſſent, peccatis in æternum indulturos fore.* 40. concluſio totius operis. Ubi fidem Jacobitarum ſolam orthodoxam eſſe contendit, in hæc ineptiſſima verba.

ܘܟܕ ܠܡܩܕܫܐ ܟܠܗ ܕܡܬܒܝܢܘܢ
ܘܠܗܘܢ ܘܐܬܒܩܝܬ ܚܬܝܬܐܝܬ ܒܥܘܩܒܐ
ܘܥܠܬܗܘܢ ܐܘܣܝܣ ܘܐܣܬܟܠܬ
ܫܬܐܣܬܗ ܠܪܘܫܬܐ ܘܡܫܬܘܕܥܢܐ
ܘܐܠܘܗܝ: ܐܘܕܥܬ ܫܪܝܪܐܝܬ ܕܗܢܐ
ܡܗܝܡܢܘܬܗ ܕܥܡܗ ܘܕܝܪܐ ܘܡܫܟܢܐ
ܕܐܠܗܘܗ ܕܝܥܩܘܒ. ܗܢܐ ܕܡܢ ܝܥܩܘܒ
ܘܝܥܩܘܒ ܡܬܬܢܝܐ ܡܫܬܡܗ: ܘܡܢ
ܝܥܩܘܒ ܪܝܫ ܐܒܗܬܐ ܒܟܐܦܐ
ܘܡܫܚܐ ܒܛܘܪ ܐܬܪܫܡ ܒܛܘܪܐ: ܘܡܢ
ܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗ ܕܡܪܢ ܐܬܫܬܬ
ܘܐܬܚܝܠܬ: ܘܡܢ ܝܥܩܘܒ
ܦܣܝܠܬܐ ܐܬܚܕܬܬ ܘܐܬܨܒܬܬ.

*In ſanctuarium divinarum Scripturarum ingreſſus cunctas hæreſes diligenter conſideravi, earumque rationes, fundamenta articuloſque penitùs inſpexi, & certo certius deprehendi, hanc* (ideſt, Jacobitarum ſectam,) *eſſe verè ac propriè domum Domini, & tabernaculum Dei Jacob, quæ nomen ex Jacob ducit. Nam à Jacob quidem Patriarcha per lapidem & oleum in monte præſignata eſt; à Jacobo verò fratre Domini fundata & confirmata: à Jacobo demùm Phaſiltæ* (hoc eſt Baradæo ſeu Zanzalo) *renovata & exornata.*

Duo inſuper alia Opuſcula edidit Jacobus, quorum ipſe meminit in laudato Theſaurorum libro Part. 1. cap. 14. & Part. 2. cap. 31. Alterum hoc titulo prænotatum ܡܫܪܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ *Symbolum fidei*: Alterum ܦܘܫܩܐ ܕܬܫܡܫܬܐ ܘܨܠܘܬܐ: *Expoſitio Officiorum & Orationum.* Et hoc quidem ad noſtras manus nondum pervenit. Differt tamen ab ea expoſitione, quæ abſque Auctoris nomine habetur Cod. Syr. Vat. 13. ſub hoc titulo: ܥܠܬܐ ܕܦܘܫܩ ܬܫܡܫܬܐ III. Expoſitio divinorum officiorum.

ܬܫܡܫܬܐ ܕܥܕܬܢܝܬܐ :

*Liber declarationis officiorum eccleſiaſticorum*, ubi de Chriſti myſteriis, de officio veſpertino, nocturno & matutino, de ſacra Liturgia, de Baptiſmo, de conſecratione Eccleſiæ, de ſepultura & commemoratione defunctorum: nam ejus libri auctor Neſtorianus eſt, non Jacobita; nec Jacobiticum, ſed Chaldaicum Neſtorianorum Ritum declarat.

IV. Symbolum Fidei. *Symbolum fidei*. Exſtat in Cod. Ecchell. 4. fol. 52. ſubjunctum admonitioni, quam Epiſcopus Jacobita ad ordinandos habet ſub hoc titulo:

ܬܘܒ ܡܘܕܥܢܘܬܐ ܐܚܪܬܐ ܕܥܒܝܕܐ
ܠܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ
ܕܡܝܦܪܩܛ ܡܕܝܢܬ ܣܗܕܐ
ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ :

*Item altera Adhortatio compoſita à Mar Jacobo Metropolita Maipheractæ Martyrum urbis in Meſopotamia*. Initium: ܡܛܠ ܕܪܓܬ ܐܢܬ ܠܡܬܩܪܒܘ ܠܘܬ ܬܫܡܫܬܐ ܕܐܠܗܐ.

*Quoniam ad Dei miniſterium accedere deſideras*. Ubi eum qui ad ſuſcipiendos ſacros Ordines accedit, docet Jacobus primum, quid ſentire debeat de myſterio Trinitatis, & Incarnationis: juxta mentem nimirùm Jacobitarum, qui unam in Chriſto naturam credunt. Deinde Patres recenſet, quos ab ordinando recipi poſtulat: Ignatium ſcilicet, Dionyſium, Julium, Athanaſium, Baſilium, Gregorium utrumque, Chryſoſtomum, Cyrillum, Dioſcorum, ut vocat, Confeſſorem, & Severum, quem appellat ܦܘܡܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܠܦܢܐ *Os omnium Doctorum*. Adjungit Patriarchæ Jacobitarum pro tempore nomen, & Epiſcopi, à quo Ordines ſuſcipiuntur: ܘܥܡܗܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪ ܕܟܝܢܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܦ

ܠܟܠܗܘܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܠܢ ܗܘ ܕܝܘܡܢܐ : ܐܦ ܠܝ ܠܡܚܝܠܐ ܐܝܟ ܐܚܝܕ ܚܘܩܐ ܕܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܐܦܪܟܝܐ ܗܢܐ :

*Et unàcum his tamquam hæredem miniſterii & Sedis N. quoque Patriarcham noſtrum, qui hodie nobis præeſt: me inſuper humilem, qui gubernacula hujus Provinciæ teneo*. Mox hæreticos commemorat, quibus anathema dicit, iis S. Leonem & Synodum Chalcedonenſem accenſens: Simonem nimirùm Magum, Manetem, Bardeſanem, Arium, Sabellium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Paulum Samoſatenum, Theodorum, Diodorum, Theodoritum, Hibam, Neſtorium, Leonem Papam, Synodum Chalcedonenſem, Julianum Halicarnaſſæum, Eutychen, Barſumam Perſam Niſibis Epiſcopum cum ſuis impiis Canonibus, nec non decreta Gubitarum: eorum ſcilicet, qui in Guba congregati Neſtorianiſmum ſub Barſuma Niſibenſi inſtaurarunt, de quibus dixi in priori tom. à pag 354. Denique à fide ad mores tranſiens, hortatur Ordinandos, ut ab omni labe immunes, virtutem colant, vitium fugiant, & commiſſum ipſis munus impigrè exerceant: & concludit in hæc verba: ܘܗܢܐ ܪܘܫܡܐ ܚܝܐ ܕܨܠܝܒܐ ܕܥܒܕ ܐܢܬ ܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܣܗܕܘܬܐ ܠܘܩܒܠܟ ܒܝܘܡܗ ܕܡܪܢ :

*Et hoc vivæ Crucis ſignum, quod facis, ſit contra te in teſtimonium in die Domini*. Nam ordinandi jubentur apud Jacobitas ſignum Crucis in libro quodam coram Epiſcopo ordinante formare, qui peracta ordinatione hæc verba ei ſubjungere ſolet. ✝ ܐܬܩܪܝܬ ܘܗܘܝܬ ܩܫܝܫܐ ܦܠܢ ܡܫܡܫܢܐ ܐܘ ܫܡܫܐ ܠܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܒܡܕܝܢܬ ܦܠܢ ܕܡܕܝܢܬܐ ܦܠܢܝܬܐ ܒܝܕ ܦܠܢܝܬ

ܠܠ ܒܐܝܕ ܦܠܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ

♱ *Ordinavit Spiritus Sanctus N. Diaconum, vel Presbyterum, ad titulum Sanctæ Eccleſiæ Sancti N. urbis N. Anno N. per Epiſcopum N.* Hujus generis ſubſcriptiones plurimæ exſtant initio laudati Codicis Ecchellenſis 4.

# CAPUT XL.

## *Joannes Bar Maadani Patriarcha.*

I. Joannes Bar-Maadani, ex Epiſcopo Mardæ, & Primate Orientis, Jacobitarum Patriarcha.

JOANNES cognomento ܒܪ ܡܥܕܢܝ *Bar-Maadani*, hoc eſt, filius Maadanenſis, ex Maadan Meſopotamiæ regione oriundus, ſub Ignatio, ſeu Davide Joannis Puſilli Patriarchæ ſucceſſore Epiſcopatum Mardæ primùm geſſit: deinde ab eodem circa ann. Græcorum 1560. Chriſti 1249. Maphrianus, ſeù Primas Orientis ordinatus: denique defuncto Ignatio, quum Dionyſius, qui & Aaron Angur, ex Melitinæ Epiſcopo anno Græcorum 1563. menſe Septembri in cœnobio Barſumæ ab Epiſcopis ſuæ factionis in Patriarcham electus fuiſſet, ipſe collectis in urbe Alepo, qui Dionyſium oderant, Epiſcopis in feſto S. Barbaræ die 4. Decembris anni Græcorum 1564. Chriſti 1252. Patriarcha proclamatus eſt, ut latè Bar-hebræus in Chronico à fol. 328.

II. Ejus obitus.

Dionyſio anno Græcorum 1572. die 18. Februarii miſerè trucidato, ſupervixit Joannes uſque ad annum 1574. ut idem Bar-hebræus teſtatur fol. 334. ܘܟܕ ܗܘܢܐ ܡܟܡܢܐ ܠܐ ܡܟܫܪܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܘܗܘ ܠܒܝܪܘ: ܗܝܕܝܢ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܡܥܕܢܝ ܒܠܐ ܫܘܠܛܢܐ ܘܒܗ ܘܫܡܫܢܐ ܠܐܡܫܘܬܝ ܘܢܦܩ ܠܗ ܡܢܫܘܪ ܠܐ ܠܣܘܡܪܐ ܕܡܢܝܪ ܒܪܘܡܝܐ ܘܟܠܐ ܕܠܗ ܒܝܬ ܕܘܡܝܐ ܘܐܬܩܪܝ ܒܡܠܝܛܝܢܝ ܘܒܫܪܟܐ ܕܐܬܪ̈ܘܬܐ. ܐܠܐ ܠܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ ܠܐ ܐܨܛܒܝ ܠܡܐܙܠ ܐܠܐ ܒܗ ܒܩܝܠܝܩܝܐ ܩܘܝ ܕܡܝܩܪ ܗܘܐ ܡܢ ܡܠܟܐ ܘܪܘܪ̈ܒܢܘܗܝ. ܘܒܫܢܬ ܐܦܥܕ ܒܨܘܡܐ ܕܐܪ̈ܒܥܝܢ ܐܬܟܪܗ ܐܦ ܗܘ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܪ ܡܥܕܢܝ ܘܡܝܬ ܒܕܝܪܐ ܕܒܩܣܝܡܐܛܐ ܘܒܗ ܒܗܝܟܠܗ ܐܬܩܒܪ.

*Hunc infelicem exitum* (inquit Barhebræus) *Dionyſius quidem Angur ſortitus eſt. Joannes verò Bar-Maadani miſſis ad Soltanum Romæorum in urbem Iconium legatis, literas Patentes obtinuit, ut cœnobio Mar Barſumæ totiuſque Romæorum ditioni præeſſet: atque ita Melitinæ cæteriſque in locis proclamatus fuit. Non tamen illud Barſumæ cœnobium adire voluit, ſed in Cilicia permanſit, ubi à Rege* Armenorum *& magnatibus ſummo in honore habebatur. Anno autem* 1574. *in quadrageſimali jejunio ægrotavit ipſe Mar Joannes Bar-Maadani Patriarcha, & obiit in cœnobio Baximatæ, ejuſque in Templo ſepultus eſt.*

III. Ejuſdem Anaphora.

Scripſit *Anaphoram*, cujus meminit cl. Edenenſis cap. 7. de hæreticis Liturgiarum auctoribus num. 7. his verbis: ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܡܥܕܢܝ ܠܗ: ܕܫܘܪܝܗ: ܐܝܬܝܐ ܡܬܩܘܡܢܐ ܠܟܝܢ ܐܝܬܘܬܐ ܐܠܗܐ ܐܒܐ.

*Joannes Bar-Maadani habet Anaphoram, quæ incipit:* Ens æternum neceſſario exiſtens, Deus Pater. Eandem laudat Schultingius loc. ſæpè cit. num. 37. *S. Joannis* (inquit) *filii Mezdani* (Maadani) *Patriarchæ Antiocheni* (Anaphora) *Chaldaicè compoſita in civitate Muſilienſi* (Moſul,

ſul, ſeu nova Ninive, quum nimirum adhuc eſſet Epiſcopus Mardæ) *anno à nativitate Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto*. Exſtat ms. in Codd. Nitr. 3. 4. fol. 76. & 42. prodiitque latinè per Renaudotium tom. 2. pag. 512. qui in Notis ad eandem pag. 524. hæc de auctore præfatur. *Quis Joannes ille fuerit, planè neſcimus, niſi quod Antiochenus Jacobitarum Patriarcha fuerit: quo tempore vixerit, ignoratur, quum obſcuriſſima ſit Eccleſiæ Jacobiticæ Antiochenæ hiſtoria, quam qui ſcripſerit, nullus reperitur: imò ne ſucceſſio quidem Patriarcharum illorum ſatis explicata eſt*. Id nimirùm debemus Sanctiſſimo Pontifici CLEMENTI XI. cujus juſſu & providentia illatis in Bibliothecam Vaticanam tot manuſcriptis linguarum omnium Orientalium Codicibus, Eccleſiaſticam earum gentium hiſtoriam qui ſcripſerint, plures nobis innotuere.

IV. Carmina de Anima, & de Perfectione.

Ejuſdem *Tractatus de Anima*, inſcriptus ܦܪܚܬܐ *Avis*, verſu dodecaſyllabo exſtat in Cod. 5. Syriaco D. Andreæ Scandar fol. 129. Initium:

ܦܝܣܐ ܣܝܡ ܠܝ ܡܢ ܡܪܐ ܕܟܠ :

*Perſuaſum mihi eſt à Domino rerum omnium* &c. & fol. 135. *Carmen aliud*, hoc titulo: ܥܠ ܝܘܬܪܐ ܠܫܘܪܝܗ

ܕܢܦܫܐ ܘܡܬܡܟܟܢܘܬܗ ܕܒܝܫ

ܒܥܒܪ ܦܘܩܕܢܐ :

*De excellentia originis animæ, ejuſque abjectione per prævaricationem*. Initium: ܢܚܬܬ ܠܟܝ ܡܢ ܗܘ

ܪܘܡܐ ܕܩܕܝܫܘܬܐ :

*Ex illo ſanctitatis faſtigio ad te demiſſa eſt &c.* Denique fol. 137. eodem metro dodecaſyllabo *Carmen de perfectione*: initium: ܡܫܚܠܦܝܢ

ܐܡܝ̈ܢܐ ܕܡܠܦ̈ܢܐ :

*Varii ſunt Doctorum gradus* &c.

V. Homiliæ Arabicæ XVIII.

*Homiliæ duodeviginti* Arabico ſermone, ſed literis Syriacis anno Græcorum 1816. *Chriſti* 1505. exaratæ à Noë Bacuphenſi, qui poſtea Jacobitis Patriarcha præfuit, habentur in Cod. 30. ejuſdem Andreæ Scandar: nimirùm, 1. de Nativitate Domini, 2. in Epiphaniam. 3. de Præſentatione Domini in Templum 4. de Jejunio Ninivitico & Jona Propheta. 5. de Jejunio quadrageſimali. 6. de feſto Hoſannarum. 7. de feria ſexta crucifixionis. 8. de eadem, & de bono latrone. 9. de Reſurrectione Domini. 10. de Aſcenſione. 11. de Pentecoſte. 12. de SS. Apoſtolis. 13. de Transfiguratione Domini. 14. de Dormitione Deiparæ. 15. de Cruce. 16. 17. 18. Parænefes tres.

# CAPUT XLI.

## *David Pauli, & Daniel Chettab.*

I. David Pauli filius, Auctor Dialogi de Triſagio.

DAVIDEM & Danielem incertæ ætatis Scriptores hìc collocamus, quod eos apud Gregorium Bar-hebræum, qui ſæculo decimo tertio floruit, laudatos legimus.

Et Davidis quidem mentio occurrit in *Horreo myſteriorum* (ſic Barhebræus inſcribit librum, quo ſacram Scripturam commentatur,) & in libro ejuſdem de Ethica: ubi modò eum ܕܘܝܕ ܒܪ ܦܘܠܘܣ ܕܝܪܝܐ *Davidem Pauli filium Monachum*, modò ܢܟܦܐ *religioſiſſimum*, hoc eſt, ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܘܝܕ : *Epiſcopum Davidem* appellat: In Chronico verò Syriaco nullibi, quod hactenus obſervavi, neque ut monachus, neque ut Epiſcopus nominatur. Exſtat ejus *Dialogus de Hymno Triſagio Jacobitam inter & Melchitam*, Syriacè in Codice Ec-

chell. 14. poſt epiſtolam Joannis Maronis eadem de re; Arabicè verò in Cod. 33. Catalogi, quem in fine hujus Tomi ſubjiciam.

II. Danielis Bar-Chettab ſcripta.

Daniel verò cognomento ܒܪ ܚܛܐܒ *Bar-Chettab*, laudatur in Cod. Syr. 45. in priori tom. pag. 616. ubi legitur doctum ejus *Carmen* ad interrogationem *Chamiſii* ܒܪ ܩܪܕܚܐ *Bar-Kardahæ* Neſtoriani, cum reſponſione Bar-hebræi, & Noë Jacobitarum Patriarchæ.

Ejuſdem Danielis Liber Arabicus in Cod. 40. fol. 211. exſtat, inſcriptus: كتاب اصول الدين وشفا قلوب المومنين ; *Liber de fundamentis Fidei, & de conſolatione cordium Fidelium*, in capita quatuordecim diviſus. In primo probat Deum exiſtere. 2. Deum æternum eſſe. 3. infinitum. 4. incomprehenſibilem. 5. ſimplicem & incorporeum. 6. unum natura, & trinum perſonis. 7. Reſponſio ad Judæos. 8. De vera fide in Jeſum Chriſtum. 9. cur perſona Filii incarnata, & non aliæ duæ perſonæ Trinitatis. 10. Quod in Virgine Maria Verbum æternum, non Dei voluntas inhabitavit. 11. Adversùs eos, qui Chriſtum puram eſſe creaturam dicunt. 12. cur Verbum incarnatum. 13. cur mundum redemit. 14. De Chriſti perſona, natura, proprietatibus, & paſſionibus. Ubi Mariam eſſe Deiparam adversùs Neſtorianos, Chriſtum verò unica conſtare natura & voluntate & operatione adversùs Catholicos ſcribit. De Triſagio etiam, & corpore Chriſti, paſſibile ne, an impaſſibile ſit, multa diſſerit.

Deſcripſit eum Codicem Moyſes quidam, cognomento عطشه *Ataſcia*, Presbyter Jacobita anno Græcorum 1766. Chriſti 1455. ſub Ignatio ejus ſectæ Patriarcha, Baſilio Maadani Maphriano, Joſepho ſeù Cyrillo Epiſcopo, & Dioſcoro cognomento ابن ضو *Ebn-Dſau* ex Nabach Epiſcopo Damaſceno, ut idem Moyſes pluribus in locis adnotavit, & præſertim fol. 28. & 211. de quo vide cl. Edenenſem in Vindiciis Maronitarum & in Chronico, ubi ejus & Dioſcori Nabachæi operâ catholicum Libani Ducem gente Maronitam Jacobiticis erroribus infectum fuiſſe teſtatur.

# CAPUT XLII.

## *Gregorius Bar-hebræus, qui & Abulpharagius, Primas Orientis.*

I. Gregorii Bar-hebræi Abulpharagii nativitas, & geſta ante Epiſcopatum.

GREGORIUS Bar-hebræus, qui & Abulpharagius, ſcriptorum Jacobitarum facilè princeps, patria Melitinenſis, patre Aaron medico anno Græcorum 1537. Chriſti 1226. natus eſt, ex quo *Bar-hebræi*, hoc eſt, Hebræi filii cognomentum traxit. Nepotem ex fratre Michaëlis Patriarchæ eum appellat Renaudotius tom. 2. pag. 469. ex fide Codicis Colbertini. A puero Græcæ, Syriacæ, & Arabicæ linguis ſtrenuam operam dedit: mox Philoſophiæ ac Theologiæ curſu emenſo, medicinam ſub patre aliiſque ejus ætatis celeberrimis, quos ipſe in libris ſuis laudat, medicis coluit: quibus in ſtudiis quantum excelluerit, ſcripta ejus declarant.

Anno Chriſti 1243. invadentibus in Armeniam Tartaris, Melitinâ abſcedere cum parentibus cogitavit. Anno ſequenti Antiochiam venit, ut idem refert in Chronico Arabico, quod *Hiſtoriam Dynaſtiarum* inſcripſit, ubi hæc in Almoſtanſeri Ben-Aldaheri Dynaſtia في سنة اربعين وستماية لما سمع اهل ملطية ما فعل التاتار بقيسارية هلعوا وجزعوا الفحش الجزع طالبين حلب . وكان من جملة من يريد الخروج باهله والدى . فلما ارادوا

ارادوا ان يحمّلوا الدواب وكان لـنــا فيه بغلا
للسرج فلما ارادوا شد الاكان عليه ليحمّلوه شمص
وتفلت . فبينمــا هم يتبعونه في الزقاق ليلزموه
قالوا ان الفتيان من العامة وثبوا في باب المدينة
وينهبون كل من راوه يخرج . فامسك والدي عن
الخروج واجتمع بالمطران ديونيسيوس وتشاوروا في
مرابطة المدينة وجمعا المسلمين والنصــارى في
البيعـة الكبيرة وتحالفوا ان لا يخون بعضهم
بعض ولا يخالفوا المطران في جميـع ما يتقدم
اليهم من مداراة التاتار والقيام بحفظ المدينـة
والبيتوتة على اسوارها وكف اهل الشر عن الفساد.
فنظر اللـــه الى حسن نياتهم ودفع العدو عنهم
ووصلوا بالقرب من ملطية ولم يتعرضوا اليهــا.
وكان ذلك في شهر تموز سنة الف وخمسمايـــة
واربــــعــــــة وخمسين للاسكندر:

*Anno* Hegiræ *ſexcenteſimo quadrageſimo audientes Melitinenſes quæ Tartari in urbe Cæſurea fecerant, nimio terrore correpti, turpem fugam ad urbem Alepum arripuere..... Inter eos autem, qui familiam ſuam eò deportare decreverant, genitores mei erant. Quum autem jumenta onerare vellent, ad mulum devenerunt: qui ubi ſenſit funibus ſe ad onus portandum conſtringi, muliones calcibus abigens dilabitur: quumque illi eum inſequerentur, ut oneri jumentum ſubjicerent, acceperunt, juvenes ex plebe portum civitatis obſervare, & exeuntes quoſque deſpoliare. Quamobrem reverſus genitor, adit Archiepiſcopum Dionyſium* [1] *& collatis de urbe tuenda conſiliis, tùm Mahometanos, tùm Chriſtianos in magna Eccleſia congregarunt, qui juramento ſe obſtrinxere, mutuam fidem ſe ſervaturos, & Archiepiſcopo obtemperaturos in omnibus, quæ ipſe judicaret cum Tartaris tranſigenda, ut ſcilicet urbem cuſtodirent, & in mœnibus excubias agerent, & facinoroſos homines à flagitiis cohiberent. Reſpiciens igitur Deus ad bonam eorum voluntatem, avertit ab eis inimicum, qui quum propè Melitinam conſediſſet, urbem tamen oppugnare aut infeſtare minime eſt auſus....... Accidit hoc menſe Julio anno Alexandri milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto*, Chriſti 1243. Et in Dynaſtia Almoſtaſemi Ben-Almoſtanſeri.

وفي احدى واربعين غزا شاورنوين بلد الـشـــام
واجتاز بملطية وخرب بلدها واخذ غلاتها . ثم
رحـــل عنها وطلب طبيبا يداويه عن مرض عرض
له . فاخرج اليه والدي وسار معه الى حرت برت
فدبره حتى برا ثم جا ولم يطل المقام بملطيـــة
ورحل بنا الى انطاكـــيـــة فاسكناهـــا .

*Anno quadrageſimo primo* (ſuprà ſexcenteſimum Hegiræ) *occupavit Saurnavinus Syriam... & tranſiens per urbem Melitinam, agrum ejus depopulatus eſt, omni commeatu direpto... Inde abſcedens, quæſivit medicum, qui morbum ab ipſo pelleret. Ad quem accedens meus genitor, abiere ſimul in Haretbaret, ubi ſanitatem ei reſtituit. Poſteà reverſus in urbem Melitinam, paucos ibi dies moratus eſt: deinde profecti ſumus ſimul Antiochiam, qua in urbe manſimus*. Idem Bar-hebræus in libro carminum, Codice Syr. 45. gratias agit Ignatio Sabæ Patriarchæ, qui & David, quod ab ipſo viſitatus fuerit in quodam ſpecu prope Antiochiam, ubi anachoreticam Bar-hebræus vitam agebat.

II. Epiſcopus Gubæ ab Ignatio, qui & David Patriarcha, ordinatur.

Hinc Tripolim Phœnicię urbem petiit, ut de ſeipſo refert in Chronico Syriaco Par. 2. fol. 322. ubi ab eodem Ignatio Patriarcha anno ætatis vigeſimo Epiſcopum Gubæ ſe ordinatum fuiſſe teſtatur: ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܬܡܢܝܬ
ܒܪ ܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ ܕܡܢ ܐܝܓܢܐ
ܘܐܬܐ ܠܩܠܝܩܝܐ ܒܪ ܐܘܪܝ ܕܡܢ
ܡܬܟܬܫܝܢ ܐܚܝܕܐ ܦܛܪܝܪܟܝܢ ܗܘܘ
ܒܡܬܟܬܫܢܘܬܐ ܘܐܣܛܪܛܝܘܛܘܬܐ ܕܐܪܡܢܝܐ
ܟܠܗ

NOTA.

1 *Dionyſium*. Ejus inimicitias cum Ignatio Patriarcha refert Bar-hebræus in Chronico Syriaco Par. 2. à fol. 323.

ܒܗܿܘ ܙܒܢܐ ܨܠܝܒܐ ܒܪ ܝܥܩܘܒ ܘܓܝܫ ܐܘܪܗܝܐ.
ܘܓܪܝܓܘܪܝ ܐܒܘ ܐܠܦܪܓ ܡܠܝܛܝܢܝܐ ܕܒܪ ܐܗܪܘܢ
ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܠܪܛܘܪܘܬܐ ܘܐܣܝܘܬܐ ܠܛܪܘܦܘܠܝܣ.
ܘܩܪܘ ܐܢܘܢ: ܠܘܬ ܚܕ ܝܥܩܘܒ ܡܢ ܐܢܫ
ܠܛܪܘܦܘܠܝܣ ܒܗܘܢ ܩܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܘܬܗ ܕܢܣܛܘܪܝܢܐ ܩܪܐ ܠܗܘܢ ܚܢܢ
ܠܐܚܕ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܡܫܝܢ ܘܡܫܠܡ.

*Per idem tempus Saliba Vagius Jacobi Edeſſeni filius, & Abulpharagius Melitinenſis Bar-Aaron Rhetoricæ & Medicinæ in urbe Tripoli apud Jacobum quemdam Rhetorem virum Neſtorianum operam ſimul navabant. Quos Patriarcha arceſſivit, ut alterum urbis Aco* (hoc eſt, Ptolemaidis in Phœnicia) *alterum Gubæ Epiſcopum ordinaret. Et Abulpharagium quidem Epiſcopum Gubæ conſecravit in feſto ſalutaris crucis die* 14. *Septembris anno Græcorum* 1557.

III. Ab eodem Patriarcha ad Epiſcopatum Lacabenæ urbis transfertur.

Anno ſequenti idem Ignatius Patriarcha ab Eccleſia Gubæ ad Lacabenam Abulpharagium tranſtulit.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܫܒܩ ܐܗܪܘܢ ܕܠܩܒܝܢ
ܡܪܥܝܬܗ ܘܐܙܠ ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܒܗ ܟܠܝܐ
ܚܒܫ ܢܦܫܗ. ܘܐܥܒܪ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܗܘ ܐܒܘܠܦܪܓ
ܒܪ ܐܗܪܘܢ ܡܢ ܓܘܒܘܣ ܠܠܩܒܝܢ
ܘܐܬܦܪܣ ܠܓܘܒܘܣ ܒܪܨܘܡܐ ܒܪ
ܐܚܘܗܝ ܕܠܥܙܪ ܗܘ ܕܩܕܡ ܩܝܡ
ܐܦܝܣܩܦܐ ܗܘܐ ܕܝܠܗ ܕܓܘܒܘܣ:

*Eodem tempore* (hoc eſt, anno Græcorum 1558. inquit Bar-hebræus in cit. Chronico fol. 325.) *dimiſſo Aaron Lacabenus Epiſcopatu, Hieroſolymam petiit, ubi & in cellula ſe clauſit. Patriarcha autem Gregorium, qui & Abulpharagius Bar-Aaron, ex Guba in Lacabenam tranſtulit; Gubæ verò ordinatus fuit Barſuma filius fratris Lazari, qui ejuſdem Gubæ olim fuerat Epiſcopus.*

IV. A Dionyſio Angur Patriarcha ad Eccleſiam Alepenſem promovetur.

In ſchiſmate, quod poſt obitum Ignatii Patriarchæ ob Dionyſii Angur & Joannis Bar-Maadani ambitum ab anno Chriſti 1252. eam ſectam afflixit, Abulpharagius Dionyſii partes ſequutus, ab eodem ad Epiſcopatum Alepenſem promotus eſt. Dionyſio verò anno 1261. & Joanne anno 1264. ſublatis, ab Ignatio ſeu Joſue Patriarcha, cui eodem anno omnes Epiſcopi ſuffragium dederant, ex Alepenſi Eccleſia ad Maphriani, hoc eſt, Primatis Orientis dignitatem evectus, eandem uſque ad ann. 1286. tenuit. Hæc idem Abulpharagius de ſeipſo narrat in Chronico Syriaco Part. 2. & 3. quæ Gregorius ſeu Barſuma ejuſdem frater & in Epiſcopatu ſucceſſor, poſt ejus obitum proſequutus, ſcripta etiam recenſet.

V. Maphrianus, ſeù Primas Orientis ab Ignatio qui & Joſue Patriarcha, ordinatur.

Et Abulpharagius quidem de ſua electione in Primatem Orientis ſic ſcribit Part. 2. Chronici fol. 335.

ܘܡܛܘܠ ܠܝܚܝܕܐ ܘܦܪܝܫܐ ܘܕܟܝ
ܢܦܫܐ ܕܡܪܢ ܘܫܦܝܪܐ ܕܡܢ ܥܠܡܐ
ܥܒܪܐ ܢܦܫܐ ܘܫܦܝܪܐ ܕܢܚܡ ܠܗ
ܡܚܠܐ ܘܪܘܚܢܝܐ ܘܐܫܬܘܕܥ
ܒܗܘܢ ܕܐܘܪܐ ܕܢܗܘܐ ܗܢܐ ܐܒܘܢ
ܘܪܝܫܐ ܒܗ ܒܪܫܐ ܕܐܦܪܝܡ ܘܐܬܬܝܣܪ
ܡܢܗ ܐܢܫ ܕܐܝܟܢ. ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ
ܐܬܐ ܠܘܬܗ ܐܦ ܒܥܠܕܒܒܐ ܕܗܘܐ
ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ ܕܗܘ ܕܡܫܝܚܐ ܘܐܬܟܠܝ
ܠܡܕܒܪܢܘܬܐ ܘܕܪܫܐ. ܘܩܪܐ ܠܗ
ܘܐܬܡܟܢ ܒܡܦܪܝܢܘܬܐ ܘܦܛܪܝܪܟܐ:
ܡܪܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܦ
ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܡܢ ܢܝܢܘܐ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܘܬ
ܢܦܫܗ ܡܕܢܚܐ. ܘܡܛܠ ܕܡܢܟܝܢ
ܘܗܘ ܡܕܢܚܐ ܟܕ ܡܬܟܢܫ ܩܕܡ ܗܘܐ
ܘܟܠܐ ܠܡܦܪܝܢ ܠܗܝܡܢܘܬܗ
ܘܡܠܟ ܕܢܗܘܐ ܡܦܪܝܢܐ ܘܐܬܕܠ ܗܘܐ
ܐܦ ܠܡܕܢܚܝܐ ܡܬܩܢܢܗ ܘܦܪܢܐ
ܘܡܕܢܚܐ ܒܫܘܒܚܐ ܕܐܠܗܘܬܗ ܩܪܝܗ
ܗܘܐ:

ܗܘܐ : ܘܫܪܪܘ ܠܗ ܡܠܟܘܬܗܘܢ :
ܥܡ ܡܢ ܗܘ ܐܬܪ ܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܦܣܩܘܦܐ ܕܢܬܠܘܢ
ܠܡܕܢܚܐ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܢ ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ
ܐܬܝܬܡ ܗܘܐ ; ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ ܕܢܬܠܘܢ
ܠܡܪܟܐ : ܐܠܐ ܠܗ ܡܢ ܠܗ ܘܡܥܕܠܘܗ
ܠܡܥܕܢܐ ܕܡܥܕܝܢܐ . ܘܐܦ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܥܡ ܐܦܣܩܘܦܐ ܠܡܣܒ ܘܐܬܛܝܒ
ܠܗ ܡܠܟܐ ܘܡܫܒ ܘܒܢܘܗܝ
ܘܪܘܪܒܢܘܗܝ ܘܐܢܫܝܢ ܡܢ ܐܦܣܩܘܦܐ
ܘܡܠܦܢܐ ܐܪܡܢܝܐ ܘܥܡܐ ܣܓܝܐܐ
ܒܥܕܬܐ ܩܬܘܠܝܩܝ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܘܐܬܟܪܙ ܕܢܝܫܘܪܘܣ ܡܦܪܝܢܐ
ܠܡܕܢܚܐ . ܘܒܗ ܒܝܘܡܐ ܡܠܠ ܗܘܐ
ܡܦܪܝܢܐ ܚܕܬܐ ܠܐ ܡܠܬܐ ܕܟܗܢܘܬܐ
ܕܒܝ ܗܘ ܕܐܬܟܬܒ ܘܫܡܥܬ
ܠܟܠ ܐܝܕܝ ܥܠܝ ܫܘܪܝܐ ܠܡܠܬܗ.
ܘܗܘ ܡܦܫܩܢܐ ܐܬܘܕܘܪܘܣ ܡܫܡܪܝܐ
ܗܘܐ ܒܐܪܡܢܝܬ . ܘܝܘܡܐ
ܗܘܐ ܡܫܡܗܐ ܣܓܝ ܗܘ .

*Et confirmarunt* Epiſcopi *electionem & vocationem Raban Joſue archimandritæ cænobii Gavicathæ, viri caſti & probati, quique Regi & magnatibus* Armenorum *charus erat, eumque ordinarunt in feſto luminum* (Epiphaniæ Domini) *anno Græcorum* 1575. *in præfato cœnobio, & appellatus fuit Mar Ignatius. Paulò poſt adveniens & Baſilius venerabilis ſenex Cæſareæ, qui &* [1] *Damianus, electionem per Spiritum Sanctum factam probavit. Peracta autem Patriarchæ ordinatione, animum appulit idem Patriarcha cum Epiſcopis, ut & Orienti, qui jamdudum Paſtore caruerat, Maphrianum darent. Et quoniam noverant,* τὸν μακαρίτην Joannem *Bar-Maadani ad eam dignitatem Mar Gregorium Alepi Epiſcopum prælegiſſe, ſcriptiſque ad Orientales literis Maphrianum eum electum appellaſſe, cui & Orientales conſenſum præbuerant, & ipſe Gregorius ad eos miſſus fuiſſet, niſi Aſſyriam copiæ Mogulorum infeſtaſſent; ideò in eadem ii electione perſiſtentes, Epiſcopatum Orientis eidem committendum decrevere. Siſidem igitur Patriarcha cum Epiſcopis profectus, præſentibus Aytono Rege, ejuſque filiis, & magnatibus, & nonnullis Epiſcopis & Doctoribus Armenorum cum magna populi multitudine, in catholica Deiparæ Eccleſia, Gregorium Orientis Primatem proclamavit. Eodem die novus Maphrianus de ſummo Sacerdotio orationem habuit, ab iis verbis exorſus*, Tu formaſti me, & impoſuiſti ſuper me manum tuam, *Theodoro* [2] *Smakrenſi Armenicè interpretante. Fuit autem dies ille celeberrimus.* Pergit referre, infenſos Ignatio Patriarchæ ob quandam repulſam Epiſcopos ejuſque depoſitionem apud Regem Tartarorum machinantes, ab ipſo Gregorio Maphriano cohibitos fuiſſe, qui impetratis ab eodem Rege pro Patriarchæ confirmatione Decretis, in Aſſyriam ad ſuam Diœceſim abiit. 2

VI. Geſta ejus in Primatu Orientis ex ipſius Chronico, ab anno Chriſti 1264 uſque ad annum 1286, quo obiit.

Sed eundem Abulpharagium de iis, quæ ſeipſum in Primatu Orientis geſſiſſe in 3. Parte Chronici à fol. 404. deſcribit, audiamus.

Poſt altero cœnobii Barſumæ Archimandrita ſtudiis, unàcum Presbytero quodam, nomine Gunir, ingentem pecuniæ ſummam Regi & magnatibus Armenorum pollicitum fuiſſe, ſi Epiſcopos compellerent, ut Theodorum illum in Patriarcham Jacobitarum ordinarent: id quod nullo pacto efficere potuit, refragante potiſſimùm Gregorio Bar-hebræo, qui Ignatii Joſue ordinationem pro virili procuravit.

NOTÆ.

1 *Damianus*. Ejuſdem meminit Bar-hebræus in Chronico Syriaco Par. 2. fol. 326. ubi de ordinatione Dionyſii Angur Patriarchæ.

2 *Theodoro*. Monachus erat ex Siſide Ciliciæ urbe oriundus, quem idem Bar-hebræus in Vita Ignatii ſeu Joſue Patriarchæ fol. 334. narrat, conjunctis cum Theodoro

ܒܪܘ

ܒܬܪ ܐܝܓܢܛܝܘܣ ܕܗܘ ܨܠܝܒܐ ܒܪ ܝܥܩܘܒ: ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܗܘ ܐܒܘܠܦܪܓ ܒܪ ܗܪܘܢ ܐܣܝܐ ܕܡܬܩܪܐ ܒܪ ܥܒܪܝܐ.

## *Poſt Ignatium, qui & Saliba Bar-Jacob, Gregorius, qui & Abulpharagius filius Aaron medici, cognomento Bar-hebræus.*

Eodem tempore, quo Ignatius Maphrianus, qui & Saliba, obiit (*hoc eſt, anno Græcorum* 1596. *Chriſti* 1285.) regionum ſtatus perturbatus eſt, & Bagdadum primo exciſum, deinde Alepum cum tota Syria ac Meſopotamia. Poſtea Arabes Aſſyriæ & Ninives in Chriſtianos eorum locorum invadentes, eos deleverunt. Paulò poſt ſupervenientes Tartari, Arabas profligarunt, & per hunc modum communis clades univerſos involvit: & Eccleſia Orientis ea calamitate alliſa, ad ſexennium vidua manſit: ſicut etiam ante obitum Salibæ Maphriani per aliud triennium communi Patre (*Patriarcha*) orbata luxerat. Quum itaque ſanctorum Epiſcoporum in Cilicia Synodus congregata, Mar Ignatium, qui & Raban Joſue Archimandrita Gavicathæ, Patriarcham creaſſet, Maphrianum etiam elegit. Paucis à conſecratione Patriarchæ in Siſide Ciliciæ urbe facta diebus, Gregorium Abulpharagium Aaronis filium Dominica die, ſexta decima [1] Januarii anni Græcorum 1575. (*Chriſti* 1264.) Maphrianum Tagriti & Orientis proclamarunt. Quia Mar Joannes quoque Patriarcha Bar-Maadani eundem ea dignitate condecorare ſtatuerat, eamque electionem Orientalibus velut ipſorum rationibus valdè conſentaneam ſignifica-

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܕܢܚ ܐܝܓܢܛܝܘܣ
ܡܦܪܝܢܐ ܕܗܘ ܨܠܝܒܐ: ܐܫܬܓܫܘ
ܐܬܪܘܬܐ: ܚܪܒܬ ܒܓܕܐܕ: ܘܒܬܪܗ
ܐܦ ܚܪܒܬ ܚܠܒ ܥܡ ܟܠܗ ܣܘܪܝܐ
ܘܒܝܬ ܢܗܪܝܢ. ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܐܦ
ܥܪܒܝܐ ܕܐܬܘܪ ܘܢܝܢܘܐ ܥܠ
ܟܪܣܛܝܢܐ ܕܬܡܢ ܘܚܪܒܘ ܐܢܘܢ.
ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ ܐܬܘ ܛܛܪܝܐ ܘܣܚܦܘ
ܠܥܪܒܝܐ: ܘܗܘܬ ܐܒܕܢܐ ܓܘܢܝܐ ܗܘܬ
ܠܟܠܗܘܢ. ܘܩܡܬ ܥܕܬܐ ܡܕܢܚܝܬܐ
ܕܡܬܒܨܪܐ ܐܪܡܠܬܐ ܫܬ ܫܢܝܢ.
ܐܦ ܡܢ ܩܕܡ ܡܘܬܗ ܕܨܠܝܒܐ
ܡܦܪܝܢܐ ܬܠܬ ܫܢܝܢ ܐܚܪܢܝܢ
ܡܬܐܒܠܐ ܗܘܬ ܡܢ ܐܒܐ ܓܘܢܝܐ.
ܘܟܕ ܟܢܫܘ ܒܩܝܠܝܩܝܐ. ܦܝܣܩܘܦܐ
ܩܕܝܫܐ ܩܡ ܒܟܢܘܫܝܐ ܘܐܩܝܡܘ.
ܠܡܪܝ ܐܝܓܢܛܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟ ܕܗܘ
ܪܒܢ ܝܫܘܥ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܕܓܘܝܟܬܐ:
ܟܕ ܐܦ ܠܡܦܪܝܢܐ ܓܒܘ ܘܒܬܪ
ܝܘܡܬܐ ܩܠܝܠܐ ܕܡܢ ܒܬܪ ܣܝܡ ܐܝܕܗ
ܕܦܛܪܝܪܟ ܒܣܝܣ ܕܩܝܠܝܩܝܐ ܐܩܝܡܘ
ܠܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܗܘ ܐܒܘ
ܠܦܪܓ

### NOTA.

1 *Sexta decima Januarii*. Imò *decima nona*, in quam dies Dominica anno Chriſti 1264. incidit. Amanuenſis pro ܬܫܥܣܪ, quod *undeviginti* ſignificat, ܫܬܬܥܣܪ *decimum ſextum* diem, una litera Scin ante Tau translata, poſuit.

ſicaverat; ſupervenientibus autem bellorum tumultibus Maphriani ordinatio diſturbata eſt. Eodem porro die Ciliciæ Rex cum filiis & fratribus & regni magnatibus, Epiſcopi quoque reliqui Armeni in Eccleſia Deiparæ urbis Siſidis ordinationi Maphriani interſuerunt. Decrevit autem Patriarcha & Maphrianus cum cæteris Epiſcopis, obſequii cauſa, Regem regum (*hoc eſt*, *Hulachum Tartarorum Regem*) adire: ſcriptumque fuit diploma Patriarchæ, & alterum Maphriano. Patriarchâ verò ad Romæorum ditionem abeunte, Maphrianus in urbem Moſul profectus eſt, eique occurrerunt palatini, & omnes Chriſtiani, & cum canticis & pſalmis eum introduxerunt. Inde ad cœnobium aſcendens, à cœnobitis benevolè exceptus eſt perinde atque ab indigenis: ubi Behenamum monachum, cognomento Bar-Summane, Epiſcopum Nuhadrenſium [1] conſecravit in Eccleſia ſuperiori Danielis feria quarta intermedia dominici jejunii, anno *Græcorum* 1576. Quum autem Bagdadum deſcendiſſet, ipſi obviam venere Archidiaconus & reliqui proceres, adeo ut Mar Machicha Catholicus [2] Neſtorianorum de Maphriani adventu admonitus, ſuum ex fratre nepotem, & alterum ex ſorore, alioſque viros Bagdadenſes cives eidem obviam ire juſſerit, ipſumque cum honore in ſuis ædibus ſuſceperit. A Catholici ædibus ad ſuam Maphrianus Eccleſiam ad fores Muchuli ſitam acceſſit. Miſit

[illegible]

NOTÆ.

1 *Nuhadrenſium*. Quæ Syris [illegible] *Nuhadra* dicitur, eam Græci *Naardam*, *Neardam*, *Neerdam*, & *Nehardeam* appellant. Eſt autem Nuhadra, teſte Joſepho lib. 18. Antiq. Jud. cap. 12. *urbs Babyloniæ populoſa, fertilem & amplam regionem ſeu agrum poſſidens: nec hoſtium adſultibus patet, undique Euphrate & firmis muris circumdata*. Ibidem celebrem fuiſſe Hebræorum Scholam, notat Buxtorfius Tiberiade cap. 6.

2 *Catholicus*. Sic Chaldæi, ſeu Neſtoriani Orientales vocant Patriarcham ſuum, cui aliquando hos duos titulos conjungunt, nimirum [illegible] *Catholicus Patriarcha*. Eorum ſeriem à Sancti Thomæ Apoſtoli temporibus uſque ad ſuam ætatem deſcribit idem Barhebræus in hac tertia Chronici Syriaci parte: ubi ad annum Chriſti 629. refert, eam gentem in duas ſectas diviſam, quarum altera Jacobitis adhæſerit, altera in Neſtorianorum errore permanſerit: & hujus quidem Patriarcharum ſucceſſio ad Jaballaham ab eodem Bar-hebræo perducitur. Quæ verò ad Jacobitas acceſſit, eam ſibi Maphrianos ſeù Primates à Jacobitarum Patriarcha poſtulaſſe affirmat, quorum primus Marutha fuit eodem anno 629. conſecratus,

Miſit autem Catholicus cum ipſo eos, qui in ejus occurſum proceſſerant, & unàcum iſtis veſtem albam holoſericam raſilem, veneruntque atque Maphrianum induerunt, eoque munere functi abjerunt. Jamque Paſchalia feſta inierant. Quare per eam ſolemnitatem Maphrianus pretioſa munera *Catholico* miſit: & lætati ſunt valdè in Maphriano fideles: ſed & populus Neſtorianorum quotidie nobiſcum in noſtra Eccleſia conveniebant. Intereà ad conſecrationem Chriſmatis ſe compararunt: qua in actione ſignum [1] admirabile conſpexerunt: quoniam quum vaſis capacitas liquorem quatuor digitis ſuperaret, perfecta jam conſecratione excrevit chriſma, defluxiſſetque, niſi in aliud vaſculum ex eo refuſum fuiſſet. Quum autem quidam Neſtoriani audiſſent, Maphrianum à Jacobitis Catholici nomine in Diptychis præconizari, idque ſuo Catholico retuliſſent, invidia exarſit, & diſcordiarum cauſas captare cœpit. Deus autem, cujus gratiæ laus eſto, illum præpedivit, ne quemquam offenderet: atque ſub iſtis Paſchatis diebus colicis doloribus correptus eſt hora nona feriæ ſextæ, & prima ſabbati ſequentis poſt hebdomadam in Albis 18. Aprilis anni 1576. deceſſit, ſepultuſque eſt in nova Eccleſia, quam ipſe ædificaverat.

[illegible]

[illegible]

NOTA.

1 *Signum*. Copti quoque & Neſtoriani in Vitis Patriarcharum Alexandrinorum & Primatum Chaldæorum, ubi conſecrationis Chriſmatis meminere, miraculum ſimile notant, cujus fortaſſe naturalis cauſa fuit calor ex templi anguſtia & adſtantium frequentia cereiſque & thuribulis ortus, qui balſamum excreſcere & ex vaſe defluere abſque ullo ſupernaturali miraculo facit. Vide Severum Aſmonæorum Epiſcopum in Hiſtoria Alexandrina, & Thomam Maragenſem in Hiſtoria Monaſtica Chaldæorum.

[illegible]

Maphrianus autem Bagdadi æſtatem exegit, ordinavitque quatuor Diaconos, atque Epiſcopum eidem urbi Bagdad conſecravit Joſue monachum ex cœnobio Mar Ananiæ, qui Timothei nomen aſſumpſit. Conſecravit etiam Denham monachum cognomento Bar-Hamra ex cœnobio S. Matthæi, Epiſcopum Adorbigani, qui Joannis nomen aſcivit. Hic verò poſt conſecrationem ad ſuam Eccleſiam profectus, in Beth-Saidam pagum provinciæ Arbelæ pervenit, ibique extinctus eſt, & in nova Eccleſia, quæ in eodem pago conſtruebatur, tumulatus.

[illegible]

Autumno ineunte Niniven Maphrianus repetiit, & anno 1577. Epiſcopum Gozartæ Cardoæ dedit Vehbum monachum ex cœnobio S. Matthæi, qui Joannes eſt appellatus; atque per eoſdem dies Adorbigano urbi Epiſcopum præfecit Joſue monachum ex eodem cœnobio, qui Severi nomen aſſumpſit. Hoc eodem anno 1577. conſecratus eſt Mar Denha in Catholicum, qui Arbelæ fuerat Metropolita, & paulò antea ad caſtra Regis regum abierat. Accidit autem ut Hulachus obiret, & Machica etiam Catholicus ex hac vita decederet. Re igitur ad Reginam fidelem Dokuſcatonam delata, quod ſcilicet prædictus Denha Catholici munere dignus antea judicatus fuerat, ſed Machica muneribus & calumniis illum ſuperaverat, præcepit Regina, ut in Catholicum Denha conſecraretur, acceptoque mandato (*Jazlichum vocant*) Arbelam venit, congregatiſque Epiſcopis, Bagdadum deſcendit, & Seleuciæ conſecratus eſt menſe Novembri Dominica tertia conſecrationis Eccleſiæ.

[illegible]

[illegible]

Anno 1579. Maphrianus Occidentem 1 petiit, cognatos ſuos reviſurus, inciditque in Patriarcham in urbe Arghis ad lacum Arabeſtiæ, qui accuſatum ibat Presbyterum & medicum Simeonem pro negotio cœnobii Mar Barſumæ. At Patriarcham alloqui noluit Maphrianus, quia ajebat nefas eſſe accedere ad Tribunalia Hunnorum barbarorum, & ſic vileſcere in oculis eorum, ſed nos externis arbitris remotis Presbyteri cauſam tranſigere debere. Quod Maphriani conſilium non libenter audiit Patriarcha, ſed ſuſpicatus eſt illum Presbytero favere. Animadvertens autem Patriarcha Maphrianum ſententiæ ſuæ nolle acquieſcere, tres ex videntibus 2 de ſuo comitatu ad eum miſit, rogaruntque eum, ut ad Patriarcham accederet: quorum dictis acquieſcens Maphrianus, ad Patriarcham ad locum, ubi diverſabatur, venit, eoque viſo diſceſſit, & in Ciliciam profectus eſt. Patriarcha verò ad regem regum perrexit, & negotio ſuo confecto, ad cœnobium reverſus eſt. Sub idem tempus difficili diſenteriæ morbo cum jecoris inflammatione tentatus eſt Maphrianus in urbe Siſide Ciliciæ, qui eum ad portas mortis adduxit. Deus autem ejus miſertus eſt, & convaluit: eique Patriarcha reſtitutam valetudinem per epiſtolam amicè gratulatus eſt, Deoque pro ejus ſalute gratias egit. Poſtquam ergo eo morbo relevatus eſt Maphrianus, ad Patriarcham in cœnobio Mar Barſumæ commorantem profectus eſt. Per eos autem fermè dies Presbyter Simeon diploma attulit, quo alterum Patriarchæ conceſſum

[illegible]

NOTÆ.

1 *Occidentem*. Ita vocant Syri Meſopotamiam & Syriam: Chaldæam verò & Aſſyriam, *Orientem*.

2 *Ex videntibus*. Ita habet Codex ms. Fortaſsè pro [illegible], quod *videntes* ſignificat, legendum [illegible], hoc eſt, *nobiles*, & *ingenui viri*.

ceſſum reſcindebatur. Maphrianus verò cujuſdam negotii prætextu, Tabrizum petiit, atque inde Maragam, ibique in novo monaſterio aliquandiù verſatus, Euclidem expoſuit. Inde autumno ineunte Niniven profectus eſt.

[illegible]

[illegible]

Anno 1583. hiberno tempore Baſilius Epiſcopus Tabrizi mortuus eſt, qui Eccleſiam populo noſtro religioſorum mercatorum ope inſtauravit. Supervenere interim monachi quidam ex cœnobio S. Matthæi, & Maphriano ſupplicarunt, illum Epiſcopatum petentes, quibus tamen haudquaquam ſatisfecit, quia doctrina non ſatis inſtructi erant, & moribus juvenes: ſed eam Eccleſiam Severo ejuſdem cœnobii archimandritæ commiſit, qui ſub diebus feſti magni Reſurrectionis illuc profectus, honorificè exceptus eſt, cæpitque urgere fabricam ædium ejuſdem Eccleſiæ Tabrizi. Per æſtatem ejuſdem anni Maphrianus Maragam ſecundò profectus eſt, & cellam, atque Oratorium in nova Eccleſia ibi conſtruxit: eaque in urbe per annum commoratus, Ptolemæi Almageſtum expoſuit, venitque ad eum Jacobus Presbyter frater Simeonis Presbyteri & medici poſt feſtum Reſurrectionis anni 1584. rogavitque ut cum ipſo ad cœnobium Mar Barſumæ accederet, utque pacem eis cum Patriarcha firmaret. Cui obſequutus Maphrianus, cum ipſo ad cœnobium aſcendit, atque inde in Ciliciam perrexit ad dictorum Presbyterorum fratrem, quem Presbyterum & Metropolitam Melitinæ ordinarunt; atque inde Niniven abiit.

[illegible]

[illegible]

Anno 1585. inſtaurata eſt Eccleſia populo noſtro in meditullio urbis Bagdad propè ædes Chaliphæ, operâ principis Juriſperitorum Saphiaddaulæ Solimani Bar-Gamali.

Anno 1588. mortuus eſt Severus Epiſcopus Tabrizi, & contriſtati ſunt valdè fideles ob ejus mortem: & ſuffragium commune dedere Joſepho monacho ejus ex ſorore nepoti, qui conſecratus eſt in monaſterio ſancti Matthæi ab eodem Maphriano diebus jejunii quadrageſimalis, & abiit, atque in Eccleſia Tabrizi reſedit, appellatuſque eſt Dionyſius.

Eodem anno in diebus feſti reſurrectionis Bagdadum Maphrianus deſcendit, & feſtum ibidem celebravit, & Diaconatus ordine Sciamſaddaulem cohoneſtavit, unàcum aliis filiis nobilium. Chriſma præter eà conſecravit in eadem Eccleſia catholica S. Thomæ Apoſtoli ad portam Muchul: ordinavitque alios Diaconos in Eccleſia Deiparæ intra Bagdadum. Idem porrò Maphrianus antequam Bagdadum intraret, id Archidiacono Thomæ ſignificaverat: à quo Catholicus Mar Denha admonitus, Epiſcopum & multos nobiles Bagdadenſes in occurſum Maphriani miſit, atque ad eum ingreſſus apud viam, ab eodem multo cum honore exceptus eſt. Converſus autem ad confertam multitudinem Jacobitarum & Neſtorianorum, dixit: Beatus populus, cui hæc ſunt. Exacta autem ibidem æſtate, autumno ineunte anni 1589. Tagritum aſcendit, & in celeberrimis ejus Eccleſiis commoratus eſt, & lætati ſunt per hunc modum omnes nobiles Tagritenſes ubique, quoniam à ſexaginta annis, ex quo

quo inde abierat Ignatius, quum Patriarcha factus eſt, nullus hactenus eam urbem intraverat Maphrianus. Quumque in ea duos menſes commoratus fuiſſet, Niniven repetiit, treſque [1] Epiſcopos conſecravit: primum Michaëlem, qui & Mochles, Eccleſiæ Beth-Raman: alterum Baſilium, qui & Raban Abraham, cœnobio S. Matthæi ad titulum Eccleſiæ Bethſaidæ præfecit; tertium Denham, quem & Mar Joannem appellavit, cœnobio S. Sergii; & poſtremum Moyſen Sigaræ, qui Joannis nomen aſſumpſit.

[Syriac text]

Sabbato autem primo Jejunii magni anni 1590. quum Maphrianus in Maraga urbe verſaretur, obiit Athanaſius Beth-Nuhadræ Epiſcopus, qui & Bar-Summane, vir perfectus & prudens, in Bartela caſtro: & tranſlatum eſt ejus corpus ad cœnobium ſancti Matthæi. Hoc eodem anno Simeon quidam, cognomento Bar-Kalig, qui Tauſæ Choraſanitarum urbi præerat Epiſcopus, ordinatus fuit à Mar Denha Catholico Metropolita Sinenſibus [2] qui quum adversùs Catholicum

[Syriac text]

NOTÆ.

1 *Treſque Epiſcopos*. Quatuor hìc numerantur: nimirùm Michaël Beth-Raman, Baſilius S. Matthæi, Joannes S. Sergii, & Joannes Sigaræ.

2 *Sinenſibus*. Epiſcopos ac Presbyteros à Neſtoriano Chaldæorum Patriarcha in vaſtiſſimas Indiarum Sinarumque regiones, diſſeminandi Evangelii cauſa, jam ab octavo Chriſti ſæculo allegatos fuiſſe, liquet ex monumento lapideo eruto in Provinciæ Xensi Metropoli anno 1625, cujus exemplar Sinicè & Syriacè impreſſum in folio volubili extat in noſtra Bibliotheca Vaticana inter libros Sinicos à P. Couplet Soc. Jeſu Innocentio XI. Pont. Max. dono oblatos: ubi inter verba Sinico charactere impreſſa, quibus nomina ſeptuaginta Evangelii præconum (non *ex Palæſtina*, ut latinus interpres in titulo perperàm adnotavit, ſed *ex Aſſyria ſeù Chaldæa* in Sinarum regnum miſſorum) recenſentur, hæc Syriacis Stronghilis ſeù Chaldaicis rotundis literis adnotatio à dextris & ſiniſtris & ad calcem ejuſdem monumenti legitur.

[Syriac text]

cum ſuperbè agere cœpiſſet, antequam ad Sinarum regionem proficiſceretur, juſſu Catholici ad ipſum adductus eſt in Aſiam Adorbiganenſis regionis urbem, rebuſque omnibus ſpoliatus, in carcerem detruſus eſt in cœnobio S. Abraham in Lahaka urbe. Quumque inde fuga dilapſus in montem profugiſſet, à quibuſdam ejuſdem montis incolis captus, & ad Catholicum adductus, apud ipſum rurſus carceri mancipatus eſt in ejus cella, paucisque poſt diebus mortuus eſt ipſe cum aliis Epiſcopis & monachis, qui cum ipſo erant: quo verò mortis genere, variæ fuerunt variorum opiniones.

[illegible]

Anno Græcorum 1591. feria quarta hebdomadæ paſſionis obiit Joannes Epiſcopus Gozartæ Cardoæ, quum ante obitum res ſuas omnes diſpenſaſſet, quia à multo tempore ægrotabat. Redemit autem captivos in vinculis detentos, & ad cœnobium, atque ad Maphrianum pro facultate quod habuit, miſit: nec vel unum obolum poſt ſe reliquit.

[illegible]

Anno ܘܒܫܢܬܐ

[illegible]

*Diebus Patris Patrum Mar Ananieſu Catholici Patriarchæ, Adam Presbyter & Chorepiſcopus & Papas Sinarum. Anno Græcorum* 1092. (Chriſti 781.) *Mar Jazedbuzid Presbyter & Chorepiſcopus Chumdanæ urbis regiæ, filius* τοῦ μακαρίτου *Milleſii Presbyteri ex Balach urbe Adatchuriſtan, erexit hoc monumentum lapideum, in quo deſcripta eſt diſpenſatio Servatoris noſtri, & prædicatio patrum noſtrorum ad Regem Sinarum* ..... (cujus nomen Sinicis literis exprimitur.) *Adam Diaconus filius Jazedbuzid Chorepiſcopi. Mar Sergius Presbyter & Chorepiſcopus. Sabarieſu Presbyter. Gabriel Presbyter & Archidiaconus, & Eccleſiarcha Chumdanæ, & Saragæ.* Fuit hic Ananieſu Chaldæorum Patriarcha Jacobi ſucceſſor, de quo idem Bar-hebræus in Chronico Par. 3. fol. 370. & Thomas Maragenſis Epiſcopus in hiſtoria monaſtica illius gentis Par. 4. cap. 2. qui addit in eadem hiſtoria Par. 5. cap. 4. 7. 10. & 14. alios ad prædicandum Barbaris Evangelium Epiſcopos à Timotheo, qui Ananieſu ſucceſſit, miſſos fuiſſe: videlicet, Subchalieſu, Jaballaham & Cardag in Galan & Dailam, Eliam in Mukan, & Narſetem in Senam, quæ & Cardaliabed. Demùm in Cod. 5. Catalogi, quem in fine hujus Tomi ſubjiciam, fol. 157 habetur hiſtoria Georgii, & Joſephi, qui ex India in Aſſyriam ad Simeonem Chaldæorum Patriarcham venerunt, Epiſcopos pro iis regionibus poſtulaturi:

turi :

Anno Græcorum 1592. quum ſua convaſaſſet Mar Joannes Denha Catholicus Bagdadum petiturus, in ipſo itinere ægrotare cœpit: & quum illuc veniſſet, eodem morbo ad aliquot dies conflictatus, tandem nocte feriæ ſecundæ luceſcentis in mane Jejunii magni è vita migravit die 24. Februarii ejuſdem anni. Quum autem viveret iſte Mar Denha, monachi duo Jaguritæ ex Sinis profecti, Jeroſolymam contendebant, ſacra loca adoraturi. Quumque ad has regiones veniſſent, neque viam neque locum inveniſſent conficiendæ propoſitæ peregrinationis, ad Mar Denham diverterunt: qui, ne adverſarius ille Bar-Kalig Sinas adiret, alterum ex iſtis monachis Jaguritis, hoc eſt, Turcis, Metropolitam Sinenſibus præfecit, & Jaballaham appellavit. Illis verò in patriam redire cogitantibus, deceſſit Denha. Tum verò Aſutus Ameras illorum affinis, Jaballahæ negotium ad Regem regum retulit, affirmans chriſtianis quidem placere Catholicum fieri Jaballaham, ſed maximè Bagdadenſibus univerſis id gratum fore, utpote ſperantibus ab eo non modicam utilitatem ſe percepturos propter ejuſdem cum Mogulenſibus affinitatem tùm genere, tùm lingua. Pro ejus itaque voto exiit edictum à Rege, ut Catholici dignitate Jaballaha potiretur. Quo circa Epiſcopos circiter viginti quatuor congregavit, ſimulque omnes Seleuciam & Cteſiphontem deſcenderunt, eumque Catholicum conſecrarunt. Iſte porrò Jaballaha etſi doctrina & Syriacis literis parùm inſtructus eſſet, erat tamen moribus inſignis, & timore Dei præditus & multam charitatem Jacobitis oſtendit.

[illegible]

turi: quibus Simeon annuens, Thomam & Joannem Epiſcopos anno Græcorum 1801. *Chriſti* 1490. conſecravit: & Joannes quidem ſub Elia Simeonis ſucceſſore anno Græcorum 1814. tres alios Epiſcopos ordinaſſe dicitur & in ulteriores Judæorum partes miſiſſe: Jaballaham ſcilicet, Denham, & Jacobum.

[Syriac text]

Anno Græcorum 1593. ineunte vere cogitavit Maphrianus Tabrizum proficiſci, novæ Eccleſiæ ibidem cæptæ ædificium conſummaturus, quia in ejus Oratorio multa deſiderabantur. Illuc itaque profectus, ſe caſtris filiæ Regis Mangalunæ conjunxit. Interea nunciatus eſt obitus Abakæ regis regum. Quamobrem Tabrizi iter reliquit, & Tazacum versùs contendit, ubi novus Rex creandus erat. Quumque illuc perveniſſet Maphrianus, collocatus eſt in throno Regni Achmed illuſtris, cujus ad conſpectum à proceribus introductus Maphrianus, eidem de more fauſta apprecatus eſt. Viciſſim Rex admirabile diploma reſcripſit pro ædificatione Eccleſiarum Adorbiganæ, Aſſyriæ, atque Meſopotamiæ. Indeque diſcedens Maphrianus, Tabrizum venit, habitavitque in Eccleſia, & ædificium Oratorii ejus perfecit, atque januam eidem ex ſectis lapidibus conſtruxit. Cellas quoque ſuper Oratorium Peregrinis ædificavit, & cœmeterium defunctis; quia præter ædiculam ſub limine templi poſitam non erat pro Epiſcopi habitatione locus. Porticum prætereà æſtivam conſtruxit, & domum hibernam, & caminum, omniaque perfecit pro viribus ſuis quæcumque fieri potuerunt, quum reipſa frater ejus Barſuma Saphius hæc omnia facienda curaret.

[Syriac text]

Ineunte autem anno Græcorum 1594. Mar Ignatius Patriarcha deceſſit: veneruntque ex cœnobio legati perferentes literas ſubmiſſionis & excuſationis, quod neceſſitate coacti feſtinaverant novum Patriarcham

[Syriac text]

cham defuncto ſubrogare: quos tamen Maphrianus minimè admiſit. Poſteà ſupervenit Raban Simeon medicus ad Maphrianum, multiſque illum pertrahere conatus eſt, ut nepotem ſuum ex fratre reciperet: ſed minimè ipſi acquievit, inquiens. Ab antiquis temporibus definiviſſe ſanctos Patres, nec Patriarcham ſine Maphriano, nec Maphrianum ſine Patriarcha conſtitui fas eſſe. Iſti, ajebat, legem prævaricati ſunt & Patrum canones. Non eſt mihi pars cum illis, nec communicabo cum illis in prævaricatione eorum. Atque ita medicum reliquit, qui abjit offenſus. Maphrianus autem profectus eſt cum caſtris filiæ Regis, Niniven cogitans, eoque in itinere venit ad eum Tagi-addaules filius Raban Simeonis, de hoc negotio tractaturus. Et quia hunc Maphrianus educaverat & docuerat, ſicut filium diligebat eum, ſuſcepitque illum, & magnates, qui ipſum comitabantur: deditque Maphrianus ſuffragium Philoxeno, dicens: Ne putes me Patriarchatum ambire, & hanc ob cauſam contradicere: Deus enim ſcrutator cordium ſcit, nec unum in me membrum eſſe, quod eam dignitatem concupiſcat, tùm ex aliis cauſis, tùm quia quadraginta propè anni ſunt, ex quo creditus mihi fuit gradus Pontificalis: viginti in Oriente, & viginti in Occidente: & hoc præfecturæ ſtatu ſatur ſum. Quare ſilentium, & quietem tranquillæ vitæ deſidero, & conſummationem finemque bonum repoſitum viris pacis. Rurſus quia in hac mea Orientali Diœceſi, Dei gratia, in multa quiete dego, nihilque in ea mihi deeſt, ut ab ea fugiam, & ad aliam migrem, ſicut qui in pace requieverunt prædeceſſores mei. Nam etſi perturbatum eſt tempus noſtrum, attamen quietem, quam ego in Oriente habui, nemo alius nactus eſt. Tertium quia etſi Patriarchatum cuperem, ſicut cæteri homines, attamen quum Diœceſes Occidentis jam vaſtatæ fuerint, quid ſupereſt, quod in eis

cupiam? An Antiochiæ deſiderium me tenet, quam gemitus luctuſque occupat? An Diœceſis ſacra Gumæ, in qua non remanſit qui mingat ad parietem? An Berœæ, an Mabugi, aut Callinici, aut Edeſſæ, & Haran, quæ omnes deſertæ ſunt? An ſeptem Diœceſeon circa Melitinam, in quibus nec una domus ſupereſt, Lacabenæ ſcilicet, & Arcæ, & Kaliſuræ, & Semchæ, & Gubæ, & Claudiæ, & Gargaræ. Ex his porrò patet, cauſam contentionis meæ eſſe factum veſtrum minimè laudabile, atque reprehendendum, quod abſque conſenſu Occidentalium atque Orientalium feciſtis quod feciſtis. Quare vos noveritis, & Dominus veſter, apud quem non eſt perſonarum acceptatio.

[illegible]

Per eos dies introduxit Maphrianus Tabrizum urbem duos medicos diſcipulos ſuos: & Abu-Cairum quidem in ipſa Tabrizo habitare juſſit; Joannem verò in Maraga.

[illegible]

Profectus autem Niniven, diebus dominici jejunii anno Græcorum 1595. Raban Jobum monachum ex domo Cudidia elegit, atque per impoſitionem manus Epiſcopum conſecravit, qui Joannis nomen aſſumpſit, & Eccleſiæ Nuhadrenſium præfectus eſt, fuitque Epiſcopus undecimus eorum, quos Maphrianus in Oriente conſecravit.

[illegible]

Hoc

Hoc ipſo anno quum in Beth-Ebre pago Eccleſia S. Joannis Bar-Nagore diruta fuiſſet, atque in eo pago latrones ex inſidiis presbyteros & Diaconos illuc venientes adorti ſpoliarent; cœpit Maphrianus monaſterium conſtruere nomini ejuſdem martyris ad occaſum borealem Bartelæ caſtri regionis Ninivenſis: & per hunc modum Clericis quies magna parta eſt.

ܘܒܗ ܒܫܢܬܐ ܟܕ ܒܒܝܬ ܥܒܪܝܐ ܩܪܝܬܐ ܕܒܗ ܗܘܐ ܗܝܟܠܐ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪܢܓܘܪܐ ܚܪܝܒ ܘܓܝܣܐ ܗܘܘ ܟܡܝܢܝܢ ܒܗ ܘܠܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܐܬܝܢ ܠܬܡܢ ܡܫܠܚܝܢ ܗܘܘ: ܫܪܝ ܡܦܪܝܢܐ ܠܡܒܢܐ ܕܝܪܐ ܥܠ ܫܡ ܗܘܝܘ ܕܣܗܕܐ ܒܡܥܪܒ ܓܪܒܝܐ ܕܒܪܬܠܐ ܩܣܛܪܐ ܕܐܬܪܐ ܕܢܝܢܘܐ ܘܗܘܐ ܢܝܚܐ ܪܒܐ ܠܩܠܝܪܝܩܘ ܒܗܕܐ ܓܘܢܐ.

Anno Græcorum 1596. perfectum eſt ædificium celebris monaſterii in caſtro Bartela, quod conſtruxit Maphrianus nomini martyris S. Joannis [1] Bar-Nagore: & quia fidelis Regina Bina-Catona [2] pictores duos in ſua arte admirabiles Conſtantinopoli ab Imperatore parente ſuo evocaverat, ut picturis ornarent Eccleſiam Græcorum urbis Tabrizi, horum alter à Maphriano arceſſitus novam Eccleſiam Bar-Nagore ſacris imaginibus condecorare cœpit. Ante hunc annum Maphrianus Epiſcopum plurimoſque monachos & Preſbyteros miſerat, ut afferrent reliquias ſancti Martyris in veteri Eccleſia conditas. Illi verò abeuntes foderunt, & nihil invenerunt. Quibuſdam etiam Chriſtianis apparuit in ſomnis idem ſanctus Martyr, dicens, niſi venerit Maphrianus, reliquiæ non invenientur. At Maphrianus huic laicorum ſermoni haudquaquam adhibens fidem, cauſatus morbum

ܒܫܢܬ ܐܨܨܘ ܕܝܘܢܝܐ ܐܫܬܡܠܝ ܒܢܝܢܐ ܕܕܝܪܐ ܡܫܒܚܐ ܕܒܩܣܛܪܐ ܕܒܪܬܠܐ ܕܒܢܐ ܡܦܪܝܢܐ ܥܠ ܫܡ ܣܗܕܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪܢܓܘܪܐ. ܘܡܛܠ ܕܡܠܟܬܐ ܡܗܝܡܢܬܐ ܕܣܦ ܒܝܢܐܟܬܘܢ ܠܬܪܝܢ ܨܝܪܐ ܐܘܡܢܐ ܠܛܒܐ ܐܝܬܝܬ ܡܢ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܡܢ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܐܒܘܗ ܠܡܨܪ ܨܝܪܐ ܕܥܕܬܐ ܕܝܘܢܝܐ ܕܬܒܪܝܙ ܡܕܝܢܬܐ: ܚܕ ܡܢ ܨܝܪܐ ܐܝܬܝ ܠܗ ܡܦܪܝܢܐ ܘܕܪܘܫܘܗܝ ܠܥܕܬܐ ܚܕܬܐ ܕܒܪ ܢܓܘܪܐ. ܘܩܕܡ ܗܕܐ ܫܢܬܐ ܫܕܪ ܡܦܪܝܢܐ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܠܕܝܪܝܐ ܘܩܫܝܫܐ ܣܓܝܐܐ ܕܢܝܬܘܢ ܠܓܪܡܐ ܕܣܗܕܐ ܡܢ ܥܕܬܐ ܥܬܝܩܬܐ. ܘܟܕ ܐܙܠܘ ܘܚܦܪܘ: ܠܐ ܐܫܟܚܘ ܘܠܐ ܡܕܡ. ܐܬܚܙܝ ܕܝܢ ܣܗܕܐ ܠܐܢܫܝܢ

ܡܢ

NOTÆ.

1 *Joannis Bar-Nagore*. Ejus feſtum celebratur à Jacobitis Sabbato in Albis, ut in Cod. Syriaco 27. fol. 184. in Kalendario, quod Saliba Presbyter concinnavit. Quod autem hìc de ejus apparitione à Bar-Hebræo narratur, vel ſomnium fuit Scriptoris, vel fabula ad excitandam populi religionem excogitata. Similes huic Donatiſtarum viſiones indicat & reprobat Auguſtinus lib. de unit. Eccleſ. Vide Bellarm. de Notis Eccl. lib. 4. cap. 14. in fine, ubi de miraculo Novatiani.

2 *Binacatona*. Ducangius in Famil. Auguſt. Byzantina pag. 235. quæ hìc Binacatona dicitur, eam Mariam Michaelis Palæologi Imperatoris filiam notham vocat. *Maria*, inquit, *Palæologina*, *filia altera Michaëlis notha*, *ex puella ex Diplovatzarum familia genita*, *in uxorem pacta eſt à parente*, *Chalau*, *ſeù Hulach Tartarorum principi*, *ad quem deducta eſt à Theodoſio de Villa Harduini*, *monaſterii Pantocratoris Hegumeno*, *ſeù Abbate*, *Achajæ & Peloponneſi Principis fratre*. *Sed Chalau intereà extincto*, *hanc duxit Apaga ejus filius & ſucceſſor*. *Muguliorum Deſpœna vocatur à Pachymere*.

bum, oſtium cubiculi clauſit ubi dormiebat intra cellam ſuam: perſeveravitque clauſus in jejunio & oratione, & ſilentio à nocte feriæ ſextæ uſque ad noctem Dominicæ ſequentis, die 23. Novembris hujus [1] anni. Et poſt preces nocturnas quum eſſet inter ſomnum & vigiliam, vidit puerum glorioſum, audivitque dicentem: Reliquiæ exſtant ſub Throno (*Altari*) antiquo. Hoc audiens Maphrianus, fratrem ſuum vocavit & dixit, ſe velle ire ad quærendum Reliquias: adduxitque eum & duos Epiſcopos, & admiſſis equis, Eccleſiam veterem petierunt: præcepitque Maphrianus foſſoribus, ut foderent, ubi olim fuerat altare. Quumque terram fodiſſent ad ſtaturam circiter hominis, urnam invenerunt, & ipſi ſuperimpoſitum tholum pulvere plenum, & ſub tholo intra urnam arcam marmoream, qua per vim aperta, reperere particulas oſſium aromatibus conditas. Et gaviſi ſunt gaudio magno, & miſerunt, annunciaruntque in Bartela, & exierunt in occurſum illorum Presbyteri & Diaconi & univerſus Clerus, & cum canticis extulerunt arcam intra templum novum, & repoſuerunt eam in martyrio, quod in ipſo Templo conſtructum erat. Dominica autem die poſt inventionem harum Reliquiarum conſecravit Maphrianus Gabrielem monachum Bartelenſem ex cœnobio S. Matthæi Epiſcopum Gozartæ urbis Cardu, quem Dioſcorum nominavit, poſtquam ea Eccleſia vidua manſerat ad quinquennium.

[illegible]

[illegible]

NOTA.

1 *Hujus anni*. Nimirùm anni Chriſti 1285. quo dies 23. Novembris in feriam ſextam incidit.

[Syriac text]

Interea iniit annus Græcorum 1597. qui fuit ſexageſimus ætatis Maphriani, quo ille mortem timebat & præſtolabatur. Dicebat enim: Eo anno quo accidit conjunctio Saturni & Jovis in ſigno Aquarii natus ſum: & poſt viginti annos conjuncti ſunt in Libra, & ego Epiſcopus conſecratus fui: & poſt alios viginti quum conjuncti fuiſſent in ſigno Geminorum, Maphriani dignitatem adeptus ſum: & poſt alios viginti quum rursùs in Aquario conjuncti ſint, puto me ex hoc ſæculo migraturum. Et dicebat:

Sagena [1] ſæculorum, anno 1537. laqueus tuus me cepit:

Et puto me anno 1597. in te ampliùs non futurum.

[Syriac text]

Hucuſque Gregorius Bar-Hebræus. Pergit Barſuma ejus frater & in Archiepiſcopatu ſucceſſor, obitum & ſcripta fratris ſui deſcribere in hæc verba.

[Syriac text]

## N O T A.

1 *Sagena ſæculorum.* Exſtat hoc diſtychon inter Carmina Bar-Hebræi Codice Syriaco, & ad calcem Grammaticæ in ms. Codice Vaticano Syriaco, ubi præter Catalogum ejus operum, fragmentum etiam vitæ ejuſdem exhibetur, ex hoc Chronico, ut videtur deſumptum, ab iis verbis: [Syriac text]

[Syriac text]

*Quum mortis recordabatur, timebat eam & præſtolabatur*, uſque ad finem diſtychi. Deinde hæc de ejus obitu ſubjunguntur.

[Syriac text]

*Tranſacto autem illo anno, quo ſe moriturum putabat, quum nequaquam moreretur, ajebat juxta illud Apoſtoli: non oportet reſpicere ad elementa hæc infirma ac miſera, neque obſervare menſes, aut dies, aut tempora annorum: non enim Deus tollit animam, uſquedum cogitet cogitationem, quam nemo effugere queat, juxta dignam laude admonitionem, quam ſapiens illa Thecuitis ad Davidem habuit. Hactenus ille de geſtis ſuis, & de mortis ſuæ expectatione. Atque ita gaudens & lætus obiit, migravitque ad Dominum die 30. Julii, anno* 1597. (Chriſti 1286.) *& parentatum illi fuit in Eccleſia Maragæ, & delatum ejus corpus in cœnobium S. Matthæi.* Eandem ferè annotationem de Bar-Hebræi ortu atque obitu refert Renaudotius tom 2. Lit. Orient. à pag. 469. ex optimo Codice Mediceo, quem ab ætate auctoris non multum diſtare exiſtimat. In Calendario Syriaco, quod Saliba Presbyter collegit exaravit.

[Syriac text]

## *Quæ ſequuntur, Barſuma Scriptoris frater adjecit ad ejus mortem ſpectantia, quando videlicet, & ubi, & quomodo ea contigerit.*

Quum ergo perpetuò hunc annum mente revolveret, quodve non eſſet ratio illum evadendi, per id temporis in regione Ninives morabatur. Et quia quolibet anno per æſtatem latrones ex Syria in ea loca invadebant, & occidebant, atque captivos incolas abducebant, frater ejus inconſideratus cogitavit dicens: num fortè in manus latronum inciderent, & ſic Maphriani verbum exitum haberet & opere compleretur. Cœpit itaque urgere, inſtare, & hortari Maphrianum, ut ad urbem Maragam provinciæ Adorbiganæ ſe conferret, ut ſic evaderent illud quod aſſiduè Maphrianus animo volutabat. Quumque à fratre ſollicitaretur, deferri illuc ſe permiſit, & abiit, migravitque in eam urbem: ubi cum honore à magnis & parvis exceptus eſt. Arabes autem quidam viri præſtantes ab eo flagitarunt, ut Chronicon, quod Syriacè compoſuerat, in Saracenicam linguam converteret, ut ipſi eam legerent, & ex ea voluptatem caperent: quibus annuit, cœpitque eam hiſtoriam vertere ſtylo eleganti & elaboratiſſimo per menſem circiter, donec propè ad finem opus perductum eſt: remanſeruntque tria fortaſſe folia. Nocte verò Sabbati 27. Julii, febri correptus eſt, & tota illa nocte calor perduravit. Et Dominica die venerunt

[Syriac text]

ravitque, Cod. Syr. 27. f. 187. ad diem 30. Julii commemoratio Bar-Hebræi legitur in hæc verba: [Syriac text]

[Syriac text]

*Mar Gregorius Orientis Maphrianus anno Græcorum* 1597. Canis ſc. cani pulcherrimus.

runt medici, & contendebant, ut pharmacum biberet, & corpori medicinam adhiberet. At ille non acquievit: dicebat enim, pharmacum minimè profuturum, & horam jam adveniſſe, quamvis ſicut leo valeret, & hoc anno corpore & complexione robuſtior eſſet, quàm ante cæteris annis: & ut uno abſolvam verbo, hoc triduo adeò viribus defecerat, ut quum die Dominica atramentum & chartam popoſciſſet, ut ſcripto diſponeret cellæ ſuæ atque ſuis diſcipulis, id perficere haudquaquam potuerit, ſed quavis hora ſemel atque iterùm dextera manu ſiniſtræ digitorum extrema palparet, dicens: conſumpta eſt virtus mea, & defecit: fraudaſti me frater, ut non relinqueres me mori, ubi elatus fuiſſem ab Epiſcopis & monachis, atque Presbyteris & Diaconis, inter [1] quos die 22. aderam primus. Fac, frater, ut mortem effugiam. Ecce nihil fuga tua profuit. Nunc verò confortare & conſolare, & noli flere & contriſtari præter modum, quaſi aliquid novi in mundo contingat. Minimè quidem. Quumque hæc & hujuſmodi ad conſolationem noſtram loqueretur, integro die lætus & ridens, nec ut cæteri homines, mortis aſpectu fractus aut perterrefactus, repentè Saidum Diaconum & medicum vocavit, dixitque ei. Scribe quod dicam. Et hoc dicendi fecit initium. Filius hominis ſicut fænum dies ejus, & ſicut flos agri ſic efflorefcit. Et cætera deinceps proſequutus eſt, poſtquam complevit confeſſionem [2] ſicut juſtum erat. Protulit autem duos ordines [3], alterum pro Sede Patriarchæ, & alterum pro Sede Maphriani, & pro regimine Cellæ ipſius, quos fratri ſuo tradidit: cœ-

[illegible]

NOTÆ.

1 *Inter quos*. Deeſt aliquid in Syriaco Textu. Fortaſſe nomen menſis proximè elapſi, quo Bar-Hebræus è regione Ninives in urbem Maragam deportatus fuit.

2 *Confeſſionem*. Hoc eſt Sacramentum Pœnitentiæ, quod à Bar-Hebræo ante obitum ſuſceptum fuiſſe narrat Barſuma ejuſdem frater. De hoc Sacramento plura idem Bar-Hebræus, & ex eo quædam Naironus in Evopl. pag. 197.

3 *Ordines*. Paramenta Pontificalia intelligit, quæ in ſacris Syrorum libris ſæpè ܛܟܣܐ *Taxes*, hoc eſt, *ordines* appellantur, ut illud Ritualis Syriaci, ܟܗܢܐ ܠܒܝܫܝܢ ܒܛܟܣܝܗܘܢ *Sacerdotes ordinibus ſuis*, ideſt, Paramentis, *induuntur*.

cœpitque ſuprema mandata dare diſcipulis ſuis. In dilectione manete, ajebat, & nolite ſeparari abinvicem, quia ubi congregati eritis in charitate, ego inter vos adero. Illi verò infelices ſciderunt veſtimenta ſua, & ſuper capita pulverem projicientes, flebant uſque ad horam noctis tertiam, quum interim ille loqueretur & rideret, & hilari vultu perſiſteret, donec extinctus eſt ſicut lucerna, imò verò ſicut lampas glorioſa & lucens, & columna magna populi exigui & infirmi Jacobitarum: migravitque 1 ad Dominum nocte feriæ tertiæ, die 30. Julii, anni 1597.

Quia verò Mar Jaballaha Catholicus laudabilis eo tempore in urbe Maraga verſabatur, præcepit, nequis in forum procederet, aut officinam aperiret. Ipſius itaque juſſu ſigno ab Eccleſia dato congregatus eſt populus univerſus ad cellam Maphriani. Miſit autem Catholicus Epiſcopos qui ſecum aderant, & multos cereos magnos: & venit etiam univerſus populus Armenorum

NOTA.

1 *Migravitque ad Dominum*. Quæ ſequuntur de Bar-Hebræi exequiis à Chriſtianis Jacobitis, Neſtorianis, Armenis, atque Græcis celebratis, manifeſti mendacii convincunt hiſtoricum Mahometanum Ebn-Chalican, qui Bar-Hebræum à Chriſti fide ad Mahometanam perfidiam defeciſſe teſtatur apud Pocockium: niſi Pocockium ipſum hallucinatum fuiſſe dicamus, qui laudatum Ebn-Chalicano Abulpharagium ſcriptorem Mahometanum cum noſtro Bar-Hebræo confuderit, non alia ratione, quàm ob nominis ſimilitudinem. Vide Renaudotium tom. 2. Lit. Orient. pag. 470.

rum & Græcorum: ex noſtris verò (*hoc eſt, ex Jacobitis*) quatuor tantummodo Presbyteri ad eam celebritatem adfuerunt. Congregatis itaque ferè ducentis viris officium inchoârunt à prima hora diei uſque ad nonam. Oh diem perditionis! oh mane abſque miſericordia! oh diem furoris! oh noctem mæroris, quæ incubuit fratri hujus ſancti, qui Angelis conjunctus eſt, & miſeros reliquit in dolore & triſtitia, & mærore & luctu, & in gemitibus. Poſtquam verò abſolviſſent Neſtoriani, & Græci, & Armeni officium ſuum, & exequias, ſicut decebat, proſequuti fuiſſent, compoſuerunt ſanctum illius corpus in parvo Altari, in quo orare ſolebat, & oblationem offerre, quoties in urbem Maragam ſe conferebat.

[illegible]

Quis non illacrymetur inclyto populo Jacobitarum, videns eos orbatos viro iſto electo & ſingulari, & philoſopho admirabili: non enim inter eos remanſit, qui extraneo ſatiſfacere poſſet circa aliquam quæſtionem de rebus Eccleſiaſticis, aut de aliqua alia profanarum ſcientiarum ſeù facili, ſeù difficili diſputatione: aut qui ſcribere ſciret epiſtolam ſenſatam & dulcem & conditam, ſicut illas quas ſcribebat vir iſte, quem ornaverat Deus cognitione omnium ſcientiarum noſtrarum & externarum: quique ab anno ætatis vigeſimo uſque ad ultimum ſpiritum à lectione & ſcriptione nunquam ceſſavit, ſcripſitque & compoſuit plurimos libros, & ex altera in alteram linguam convertit: & nunc recenſeo titulos [1] librorum ejus, qui numero unus ſuprà triginta fuerunt.

[illegible]

NOTA.

[1] *Titulos librorum ejus*. Idem ferè Catalogus librorum Bar-Hebræi extat ad calcem Grammaticæ Syriacæ in ms. Cod. Syr. Mediceo Palatino 428. & in Vatic. Syr. his verbis.

[illegible]

[illegible]

1. Liber negotiationis negotiationum. Phyſica, & Theologia. [illegible]

2. Li- [illegible]

[illegible]

*Catalogus Librorum Gregorii Bar-Hebræi, qui & Abulpharagius filius Aaron Medici Maphrianus Orientis ex urbe Melitina. 1. Liber mercaturæ mercaturarum. Phyſica & Theologia. 2. Liber pupillarum. Iſagoge, Categoriæ, Perihermenias, & Sophiſtica. 3. Liber ſermonis Sapientiæ. Dialecticæ & Theologiæ epitome. 4. Liber aſcenſus mentis, de doctrina Planetarum & de motibus Siderum. 5. Liber magnus Candelabri Sanctorum, de confirmatione fundamentorum Eccleſiaſticorum, & quæſtiones adversùs omnes hæreſes. 6. Liber Radiorum. Quæſtiones Eccleſiaſticæ per compendium. 7. Liber magnus ſplendorum. Grammatica fuſius explicata. 8. Liber Grammaticæ parvæ ſub metro S. Ephræm. 9. Liber Ethicorum de regimine morum & conſuetudinum urbis & domus: quem ſcripſit in Maraga Adorbiganæ urbe labente menſe Julio anni 1590. 10. Liber magnus & prolixus Sapientiæ Sapientiarum, in quo collegit & digeſſit omnes partes ad ſapientiam pertinentes & ſublimes opiniones Philoſophiæ Ariſtotelis Philoſophi. 11. Liber Signorum & Prognoſticorum Abu-Ali Bar-Sina (Avicennæ) Saraceni, quem ex Saracenico, hoc eſt, Ara-*

2. Liber Pupillarum. Iſagoge, Categoriæ, Perihermenias, & Sophiſtica.

ܒ. ܟܬܒܐ ܕܒܒܬܐ: ܐܝܣܓܘܓܝ ܘܩܛܝܓܘܪܝܐܣ ܘܦܪܝܗܪܡܢܝܐܣ ܘܣܘܦܝܣܛܝܩܐ.

3. Liber Sermonis 1 Sapientiæ. Dialectica, Phyſica, & Theologia per compendium.

ܓ. ܟܬܒܐ ܕܣܘܕ ܣܘܦܝܐ: ܡܠܝܠܘܬܐ ܟܝܢܝܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܒܦܣܝܩܬܐ.

4. Liber Aſcenſus 2 mentis, de doctrina Planetarum, & motu Stellarum.

ܕ. ܟܬܒܐ ܕܣܘܠܩܐ ܗܘܢܢܝܐ. ܒܝܕܥܬܐ ܕܡܪܟܒܬܐ ܘܙܘܥܐ ܕܟܘܟܒܐ.

5. Liber Candelabri Sanctuarii: de confirmatione fundamentorum Eccleſiaſticorum: & Quæſtiones adverſùs omnes hæreſes.

ܗ. ܟܬܒܐ ܕܡܢܪܬ ܩܘܕܫܐ ܫܘܪܪܐ ܕܫܬܐܣܬܐ ܥܕܬܢܝܬܐ ܘܡܫܐܠܬܐ ܠܘܩܒܠ ܟܠܗܝܢ ܗܪܣܝܣ.

6. Liber Radiorum. Quæſtiones breves Eccleſiaſticæ.

ܘ. ܟܬܒܐ ܕܙܠܝܩܐ: ܦܫܝܩܬܐ ܥܕܬܢܝܬܐ ܒܦܣܝܩܬܐ.

7. Liber magnus Splendorum. Grammatica fuſiùs explicata.

ܙ. ܟܬܒܐ ܪܒܐ ܕܨܡܚܐ: ܓܪܡܛܝܩܝ ܒܦܘܫܩܐ.

8. Liber parvus, Grammatica metro S. Ephræm.

ܚ. ܟܬܒܐ ܙܥܘܪܐ ܓܪܡܛܝܩܝ ܒܡܫܘܚܬܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ.

9. Li-

*Arabico ſermone in Syriacum tranſtulit. 12. Liber Directionum. Canones Eccleſiaſtici, & Leges Imperatorum Græcorum de omnibus, quæ inter homines tractantur. 13. Liber magnus Dioſcoridis cum figura medicamentorum & eorundem delectu & virtute atque præparatione. Ex libro illo magno parvum volumen digeſſit, in quo omnes compoſitiones retulit. 14. Liber magnus Giaphakæ, Arabicè. 15. Liber expoſitionis Aphoriſmatum Hippocratis, Arabicè. 16 Liber Zigh, ſeù Calendarii pro tyronibus, ut abſque labore computum anni ex eo eruere valeant. 17. Liber Chronographiæ, Arabicè. 18. Liber Chronographiæ, Syriacè. 19. Liber de utilitate ucri, Arabicè. 20. Liber medullæ myſteriorum, quem è Saracenico ſermone in Syriacum convertit. 21. Liber Scintillæ. Grammaticæ compendium. 22. Liber magnus Canonis Abu-Ali Bar-Sina* ( Avicennæ ) *de medicina corporis. Tranſtulit ex eo quatuor quaterniones, umque, morte præventus, imperfectum reliquit. 23. Liber Columbæ, de regimine anachoretarum in ſæculo. 24. Liber Carminum, in quo admirabiles ſermones metro alligavit. 25. Liber expoſitionis Quæſtionum Joannis de medicina: in quo uſque ad Theriacam pervenit. 26. Liber expoſitionis in Hierotheum Pauli diſcipulum. 27. Liber Horrei myſteriorum: in quo lectio correcta traditur, & tota Scriptura ſacra elucidatur. 28. Liber de Anima ex mente Peripateticorum, inſcriptus, Oratio Scinica,* hoc eſt, per literam Scin ܫ deſinens. *29. Liber magnus & prolixus, in quo collegit omnes medicorum opiniones. 30. Liber narrationum facetarum ad ciendam hilaritatem triſtibus corde. 31. Liber inſcriptus, expulſio mæſtitiæ. 32. Liber expoſitionis ſomniorum, quem juvenis compoſuit. Et alia quædam volumina, & tractatus varii.*

1 *Sermonis Sapientiæ.* Hunc librum mihi commodavit Cl. Baſilius Iſaac Ninives Archiepiſcopus. Eſt autem breve Philoſophiæ ac Theologiæ compendium in quatuor Partes diviſum, cujus Præfatio incipit his verbis.

ܡܪܘܡܐ ܐܢܬ ܒܐܝܬܘܬܟ ܐܠܗܢ.

*Sublimis es in tua eſſentia Deus noſter.* In prima autem Parte continetur compendium Dialecticæ per capita 9. In ſecunda compendium Phyſicæ per capita 32. In tertia compendium Theologiæ per capita 33. In quarta agitur per capita 30. de libero arbitrio, de Anima, de Paradiſo & Inferno, de miraculis, de Prophetia, & de Reſurrectione. Exemplar Syriacum ex auctoris autographo deſcriptum, addita è regione Arabica interpretatione: de quo loqui videtur Renaudotius tom. 2. pag. 471. dum inter opera Bar-Hebræi recenſet *Compendium Logicæ Syriacè*, quod in Bibliotheca Medicea exſtare affirmat.

2 *Aſcenſus mentis.* Laudat hunc librum Renaudotius loc. cit. iis verbis, *Compendium Aſtronomiæ & Coſmographiæ* Syriacè in Bibliotheca Regia Pariſienſi.

9. Liber Ethicorum, de regimine morum & conſuetudinum. Politica & Oeconomica.

ܛ. ܟܬܒܐ ܕܐܝܬܝܩܘܢ ܒܬܘܩܢܐ
ܕܥܝܕܐ ܘܕܒܘܪܐ ܘܡܕܝܢܝܬܐ ܘܒܝܬܝܬܐ.

10. Liber magnus Sapientiæ [1] Sapientiarum, in quo collegit & digeſſit partes ad ſapientiam pertinentes & opiniones Philoſophiæ Ariſtotelicæ.

ܝ. ܟܬܒܐ ܪܒܐ ܕܚܟܡܬ ܚܟܡܬܐ
ܕܒܗ ܟܢܫ ܘܦܪܫ ܠܡܢܘܬܐ ܚܟܡܬܢܝܬܐ
ܘܠܪ̈ܢܝܐ ܕܦܝܠܣܘܦܐ ܐܪܣܛܘ.

11. Liber [2] Indicationum & Prognoſticorum Abu-Ali Bar-Sina (*Avicennæ*) quem ex Saracenico ſermone in Syriacum tranſtulit.

ܝܐ. ܟܬܒܐ ܕܪ̈ܡܙܐ ܘܡܥܝܪ̈ܢܘܬܐ
ܕܐܒܘ ܥܠܝ ܒܪ ܣܝܢܐ. ܐܦܩܗ ܡܢ
ܛܝܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ.

12. Liber Directionum. Canones & Leges de omnibus, quæ inter homines tractantur.

ܝܒ. ܟܬܒܐ ܕܙܘܗܪ̈ܐ : ܩܢܘܢܐ
ܘܢܡܘ̈ܣܐ ܠܟܠܗ ܡܠܐ ܕܡܬܥܒܕ
ܒܝܬ ܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ.

13. Liber Dioſcoridis cum figura herbarum, & earundem delectu, & virtute, atque præparatione. Ex libro illo magno parvum volumen confecit, nec ullam compoſitionem *medicamentorum* reliquit, quam non in eum librum conjiceret.

ܝܓ. ܟܬܒܐ ܕܕܝܘܣܩܘܪܝܕܝܣ
ܒܨܘܪ̈ܬܐ ܕܥܣܒ̈ܐ ܘܒܓܘܒܝܗܘܢ
ܘܚܝܠܗܘܢ ܘܬܘܩܢܗܘܢ. ܡܢ ܟܬܒܐ ܗܘ
ܪܒܐ ܟܬܒܐ ܙܥܘܪܐ ܥܒܕ ܘܠܐ ܫܒܩ
ܪܘܟܒܐ ܕܠܐ ܐܝܬܝ ܒܗ.

14. Liber magnus, cui titulus Giaphki, Arabicè ſcriptus: ex tribus magnis voluminibus unum parvum digeſſit, ubi cuique facile eſt quodlibet medicamentum invenire.

ܝܕ. ܟܬܒܐ ܪܒܐ ܕܓܐܦܩܝ
ܥܪܒܝܐ ܡܢ ܬܠܬܐ ܟܬܒ̈ܐ ܪܒ̈ܐ ܚܕ
ܟܬܒܐ ܙܥܘܪܐ ܥܒܕ ܘܡܦܩܢ
ܡܫܟܚ ܐܢܫ ܒܟܠ ܡܕܡ ܐܝܟ
ܨܒܝܢܐ.

15. Liber expoſitionis Aphoriſmorum Hippocratis, Arabicè.

ܝܗ. ܟܬܒܐ ܕܦܘܫܩܐ ܕܦܣܘܩ̈ܝܬܐ
ܕܐܦܩܪܛܝܣ ܥܪܒܐܝܬ.

3 16. Liber quæſtionum [3] Joannis in epitomen redactus. Syriacè.

ܝܘ. ܟܬܒܐ ܕܫܘܐܠܐ ܕܚܘܢܝܢ
ܒܦܣܝܩܬܐ ܣܘܪܝܐܝܬ.

17. Li-

ܝܙ.

## NOTÆ.

1 *Sapientiæ Sapientiarum*. Exſtat in Biblioth. Medicea, teſte eodem Renaudotio loc. cit. ubi hæc de eo: *Compendium Philoſophiæ Ariſtotelicæ ſecundùm librorum Ariſtotelis ordinem cum eorum epitome, Syriacè*. Et una linea interjecta: *Philoſophia integra Syriacè 2. vol. in eadem*, hoc eſt, in Biblioth. Medic. quibus verbis intelligere videtur Medica & Philoſophica Bar-Hebræi opera, quæ notantur hic num. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 24. 26. & 28.

2 *Liber Indicationum*. Ejuſdem meminit Bar-Hebræus in Chronico Syriaco Par. 1. fol. 109. ubi Avicennæ opera recenſens,

ܘܚܕ ܟܬܒܐ ܬܡܝܗܐ ܡܢ ܟܬܒܘܗܝ ܕܡܬܩܪܐ ܕܪ̈ܡܙܐ
ܘܡܥܝܪ̈ܢܘܬܐ ܐܢܐ ܡܣܟܢܐ ܐܦܩܬ ܡܢ ܥܪܒܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ:

*Et unum*, inquit, *ex ejus operibus admirabilem librum, qui Indicationum & Prognoſticorum inſcribitur, ego humilis ex Arabico in Syriacum tranſtuli*.

3 *Quæſtionum Joannis*. Honainus filius Iſaac vulgò appellatur, de quo hæc Bar-Hebræus in 1. Par. Chronici Syriaci fol. 79.

ܚܘܢܝܢ ܐܚܐ ܡܬܩܪܐ ܗܘܐ ܥܒܕܝ ܡܫܝܚܐ ܡܬܪܓܡܢܐ ܗܘ
ܐܣܝܐ : ܗܘ ܕܐܦܩ ܣܦܪܐ ܗܘܐ ܡܢ ܝܘܢܝܐ
ܠܣܘܪܝܝܐ.

17. Liber magnus, Kalendarium pro Tyronibus, unde ſine labore computum anni eruere valeant.

[illegible]

18. Liber Medullæ myſteriorum, ex Arabico in Syriacum converſus.

[illegible]

19. Liber Chronicorum, Arabicè.

[illegible]

20. Liber de interpretatione ſomniorum, quem juvenis ſcripſit.

[illegible]

21. Liber narrationum & fabellarum ad riſum & hilaritatem ciendam compoſitus in gratiam triſtium & afflictorum, cui Arabicè titulus, *Expulſio mæſtitiæ*.

[illegible]

22. Li-

[illegible]

*Per idem tempus* (hoc eſt, ſub Mohtadi filio Vatechi Chalipha circa annum Hegiræ 256.) *florebat Honainus filius Iſaac medicus egregius, cujus pater ex Hirta urbe aromatarius fuerat. Hic medicinam diſcendi cupidus, Bagdadum venit, & Alexandri collectanea ſub Joanne medico Maſuiæ filio* (cujus idem Bar-Hebræus in Hiſtor. Dynaſtiarum ſub Aaron Raſcido Mohdii filio Chalipha meminit, Cod. Ecchellenſi 10. fol. 154.) *legere cœpit. Quumque aliquando Joannem quadam de re interrogaſſet, ille indignatus, Honainum ejecit, inquiens: Quid tibi cum medicina? Te decet obolos per vicos negotiari. Quibus verbis contriſtatus puer Honainus, abiit illacrymans, & in ditionem Romanorum ſe recepit, ubi moratus eſt, donec ſermonem Græcum rectè calluit, ita ut libros ex Græco in Syriacum & è Syriaco in Saracenicum convertere poſſet. Tùm verò Bagdadum ſpecie hominis Græci reverſus, Gabrielem Archiatrum Bochtjeſu filium adivit, à quo proba-*

*tus*

22. Liber Columbæ de regimine Anachoretarum directore carentium [1].

24. Liber Canonis magni Abu-Ali (*Avicennæ*) quatuor quinterniones: reliquos morte præventus abſolvere non potuit.

25. Liber, quem præ manibus habemus: hoc eſt, Chronicon.

26. Liber magnus, in quo fusè collegit omnes medicorum opiniones.

27. Liber Scintillæ. Grammaticæ Epitome, quam imperfectam reliquit.

28. Liber expoſitionis quæſtionum Joannis medici, uſque ad Theriacam.

29. Liber Carminum, in quem admirabiles ſermones metricos conjecit.

30. Liber Horrei myſteriorum, in quo collegit expoſitionem, & correctam lectionem totius ſacræ Scripturæ.

31. Liber brevis expoſitionis Hierothei.

ܟܒ. ܟܬܒܐ ܕܝܘܢܐ ܒܡܕܒܪܢܘܬ ܝܚܝܕܝܐ
ܕܠܐ ܡܬܡܛܝܢ ܠܘܬܗܘܢ ܡܕܒܪܢܐ.

ܟܕ. ܟܬܒܐ ܩܢܘܢܐ ܪܒܐ ܕܐܒܘ
ܥܠܝ ܐܪܒܥܐ ܩܘܪܣܐ ܘܫܪܟܐ ܩܪܐ ܘܠܐ
ܫܡܠܝܗ.

ܟܗ. ܟܬܒܐ ܕܗܢܐ ܐܣܬܝܡܐ ܐܘܦܝܡ
ܕܡܟܬܒܢܘܬ ܙܒܢܐ.

ܟܘ. ܟܬܒܐ ܪܒܐ ܕܒܐܪܝܟܘܬܐ ܟܢܫ
ܒܗ ܟܠܗܘܢ ܕܥܬܐ ܕܐܣܝܐ.

ܟܙ. ܟܬܒܐ ܕܒܠܨܘܨܝܬܐ
ܓܪܡܛܝܩܝ ܒܦܣܝܩܬܐ ܘܠܐ ܫܡܠܝܗ.

ܟܚ. ܟܬܒܐ ܕܦܘܫܩܐ ܕܫܘܐܠܐ ܠܐ
ܕܝܘܚܢܢ ܐܣܝܐ ܥܕܡܐ ܠܬܪܝܩܐ.

ܟܛ. ܟܬܒܐ ܕܡܫܘܚܬܐ: ܕܐܟܢܫ
ܒܗ ܡܐܡܪܐ ܬܡܝܗܐ.

ܠ. ܟܬܒܐ ܕܐܘܨܪ ܐܪܙܐ ܕܟܢܫ ܒܗ
ܦܘܫܩܐ ܘܬܘܪܨ ܩܪܝܢܐ ܕܟܠܗ ܟܬܒܐ
ܩܕܝܫܐ.

ܠܐ. ܟܬܒܐ ܦܘܫܩܐ ܕܐܝܪܘܬܐܘܣ
ܒܦܣܝܩܬܐ.

Jam

ܟܡ

*tus quum ad quæſita doctè reſpondiſſet, ſummo in honore habitus fuit & Raban* (hoc eſt, Magiſter noſter) *Honainus appellatus. Dixit autem Gabriel ad circumſtantes: Si vitam hic juvenis habebit, Sergii Rheſainenſis memoriam obliterabit.* (Fuit autem hic Sergius, ut idem Bar-Hebræus ſcribit in Chronico Arabico ſeù Hiſtoria Dynaſtiarum Cod. Ecchellenſi 10. fol. 172. ſecta Jacobita, & plurima Græcorum Sapientum opera in Syriacam linguam tranſtulit.) *Quumque ejus fama ad Joannem qui eum ejecerat perveniſſet, hic Honainum arceſſens, veniam ab eo petiit. Atque ita gratiam omnium in dies inibat: cœpitque exponere varias ſcientiarum ſpecies, donec obiit menſe Canun priore* (Decembri) *anno Græcorum* 1188. *qui anno Arabum* 260. *reſpondet. Duos autem liberos reliquit, Iſaacum & Davidem: Et Iſaacus quidem Codices plurimos interpretatus eſt. Honainus verò quinque ſuprà viginti libros edidit, præter eos quos è Græco in Syriacum & Arabicum tranſtulit. Habebat autem ſororis filium, nomine Hobaiſum Bar-Haſan manu altera mutilum, qui & librorum medicorum admirabilis fuit interpres: ſed bono Honaini fato accidit, ut plerique libri, quos Hobaiſus interpretatus fuerat, ab imperitis lectoribus Honaino tribuerentur, & amanuenſes quoque, literas quibus utriuſque nomen conſtat confundentes, Hobaiſo expuncto Honainum ſcriberent. Atque hac de cauſa pauci quidem ſuperfuere libri ſub nomine Hobaiſi; reliqui verò ferè omnes Honaini nomen præferunt.*

1 Ex Catalogo, quem hic ad marginem adjecimus, conſtat tres inſuper fuiſſe Bar-Hebræi libros, quos ejuſdem frater Barſuma haud recenſuit: nimirùm, num. 19. *de utilitate lucri*. 28. *de Anima*; & 31. *de mæſtitia pellenda*. Et hic quidem poſtremus liber licet in Catalogo Barſumæ cum *libro narrationum facetarum* conjungatur, videtur tamen vel aliud opus eſſe, vel idem è Syriaco in Arabicum converſum: nam ex Codex Syr. 27. titulum illum Arabicum nequaquam præfert. Contrà in Catalogo Barſumæ duos dicitur libros Bar-Hebræus in Joannem medicum edidiſſe, alterum, quo ejus quæſtiones in compendium redegit, alterum, quo eaſdem commentariis illuſtravit; quos tamen au[ctor] Catalogi ad marginem adjecti unum volumen fecit, fortaſsè quia exemplar nactus fuerat, in quo quæſtiones Joannis cum commentariis Bar-Hebræi conjunctæ erant.

Jam verò poſtquam quis legerit & intellexerit atque ſubtiliter ſcrutatus fuerit hos libros, tùm denique perſpiciet vim ſermonis, eloquentiam, præſtantiam, & profectum Scriptoris, & quantum ſciverit, & doctrina excelluerit, & quàm altam ſapientiam poſſederit atque celebris evaſerit apud ſuos & apud exteros, adeò ut quidam ex doctoribus Arabum Maragæ coram univerſa multitudine dixerit: quum audio aliquam quæſtionem ex ore Maphriani, ita mihi videtur perinde ac ſi ex ore Ariſtotelis ſapientiam diſcerem: quia illud tantummodo ipſi curæ eſt, ut declaret & exponat ſenſus profundos, ſophiſticas quæſtiones minimè curans, quibus occupari ſolent noſtri temporis doctores. Age verò quamvis toto vitæ ſuæ tempore lectione librorum detineretur, Eccleſiarum tamen ornatum, & dirutarum ædium inſtaurationem nunquam neglexit. Nam ab initio ſui Epiſcopatus in urbe Alepo ædificare cœpit, perfecitque Hoſpitium magnum ad latus Eccleſiæ ejuſdem urbis: & quidem eo tempore, quo Arabum ſecta florebat. Iſta verò ædificia, quæ in Maraga, & Tabrizo, atque Bartela conſtructa ſunt, omnibus patent: adeò ut ſi per hebdomadam dumtaxat quovis in loco commorari contigiſſet, non inde abſcederet, quin antea aliquid inſtauraſſet, quum nec impenſis parceret, nec multis deterreretur. Et hæc quidem non more laudantium dico (non enim mihi convenit laudare, ne videar affectu victus iſta ſcripſiſſe,) ſed quia haud decet lucernam ſub modio abſcondere: & ecce Orientalibus probatis & præſtantibus viris cætera relinquo, qui per duos & viginti annos ejus mores, diligentiam, ſcriptorumque ejus vim, ejuſque liberalitatem ſuſpexere. Et ſiquidem laudem meruit, ab ipſis laudetur, aut ſi contrà vituperatione dignus eſt, ab iiſdem vituperetur. Mihi certè vitio minimè vertendum erit, ſi quid minimum de moribus

ejus præſtantiſſimis & actis admirandis dicam, quandoquidem externis quoque patent. Nam per quadraginta annos nunquam vidi illum manu accepiſſe quadrantem aut obolum. Quando autem fideles marſupia benedictionis gratia afferebant, conabantur illa in ejus manu deponere: quumque ea accipere recuſaret, ante eum deponebantur, atque ita ibidem manebant, donec intraret quiſpiam diſcipulorum ubi ille verſabatur; cui ſtatim ajebat: fac ut tollas iſtud è conſpectu meo. Quare nonnulli conſueverunt, quum manus ejus oſcularentur, marſupia ſub ſtrato ejus deponere: quod inde deprehendimus, quia quum locum mutaret, ſublato ſtrato multa marſupia ſub eo reperiebantur. Simul autem atque cognoſcebat modicum quid pecuniæ in cella collectum haberi, apud ſe diſquirebat & cogitabat, quomodo & ubi id expenderet. Bonitatem autem ejus, & animi demiſſionem, & manſuetudinem, & cordis ejus atque converſationis ſuavitatem, & ejuſdem magnanimitatem definire & deſcribere nequeo: quia rudis & infirmus & ineloquens ſum. Silere itaque magis expedit mihi, dum confido fore ut magiſtri, & fratres, atque probati Doctores, qui cum eo aſſiduè converſati ſunt, pro viribus ſuis quod illius virtuti convenit, ipſi retribuant. Et hæc mihi dicta ſint ſatis.

[illegible]

[illegible]

Hæc Barſuma de obitu & ſcriptis Gregorii fratris. Subjungit Eccleſiaſticam temporum ſuorum hiſtoriam ab eo anno, quo Maphrianus ipſe, hoc eſt Primas Orientis in locum fratris ab Ignatio Patriarcha renunciatus fuit & Gregorii nomen aſſumpſit.

Ca-

Cæterùm quoniam ex nudo Operum Abulpharagii Catalogo, quem ſuprà deſcripſi, neque Auctoris fides qualis fuerit, neque quanta ejus eruditio rerumque naturalium & Theologicarum cognitio perſpicitur, operæ pretium duco, ſingulos ejus libros, quos videre licuit, nimirùm qui vel in Bibliotheca noſtra Vaticana exſtabant, vel nuper liberalitate Sanctiſſimi Pontificis comparati ſunt, accuratè per partes, capita, & ſectiones, ut alibi conſuevimus, recenſere, addita etiam de more manuſcriptorum ætate, deſcriptiſque teſtimoniis, quæ multiplici eruditorum curioſitati facere ſatis queant. Et primum quidem de Anaphora, & Symbolo Gregorii, quæ in Barſumæ Catalogo haudquaquam numerantur, ſermo erit: deinde de libris ejus Theologicis, Moralibus, Hiſtoricis, Grammaticis & Poëticis.

VII. Recenſio operum Bar-Hebræi.

## *Opera Gregorii Bar-Hebræi Abulpharagii.*

I. Anaphora.

ANaphora. ܐܢܐܦܘܪܐ Laudatur ab Edenenſi in libro Candelabrorum c. 7. de hæreticis Liturgiarum auctoribus num. 17. his verbis: ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܒܪ ܥܒܪܝܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܬܓܪܝܬ ܐܝܬ ܠܗ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܪܝܫܗ: ܡܪܝܐ ܗܘ ܕܚܝܠܐ ܘܚܣܝܢܐ *Gregorius Bar-Hebræus Epiſcopus Tagritenſis habet Anaphoram, cujus initium, Domine terribilis & potens.* Prodiit Latine per Renaudotium tom. 2. pag. 456. & Syriacè ms. exſtat in Cod. Nitrienſi 3. fol. 89. ejuſque meminit auctor Catalogi Anaphorarum apud Schultingium tom. 3. pag. 106. num. 35. licet in anno ætatis Bar-Hebræi de more hallucinatus ſit. *S. Gregorii Catholici Orientalis,* inquit, *Anaphora Chaldaicè compoſita anno à nativitate Domini milleſimo centeſimo trigeſimo.*

Idem Bar-Hebræus Liturgiam Sancti Jacobi Apoſtoli recenſuit & in compendium redegit, quam Renaudotius publicavit tom. cit. pag. 126. Ejus exemplar ms. habemus in Catalogo, quem huic Tomo ſubjicimus, Cod. Syr. 32. fol. 121. Hoc autem titulo prænotatur, ܐܢܐܦܘܪܐ ܙܥܘܪܬܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗܝ ܕܡܪܢ ܘܐܠܗܢ. ܐܢܐܦܘܪܐ ܙܥܘܪܬܐ: *Anaphora minor S. Jacobi fratris Domini*: eique ad calcem ſermone Arabico, charactere Syriaco hanc notam amanuenſis appoſuit fol. 127.

ܟܬܒܬ ܟܠ ܗܕܐ ܗܕܗ ܐܠܦܪܨ
ܘܐܠܡܙܡܘܪ ܘܐܠܩܕܝܫ ܐܠܫܚܝܡ
ܡܥܢܐ ܗܘܐ ܐܠܨܠܘܬ ܐܠܡܣܐ
ܘܨܒܚ ܘܣܐܥܐܬܗ ܟܐܡܠܐ ܡܥ ܟܠ
ܐܠܨܠܘܬ ܐܠܩܐܢܘܢܝܗ ܦܝ ܡܕܝܢܬ
ܐܡܝܕ ܐܠܡܚܪܘܣܗ
ܢܚܪܣܗܐ ܐܠܠܗ ܡܢ ܟܠ ܐܠܐܦܐܬ ܐܡܝܢ.
ܦܝ ܐܝܐܡ ܐܠܐܒ ܐܠܒܛܪܝܪܟ
ܕܐܘܕ ܫܐܗ. ܐܠܠܗ ܝܢܦܥܢܐ
ܒܨܠܘܬܗ ܘܐܝܐܢܐ ܘܐܝܐܟܡ ܐܡܝܢ :

*Anno Græcorum* 1890. (Chriſti 1579.) *exaravi hunc Officii ſimplicis* (hoc eſt, Ferialis) *librum, Veſpertinas ſcilicet & Matutinas ejus Horas integras cum omnibus precibus Canonicis, in munita urbe Amida, quam Deus cuſtodiat ab omnibus malis Amen. Diebus magni Patris Patriarchæ David-Sciah, cujus precibus nos & vos Deus adjuvet Amen.* Ejuſdem Patriarchæ Ignatii, qui & David-Sciah, mentio occurrit ad annum Græcorum 1897. Chriſti 1586. apud Renaudotium in cit. tom. pag. 132. qui certè hallucinatus eſt, dum ibidem Gregorium quendam Hieroſolymitanum Metropolitam laudatæ Anaphoræ abbreviatorem exiſtimat, non

non alia ratione ductus, quàm ex depravato ejuſdem Anaphoræ titulo, quem ipſe pag. 126. ſic expreſſit: *Liturgia minor S. Jacobi fratris Domini ordinata per Gregorium Catholicum Orientis inter montes Armeniæ magnæ anno Græcorum* 1903. *Jeſu Chriſti* 1591. Nam ea Liturgia, ut eſt à Gregorio abbreviata & per Renaudotium edita, tredecim annis ante annum Græcorum 1903. exarata habetur in Codicibus noſtris, ut ſuprà dictum eſt, hoc eſt, anno Græcorum 1890. Itaque exiſtimo, Renaudotium pro nota arithmetica Syriaca ܐܨܨ, quæ annum Græcorum 1593. ſignificat, omiſſa litera *Nun*, legiſſe ܐܨܛ, hoc eſt, annum Græcorum 1903.

2. Symbolum Fidei. *Symbolum fidei*. ܗܝܡܢܘܬܐ. Extat in Cod. Syr. 27. fol. 41. in catalogo, quem in fine hujus Tomi ſubjiciam, ubi disertè Bar-hebræi nomen præfert in hæc verba: ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܒܘܢ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ:

*Fides Patris noſtri Mar Gregorii Primatis Orientis*: ipſumque vidi ad calcem Dialecticæ Syriacæ ejuſdem Bar-hebræi in Cod. ms. Syr. qui extabat apud cl. Baſilium Iſaac Ninives Archiepiſcopum hic in Urbe commorantem, ad autographum auctoris collatum, ut amanuenſis teſtatur, & quantum ex forma characteris colligi poteſt, exaratum à Joſue monacho ac Presbytero circa annum Græcorum 1640. Chriſti 1329. Eadem enim videtur eſſe hujus Codicis ſcriptura, ac libri, qui *Radiorum* nuncupatur, de quo infrà ſermo erit.

Initium: ܡܗܝܡܢܝܢܢ ܒܐܒܐ ܘܒܒܪܐ ܘܒܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ: ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܠܐ ܒܪܝܬܐ:

*Credimus in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, ſanctam & increatam Trinitatem* &c. Ubi Bar-hebræus poſtquam catholicum planè dogma de Trinitate expoſuit, ad Incarnationis myſterium deſcendens, fundamenta quidem Neſtorianorum & Eutychianiſtarum evertit, ſed ab errore Monophyſitarum & Monothelitarum haudquaquam recedit.

Sic enim ſcribit: ܡܗܝܡܢܝܢܢ ܠܐܒ ܘܚܕ ܡܢ ܩܢܘܡܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܗܘ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܘܐܬܒܪ ܠܐ ܫܢܐ ܐܘܠܝ ܒܡܫܘܚܬܐ ܕܒܡܘܠܕܗ ܐܬܓܫܡ ܡܢ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܢ ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ ܘܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܗܘ ܗܘ ܐܠܗܐ. ܐܬܝܠܕ ܒܒܣܪܐ ܕܫܩܠ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܘܡܠܟܐ ܒܢܦܫܐ ܢܦܫܬܐ ܘܡܠܝܠܬܐ. ܘܠܐ ܩܒܠ ܫܘܚܠܦܐ ܘܫܘܓܢܐ ܘܡܢ ܟܠ ܡܕܡ: ܘܡܫܝܚ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܘܗܘܐ ܐܠܗܐ ܠܐ ܡܬܬܪܝܡ ܐܠܐ ܐܠܗܐ ܘܗܘܐ ܒܪܢܫܐ. ܐܠܐ ܒܪܢܫܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܡܢ ܟܬܒܘܗܝ ܐܬܝܕܥ: ܐܠܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܢܚܬ ܠܗ ܦܓܪܐ: ܐܠܐ ܒܡܬܚܫܚܢܘܬܐ ܡܬܚܫܒܢܝܬܐ ܐܬܚܝܕ ܒܡܠܬܐ: ܐܠܐ ܚܕ ܡܢ ܩܢܘܡܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܗܘ ܐܠܗܐ ܗܘ ܒܡܠܬܗ ܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܗܘܐ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܕܒܡܫܘܚܬܗ ܘܐܬܝܕܥ ܡܢ ܟܝܢܐ ܐܠܗܝܐ ܘܐܬܚܙܝ ܐܢܫܐ ܕܡܢ ܒܪܐ ܕܟܝܢܐ ܡܠܝܐ ܘܟܝܢܐ ܡܕܡ: ܠܘܬ ܐܢܘܢ ܡܬܚܫܒܝܢ ܕܡܢܗܘܢ ܘܕܡܢܘܬܐ ܐܠܗܘܬܐ ܐܢܫܘܬܐ. ܚܕ ܡܫܝܚܐ ܘܐܠܗܘܬܗ ܥܡ ܐܢܫܘܬܗ ܚܕܝܐ ܗܘ ܕܐܬܚܙܝ ܐܠܗܐ ܡܠܬܐ ܕܠܒܫ ܦܓܪܐ ܗܘ ܒܚܠܛܐ ܘܠܐ ܒܫܘܚܠܦܐ ܘܠܐ ܒܬܪܥܝܬܐ ܘܠܐ ܡܬܦܠܓܐ. ܐܠܐ ܒܚܝܘܬܐ ܢܦܫܢܝܬܐ ܘܐܝܩܘܢܐ ܟܝܢܐ ܚܕ ܩܢܘܡܐ ܚܕ.

ܘܚܕ ܡܫܝܚܐ ܚܕܐ ܐܘܣܝܐ . ܚܕ ܦܪܨܘܦܐ .
ܚܕ ܩܢܘܡܐ . ܚܕ ܨܒܝܢܐ . ܚܕ ܚܝܠܐ . ܚܕܐ
ܡܥܒܕܢܘܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܘ ܐܬܢܐܣܝܘܣ
ܘܩܕ ܩܘܪܝܠܠܘܣ ܐܡܪܘ :

*Credimus etiam, quod una ex perſonis ſanctæ Trinitatis deſcendit de cælis, quin tamen à ſinu Patris recederet, & inhabitavit in utero Virginis, & incarnata eſt de Spiritu Sancto & ex Maria Virgine, & homo facta eſt, manens Deus: unita fuit carni conſubſtantiali nobis, & viva rationalique anima prædita. Nec antea Templum aſſumpſit, deinde in ipſo Verbum inhabitavit. Unde non homo factus Deus creditur, ſed Deus factus homo: neque homo eſt ſapiens, qui ex operibus ſuis juſtificatus ſit, neque de cælo ſibi corpus attulit, neque apparenter aut phantaſticè viſus eſt in mundo: ſed una ex perſonis ſanctæ Trinitatis, quum Deus natura ſit, de ſublimibus cælis ſuis deſcendit, & homo pro gratia ſua facta eſt, & nata fuit ex Virgine, & incarnata, ſicuti Apoſtolorum fides docet. Itaque duæ ſunt in Domino noſtro naturæ, Deitas & Humanitas: Unio quoque Deitatis ſuæ cum humanitate admirabilis eſt & ineffabilis, abſque commiſtione, ſine confuſione, ſine mutatione, ſine converſione, ſed ſalvis diſtinctionibus utriuſque naturæ in uno Filio, & in uno Chriſto.* ( Quid plura? Jam Orthodoxum diceres Bar-hebræum: ſed imbibitum ſemel Jacobitarum errorem en evomit, ſubdens. ) *Una ſubſtantia, una perſona, una hypoſtaſis, una voluntas, una virtus, una operatio, quemadmodum S. Athanaſius & S. Cyrillus dixere.* Ita nimirùm in ſuum errorem detorquent Monophyſitæ illud Sanctorum Athanaſii & Cyrilli effatum, *Una Verbi natura incarnata*. Hanc *unius in Chriſto naturæ, & operationis & voluntatis* hæreſim idem Bar-hebræus ex profeſſo tuetur in duobus libris Theologicis, quorum alterum *Candelabrum Sanctorum*, *Radiorum* alterum inſcripſit, ut infrà.

*Commentaria in Sacram Scripturam*. Syriacè *Horreum myſteriorum*, ܐܘܨܪ ܐܪܙܐ, Arabicè كنز الاسرار *Theſaurus myſteriorum* inſcribuntur, ſub quo titulo citantur ab Hottingero in Biblioth. Orientali, & à Renaudotio tom. 2. pag. 471. qui teſtatur hoc opus exſtare *in Biblioth. Medicea, Arabicè charactere Syriaco*. Syriacè verò ex apographo ad Auctoris autographum collato eleganter deſcriptum habetur in Biblioth. Collegii Maronitarum de Urbe conſtatque foliis 233. cui ad calcem hæ adnotationes appoſitæ ſunt. Prima ad autographum Bar-hebræi ſpectat fol. 233. à tergo. 3. Horreum myſteriorum, ſeu Commentaria in S. Scripturam.

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܥܒ
ܪܝܐ . ܘܥܡܗ ܐܫܬܠܡ ܟܬܒܐ
ܕܐܘܨܪ ܐܪܙܐ ܟܬܝܒ ܒܐܝܕܘܗܝ ܕܗ
ܛܘܒܢܐ . ܡܪܝ ܒܪ ܥܒܪܝܐ ܕܫܪܝ
ܒܗ ܒܦܠܓܗ ܕܟܢܘܢ ܩܕܡ ܫܢܬ ܐܦܦܛ
ܕܝܘܢܝܐ ܒܦܢܝ ܪܒܥܒܫܒܐ . ܘܫܠܡܗ
ܐܫܬܠܡ ܒܝܘܡܐ ܕܬܠܬܐ ܒܐܒ ܒܬܠܬܐ
ܫܒܥܐ ܝܪܚܐ ܘܬܫܥܬܥܣܪ ܝܘܡܝܢ .

*Explicit Epiſtola ad Hebræos, cum qua & abſolutus eſt Liber Horrei myſteriorum ſcriptus manu ipſius Auctoris* τοῦ μακαρίτου *Bar-hebræi, quem inchoavit medio menſe Canun priore* ( Decembri ) *anno Græcorum* 1589. ( Chriſti 1277. ) *feria quarta exeunte*; *abſolvit verò die tertia menſis Ab* ( Auguſti ) nimirùm ſeptem menſibus & undeviginti diebus. Altera adnotatio primi exemplaris ex autographo Bar-hebræi deſcripti, ibidem.

ܐܬܟܬܒ ܗܢܐ ܟܬܒܐ ܡܢ ܨܚܚܐ ܕܗܘ
ܘܐܬܦܚܡ ܥܡ ܨܚܚܐ ܕܡܪܝ ܡܦܪܝܢܐ
ܟܬܝܒ ܐܝܟ ܕܗܘܐ ܡܦܩܢܐ ܘܕܥܒܪܢܐ
ܡܪܢ ܢܘܪܗܘܢ ܒܡܠܟܘܬܗ ܘ
ܡܦܢܝܢܐ . ܘܗܘܐ ܡܠܟܐ ܐܦܝܣܩܘ
ܒ

[illegible]

*Exaratus fuit hic liber anno Græcorum* 1665. ( Chriſti 1354. ) *per quendam venerabilem Sacerdotem ac monachum, quem Dominus in regno ſuo cœleſti magnificet.* ( Quæ verba non amanuenſis ſunt, ſed Joannis Gariri, qui amanuenſem, ex quo hunc Codicem exaravit, laudare voluit: nimirùm Joſue monachum ac Preſbyterum, qui cuncta ferè Bar-hebræi opera ex ipſius auctoris exemplari deſcripſit: nam annus Græcorum in hoc Codice adnotatus reſpondet epochæ libri Radiorum ab eodem Joſue exarati, de quo infrà.) *Collatus autem fuit hic liber ad exemplar propria ipſius* τȣ̃ μακαρίτȣ *patris noſtri Maphriani auctoris manu exaratum. Laus Deo in ſæculum ſæculorum. Amen.* Tertia denique adnotatio Syriacis literis, ſed ſermone Arabico, deſcriptoris huius Codicis manu exarata fol. 234. [illegible]

[illegible]

*Gloria Patri & Filio &c. Domine Deus noſter Jeſu Chriſte.... parce, & dimitte peccata famuli tui.... Preſbyteri Joannis filii Abdallæ ebn-Garir, qui operam dedit, & laboravit in ſcriptione & innovatione hujus magni Theſauri.... Id accidit ineunte anno Græcorum* 1946. *Chriſti* 1635. Nimirùm anno poſtquam eundem librum exarare cœperat, ut idem Joannes teſtatur fol. 1. his verbis:

[illegible]

*Hic eſt nobilis & excellens liber Theſauri myſteriorum, quem compoſuit ſanctus Pater Abulpharagius Hebræi filius Primas Orientis: exaravit autem humili manu ſervus ſervorm Jeſu Chriſti, & humillimus ac pauperrimus Sacerdotum ejus Archipresbyter Joannes Zorbabi, filius Garir, Damaſcenus, non re, ſed nomine monachus. Geſta ſunt hæc anno* 1945. *Laus Deo.*

Quid in hoc opere præſtiterit Bar-hebræus, paucis complectitur Renaudotius loc. cit. *In eo*, inquit, *multi ſacræ Scripturæ loci explicantur, non modò ſecundum literam ex LXX. Interpretum, Aquilæ, Symmachi, & aliorum verſionibus, ſed etiam ſecundùm doctrinam SS. Patrum Græcorum & Syrorum, quos inter adducuntur Moſes Barcepha, Joannes Darenſis, & Dionyſius Barſalibi.* Sed Bar-hebræum ipſum audiamus, qui invocato in Præfatione, ut ſolet divino numine per ea verba, [illegible]

*Tibi qui terram ſuper aquas ſuſpendiſti* &c. rationem ac methodum operis ſui reddit, inquiens: [illegible]

[Syriac text]

*Quoniam verò hæc ſimplex verſio*) de Syriaca loquitur) *quæ Hebraicæ conſonat, & juxta Euſebium Cæſareenſem ab Origene apud viduam quandam reperta eſt*, (nimirùm Fons Hebraicus, ex quo Syriaca verſio promanavit) *Syrorum manibus ubique teritur, ipſam, quaſſatum quantumvis fundamentum, ſubjeci; ex Græcorum vero, hoc eſt, ſeptuaginta duorum* Interpretum *verſione ad ejus confirmationem plura adduxi: Aquilæ autem, & Symmachi, & Theodotionis verſiones, & Pentapla, & Hexapla, declarationis, non confirmationis cauſa protuli*. Pergit diverſas de eadem Syriaca verſione opiniones referre.

[Syriac text]

*De hac autem* (inquit) *Syriaca* editio*ne tres fuere auctorum ſententiæ. Prima, quod ea tempore Salomonis & Hirami Regum prodiit. Altera, quod Aſa Sacerdos quum ab Aſſyrio Samariam miſſus eſſet, eamdem tranſtulit. Tertia denique quod diebus Adæi Apoſtoli & Abgari Edeſſæ Regis, elaborata eſt, quando & Teſtamentum novum eadem ſimplici verſione traductum fuit*. Addit alteram apud Syros exſtare Scripturæ ſacræ verſionem ex Græco Textu elaboratam, Teſtamenti quidem veteris à Paulo Epiſcopo Telæ, novi verò à Philoxeno Hierapolitano, & à Thoma Heracleenſi. Verba Bar-hebræi retuli ſuprà pag. 24. 48. & 94. Vide Vvaltonum in Prolegomenis ad Biblia Polyglotta Proleg. 13. pag. 89.

Qua verò ratione ſimplicem Syrorum Verſionem *debile fundamentum* vocet, idem Bar-hebræus latè exponit in Grammatica Syriaca, quam *librum ſplendorum* inſcribit, Part. 1. cap. 1. nonnullos in ea nævos notans his verbis. [Syriac text]

Nævi in verſione Syriaca ex recenſione Bar-hebræi.

[Syriac text]

*Dicitur, recta* (de Orationis & Grammaticæ definitione loquitur) *quia qui ſacros Codices ex Hebraico in Syriacum Verſione ſimplici tranſtulere, erraſſe identidem deprehenduntur: ut in illo Iſaiæ Prophetæ*, Videbunt & confundentur zelum populi, *quum dicendum ſit*, videbunt zelum populi & confundentur. *Et illud ejuſdem Iſaiæ*: dixerunt fratribus veſtris inimici veſtri, *quum rectius ſit*, dixerunt fratres veſtri inimicis veſtris, *ſicut*

*ſicut etiam in Græco Textu legitur*. Et Part. 4. cap. 4. ſect. 6. integrum hac de re tractatum inſtituit, hoc titulo prænotatum. ܡܛܠ ܗ̇ܝ ܕܡܦܩܬܐ ܫܒܥܝܢܝܬܐ ܝܬܝܪ ܗ̇ܢܘ ܕܦܫܝܛܬܐ ܚܬܝܬܐ :

*Quod Verſio τῶν ſeptuaginta exactior ſit Verſione ſimplici*. Rationes autem profert hujuſmodi. ܘܡܦܩܬܐ ܦܫܝܛܬܐ ܕܐܝܬ ܒܗ̇ ܦܘܫܩܐ ܡܫܡܠܝܐ ܘܡܟܢܫܢܘܬܐ ܕܐܝܬ ܒܗ̇ ܡ̈ܠܐ ܘܡܦܪܫܐ ܘܟܡܝܬܐ ܚܫܝܚܐ : ܕܡ̈ܠܐ ܡܦܪܫ ܘܡܬܒܝܢ . ܗܘ ܡܢ ܕܒܥܘܕܐ ܦܘܫܩܐ ܘܡܬܟܢܫܝܢ ܒܦܫܝܛܬܐ . ܗܢܐ ܕܝܢ ܒܡܠܬܗ ܥܘܒܪܐ ܕܐܝܟ ܡܢ ܩܕܡ ܘܡܬܟܢܫܘܗܝ ܩܪܝܒܐ ܕܒܐܬܪܐ ܚܕ ܠܡܟܢܫܢܘܬܐ . ܐܦ ܒܬܪ ܘܡܣܬܒܪܐ ܘܦܫܝܛܬܐ ܡܢ ܐܬܪܐ ܦܘܫܩܢܐ ܦܫܝܛܐ ܚܣܝܪܐ ܡܬܚܙܝܐ . ܦܘܫܩܐ ܕܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܒܚܝܠܐ ܕܝܠܗ ܐܝܬܘܗܝ ܦܫܝܛܬܐ ܡܢ ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܐܡܝܪܢ . ܒܫܒܥܝܢ ܚܝܠܐ ܐܬܐܡܪ ܡܢ ܡܬܪܓܡܢܐ . ܘܒܬܠܬܐ ܘܡܢ ܡܬܪܓܡܢܐ ܚܝܠܐ ܘܫܒܥܝܢ ܐܬܐܡܪܘ ܚܝܠܐ ܐܝܟ ܕܒܫܒܥܝܢ ܥܝܢܐ ܒܣܦܪܐ ܐܡܝܪ . ܘܐܬܐ . ܢܦܩ ܐܝܟ ܠܫܒܥܝܢ . ܟܠܗ ܕܢܦܩ ܠܐܝܟ ܦܘܫܩ ܫܒܥܝܢܐ . ܡܫܡܠܝܐ . ܘܡܬܪܓܡܢܐ ܠܥܠ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܘܐܬܡܫܚܘ ܡܢܐ ܘܐܬܐܡܪ ܒܫܒܥܝܢ . ܘܡܬܪܓܡܢܐ ܠܗ ܒܥܠܝܢ ܘܡܢ ܫܒܥܝܢ ܘܐܬܡܫܚܘ ܡܢܐ ܫܒܥܝܢ . ܘܐܬܡܫܚܘ ܣܓܝܐ ܒܫܒܥܝܢ ܠܡܫܒܚܘ . ܘܫܒܚܐ ܒܫܒܥܝܢ ܠܡܫܒܚܘ ܫܒܥܝܢ . ܘܐܬܐ . ܢܒܝܐ ܕܡܪܝܐ ܡܥܝܢ . ܘܒܥܠܡܐ ܕܒܥܠܡܐ ܡܢܝܢܐ ܗܘ ܡܢܝܢ ܘܠܐ ܡܢܘ ܘܠܐ .

ܘܒܡܢܝܢܐ ܡܥܝܢ ܘܠܐ ܢܦܩ . ܣܓܝܐܐ . ܘܐܬܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܒܪ ܡܢ ܡܢܝܢܐ ܕܒܕܘܟܬܐ ܕܚܕܐ . ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܫܒܥܝܢ . ܐܘ ܠܡܠܟܐ . ܫܪܟܐ ܒܦܘܪܫܢܐ ܘܒܡܢܝܢܐ ܘܠܐ ܐܘܟܠܝܢ ܘܠܐ ܡܬܪܓܡ ܘܠܐ ܡܢܝܢܝܢ ܒܐܘܪܚܐ . ܘܡܠܟܐ ܕܐܘܠܐ ܐܘܟܠܐ ܘܠܐ ܡܬܪܓܡܐ ܘܠܐ ܡܢܝܢܐ : ܐܘ ܠܐ ܐܘܟܠܝܢ ܘܠܐ ܡܬܪܓܡ ܘܠܐ ܡܢܝܢܝܢ ܢܣܒܐܝܬ ܘܠܐ ܠܝ ܦܫܝܛܐܝܬ ܐܝܟ ܡܬܪܓܡܢܐ . ܘܐܬܐ ܦܦܩ ܠܗܘ ܒܡܦܩܬܐ ܒܫܒܥܝܢ . ܘܦܫܝܛܐ ܫܒܥܝܢܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܢܝܢܐ . ܘܐܝܟ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܥܙܐ ܘܚܝܠܐ ܘܕܪܘܫܐ . ܘܐܝܟ ܗܘܐ ܫܒܥܝܢܐ . ܠܐ ܡܬܟܢܫܢܘܬܐ ܕܝܢ ܕܐܬܡܠܝܬ ܚܝܠܐ ܒܡܫܘܕܥܘܬܐ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܒܫܒܥܝܢܐ ܡܬܟܢܫܢܘܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ . ܐܘܪܫܠܡ . ܗܘ ܒܡܬܒܪܐ ܐܬܚܙܝ ܘܐܬܝ ܒܪܐ . ܦܫܝܛܐ ܘܐܡܝܢܐ . ܒܛܠܐ ܘܡܠܟܐ . ܐܘܪܫܠܡ . ܒܫܒܥܐ ܘܡܠܟܐ ܒܫܒܥܝܢ ܢܗܘܐ ܘܟܠ ܚܕ ܚܕ ܣܓܝܐܐ . ܦܫܝܛܐ ܘܐܡܝܢܐ . ܒܫܒܥܐ ܘܡܬܒܪܟܝܢ ܒܫܒܥܝܢ ܐܝܟ ܢܗܘܐ ܘܟܠ ܡܢ ܣܓܝܐܐ ܐܝܟ . ܒܥܠܡܐ ܒܦܘܪܫܢܐ . ܒܐܝܟ ܕܝܢ ܒܫܒܥܐ ܘܡܬܒܪܟܝܢ : ܘܕܝܢܗ ܢܗܘܐ ܡܢܝܢܐ ܡܬܡܢܝܢ ܠܐ ܢܗܘܐ ܒܗ . ܦܫܝܛܐ ܘܡܬܒܪܟܝܢ . ܢܗܘܐ ܟܠܗ ܡܬܡܢܝܢܘܢ ܡܢ ܘܡܬܡܢܝܢܘܢ ܠܐ ܢܗܘܐ ܘܒܡܢܝܢ . ܒܥܠܡܐ . ܘܐܬܡܠܝܘ ܢܦܩ ܐܝܟ ܫܒܥܝܢ . ܦܫܝܛܐ ܘܡܬܒܪܟܝܢ . ܘܡܢܝܢ ܘܡܬܒܪܟܝܢ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܢܗܘܐ ܢܒܥܘܢ . ܦܘܠܘܣ . ܘܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܡܠܟܐ ܘܐܬܪܐ ܒܪܫܝܬ ܒܫܒܥܐ ܘܡܬܒܪܟܝܢ . ܡܛܠ ܘܐܬܝܘܗܝ ܒܡܢܝܢ ܘܐܬܪܐ ܒܫܒܥܝܢ . ܒܫܒܥܝܢܐ . ܦܪܐ ܕܝܢ ܠܫܒܥܝܢ ܦܫܝܛܐ ܘܡܬܒܪܟܝܢ .

ܘܡܬܪܥܘܬܐ. ܐܪܙܐ ܕܝܢ ܠܫܒܥܝܢ ܠܘܬ.
ܐܦ ܥܡܪ ܘܡܫܡܫ ܫܘܪܢܝܐ ܐܦܪܝܣܝܢ
ܡܬܚܙܝܐ ܚܝܪ ܠܠ ܦܬܟܪ ܢܬܒܪܝܢ
ܘܬܗܝܐ ܘܠܐ ܢܒܪܐ ܠܡܫܡܫܬܗ ܘܡܢ ܫܘܐ
ܘܬܫܡܫܬܗ ܐܡܪ ܐܠܗܐ ܡܫܝܚܐ.
ܘܟܠܗ ܬܠܘ ܒܫܘܘܢܝܐ ܒܡܥܦܬܐ
ܦܫܝܛܬܐ ܠܟܠ ܠܗ. ܐܠܐ ܫܠܝܚܘܗܝ:
ܡܪܝܐ ܒܪܡܫܐ ܘܐܚܝܕ ܠܐ ܢܒܪܘܢ
ܐܡܪ. ܘܠܡ ܚܙܐ ܠܗ ܘܐܫܬܡܥ
ܠܒܢܝ ܫܡܥܘܢ ܐܝܟܢܐ ܘܡܬܠܠ ܡܢ
ܡܢܝܢ ܡܢܗ: ܐܠܐ ܘܡܢ ܫܘܟܡ
ܫܘܒܚܐ ܫܟܝܠܐ ܘܟܠܢܐ ܢܒܥܘܢ ܘܠܐ
ܘܠܐ ܚܘܒܬܐ ܘܦܫܝܛܬܐ ܠܟܡ ܫܒܝܬܐ
ܠܟܡ ܒܡܫܡܫܐ ܐܝܟܢܐ ܢܬܚܙܘܢ.

*Simplicem quidem Syrorum Verſionem rudem eſſe; τῶν ſeptuaginta verò, quæ* Græcorum *ac cæterorum populorum manibus teritur, exactam & numeris omnibus abſolutam, ratione probatur & auctoritate. Et ratione quidem, quia errores apertos in ſimplici reperire eſt: Auctoritate verò, quia teſtimonia, quæ Dominus noſter ejuſque ſancti Apoſtoli in novo Teſtamento produxere, cum Verſione τῶν ſeptuaginta concordant. Quid? quod ruditatem Verſionis ſimplicis ſatis arguit, quod ea particulis exornativis* (ut puta, adverbiis, conjunctionibus, interjectionibus, præpoſitionibus &c.) *plerumque caret. Menda autem, quæ in ſimplici verſione occurrunt, hujuſmodi ſunt. Job.* In inferno peccaverunt, & periit memoria eorum ab utero. *Corrige*: Ab utero peccaverunt, & periit memoria eorum in inferno, *juxta illud, in peccatis concepit me mater mea. Ibidem.* Oſculata eſt manus mea os meum. *Lege*, oſculatum eſt os meum manum meam. *Samuel.* Et dederunt ei panem & comedit, & potaverunt eum aqua, & duobus caſeis. *Lege*, dederunt ei panem & duos caſeos, & comedit, & potaverunt eum aqua. *Hieremias.* Corrumpamus lignum in pane ejus. *Lege*, corrumpamus panem ejus in ligno. *Ibidem*: Scient, quod Dominus eſt ܫܡܝ nomen meum: *Lege pluraliter*, ܫܡܢ *abſque Jod*, nomen noſtrum, *vel ſingulariter*, ܫܡܝ *abſque nun*, nomen meum. *Ezechiel*, Et amplius non erit domui Iſrael ſtamina amara: *lege* non erunt. *Evangelium*. Reſpicite in volucrem cœli, qui non ſeminant, neque metunt, neque congregant in horrea. *Lege vel ſingulariter*, quæ non ſeminat, neque metit, neque congregat, *vel pluraliter*, quæ non ſeminant neque metunt neque congregant, *utrumque fœminino genere. Ibidem*, ſufficit (*maſculino genere*) diei malitia ſua. *Lege*, ſufficit (*fœminino genere*) *ut habetur in Græco exemplari.* (hoc eſt, in Syriaca Verſione ex Græco Textu expreſſa.) *Ibidem.* Erat (*maſculino genere*) grex porcorum paſcens (*fœminino.*) *Lege genere fœminino* erat. (Grex enim, Syro ſermone fœmininus eſt.) *Quod autem teſtimonia in novo Teſtamento prolata cum locis quidem veteris Teſtamenti verſionis τῶν ſeptuaginta conveniant, ſecùs verò cum locis veteris Teſtamenti verſionis ſimplicis, hæc exempla declarant. Evangelium.* Ecce Virgo concipiet & pariet filium. *Verſio ſimplex apud Iſaiam*, concipiens & pariens. *Evangelium*. Populus qui ſedet in tenebris vidit lucem magnam, *ſingulari numero. Simplex Iſaiæ*, Populus, qui ambulant in tenebris, viderunt lucem magnam, *pluraliter. Lucas in Act.* Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum: habitatio ejus fiat deſerta, & non ſit inhabitans in ea. *Simplex Pſalmorum*, fiat habitaculum eorum deſertum, & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. *Lucas*. Et miniſterium ejus accipiet alter. *Simplex Pſalmorum*, & id quod aſſervatum eſt eis, acci-

accipiant alii. *Paulus.* Ut juſtus ſis in verbis tuis, & vincas, quum judicant te. *Simplex Pſalmorum.* Ut juſtificeris in verbo tuo, & vincas in judiciis tuis. *In Epiſt. ad Hebræos.* Corpore autem induiſti me. *Simplex Pſalmorum.* Aures autem perforaſti mihi. *Sed & Syrorum ſol Ephræm noſter ſermonem compoſuit in illud,* Extolletur impius, ut non videat gloriam Domini. In gloriam Domini *dixit glorioſus Iſaias: In ſimplici verò verſione nulla exſtat hujus loci memoria, ſed loco ejus legitur,* Domine in altitudine manuum tuarum non videant. *Hæc autem omiſſis pluribus quæ afferre poteram, non eò huc congeſſi, ut gentilibus meis inſultarem, ſed ut veritatem funditùs edocti, ſimplicem verſionem numeris omnibus abſolutam eſſe, cum cæteris populis non contendant.* Hucuſque Bar-hebræus. Sed hujuſmodi levia menda paſſim in probatiſſimis cæteris verſionibus occurrunt, ut numerus ſingularis pro plurali & genus maſculinum pro feminino, quod Grammatici Syri Arabeſque in utraque lingua ſæpè admittunt: vel amanuenſium potiùs vitio, quàm Interpretis tribuenda ſunt, ut tranſpoſitiones ſuprà allatæ ex Job & Samuele, & additio literæ nun in voce ܫܡܢ *nomen meum* apud Hieremiam. Deinde quæ in novo ex veteri Teſtamento proferuntur teſtimonia, tàm parùm inter ſe diſcrepant, ut nullam ferè ſenſus differentiam habeant: quod vel diverſum fuiſſe utriuſque teſtamenti Interpretem arguit, vel unum eundemque qui ex diverſis fontibus traduxerit: vetus nimirùm ex Hebraico, & novum Teſtamentum ex Græco. Cæterùm ſunt etiam quædam in novo Teſtamento auctoritates, quæ Hebraicum fontem, atque adeo ſimplicem Syrorum verſionem ſummopere commendant, ut illud *ex Ægypto vocavi filium meum,* quod S. Hieronymus acerrimus Hebraicorum voluminum defenſor lib. 1. Commentar. in cap. 2. Matth. notat. Hæc obiter dicta ſunt, ne quis putet Bar-hebræi obſervationibus & cenſuris minoris faciendam ſimplicem Syrorum verſionem, quam antiquiſſimi Patres Ephræmus, Baſilius, Theodoretus, Chryſoſtomus, Auguſtinus & Sarugenſis frequenter laudant. Nunc ad Horreum myſteriorum revertor.

In eo Bar-hebræus variantes Scripturæ lectiones ponit, Syriacas quaſdam emendat, voces lectu difficiliores quibus afficiendæ ſint punctis vocalibus declarat: Scripturæ denique ſenſum conciſis verbis enucleat. Uno verbo Theologum agit, Grammaticum & criticum, Dionyſium Barſalibæum & Jacobum Edeſſenum æmulatus, quorum prior ſacros Codices doctè commentatus eſt, poſterior Syriacam Bibliorum editionem punctis vocalibus appoſitis dilucidavit, ſingulari edito hac de re tomo, cujus ſynopſim in catalogo ad calcem hujus libri ſubjiciam. Hunc autem ordinem ſacrorum librorum ſervat: nimirùm primo commentatur Pentateuchum, deinde libros Joſue, Judicum, Samuelis primum & ſecundum, Pſalmos, primum & ſecundum Regum, Proverbia, Eccleſiaſticum, Eccleſiaſten, Cantica, Sapientiam, Ruth, Suſannæ hiſtoriam, Job, Iſaiam, Duodecim prophetas, Jeremiam cum Threnis, Ezechielem, Danielem cum hiſtoria Bel idoli, & Draconis: quatuor Evangelia, Actus Apoſtolorum, Epiſtolas Jacobi, Petri, & Joannis, & Pauli XIV.

Tabulas decem commentariis inſerit, quarum prior fol. 46. manſiones duas ſupra quadraginta filiorum Iſrael complectitur: Altera fol. 52. Chronologica eſt ab Adam uſque ad Moyſen, in qua Hæbraicæ, Syriacæ, & Græcæ editionis calculum quidem notat, ſed Græcam ſequutus, annos colligit ab Orbe condito ad M oyſen incluſivè 3882. Tertia fol. 65 [illegible] chronologica, à Joſue filio Nu, uſque ad Saul Regem, hoc eſt, ab anno mundi 3882. ad annum 4411. Quarta fol. 117. à Saul prim , He-

br

bræorum Rege ad Sedeciam, hoc eſt, ab anno 4431. ad annum 4915. Quinta tabula fol. 161. à Nabuchodonoſor uſque ad Veſpaſianum Imp. ubi Reges Chaldæos recenſet, Medos, Perſas, Ægyptios, & Romanos ab Auguſto ad Veſpaſianum: ab anno 4915. ad annum mundi 5585. quo excidium Hieroſolymæ contigiſſe affirmat. Sexta fol. 163. Canones decem concordiæ Evangeliſtarum ex mente Euſebii. Septima fol. 165. genealogia Chriſti ab Abraham uſque ad Chriſtum ex Matthæo. Octava fol. 170. nomina & paſſiones Apoſtolorum. Nona fol. 201. genealogia Chriſti ab Adam ad Chriſtum ex Matthæo, & Luca. Decima denique fol. 205. nomina ſeptuaginta Diſcipulorum Chriſti.

Verſiones denique, & Auctores quibus in hoc libro utitur, hi ſunt. In primis Hebraicus Textus, & Græca verſio ſeptuaginta Interpretum paſſim. Samaritana Gen. cap. 4. Armenica & Ægyptiaca, ſeu Coptica in Pſalmos frequenter. Symmachus, Aquila, & Theodotion: & Pentapla, & Hexapla Origenis ſæpe. Baſilius, Athanaſius, Chryſoſtomus, Nazianzenus, Cyrillus Alexandrinus, Epiphanius, Origenes, Ephræm, Jacobus Sarugenſis, & Edeſſenus, Julius Papa, Severus Antiochenus, Philoxenus Mabugenſis, Moiſes Barcepha, Daniel Salachenſis, Hippolytus Romæ, Theodorus Mopſveſtenus, David monachus Pauli filius, Africanus, & Georgius Arabum Epiſcopus. Præterea duæ aliæ Syriacæ, præter ſimplicem cui preſsè inhæret, Verſiones identidem citantur, nimirùm ܗܪܩܠܝܬܐ *Heracleenſis*, & ܩܪܩܦܬܐ *Karkaphenſis*, hoc eſt, *Montana*, qua videlicet incolæ montium utuntur. Demùm ſingulis ferè paginis notantur variæ lectiones, ſeu punctationes *Neſtorianorum*, hoc eſt, Chaldæorum, qui Neſtorii labe infecti ſunt: & ſemel refertur *Joannes Maro* in librum Sapientiæ: & bis *Codex Michaëlis Patriarchæ* Jacobitarum in Gen. cap. 12. & in Cantica. Et quidem *Joannis Maronis* nomine cenſuit Cl. Stephanus Edenenſis eum Joannem deſignari, qui primus fuit Maronitarum Patriarcha, cujus verba retuli tom. 1. pag. 510. Verùm ex eodem Bar-Hebræo in Part. 2. Chronici Syriaci fol. 286. liquet, de altero Joanne Marone ſermonem ibi eſſe: qui nimirùm anno Græcorum 1212. Chriſti 901. claruit. Verba Bar-Hebræi accipe, [illegible]

[illegible]



[illegible]

ܘܩܕܡ ܕܢܫܠܡ ܥܒܕܗ ܡܛܝܗ ܒܗ ܡܘܬܐ.
ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܢܐ ܫܘܟܠܠܗ. ܐܘܛܘܟܝܘܣ
ܦܛܪܝܩܝܘܣ ܕܐܬܪܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܗܘܐ
ܟܡܝܐܒܣ ܫܡܗ. ܠܝܘܚܢܢ ܠܒܪ ܡܥܢܝ
ܡܥܢܝ ܕܢܐܬܐ ܠܬܡܢ ܘܐܫܠܡܗ ܠܗܝܟܠܐ.
ܘܩܕܫܗ ܠܐܪ̈ܒܥܝܢ ܣܗܕ̈ܝܢ ܘܒܢܐ
ܩܠܝ̈ܬܐ. ܘܐܬܟܢܫܘ
ܠܘܬܗ ܕܝܪ̈ܝܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܒܪܚܡܬܐ ܕܝܘܠܦܢܐ
ܘܗܘ ܡܠܦ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܣܦܪ̈ܐ ܩܕ̈ܝܫܐ.
ܘܟܕ ܣܓܝܘ ܟܗ̈ܢܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܠܡܐܐ
ܘܥܣܪܝܢ: ܟܕ ܗܘܐ ܬܡܢ ܬܪܬܥܣܪܐ
ܫܢ̈ܝܢ: ܐܬܪܓܪܓ ܠܫܠܝܐ. ܘܫܒܩ
ܐܢܘܢ ܒܠܠܝܐ ܘܥܒܪ ܦܪܬ ܢܗܪܐ
ܘܐܙܠ ܠܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܐܗܪܘܢ ܕܒܛܘܪܐ
ܒܪܝܟܐ ܘܗܘܐ ܬܡܢ ܐܪ̈ܒܥ ܫܢܝ̈ܢ
ܘܒܬܪܟܢ ܢܚ ܒܣܝܒܘܬܐ ܛܒܬܐ.

*Diebus hujus Patriarchæ* (Dionyſii, qui ab anno Græcorum 1269. ad annum 1272. præfuit) *& Mar Eliæ Metropolitæ Melitinæ ex cœnobio Zucheninenſi, exſtructum fuit monaſterium Sergii in finibus regionis Gubenſis* (per quendam virum Perſam, & Gajaſam, Noë, Severum, & Emmanuelem monachos, quorum hìc meminit auctor.)... *Facta ſunt hæc anno* Græcorum 1269. *Quumque monaſterii illius fama percrebuiſſet, eò venit Mar Joannes monachus ex monte Edeſſæ, & Mar Joannes Maronis, qui quum eminentiſſimè profana atque ſacra eruditione apud Dominum Maikam, magnum montis Edeſſæ germen, excultus fuiſſet, monachos docere cœpit. Poſtquam verò idem Dominus Gajaſa per annos duodecim congregationem gubernaſſet, deceſſit in pace, monaſteriique regimen Elias ejus Alumnus ſuſcepit, qui templum ſacris veſtibus, & velis, codicibus inſuper, & aureis argenteiſque vaſis inſtruxit: cœpitque illud cœnobium doctrina & ſcripturarum lectione atque ſtudiis florere ſub Raban Joanne Maronis. Quamobrem multi in eo loco amanuenſes exſtitere. . . . . Per eos quoque dies* (anno videlicet 1312.) *monachus Elias Bar Gaghæi Tagritenſis in agrum Melitinenſem ingreſſus, ſitum quemdam ſuo ære emit, ibique monaſterium condidit. Quum verò is in medio opere morte præventus fuiſſet, Eutychius ejus loci Patricius, qui olim Camiabas appellabatur, Joannem Maronis compulit, ut illùc ſe conferret: qui templum perfecit & Quadraginta Martyribus dicavit. Cellas quoque conſtruxit. Quocirca complures cœnobitæ literarum amore incenſi, ad eum convenere, quos ille ſacras ſcientias docebat. Cæterùm poſtquam Sacerdotum numerus ad centum & viginti excrevit, ipſeque annos duodecim ibidem commoratus fuit, quietis cupidus, indidem intempeſta nocte receſſit, atque Euphrate tranſmiſſo, ſancti Aaronis in monte benedicto cœnobium contendit, ubi poſt quadriennium in ſenectute bona vitam ſuam cum morte commutavit.*

*Theologia*, cui titulus, *Candelabrum Sanctorum de Fundamentis Eccleſiaſticis*. ܡܢܪܬ ܩܘܕ̈ܫܐ ܕܥܠ ܫܬܐܣ̈ܐ ܥܕܬܢܝ̈ܐ : 4. Theologia, ſeu Candelabrum Sanctorum de Fundamentis Eccleſiaſticis.

Exſtat Arabicè quidem, literis tamen Syriacis in Biblioth. Regia Pariſienſi, teſte Renaudotio tom. 2. Lit. Orient. pag. 471. ubi hunc librum vocat *Demonſtrationes intellectuales*, *ſeù expoſitionem & demonſtrationem Religionis Chriſtianæ*. Syriacè verò tùm in Biblioth. Medicea Palatina, tùm in noſtra Vaticana in Catalogo ad calcem hujus Tomi Codice 26.

*Præfatio* incipit, ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܐ ܡܬܡܫܚܢܝܬܐ :

*Laudes infinitas* &c. ubi divino invocato numine rationem totius operis reddit, methodumque exponit. Opus autem in duodecim (ut vocat) *Fundamenta* dividit, & unumquodque Fundamentum in *Capita* & *Sectio-*

*ctiones & Scopos*. Fundamentum I. *De ſcientia ſimpliciter*. ܩܦܠܐ ܘܐܣܟܡܐ. ܩܘܪܡܐ. ܫܬܐܣܐ ܝܕܥܬܐ ܦܫܝܛܐܝܬ.
Fundamentum II. *De natura univerſi*, ܫܬܐܣܐ ܟܝܢܘܬܐ ܕܗܢܐ ܟܠ. Ubi de conditu mundi, & de opere ſex dierum. Fundam. III. *De Theologia*, hoc eſt, de Deo uno & trino. ܫܬܐܣܐ ܡܡܠܠܘܬܐ ܥܠ ܐܠܗܘܬܐ.
Fundam. IV. *De Incarnatione Dei Verbi*. ܫܬܐܣܐ ܡܬܒܪܢܫܢܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܠܬܐ.
Fundam. V. *De ſubſtantiis cœleſtibus, hoc eſt, Angelis*. ܫܬܐܣܐ ܪܘܚܢܝܐ ܕܐܘܣܝܣ ܗܝ ܡܥܠܝܬܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܡܠܐܟܐ.
Fundam. VI. *De Sacerdotio terreſtri*. ܫܬܐܣܐ ܟܘܗܢܘܬܐ ܗܘ ܐܪܥܢܝܬܐ.
Fundam. VII. *De malis ſpiritibus, hoc eſt, Dæmoniis*. ܫܬܐܣܐ ܕܪܘܚܐ ܒܝܫܬܐ ܐܘܟܝܬ ܫܐܕܐ.
Fundam. VIII. *De anima rationali*. ܫܬܐܣܐ ܢܦܫܐ ܡܠܝܠܬܐ.
Fundam. IX. *De libero arbitrio, & libertate, de fato & neceſſitate, & de fine*. ܫܬܐܣܐ ܫܠܝܛܘܬܐ ܒܨܒܝܢܐ ܘܚܐܪܘܬܐ. ܘܫܬܐܣܐ ܚܠܩܐ ܘܐܢܢܩܐ ܘܫܬܐܣܐ ܣܘܦܐ.
Fundam. X. *De reſurrectione mortuorum*. ܫܬܐܣܐ ܩܝܡܬܐ ܕܡܝ̈ܬܐ.
Fundam. XI. *De conſummatione ſæculi, & Judicio: & de retributione bonorum & malorum*: ܫܬܐܣܐ ܫܘܠܡܐ ܘܕܝܢܐ ܘܦܘܪܥܢܐ ܕܛܒ̈ܐ ܘܕܒܝ̈ܫܐ:
Fundam. XII. *De Paradiſo Eden*. ܫܬܐܣܐ ܦܪܕܝܣܐ ܕܥܕܝܢ.

Quum de luce & tenebris Fundam. 2. cap. 3. ſect. 1. ſcopo 6. diſſeruiſſet, diemque nocte priorem fuiſſe ex Baſilio & Chryſoſtomo adversùs Ephræmum probaſſet, peculiarem Syrorum Jacobitarum morem ſugillat, qui feria quarta & ſexta ſtatim poſt occaſum ſolis jejunium ſolvunt. De ſolutione Jejunii feriæ 4. & 6.

ܘܡܢ ܗܠܝܢ ܡܬܝܕܥܐ ܕܗܘ ܕܒܫܘܠܡܗ ܕܝܘܡܐ ܕܗܘ ܐܪܒܥܐ ܘܕܥܪܘܒܬܐ ܣܘܪ̈ܝܝܐ ܕܝܠܢܝܬ ܫܪܝܢ ܨܘܡܐ ܘܡܬܛܢܦܝܢ ܠܡܐܟܘ̈ܠܬܐ ܕܣܢܝܐܢ ܡܢ ܒܫܪܝܐ ܘܦܘܢܝܐ ܕܪܘܫܡܐ ܠܗܘܢ ܘܠܐ ܡܢ ܡܕܡ ܐܚܪܢܝܢ.

*Ex his palàm fit*, inquit, *quod in fine diei feriæ quartæ & feriæ ſextæ Syri peculiariter jejunium ſolvunt & vetitis eo die cibis polluuntur, id ex relaxatione diſciplinæ, nec alia de cauſa ab eis uſurpari*. Veram hujus conſuetudinis cauſam eſſe puto, quam idem Bar-Hebræus in Horreo myſteriorum in Geneſ. cap. 1. tetigit, inquiens: ܡܫܘܚܬܢ ܣܗܪܐ ܕܡܢ ܥܒܪ̈ܝܐ ܘܣܘܪ̈ܝܝܐ ܘܛܝ̈ܝܐ ܗܘܐ ܣܗܪܐ ܡܬܚܙܝܐ : ܠܠܝܐ ܡܩܕܡܝܢ ܠܗ ܠܝܘܡܐ ܘܩܕܡܝܬ ܗܘܐ ܠܠܝܐ :

*At qui menſibus lunaribus utuntur, Hebræi, inquam, & Syri, & Saraceni, quod veſpertinis horis luna nova appareat, noctem* die *priorem faciunt, non quia ante diem nox facta ſit*. Nimirùm quemadmodum dies Dominicos & Feſta Sanctorum à primis Veſperis in Eccleſia occidentali & orientali celebrare conſuevimus, ſic & jejunia ex ritu Syrorum Jacobitarum à primis Veſperis ad ſecundas obſervantur: quod etiam innuit Bar-Hebræus, dum hoc loco ſcribit:

ܘܗܝ ܕܡܢ ܠܠܝܐ ܕܝܢ ܒܫܒܐ ܠܥܪܘܒܬܐ ܡܫܬܟܚ ܘܦܪܘܩܝܢ : ܘܕܢܚ ܘܫܡܫܐ ܢܦܩܝܢ ܠܚܕܝܐ ܠܒܢܝ ܫܒܬܐ ܐܦܩܘܗ

ܡܢ

[illegible]

*Quod autem à nocte Dominicæ Reſurrectionem Servatoris noſtri celebramus, & quod Hebræi juſſi ſunt à Deo Sabbati obſervantiam à veſpere inchoare; id, inquam, non creatam priùs noctem infert, ſed ſignificat dumtaxat, ad excipiendos, ut decet, venerabiles dies paratos nos eſſe oportere.*

Quod de Deo ſcribit Fundam.3. cap.4. ſect.1. & 2. *Viſum*, ſcilicet & *auditum* ei tribuens, id Bar-Hebræus in ſenſu *cognitionis intellectualis* accipit, ut nimirùm rerum omnium materialium perfectam quidem, ſed immaterialem cognitionem Deo adſtruat. Fateor, ex argumentis, quibus Deum *videre* & *audire* probat, hoc abſurdum facilè ſequi, ut tres alii ſenſus, olfactus ſcilicet, guſtus & tactus, Deo tribuantur: ſic enim ratiocinatur. [illegible]

*Deus vivit. Atqui omne vivens videre & audire natura poteſt. Omne autem quod naturâ videre & audire poteſt, nec tamen videt aut audit, privationis viſus & auditus nomine, hoc eſt, cæcitatis & ſurditatis titulo appellari neceſſariò debet. Deus igitur, quem his nominibus nuncupari nefas eſt, neceſſario ſequitur, quod videat & audiat.* Et mox. [illegible]

[illegible]

*Dicimus, quod Creator cuncta quæ exiſtunt comprehendit, ut infrà oſtendemus. Atqui colores & voces ex iis ſunt quæ exiſtunt. Colores igitur & voces Creator comprehendit. Quum autem horum comprehenſio per auditum & viſum dumtaxat fiat, neceſſariò infertur Creatorem videre & audire.* Verùm hæc argumenta quo ſenſu ab Auctore uſurpentur, idem poſteà declarat, ad hanc objectionem reſpondens. [illegible]

*Objectio. Anima, inquiunt, per organa, quæ corpori ejus inſunt, ſenſibus hujuſmodi afficitur. Creatori verò, cui corpus non eſt, neque organa, hoc eſt, membra inſunt. Per quam igitur rem ſentiat? Reſponſio. Anima ratione ſuæ imperfectionis, organis opus habet, ut comprehendat. At Creator propter ſuam perfectionem, nihil horum indiget.* Idem Bar-Hebræus cap. præcedenti ex profeſſo oſtenderat, *Deum incorporeum eſſe*.

Acerrimam inter Neſtorianos quæſtionem agitatam fuiſſe teſtatur, an

an Chriſti Humanitas divinitatem viderit. Quum enim Fundam. 3. cap. 6. ſect. 3. ſcopo 2. ad objectiones eorum reſpondiſſet, qui Deum oculo corporeo videri poſſe contendunt, & producta è ſcriptura teſtimonia de viſione animæ expoſuiſſet, ſubjungit:

[illegible]

*Ex his facilè diluitur ex pingui craſſâque minerva nata quæſtio in quam offenderunt Neſtoriani ſub Timotheo eorum Catholico, aliis Divinitatem Domini noſtri ab ejus Humanitate videri aſſerentibus, aliis negantibus. Quod ſi ad hoc directi fuiſſent, ut oculos corporeos, qui incorporeum quidquam videre nequeunt, ab oculis animæ, quibus id permiſſum eſt, diſtinguerent, non adeò adverſus invicem exarſiſſent, ut ſe mutuò citra cauſam anathematizarent.* Vide Renaudotium Obſervat. in P. Allixii notas pag. 203. ubi ex Hiſtor. Arab. ms. Catholicorum Neſtorianorum eam controverſiam ſub Timotheo circa annum Chriſti 760. viguiſſe affirmat.

Illud *Chriſti Domini* de Spiritu Sancto, *de meo accipiet*, quod Theologi non modò Latini, verùm etiam Syri de proceſſione ſubſtantiali & æterna ejuſdem Spiritus Sancti ex Filio intelligunt, Bar-Hebræus Græcorum ſchiſmaticorum errore imbutus ad ſolam temporalem & externam Spiritus Sancti per Filium manifeſtationem traducit Fundam. 3. cap. 9. ſect. 1. ſcopo 1. animadverſione 9. in hæc verba,

[illegible]

*Quum Proceſſio ſit proprietas Spiritus Sancti, cur additur in Theologia, quod à Filio accipit? Dicimus, ratione manifeſtationis ad creaturas, ſpecialiſſimè dici, quod Spiritus à Filio accipit:* (quia, nimirùm ut ibidem exponit, per Filium Spiritus Sanctus manifeſtatus eſt, opere quidem, ut quum ſpecie columbæ ſuper Filium deſcendit & ſpecie linguarum ignis ſuper Apoſtolos; verbis verò, ut quum à Filio diſertè nominatus eſt in Evangelio.) *Quod verò à nonnullis aſſeritur, ipſum ſcilicet virtutem, aut poteſtatem aut voluntatem aut aliud hujuſmodi accipere, haud æqua eſt opinio.* Verùm Bar-Hebræo refragantur, præter Syros auctores quos data occaſione ſuprà laudavi, Liturgici etiam Codices, quorùm in rebus ad fidem ſpectantibus maxima eſſe debet apud ipſum Barhebræum auctoritas: Xyſti nimirùm apud Renaudotium tom. 2. pag. 136. Maruthæ pag. 264. Matthæi Paſtoris pag. 349. Ignatii Patriarchæ pag. 533. Vide Renaudot. eod. tom. pag. 144. & 274. ubi relatis Syrorum teſtimoniis oſtendit, Spiritum Sanctum ex eorum ſententia non temporalem vel externam tantummodò manifeſtationem, ſed æternam & intrinſecam

cam etiam proceſſionem à Filio habere. Rationibus Bar-hebræi nihil ineptiùs; ut eas conſideranti patebit.

Nec minus inepta ſunt argumenta, quibus unam in Chriſto naturam eſſe contendit toto capite quarto Fundamenti IV. ubi *perſonam* ſeù *hypoſtaſim* cum *ſubſtantia*, ſeù *natura ſingulari* perperam confundit. Sic enim ait in definitione *naturæ* & *perſonæ* ſectione I. capitis IV.

ܐܝܟ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܝܠܢ ܥܕܬܢܝܬܐ ܟܠ
ܐܘܣܝܐ ܟܝܢܐ : ܘܟܠ ܟܝܢܐ ܐܘܣܝܐ .
ܠܘܬܢ ܕܟܝܢܐ ܥܠ ܓܕܫܐ ܠܐ ܡܬܩܛܪܓ
ܠܘܬܢ ܐܠܐ ܓܕܫܐ ܒܟܝܢܐ ܡܬܩܝܡܝܢ .
ܠܘܬ ܒܪܝܐ ܕܝܢ ܟܠ ܐܘܣܝܐ ܟܝܢܐ ܘܠܘ
ܟܠ ܟܝܢܐ ܐܘܣܝܐ : ܡܛܠ ܕܐܦ ܓܕܫܐ
ܒܟܝܢܘܬܗܘܢ ܡܢ ܚܕܕܐ ܡܫܚܠܦܝܢ
ܠܗܘܢ . ܗܘ ܕܝܢ ܟܝܢܐ ܠܘܬܢ ܘܠܘܬ
ܒܪܝܐ ܐܘ ܓܘܢܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܐܘ
ܝܚܝܕܝܐ . ܘܟܝܢܐ ܕܝܚܝܕܝܐ ܩܢܘܡܐ
ܡܬܩܪܐ . ܘܡܛܠܗܕܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܟܝܢܐ
ܕܠܒܪ ܩܢܘܡܐ ܠܡܗܘܐ ܒܡܥܒܕܢܘܬܐ
ܐܠܐ ܒܗܘܢܐ ܒܠܚܘܕ . ܩܢܘܡܐ ܕܝܢ
ܣܓܝܐܐ ܠܗ ܠܐ ܡܟܪܝ ܕܒܚܕ ܟܝܢܐ
ܓܘܢܝܐ ܕܐܚܝܕ ܠܗܘܢ ܢܬܩܝܡܘܢ .

*Juxta Eccleſiaſticam noſtrorum ſententiam, omnis ſubſtantia natura eſt, & omnis natura ſubſtantia, quia natura apud nos de accidentibus nequaquam prædicatur, ſed accidentia in natura ſubſiſtunt. At ſecundùm exteros, omnis quidem ſubſtantia natura eſt, non tamen omnis natura ſubſtantia, quia accidentia quoque juxta eorum ſententiam naturâ ſuâ ab invicem differunt. Ipſa verò natura tàm apud nos, quàm apud exteros, vel communis eſt, vel ſingularis: & natura quidem ſingularis, perſona appellatur. Atque idcircò non poteſt natura abſque perſona actu exiſtere, ſed ſolùm ratione: plures verò perſonæ in una natura communi, quæ eas contineat, ſubſiſtere queunt.* Hoc præjacto fundamento, quandoquidem in hoc Jacobitæ cum Catholica Eccleſia conveniunt, quod ſingularem naturam à Verbo Divino aſſumptam fuiſſe credunt, quid aliud colligere poterat Bar-hebræus, quàm unam naturam humanam à Verbo divino fuiſſe ſuſceptam, quod & omnes Catholici fatemur: non enim Divinam aſſumpſit, ſed quum Deus eſſet, homo factus eſt. Ecce duas naturas, aſſumentis, & aſſumpti. Sed ille proprio ſectæ errore præoccupatus, vera ſuppoſitione ad falſam poſitionem abutitur. Sic enim ſubdit:

ܐܡܪܝܢ ܕܝܢ ܕܐܬܢܣܒ ܟܝܢܐ ܠܡܠܬܐ :
ܠܗܘܢ ܕܝܢ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܡܢ ܩܢܘܡܬܐ
ܠܘܬܗܘܢ ܡܬܩܝܡܬܐ . ܟܕ ܝܕܥܝܢ ܗܘ ܚܕ
ܐܡܪ ܠܐ ܡܨܐ ܕܢܫܡܥ ܗܘܐ ܒܠܚܘܕ
ܒܟܠܗ ܡܫܬܡܫܢܘܬܐ . ܐܘܠܐ ܡܫܬܡܫܝܢ
ܠܗ ܡܫܡܫܢܐ ܕܠܗ ܡܬܐܡܪ ܗܘ : ܗܘ
ܕܫܒܘܩܐ . ܦܪܨܘܦܐ ܡܢܝܢ ܕܫܡܥܐ ܢܗܘܐ
ܡܫܡܥܢܐ ܘܫܡܥܬܢܐ . ܟܕ ܝܕܥܝܢ ܗܘ
ܗܘ ܡܫܡܥܢܐ ܐܘ ܐܘܣܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܐܘ
ܟܝܢܐ . ܘܟܕ ܠܐ ܡܨܐ ܕܟܝܢܐ ܢܗܘܐ :
ܦܪܨܘܦܐ ܕܐܘܣܝܐ ܢܗܘܐ . ܟܕ ܝܕܥܝܢ ܗܘ
ܐܘܣܝܐ ܐܘ ܓܘܢܝܐ ܗܘ ܐܘ ܕܝܚܝܕ .
ܘܠܐ ܡܨܝܐ ܕܓܘܢܝܐ ܬܗܘܐ ܐܘܠܐ
ܡܫܡܫ ܠܗ ܡܫܡܫܐ ܕܟܠ ܐܘܣܝܐ
ܡܫܡܫܢܐ ܘܟܠ ܩܢܘܡܐ ܡܫܡܫܢܐ
ܡܬܡܠܠ ܗܘ ܕܡܫܡܫܢܐ . ܠܘܬܢ
ܘܐܠܗܐ ܗܘܐ ܐܢܫ ܘܟܠܗ ܡܢ ܟܝܢܐ
ܕܐܠܗܐ ܘܟܠܗ ܐܘ ܟܠܗ ܡܢ ܩܢܘܡܐ
ܘܟܠܗ ܩܢܘܡܗ ܘܟܠܗ ܡܫܡܫܐ ܡܫܡܫܢܐ
ܗܘܐ ܠܘܬܢ ܕܐܘܣܝܐ ܓܘܢܝܬܐ ܐܝܟ ܗܘ
ܕܡܫܡܫ ܘܐܬܢܣܒ ܢܘܟܝܐ ܠܘܬܟܠܗܘܢ
ܕܐܬܢܣܒܘ ܗܘ ܘܠܐ ܡܫܡܫܢܐ . ܡܫܡܫܐ
ܡܢܝܢ ܕܐܘܣܝܐ ܕܟܠܗ ܐܬܗܘܐ ܐܘܣܝܐ

ܢܘܢ . ܗܘ ܐܘܣܝܐ ܕܦܠܚܝܢ ܠܗ ܡܫܡܗܝܢ
ܐܢܫܝܢ ܫܡܗܐ ܡܢ ܟܝܢܐ ܘܩܢܘܡܐ
ܫܘܬܦܢܝܐ ܠܝܬܘܗܝ ; ܡܫܡܗܐ ܡܫܝܚܐ ܗܘ
ܡܫܡܗ ܗܘ ܡܕܡ ܠܐ ܡܫܡܗ . ܘܐܢ ܐܘܣܝܐ
ܗܘ ܡܠܗ ܚܘܫܒܐ : ܘܗܝ ܕܦܠܚܝܢ ܗܘ
ܡܠܗ ܚܘܝܐ . ܚܕ ܗܘ ܠܗ ܟܝܢܐ ܘܩܢܘܡܐ.

*Dicimus, naturas invicem unitas hoc ſignificare, quod ex mutua earum conjunctione unum aliquid conſurgat. Hoc autem unum fieri nequit, ut nomen vacuum ſit abſque re denominata: alioquin Chriſtus nihil eſſet, quod eſt abſurdum. Manet itaque, quod ſit nomen ſignificativum rei. Hæc verò res vel ſubſtantia eſt, vel accidens. Quumque accidens eſſe nequeat, neceſſe eſt, ut ſit ſubſtantia: quæ rurſum vel communis erit, vel ſingularis. Atqui communis eſſe nequit: alioquin ſequeretur, Chriſtum de pluribus ſpeciebus deque pluribus perſonis prædicari, quod eſt abſonum: quia tunc neceſſe eſſet, ut unaquæque harum ſpecierum aut perſonarum per ſeipſam Chriſtus diceretur, quum ea ſit ſubſtantia communis, cujus nomen & definitio convenit omnibus, quæ ſub ipſa ſunt: quod eſt falſum. Supereſt itaque, ut ea ſubſtantia ſingularis ſit. Atqui ſubſtantiam ſingularem conſtat nihil aliud eſſe, quàm naturam & perſonam ſingularem. Chriſtus itaque, qui non eſt nihil, ſed aliquid, nec accidens, ſed ſubſtantia, nec communis, ſed ſingularis, unam habet naturam & perſonam.* Hoc eſt fundamentum præcipuum Jacobitarum, quod hoc ſyllogiſmo concluditur. *Quia homo prædicatur de Petro & Paulo, Petrus & Paulus ſunt duo homines. Ergo ſi Chriſtus prædicaretur de humana & de divina natura, eſſent duæ naturæ & duo Chriſti. Sed unus eſt Chriſtus, Ergo una natura.* Parologiſmus in eo committitur, quod confunditur prædicatio, quæ fit in abſtracto, & eſt propria ſpeciei, cum prædicatione, quæ fit in concreto, & eſt propria Perſonæ reſpectu naturarum. Primo modo prædicatur homo de ſubjectis individuis Petro & Paulo. Et verò ſi Chriſtus hoc modo prædicaretur de naturis, S. Thomas concedit quod eſſent duo Chriſti: ſed quia, ſubdit idem S. Doctor quæſt. 17. art. 1. duæ naturæ non prædicantur de Chriſto, niſi prout ſignificantur in ſuppoſito & in perſona, & in Chriſto unum eſt ſuppoſitum, & una perſona, ſequitur, quod unus eſt Chriſtus, & duæ in Chriſto naturæ. Quamobrem nec apud Catholicos, nec apud Jacobitas reperire eſt hanc theſim, *Chriſtus eſt natura humana*, ſed ubique occurrit iſta alia, *Chriſtus eſt homo*, quæ propoſitio adhuc non eſſet vera ſecundùm principia Bar-Hebræi & Jacobitarum, ſi Chriſtus natura eſſet compoſita ex duabus, ſicut ex anima & corpore homo, eo modo quo non eſt vera hæc propoſitio, *homo eſt anima*, vel, *corpus eſt homo*. De hiſce Jacobitarum argumentis conſule Thomam à Jeſu Carmelitam lib. 7. de converſione omnium gentium procuranda cap. 26.

Quod verò Bar-Hebræus errorem ſuum auctoritate Gregorii Thaumaturgi, & Nazianzeni, Julii Papæ, Procli Conſtantinopolitani, Theodoti Ancyrani, Athanaſii & Cyrilli Alexandrini ſect. 3. ejuſdem capitis 4. confirmare nititur; depravatis Patrum codicibus uſus eſt, quemadmodum ab initio exortæ hujus hæreſeos animadverterunt Catholici apud Evagrium lib. 3. hiſtor. Eccleſ. cap. 31. *Multos Apollinaris libros* (inquiunt monachi Palæſtinæ in epiſtola ad Alciſonem de Xenaja & ſectatoribus Monophyſitis,) *Athanaſio, & Gregorio Thaumaturgo, & Julio falsò adſcripſerunt: quibus præcipuè libris multitudinem in erroris ſui ſocietatem inducunt.* Id Monophyſitis & aliis hæreticis ſchiſmaticis Orientalibus ſolenne fuiſſe, obſervarunt Orthodoxi in Actis Conciliorum, ac præſertim in ſexta Synodo, & in Florentina. Quin & Bar-Hebræus ipſe ſect. 5. ejuſdem capitis quarti, ubi unam Chriſti perſo- Opera Patrum à Monophyſitis depravata.

ſonam & Mariam verè Deiparam eſſe probat, Neſtorianos notat, quod locum Apoſtoli ad Hebræos corruperint. Quum enim hæc Pauli verba ex verſione Syriaca retuliſſet:

ܗܘ ܓܝܪ ܐܠܗܐ ܒܛܝܒܘܬܗ ܚܠܦ
ܟܠܢܫ ܛܥܡ ܡܘܬܐ. ܝܐܐ ܗܘܐ ܠܗ
ܓܝܪ ܠܗܘ ܕܟܠ ܒܥܠܬܗ ܘܟܠ
ܒܐܝܕܗ ܘܣܓܝܐܐ ܒܢܝܐ ܠܫܘܒܚܐ ܐܥܠ
ܠܡܫܡܠܝܘܬܐ ܘܪܫܐ ܕܚܝܝܗܘܢ
ܒܚܫܘܗܝ ܢܫܡܠܝܘܗܝ׃

*Ipſe enim Deus per gratiam ſuam pro omnibus guſtavit mortem. Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, caput vitæ eorum per paſſionem ſuam conſummare*: ſubjungit: ܘܦܬܓܡܐ. ܐܡܪܝܢ ܕܠܗ ܗܕܝܢܐ
ܗܘ ܗܘ ܦܬܓܡܐ. ܐܠܐ ܗܘ ܓܝܪ
ܣܛܪ ܡܢ ܐܠܗܐ ܚܠܦ ܟܠܢܫ ܛܥܡ
ܡܘܬܐ. ܦܘܢܝܐ. ܐܡܪܝܢܢ. ܒܟܠܗܘܢ
ܪܬܝܐ ܕܒܗܘܢ ܝܘܢܝܐ ܪܘܡܝܐ ܘܣܘܪܝܝܐ
ܣܛܪ ܡܢܟܘܢ ܐܪܡܢܝܐ ܐܓܘܦܛܝܐ
ܐܝܒܪܝܐ ܐܠܢܝܐ ܣܩܘܬܝܐ ܘܟܘܫܝܐ
ܗܘ ܐܠܗܐ ܟܬܝܒ. ܘܕܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ
ܡܕܓܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܠܚܘܕܝܟܘܢ ܫܪܝܪܝܢ׃
ܣܟܠܘܬܐ ܗܝ ܠܡܣܒܪܗ.

*Objectio. Non ita ſe habet verſus ille; ſed*, ipſe enim præter Deum pro omnibus guſtavit mortem. *Reſponſio. Dicimus, in omnibus, qui exſtant apud Græcos, Romanos, Syros vobis exceptis*, (ideſt Neſtorianis) *Armenos, Ægyptios, Iberos, Alanos, Scythas, atque Æthiopas, Codicibus haberi ſic*, ipſe Deus. *Quod autem hi omnes mentiantur, voſque dumtaxat veritatem dicatis, ſtultum eſt opinari*. Hæc Bar-hebræus: & rectè quidem contra Neſtorianos ex Vulgata apud Syros verſione. Cæterùm in exemplaribus Latinis, Græcis, & Ægyptiacis ſic legitur cap. 2. verſ. 9. *Eum autem, qui modico quàm Angeli minoratus eſt, videmus Jeſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum: ut gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem. Decebat enim &c.*

Euſebii Edeſſeni hæreſis.

Ad calcem Fundamenti IV. quum hæreſes viginti quinque circa Incarnationem recenſuiſſet, ſextam ſuprà vigeſimam ſubjungit cujuſdam Euſebii Edeſſeni in hæc verba:

ܐܘܣܒܝܘܣ ܐܢܫ ܐܘܪܗܝܐ. ܗܢܐ ܗܘܐ
ܠܗ ܬܠܡܝܕܐ ܐܢܫܝܢ ܣܒܐ ܗܠܝܢ
ܕܚܠܡܐ ܘܡܥܒܕܢܘܬܐ ܕܫܐܕܐ ܒܝܫܐ
ܓܠܝܢܐ ܩܪܝܢ ܗܘܘ. ܘܐܡܪܝܢ ܕܐܝܠܝܢ
ܕܩܪܒܝܢ ܠܘܬܗܘܢ: ܡܬܡܠܝܢ ܡܘܗܒܬܐ
ܕܪܘܚܐ: ܕܐܦܠܐ ܟܕ ܥܡ ܢܫܐ
ܢܫܟܒܘܢ ܢܪܓܫܘܢ ܡܬܚܫܒܝܢ ܘܠܐ ܡܘܬܪ
ܦܓܪܐ ܕܡܬܢܣܒ ܡܢܢ.

*Euſebius quidam Edeſſenus. Hic habuit nonnullos ſenes diſcipulos, qui ſomnia & malorum dæmonum operationes, revelationes Spiritus appellabant, ajebantque, eos, qui ad ſe acceſſiſſent, eo Spiritus munere donari, ut nec ſi cum mulieribus concumberent, ſentirent: nec quidquam prodeſſe Corpus, quod ſumimus.* Quæ ſunt ex Origeniſtis & Meſſalianis hæreticis deſumpta deliria.

Stephani Bar-Sudaili liber Hierotheus inſcriptus.

Trigeſimam verò & poſtremam hæreſim Stephani Bar-Sudaili commemorat, quem librum etiam ſub nomine Hierothei edidiſſe teſtatur, inquiens: ܐܣܛܦܢܐ ܒܪ ܨܘܕܝܠܝ. ܗܢܐ
ܐܡܪ ܕܐܝܟ ܡܘܬܐ ܠܡܬܢܣܒܐ ܗܘܝܐ
ܕܟܠܗ ܒܪܝܬܐ ܡܬܡܬܠܐ ܘܠܘܬ
ܐܠܐ ܚܕܐ ܡܬܗܦܟܐ. ܗܘܕܝܢ ܐܦ
ܕܝܘܐ ܡܬܚܝܢ. ܘܟܠ ܡܕܡ ܟܝܢܐ
ܐܠܗܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܦܘܠܘܣ
ܕܢܗܘܐ ܐܠܗܐ ܟܠ ܒܟܠ. ܘܡܛܠܗܕܐ

ܐܡܠܒ

[Syriac text]

*Stephanus Bar-Sudaili. Hic affirmavit finem pœnarum aliquando futurum, nec impios in ſæculum ſæculorum puniendos fore, ſed per ignem purgandos: atque ita & malos dæmones miſericordiam conſequuturos eſſe: & cuncta in divinam naturam tranſmutanda, juxta illud Pauli, ut ſit Deus omnia in omnibus. Scripſitque librum in confirmationem hujus opinionis, quem & nomine Hierothei præceptoris S. Dionyſii inſcripſit, quaſi à S. Hierotheo editus fuiſſet, quemadmodum & plures exiſtimant.* Vide, quæ de hoc impio Stephano ſuprà notavi à pag. 30.

Bar-hebræi doctrina de communione cum Catholicis, & aliis hæreticis, vel Schiſmaticis Orientalibus.

Hæreſum Catalogo hanc animadverſionem ſubtexit, ex qua liquet, Bar-hebræum in eo fuiſſe Politicorum errore, ut crederet controverſias, quæ ejus tempore Orientales inter & Occidentales, & inter Orientales ipſos circa Incarnationem Verbi vigebant, meras eſſe Theologorum opiniones, non hæreſim conſtituere. [Syriac text]

[Syriac text]

*Sciendum eſt*, inquit, *has omnes ſectas, quas ſupra recenſuimus, abſurdiſſimas hæreſes eſſe, quum naturas corrumpant, & chriſtiano dogmati ethnicas opiniones miſceant: ac propterea Deus, cujus gratiæ laus eſto, eas radicitùs exſtirpavit. Reliquæ verò, quæ hodiè in mundo obtinent ſectæ* (de Orthodoxa loquitur, & Jacobitica, & Neſtoriana, & Monothelitica) *quum omnes de Trinitate & incolumitate naturarum, ex quibus eſt Chriſtus abſque converſione & commiſtione, æquè benè ſentiant, in nominibus Unionis ſolùm ſecum pugnant.* Huc ſpectat, quod in Vita Bar-hebræi ſuprà narratum eſt, Neſtorianos ſcilicet cum Jacobitis in eadem Eccleſia ad celebrandum Divina Officia conveniſſe, & Bar-hebræo ipſi à Græcis, Armenis, Jacobitis & Neſtorianis ſimul parentatum fuiſſe: & ſi fides eidem Bar-hebræo in chronico Syr. fol. 331. adhibenda eſt, defuncto in urbe Tripoli Ignatio Maphriano Latinos Presbyteros & monachos cum Jacobitis in Eccleſia S. Behenami exequias celebraſſe.

Quid idem Bar-hebræus de Maronitis, & Græcis, aliiſque Orientis Chriſtianis.

Quod autem de Græcis, & Maronitis ibidem addit, hos ſcilicet unam dumtaxat duarum naturarum voluntatem & operationem aſſerere; Græcos verò uſque ad Maximi monachi, Theodorici Haranitæ & Joannis Damaſceni tempora in eadem hæreſi fuiſſe; hæc, inquam, mera calumnia eſt, ex Bar-hebræi cerebro ad denigrandas illas gentes, quæ Jacobitis maximè infeſtæ ſunt, confiſcta. Verba ejus refero, ut quid de unaquaque natione ſenſerit, palàm fiat. [Syriac text]

[illegible]

[illegible]

*Quidam igitur naturalem ac hypoſtaticam Unionem fatentur, ut Jacobitæ Syri, Ægyptii, Æthiopes, & 1 Nubæ. Armeni verò, etſi Juliani ſententiam in quibuſdam amplectuntur, non tamen omninò ei conſentiunt. Alii autem Unionem dicunt non naturalem, neque hypoſtaticam, ſed perſonalem 2 dumtaxat, ut Neſtoriani potiſſimum. Alii verò mediam viam eligentes, hypoſtaticam quidem, non naturalem Unionem affirmant, ut Græci, Romani, Melchitæ Syri, Maronitæ Syri, Iberi, Ruſſi, & Alani. Et Romani quidem, hoc eſt, Franci, in hoc ab aliis diſſentiunt, quod Spiritum Sanctum ex Patre & ex Filio procedere dicunt. Maronitæ verò in eo ab omnibus diſcrepant, quod unam voluntatem unamque operationem duabus naturis tribuunt, non duas voluntates, nec duas operationes. Sed & Græci omnes uſque ad Maximi monachi & Theodorici 3 Haranitæ, & Joannis Damaſceni ætatem unam voluntatem unamque operationem dixere. Neſtoriani verò duas voluntates liberè affirmant & negant: utroque enim pede claudicant, quum in antiquis eorum libris nil horum legatur, noſque plures ex eorum ſapientibus audivimus unam duabus naturis hypoſtaſibuſque voluntatem aſſerentes.* Quod

NOTÆ.

1 *Nubæ*. In Syriaco Textu *Nabades*: quo nomine non *Nabathæi*, qui in Aſia ſunt & Syriæ proximi, ſed *Nubæ* intelligendi: populi ſcilicet Lybiæ ad ſiniſtrum Nili flexum, quos ejuſdem cum Ægyptiis Jacobitis erroris fuiſſe, conſtat ex Hiſt. Alex. per Renaudotium edita.

2 *Perſonalem*. Neſtoriani Syri diſcrimen ponunt inter has duas voces ܩܢܘܡܐ *Knuma*, & ܦܪܨܘܦܐ *Parſupa*: & Chriſto quidem duas naturas, duaſque *Knumas* tribuunt, non tamen duas *Parſupas*. *Parſupa* autem ex Græco *πρόσωπον* derivatur; *Knuma* verò hypoſtaſim ſignificat. Vide Petrum Stroza in libro de dogmatibus & de Synodalibus Chaldæorum.

3 *Theodorici Haranitæ*. Theodorum Abucaram intelligit Cariæ Archiepiſcopum, qui multa adverſus Neſtorianos, Jacobitas, Monothelitas, & Saracenos ſcripſit. Vide Caveum tom. 1. pag. 391. Nonnulla ex ejus operibus Arabicè legi in urbe Phœniciæ Sidone apud cl. Virum Euthymium Melchitarum ejus loci Archiepiſcopum, in quibus non *Cariæ*, ſed *Charrarum*, hoc eſt, *Haran* in Meſopotamia Epiſcopus, ut hic apud Bar-hebræum, appellatur.

Quod de Maronitis affirmat, id profecto non ex propria ſcientia ſcribit, ſed ex Eutychii Alexandrini ac Thomæ Epiſcopi Caphartabenſis libris decerpſit. Eo enim tempore, quo hæc in Meſopotamia Bar-hebræus ſcribebat, exploratiſſimum eſt Maronitas à catholica communione ſeparatos non fuiſſe: quod Vvillelmus Tyrius teſtis præſens tradit, & antiqua ipſorum Maronitarum monumenta convincunt: & illud in primis quod in vetuſtiſſimis Kalendariis ejuſdem Nationis colitur memoria Sextæ Synodi, & omnium ferè Sanctorum, qui Monotheliſmum impugnarunt acerrimè, ut Sophronii Hieroſolymitani Martii 13. Andreæ Canonographi Julii 4. Maximi Confeſſoris Aug. 13. Martini Aprilis 3. Contra verò nullus Monotheliſmi defenſor ullum in eo Kalendario locum habet. Interim notandum contra quoſdam recentiores, qui Maronitis Jacobitarum errorem affricare voluerunt, à Bar-hebræo illius ſectæ Anteſignano Maronitas velut à proprio grege extraneos computari. Quod ad Græcos attinet, confutatione non indiget, quum id ſubſequentium Synodorum generalium teſtimonio ſatis ſuperque refellatur: niſi fortè Bar-hebræus illud de Græcis Patriarchatus Antiocheni (ibi enim ſcribebat) intellexerit: ubi veriſimile eſt, à Macario Patriarcha illius Eccleſiæ jacta Monotheliſmi ſemina alicubi poſteà pullulaſſe. Nam iſtius erroris omnes promiſcuè Græcos illius provinciæ arguere non audeo. Arguit tamen cl. Stephanus Edenenſis Patriarcha in 2. lib. ſuæ pro Maronitis Apologiæ cap. 4. contenditque geſta Melchitas (Chriſtianos videlicet ritum græcum profitentes) inter & Maronitas bella, ex quibus, ut alibi à nobis indicatum eſt, huic Nationi nomen adhæſit, non aliunde exorta fuiſſe, quàm ex diſſidio in materia Religionis, quum Melchitæ Macarii ſui Patriarchæ, & Conſtantinopolitanorum Antiſtitum Sergii, Pauli & Pyrrhi, & Imperatorum Heraclii, Conſtantis & Philippici errorem; contra Maronitæ univerſalis Eccleſiæ doctrinam retinentes armis vindicare ſtatuiſſent. ſed hoc aliis expendendum relinquo.

Circa Euchariſtiæ Sacramentum eundem errorem tuetur, ac Barſalibæus, de quo ſupra à pag. 191. Ait enim Fundam. 6. c. 2. ſect. 4. fol. 189. Bar-hebræi error circa Euchariſtiam.

ܐܝܟܢܐ ܕܟܝܢܗ ܐܢܫܝܐ ܕܡܪܢ ܠܐ ܒܗ
ܒܟܝܢܐ ܐܠܐ ܡܛܠ ܚܕܝܘܬܐ ܕܥܡ ܟܝܢܐ
ܐܠܗܝܐ: ܐܠܗܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܡܬܩܪܐ.
ܗܟܢ ܒܛܝܒܘܬܐ ܘܠܚܡܐ ܗܢܐ ܘܚܡܪܐ
ܠܐ ܒܗ ܒܟܝܢܐ ܐܢܘܢ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ. ܐܠܐ
ܡܛܠ ܛܝܒܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܕܓܠܝܫܐ ܒܗܘܢ
ܡܫܪܝܐ. ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܡܬܩܪܝܢ.

*Quemadmodum natura humana Domini non natura, ſed propter Unionem cum naturâ divina, Deus dicitur & eſt; ita & panis hic & vinum non naturâ corpus & ſanguis ſunt, ſed propter gratiam Spiritus, qui ipſis illabitur, corpus & ſanguis Chriſti dicuntur.* Id quo ſenſu intelligendum ſit, mox explicat ad hanc objectionem reſpondens. ܘܦܬܓܡܐ. ܐܡܪܝܢ ܠܢ
ܠܡܫܝܚܐ ܘܡܫܝܚܐ ܡܛܠ ܚܕܝܘܬܐ ܕܪܘܚܐ
ܦܓܪܐ ܐܢܘܢ ܘܕܡܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܦܓܪܐ
ܘܕܡܐ ܕܐܠܗܐ ܡܛܠ ܚܕܝܘܬܐ ܕܥܡ
ܐܠܗܐ: ܐܠܗܐ ܐܢܘܢ. ܡܕܝܢ ܠܡܫܝܚܐ
ܗܘܐ ܘܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܐܢܘܢ. ܘܐܦ ܟܝܢܐ
ܡܬܬܠܝܠ ܗܘܐ. ܦܘܢܝܐ. ܐܡܪܝܢܢ.
ܠܗ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܘܗܒ ܠܡܫܝܚܐ
ܡܫܝܚܐ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ. ܘܟܝܢܐ ܠܘܬ
ܠܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܐܠܗܐ. ܟܕ ܡܬܒܪܐ
ܗܘܐ ܡܢܗܘܢ. ܘܠܐ ܒܗ ܟܝܢܐ ܐܠܐ:
ܠܡܫܝܚܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ
ܐܡܪܝܢ ܡܛܠ ܛܝܒܘܬܐ ܕܪܘܚܐ
ܘܠܦܓܪܐ

[Syriac text]

*Objectio. Si panis, inquiunt, & vinum propter Spiritûs gratiam corpus ſunt & ſanguis Dei: corpus autem Dei & ſanguis propter unionem cum Deo, Deus ſunt; panis igitur iſte & vinum Deus ſunt. Quod quis admittat? Reſponſio. Si panem & vinum naturâ corpus & ſanguinem diceremus, corpus autem & ſanguinem naturâ Deum; tùm vera eſſet illatio veſtra. At quum res non ita ſe habeat, ſed nos panem quidem & vinum propter Spiritus gratiam corpus & ſanguinem, corpus autem & ſanguinem Dei non natura ſed propter unionem cum Deo dicamus, falſa eſt veſtra illatio.* Ubi Bar-hebræus juxta Barſalibæi errorem putat, panem & vinum Euchariſticum ideò corpus & ſanguinem Chriſti dici, non quia ſint verum corpus & ſanguis Chriſti, quæ ex Virgine Deipara Verbum aſſumpſit, ſed propter Chriſti unionem cum illis: quæ hæreſis ab anonymo quodam Syro ex profeſſo propugnatur, ut ſuprà notavi pag. 192.

Denique ut Barſalibæum circa Euchariſtiam, ſic & Barcepham circa Animarum corporibus exutarum ſtatum ſequitur Fund. 8. cap. 7. ſect. 3. fol. 239. & Fund. 12. c. 1. ſect. 3. f. 319. ubi Animas Juſtorum in Paradiſo terreſtri uſque ad communis Reſurrectionis diem detineri ſcribit, & medium etiam quendam hominum ſtatum fingit, qui nec in cœlum cum Sanctis aſſumentur, nec in Inferos cum damnatis detrudentur, ſed in eodem Paradiſo æternum vivent; his verbis: [Syriac text]

*Dicimus: Haud fruſtra creatus eſt Paradiſus, etſi Adam ex eo ſtatim pulſus & relegatus fuit: ſed initio quidem Adam & Heva in eo habitarunt; poſt eorum verò diſceſſum, Animæ juſtorum, ut Patrum eorum, qui Deo placuere, Abraham nimirùm, & Iſaac, & Iacob, & Prophetarum, & Juſtorum, & Latronis dexteri, & Apoſtolorum, & Martyrum, & Confeſſorum, & Anachoretarum ibi habitarunt, & nunc habitant. Sed & Henoch, atque Elias ibidem corpore manent. Atque hi quidem uſque ad reſurrectionem. Poſt reſurrectionem verò, quum non omnes homines regno cœlorum digni ſint, nec omnes pœnis infernalibus & Diabolo paratis, hoc eſt, tenebris exterioribus tradantur, ſed medius*

*dius*

*dius plurium ſtatus erit inter utrumque hoc extremum; haud inveriſimile eſt, nonnullos homines, qui nec in omnibus perfecti ſint, nec in omnibus imperfecti & impii, ad æternam Paradiſi inhabitationem deſtinari: quod & Verax ille comprobat, qui ait: In domo Patris mei multæ manſiones ſunt. Cur enim fieri nequeat, ut una ex illis manſionibus Paradiſus ſit?* Pergit Barcepham refellere, qui *Paradiſi poſt diem reſurrectionis nullum prorsùs futurum uſum, ſed eum deſertum & vacuum manſurum* aſſeruit, ut dixi pag. 130. Qui Bar-hebræi peculiaris error, ſi, ut ex contextu verborum colligi videtur, de hominibus adultis loquitur, ex Pelagianorum principiis ortum habet, qui quum peccatum originale negarent & baptiſmum ad hæreditatem Regni cœlorum dumtaxat capeſſendam neceſſarium eſſe affirmarent, hominibus nec cum baptiſmo & ſupernaturali juſtitia nec cum gravibus facinoribus decedentibus tertium quendam locum aſſignabant, qui nec cœleſtis Paradiſus, neque Infernus eſſet. Si verò de infantibus ante uſum rationis, ſublatis ſermo ſit, nonnullorum Theologorum ſententiam ſequutus eſt, quibus non inveriſimile viſum fuit, eos mundum habitaturos, conſequenter etiam Paradiſum terreſtrem, quem tamen generali totius Orbis conflagrationi (ſi diluvium quidem aquarum evaſit) ſuperfuturum credere parùm conſentaneum eſt.

Teſtimonia Auctorum.

Auctores quorum teſtimonio utitur, ſunt hi. E Græcis *Dionyſius Areopagita* de cœleſti & Eccleſiaſtica Hierarchia, de divinis nominibus, Epiſt. ad Demophilum, & Epiſtola 7. ad Polycarpum de Eclypſi, quæ moriente Domino accidit. *Baſilius* in Hexaëmer. & adversùs Eunomium. *Athanaſius* de Incarn. Domini, Epiſt. ad Jovinianum Imper. Homil. de Epiphania Domini, Commentar. in Cantica, & in epiſt. ad Coloſſenſes. *Julius Papa* adversùs eos, qui Incarnationem impugnant. *Gregorius Nazianzenus* Orat. de Cæſario fratre, Orat. de S. Athanaſio, Orat. de Baptiſmo, Orat. de nativ. Domini, Orat. de Filio, lib. adversùs Julianum, & Orat. de grandine. *Greg. Nyſſenus* Orat. de Conſtit. hominis, in Hexaëmer., adversùs Apollinariſtas, & Apologia Baſilii. *Amphilochius* in illud, Amen Amen dico vobis, qui ſermonem meum audit. *Greg. Thaumaturgus* de Fide. *Theodotus Epiſc. Ancyræ* hom. de Nativitate. *Methodius* Orat. adversùs Origenem. *Chryſoſtomus* in Hexaëmeron, hom. de nativ. Domini, & hom. de paſſione. *Evagrius Ponticus* ſæpè, non tamen indicatis operibus. *Proclus* epiſt. ad Armenios. *Cyrillus* epiſt. ad Acacium, epiſt. ad Succenſum, epiſt. ad Eulogium: & lib. adversùs Diodorum & Theodorum. *Antiochus Epiſcopus Conſtantiæ* Orat. de Deipara: qui fortaſsè idem eſt ac Antiochus Ptolemaidis in Phœnicia Epiſcopus, quem Conſtantinopoli in Oratoria excelluiſſe, refert Caveus tom. 1. pag. 203. *Joannes Scholaſticus ex Baſan*, ſeù Scythopolitanus, commentar. in Dionyſ. Areopagitam. *Severus* lib. 2. adversùs Grammaticum cap. 1. & Epiſt. ad Thomam Germaniciæ, & Homil. epithron. 1. & 22. & Hom. cur ad Orientem adoremus. *E Syris* verò *S. Ephræm* carm. de amore doctrinæ, de diſputandi ratione, in Hexaëmeron, de feria 6. paſſionis, de nativ. Domini, & de Fide. *Jacobus Sarugenſis* in Hexaëmeron. *Jacobus Edeſſenus* in Hexaëmer. & epiſt. ad Joannem Stylitam: & Orat. de Theologia, & Orat. de conſtitutione hominis. *Joannes Epiſc.* Daræ. *Joannis Baſorenſis* Liturgia. *Moyſes Barcepha* in Geneſim. *Philoxenus* Mabugenſis Orat. de arbore vitæ. *Joannes monachus* in Orat. de cauſa hujus mundi. *Narſes* doctor Neſtorianus Carm. de Incarnatione Verbi. *Jacobi Adelphothei* Liturgia. Denique *Hiſtoria Barſumæ* Archimandritæ, ubi Eutychianiſmum, quo Barſumam infectum fuiſſe pag. 3. demonſtravi, ad Samuelem ejus diſcipulum tradu-

cere

cere fruſtrà conatur Bar-hebræus Fund. 4. cap. 6. ſect. 2. & 3. in hæc verba. [Syriac text]

[Syriac text]

*Objectio ex Actis Mar Barſumæ. Miraculum octogeſimum primum. Corpus Chriſti fuitne ſimile cæteris hominum corporibus? Continuò clamavit dæmon in quadam fœmina: Si Corpus Jeſu eſt aliorum hominum corporibus ſimile, quiſnam homo corpus ſuum diviſit, ſuiſque ſodalibus comedendum præbuit? & , ſi ſanguis Unigeniti crucifixi communem cum ſanguine filiorum Adæ naturam habuit, quiſnam ſanguis filiorum Adæ peccata expiavit? Reſponſio. Dicimus, Barſumam acta ſua nequaquam ſcripſiſſe, ut putemus eum hoc credidiſſe; ſed Samuelem ejus diſcipulum. Fieri autem potuit, ut idem à Magiſtro ad Armenos miſſus, ſicut ipſemet miraculo nonageſimo quinto narrat, Phantaſiaſtarum errore fuerit depravatus. Quandoquidem plerique Armenorum doctrinam Juliani ad hoc uſque tempus mordicùs tenent. Affirmant enim cum ipſa Unione corpus perfectum conſtitiſſe, nec temporis proceſſu auctum, nec paſſibile fuiſſe, aut corruptibile, nec mortale aut creatum aut circumſcriptum: & viſum quidem fuiſſe circumcidi, non reipſa id paſſum, viſum fuiſſe manducaſſe, quum revera nunquam manducaverit, & ea planè ratione, qua apud Abrahamum comedit, ſic cibum adhibuiſſe, quando nobiſcum verſabatur. Addunt etiam cibum ejus excrementis caruiſſe, divinitatis igne abſumptum: & his ſimilia pleraque nugantur. Et ſub Athanaſio* 1 *quidem noſtro*

NOTA

1 *Athanaſio*. Hanc Jacobitarum cum Armenis Unionem fuſiùs deſcribit idem Bar-hebræus in Chronico Syriaco ad annum Græcorum 1037. Armenorum 135. Sed loco an-

nis

*noſtro Patriarcha, & Joanne ipſorum Catholico in publica collatione diſquiſitionem hac de re habuerunt, noſtræque doctrinæ certam veritatem agnoſcentes nobis reconciliati ſunt, & libello unionis ſubſcripſere. Nihilominus non modico poſt tempore ad antiquum Juliani dogma rediere.* Verùm Æthiopem ante dealbaverit, quàm Barſumam ab Eutychis hæreſi liberum faciet, cujus circa myſterium Incarnationis fides qualis fuerit, ipſa ejus ſubſcriptio in Concil. Chalced. relata declarat.

5. Liber Radiorum, ſeù Theologiæ compendium.

*Liber Radiorum*, ſeù Theologiæ compendium. ܟܬܒܐ ܕܙܠܝ̈ܓܐ In decem Partes dividitur. Pars I. *de opere ſex dierum*. ܡܐܡܪܐ ܩܕܡܝܐ ܡܛܠ ܒܪܝܬܐ ܫܬܝܬ ܫܬܐ ܝܘܡ̈ܬܢܐ. Pars 2. *de Theologia*, ſeu de Deo Uno & Trino. ܡܛܠ ܡܡܠܠܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ Pars 3. *de Incarnatione Dei Verbi*. ܡܛܠ ܡܬܒܪܢܫܢܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܡܠܬܐ:

Jacobitæ duplicem Chriſti naturam aſſerunt.

Ubi poſtquam proprietates humanitatis & divinitatis in Chriſto ſalvas eſſe & incolumes poſt unitionem aſſeruit, ad Catholicorum ſententiam propè accedit, quum dicat, *duplicem eſſe Chriſti naturam*, his verbis: ܡܟܝܠ. ܐܢ ܢܛܝܪܢ ܦܘܪ̈ܫܢܐ ܘܫܘܚܠܦܐ ܟܝܢܝܐ ܒܡܪܢ: ܐܝܟܢܐ ܠܐ ܬܪܝܢ ܐܢܘܢ ܠܗ ܟܝ̈ܢܐ. ܘܐܢ ܠܐ ܢܛܝܪܝܢ ܗܘ ܡܘܙܓܐ ܘܒܘܠܒܠܐ ܕܟܝ̈ܢܐ. ܗܘ ܕܫܪܝܩܐ. ܦܘܢܝܐ. ܢܛܝܪܝܢ ܐܦ ܒܢܦܫܐ ܘܒܦܓܪܐ. ܘܚܕ ܗܘ ܟܝܢܐ ܒܪܢܫܐ ܚܝܐ ܡܠܝܠܐ ܘܠܘ ܬܪܝܢ. ܡܟܝܠ. ܐܢ ܒܫܘܝܘܬ ܐܘܣܝܐ ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܚܕ ܟܝܢܐ. ܗܘܐ ܡܕܝܢ ܒܐܘܣܝܐ ܦܓܪܐ ܠܡܠܬܐ: ܗܘ ܕܫܪܝܩܐ. ܘܐܢ ܠܐ ܫܘܐ: ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܬܪܝܢ ܐܢܘܢ ܟܝ̈ܢܐ. ܦܘܢܝܐ. ܠܘ ܚܕ ܟܝܢܐ ܐܡܪܝܢܢ ܦܫܝܛܐܝܬ: ܐܠܐ ܚܕ ܟܝܢܐ ܡܢ ܬܪܝܢ ܟܝ̈ܢܝܢ ܡܫܚܠܦܝܢ ܐܘܣܝܐܝܬ. ܡܟܝܠ. ܐܢ ܫܘܐ ܒܐܘܣܝܐ ܠܐܒܘܗܝ ܘܫܘܐ ܒܐܘܣܝܐ ܠܡܪܝܡ. ܐܝܟܢܐ ܠܐ ܬܪܝܢ ܐܢܘܢ ܠܗ ܟܝ̈ܢܐ ܕܒܗܘܢ ܠܬܪܝܗܘܢ ܘܠܐ ܫܘܝܢ ܫܘܐ. ܦܘܢܝܐ. ܟܦܝܠܐ ܗܘ ܗܘ ܚܕ ܟܝܢܐ ܘܠܘ ܦܫܝܛܐ. ܒܫܘܚܠܦ ܫܘܡ̈ܗܝ ܡܫܚܠܦܐ ܠܗܠܝܢ ܠܐ ܫܘ̈ܝܢ ܗܘ ܫܘܐ.

*Objectio. Si ſalvæ ſunt ſignificationes diſcriminis naturalis in Domino noſtro, quomodo duas non habebit naturas? Si verò eæ haud ſalvæ ſunt, en permiſtionem & confuſionem naturarum, quod eſt abſurdum. Reſponſio. Etiam in anima & corpore ſalvæ ſunt: & tamen una eſt natura hominis vivi rationalis, non duæ. Inſtantia. Si in ſubſtantiæ æqualitate unam naturam dicitis, conſubſtantialis igitur erit caro Verbo, quod eſt abſurdum. Si inæqualis in ſubſtantia, duæ igitur ſunt naturæ. Reſponſio. Non unam ſimpliciter naturam dicimus, ſed unam naturam ex duabus naturis ſubſtantialiter diverſis. Objectio. Si conſubſtantialis eſt Patri, idemque conſubſtantialis Mariæ, quomodo duas non habebit naturas, quibus utrique inæquali æqualis ſit? Reſponſio. Duplex eſt illa una natura, non ſimplex. Secundùm diverſas igitur ejus ſignificationes inæqualibus illis ipſe æqualis eſt.* Vides, Jacobitas cum Catholica Eccleſia ferè de nomine pugnare, & omnia, quæ

ni 135. legendum 175. nam Epocha Armenorum cœpit ab anno Chriſti 551. ut rectè Galanus in Conciliatione Eccleſiæ Armenæ cum Romana I. Part. pag. 105. qui diſertam illius conciliabuli ſub Athanaſio Jacobitarum & Joanne Oznenſi Armenorum Patriarchis mentionem facit pag. 201.

quæ Catholici de hypoſtatica Unione docent & credunt, eoſdem docere & credere, *naturam duplicem*, appellantes, quam nos *duas naturas*, ut verè ſunt, eſſe affirmamus: in quo circa ipſa philoſophiæ principia hallucinantur, ſibique manifeſtè contradicunt, dum naturam utramque perfectam & completam aſſerunt, ſimulque affirmant naturas hujuſmodi ſe mutuo reſpicere inſtar animæ & corporis, quæ ſunt naturæ imperfectæ & incompletæ. Eadem Monothelitarum in hac materia inconſtantia fuit, qui tandem ad Monophyſitarum caulas, unde exierant, rediere: nulli enim hodie in Oriente exſtant puri Monothelitæ. Quod verò paucis interjectis Bar-hebræus ſubjungit: hanc ſcilicet Maronitarum[1] pro duabus naturis objectionem: ܟܕ ܐܡܪ ܠܟ ܡܪܘܢܝܐ ܕܠܐܠܗܘܬܐ ܩܢܐ ܐܢܬ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܟܝܢܐ. ܗܟܝܠ ܗܢܐ ܚܕ ܟܝܢܐ ܕܡܘܕܐ ܐܢܬ ܒܡܫܝܚܐ ܐܢ ܕܐܠܗܘܬܐ ܗܘ ܐܝܟܐ ܗܘ ܟܝܢܐ ܕܐܢܫܘܬܐ. *Dum tibi objicit Maronita: Deitati neceſſe eſt naturam ineſſe. Hæc igitur una natura, quam in Chriſto fateris, ſi Deitatis eſt, ubinam erit natura humanitatis* &c. id, inquam, magis magiſque confirmat, quod ſuprà indicavi; Maronitas ſcilicet Monophyſiſmi à nonnullis falsò inſimulari.

Pars 4. *de Angelis*. ܡܐܡܪܐ ܪܒܝܥܝܐ ܡܠܐܟܐ. Pars 5. *de Spiritibus malis* ܡܐܡܪܐ ܚܡܝܫܝܐ ܪܘܚܐ ܒܝܫܬܐ. Pars 6. *de Anima* ܡܐܡܪܐ ܫܬܝܬܝܐ ܢܦܫܐ. Pars 7. *de Sacerdotio* ܡܐܡܪܐ ܫܒܝܥܝܐ ܟܗܢܘܬܐ: ubi de ſingulis ſacris Ordinibus, de Baptiſmo, de Liturgia & de Defunctorum exequiis. Pars 8. *de libero arbitrio & fine* ܡܐܡܪܐ ܬܡܝܢܝܐ ܒܚܐܪܘܬܐ ܘܫܘܠܡܐ: ubi de bono & malo, de fide & operibus, de ſacramento Pœnitentiæ, & de retributione bonorum & malorum. Pars 9. *de fine utriuſque mundi, parvi ſcilicet & magni, & de initio novi ſæculi* ܡܐܡܪܐ ܬܫܝܥܝܐ ܕܫܘܠܡܐ ܕܬܪܝܗܘܢ ܥܠܡܐ ܙܥܘܪܐ ܘܪܒܐ ܘܫܘܪܝܐ ܕܥܠܡܐ ܚܕܬܐ: ubi de morte, de fine mundi, & de reſurrectione. Pars 10. *de Paradiſo* ܡܐܡܪܐ ܥܣܝܪܝܐ ܦܪܕܝܣܐ: expoſitio literalis & parabolica. Citatur epiſtola Severi ad Petrum monachum Par. 6. cap. 3. ſect. 3.

Ad calcem Codicis hanc epocham librarius appoſuit: ܫܠܡܬ ܡܢܪܬܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܐܠܗܝܘܬܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܥܒܕ ܒܠܐ ... ܐܒܐ ܩܕܝܫܐ ܘܪܫܐ ܕܟܘܡܪܐ ... ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ... [illegible] ܘܣܦܩ

margine hanc notam adjecit. ܗܟܢܐ ܡܢ ܚܕܐ ܐܝܕܗ ܕܗܘ ܡܫܒܚܐ: *Hoc propria manu illius clariſſimi viri*, hoc eſt, Bar-hebræi, quaſi diceret: *ita legi in autographo*.

NOTA.

1 *Maronitarum*. In Codice noſtro ſcriptum erat pro *Maronita*, ܟܠܩܝܕܘܢܝܐ *Chalcedonenſis*. At ejuſdem Codicis ſcriptor loco Chalcedonenſis *Maronitam* repoſuit, & in

[illegible]

*Ad gloriam & honorem ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti abſolutus eſt liber iſte plenus vita, qui dicitur Radiorum de confirmatione fundamentorum Eccleſiæ, opus Theologi & religioſi Patris noſtri Mar Gregorii Maphriani Orientis, feria* 6. *die* 28. *Septembris ſolaris, anni Græcorum* 1641. (Chriſti 1339.) *diebus Mar Ignatii Patriarchæ Sedis Apoſtolicæ &c. Hanc verò librum exaravit, ſeù potiùs corrupit fœdavitque Joſue nomine tenus monachus, reverà ne ſpeciem quidem monachi gerens, qui eodem anno ordinatus fuit ab univerſali Patre noſtro Presbyter nomine, quum opera dignitati huic minimè congruant, filius Joannis filii Sendi fabri, genere Belidrenſis, in regione Heſnæ Chephæ: rogat ſingulos fratres, ut veniam ipſi expoſcant &c. ac nominatim pro magiſtris meis, qui me literas & monaſticum inſtitutum docuere, Raban ſcilicet Saliba, & Raban Joſue Chironi F. qui in mea erudienda ignorantia laborarunt: necnon Raban Saliba Lazari Emmanuelis claræ memoriæ F. & Raban Joanne Saidi* τȣ̃ μακαρίτȣ *F. qui me inter monachos admiſere, & aſſiduas meæ imbecillitatis moleſtias æquo animo ferunt: nam in eodem cœnobio habitamus, peregrinantes in regione Manangerdæ in monaſterio Deiparæ apud Sidum pagum benedictum. Orate pro Raban Jacobo ejuſque parentibus, qui nobis pro deſcriptione hujus Codicis aliquid contulit, & pro omnibus, qui in eo partem quoquomodo obtinent. Amen.*

*Liber Directionum*, ſeù *Epitome Eccleſiaſticorum Canonum & legum ſæcularium.* [illegible] 6. Liber Directionum, ſeù Epitome Canonum.

Hujus meminit Renaudotius tom. 2. pag. 471. in hæc verba: *Collectio Canonum & Conſtitutionum Civilis Juris per locos communes, opus eximium. Exſtat Syriacè elegantiſſimè ſcripta in Biblioth. Colbertina, ut ibidem totius operis verſio Arabica. Reperitur etiam in Medicea.* Idem opus Syriacè pereleganter exaratum nuper pro Vaticana Bibliotheca comparatum eſt ab amiciſſimo Andrea Scandar, cui ad calcem librarius hanc epocham adjunxit, [illegible]

ܠܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܕܩܕܝܫܬܐ ܘܡܫܒܚܬܐ ܘܫܘܝܬ ܐܘܣܝܐ ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܐܠܗܐ ܚܕ ܫܪܝܪܐ ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܗܘܕܝܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܫܥܡܐ ܘܚܕܐ ܕܝܘܢܝܐ ܒܝܪܚ ܟܢܘܢ ܩܕܡ ܒܬܪܝܢ ܒܫܒܐ ܕܡܬܚܪܐ ܒܗ ܨܘܡܐ ܕܝܠܕܐ ܒܝܘܡܝ ܐܒܗܬܐ ܩܕܝܫܐ ܘܪܥܘܬܐ ܡܗܝܡܢܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܐܒܘܢ ܘܡܪܢ ܚܝܝܢ ܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܫܒܚܐ ܘܪܡܐ ܕܗܘ ܕܘܝܕ ܫܐܗ ܘܡܪܝ ܛܝܡܬܐܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܗܘ ܬܐܘܡܐ ܡܪܝܐ ܢܪܝܡ ܟܘܪܣܝܗܘܢ ܥܕܡܐ ܠܪܘܡܐ ܕܫܡܝܐ ܐܡܝܢ . ܘܡܬܒܥܐ ܡܢ ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܐܚܐ ܚܟܝܡܐ ܕܐܢ ܢܦܓܥ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ ܒܚܘܒܐ ܢܨܠܐ ܘܢܫܐܠ ܚܘܣܝܐ ܠܕܘܝܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܥܒܕ ܢܘܗܪܐ ܩܫܝܫܐ ܒܫܡܐ ܘܠܐ ܒܥܒܕܐ ܒܪ ܣܛܦܢܘܣ ܡܫܡܫܢܐ ܕܐܠܝܐ ܡܦܪܝܢܐ ܚܠܗ ܡܢ ܩܣܛܪܐ ܒܪܝܟܐ ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܐܠܝܐ ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܡܪܕܐ ܡܕܝܢܬܐ ܢܛܝܪܬ ܐܠܗܐ ܕܟܬܒ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ . ܘܫܪܟܐ .

*Ad gloriam & honorem & decus ſanctæ, glorioſæ & conſubſtantialis Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, unius Dei veri, abſolutus eſt liber hic Directionum anno Græcorum* 1901. (Chriſti 1589.) *menſe Canun priore* (Decembri) *feria 2. qua incboatur Jejunium Nativitatis, diebus ſanctorum Patrum & fidelium Paſtorum & gubernatorum Sanctæ Eccleſiæ, Patris noſtri & Domini vitæ noſtræ, Domini noſtri Mar Ignatii glorioſi Patriarchæ excelſi, qui & David-Sciah, & Mar Timothei Epiſcopi, qui & Thomas. Dominus exaltet Sedes eorum uſque ad cœli faſtigium Amen. Rogatur itaque unuſquiſque prudentium fratrum, qui recurrente aliquando temporis rota in librum hunc offenderit, ut cum caritate oret, & veniam poſcat pro infeliciſſimo hominum Abed-Nuhra miſero, nomine, non operibus Presbytero, Stephani Diaconi filio, cujus Elias Maphrianus avunculus eſt, ex benedicto Caſtro Dair-Elia, cui à S. Elia nomen inditum, in regione cuſtoditæ à Deo Mardæ urbis, qui ſanctum hunc librum exaravit &c.*

Duas partes complectitur. Prima eſt de rebus Eccleſiaſticis: altera de cauſis ad laicos ſpectantibus. Opus integrum decurrit ſub capitibus quadraginta, quæ in ſectiones aliquot ſubdividuntur. Præfatio incipit:

ܡܢܐ ܓܝܪ ܡܘܬܪ ܠܒܪܢܫܐ ܐܡܪ ܐܢܫ ܡܢ ܝܕܝܥܐ ܕܠܘܬܢ ܘܐܢ ܥܠ ܫܘܪܪܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܢܥܡܠ ܟܡܐ ܕܢܥܡܠ ܫܪܝܪܘܬܐ ܕܝܢ ܕܩܢܘܢܐ ܩܕܝܫܐ ܕܒܗܘܢ ܛܟܣܐ ܥܕܬܢܝܐ ܡܬܚܝܠ ܘܡܫܬܪܪ ܢܣܚܘܦ .

*Quid prodeſt homini, inquit quidam apud nos celeberrimus* (Anthimum Patriarcham intelligit, ut in margine adnotatur) *ſi pro ſtabilienda fide laborem qualemcumque ſuſcipiat, robur verò ſacrorum Canonum, quibus Eccleſiaſticus ordo coërcetur & confirmatur, deſtruat?*

Caput 1, de Eccleſia ejuſque regimine ܩܦܠܐܘܢ ܩܕܡܝܐ ܡܛܠ ܥܕܬܐ ܘܦܘܪܢܣܗ . Caput 2. de Baptiſmo ܡܛܠ ܥܡܕܐ . 3. de Chriſmate ܡܛܠ ܡܘܪܘܢ . 4. de Euchariſtia ܡܛܠ ܩܘܪܒܢܐ . 5. de Jejuniis, Feſtis, & orationibus ܡܛܠ ܨܘܡܐ ܘܥܐܕܐ ܘܨܠܘܬܐ . 6. de exequiis Defunctorum. ܡܛܠ ܠܘܘܝܐ ܕܥܢܝܕܐ . 7. de ordinibus Sacerdotalibus ܡܛܠ ܛܟܣܐ ܟܗܢܝܐ . 8. de Sponſalibus ܡܛܠ ܡܟܘܪܘܬܐ . 9. de Teſtamentis ܡܛܠ ܕܝܐܬܝܩܝ .

ܡܛܠ

ܡܛܠ ܝܘܪ̈ܬܢܐ. 10. de hæreditate
ܡܛܠ ܫܩܠܬܐ. 11. de emptione & venditione. ܡܛܠ ܐܘܙܦܐ ܘܫܐܠܬܐ 12. de mutuo & commodo ܡܛܠ ܡܫܟܢܘܬܐ ܡܫܟܢܐ. 13. de pignore ܡܛܠ ܡܟܠܝܢܘܬܐ. 14. de impedimentis usus rerum ܡܛܠ ܫܘܐܠܐ 15. de consensu. ܡܛܠ ܐܫܬܘܝܘܬܐ 16. de translatione juris. ܡܛܠ ܐܫܢܝܘܬ ܫܘܠܛܢܐ 17. de fidejussione. ܡܛܠ ܥܪܒܘܬܐ 18. de societate. ܡܛܠ ܫܘܬܦܘܬܐ 19. de tutela. ܡܛܠ ܐܦܛܪܘܦܘܬܐ 20. de confessione. ܡܛܠ ܡܘܕܝܢܘܬܐ 21. de deposito. ܡܛܠ ܓܘܥܠܢܐ 22. de usu fructus ܡܛܠ ܦܘܪܥܢܐ. ܡܘܗܒܬܐ 23. de donatione ܡܛܠ ܦܘܩܕܢܐ. 24. de legato ܡܛܠ ܡܟܣܐ. 25. de censu. ܡܛܠ ܐܬܬܓܪܘܬܐ 26. de mercatura. ܡܛܠ ܫܩܝܘܬܐ 27. de irrigatione. ܡܛܠ 28. de cultu terræ desertæ ܡܛܠ ܐܪܥܐ ܚܪܒܬܐ. ܐܓܪܐ ܕܐܓܝܪܘܬܐ 29. de mercede conductione. ܡܛܠ ܡܫܟܚܢܘܬܐ 30. de inventis. ܡܛܠ ܡܫܟܚܬܐ 31. de puerorum projectorum inventione. ܡܛܠ ܡܫܟܚܬܐ ܕܫܕܝܐ. 32. de manumissione servorum ܡܛܠ ܚܐܪܘܬܐ. ܕܥܒ̈ܕܐ. 33. de raptu ܡܛܠ ܚܛܘܦܝܐ. 34. de gravibus facinoribus, nimirùm, homicidio, mutilatione membrorum, apostasia à fide, fornicatione, furto ܡܛܠ ܣܟܠܘܬܐ. ܡܛܠ ܕܒܚܬܐ ܘܨܝܕܐ. 35. de immolatione, & venatione: & de ciborum delectu ܡܛܠ ܡܘܡܬܐ ܘܢܕܪ̈ܐ. 36. de juramentis. ܡܛܠ ܢܕܪ̈ܐ. 37. de votis ܡܛܠ ܕܝܢ̈ܐ. 38. de judiciis ܡܛܠ ܣܗܕ̈ܐ. 39. de testimoniis ܡܛܠ 40. ܡܛܠ ܥܠ̈ܠܬܐ. de causis.

Hujusmodi juris syntagmata apud Orientales Christianos Syriacè, & Arabicè instituta sunt, ut Episcopi & Patriarchæ ad manus haberent leges, ex quibus inter Christianos jus dicere possent. Nam ex communi disciplina, variis etiam Chalipharum Sultanorumque privilegiis confirmata, Christianorum inter se litigantium causæ apud Episcopos, aut Patriarchas judicari debebant ex legibus antiquitùs receptis. Illæ autem non aliæ erant, quàm Canones Conciliorum, Constitutiones Patrum, responsa Prudentum & Doctorum Ecclesiæ, leges denique Christianorum Imperatorum, quas ex epitome Juris Justiniani, Novellis, & Basilicorum libris in suam linguam Syri Arabesque transtulere. Ex illis igitur in locos communes, ut suprà indicavi, digestis, collectionem hanc suam componit Bar-Hebræus.

Præterea testimonia usurpat ex Didascalia, seù Constitutionibus Apostolorum, ex Canonibus eorumdem: ex Clementinis variis: & ex Conciliis Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonensi, Neocæsariensi, Ancyrano, Laodiceno, Antiocheno, & Gangrensi, de quibus in Præfatione: ܐܘ ܡܕܡ ܐܚܪܢܐ ܡܢ ܕܥܬܝܩܬܐ ܡܦܩܬܐ ܡܢܗܝܢ: ܐܝ ܡܢ ܠܐ ܡܫܡܗܐ ܡܡܠܠܐ ܡܛܠ ܠܡܦܩܘܕܐ. ܘܐܢܐ ܕܝܢ ܐܢܐ ܕܐܢܫܐ ܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܓܒܝ̈ܬܐ ܡܫܡܗܐ

ܘܐܝܟܢܐ ܩܢܘ̈ܢܐ ܐܦܩܬ. ܘܡܢ ܩܘܪܝܢܝܗ
ܕܐܓܠܝܣܝܐ ܡܬܩܒܠܢܐ ܠܡܦܪܫܝܢ
ܩܘܡܝܗ. ܘܗܕܡ ܠܗܘܢ ܕܡܬܩܒܠܢܘܬܐ
ܠܡܦܪܫܢ ܘܡܫܠܡ ܐܫܠܡܬܗ.

*Et ſicuti ex Sanctis Patribus* Canones *protuli, ita & ex non receptis receptas definitiones tradidi: Arianis, inquam, qui Antiochiæ Canones* 25. *condiderunt, & Macedonianis, qui Gangræ viginti, & Leonis aſſeclis, qui Chalcedone ſeptem ſupra viginti poſuere*. E Græcis laudat Dionyſium Areopagitam in libro de Eccleſiaſtica Hierarchia, Dionyſium Patriarcham Alexandrinum, Euſtathium, Origenem, Athanaſium, Baſilium, Timotheum Alexandrinum, Baſilium, & Severum Antiochenum, ex quo fragmentum citat cap. 1. ſect. 1. de ritu conſecrationis Templi & Altaris, & cap. 2. ſect. 1. aliud de baptiſmo & ordinatione hæreticorum non iterandis. E Syris Rabulam & Jacobum Edeſſenos Epiſcopos paſſim: Philoxenum Mabugenſem, Georgium Arabum Epiſcopum, Joannem Scholaſticum, Joannem alterum Telæ Mauzaltæ, Cyriacum Amidæ, Perſarum Synodum, Liſium quendam cap. 1. ſect. 6. & cap. 6. ſect. 2. Patriarchas Jacobitarum Dionyſium, Cyriacum, cujus hanc in Hierothei librum cenſuram refert cap. 7. ſect. 9.

ܟܬܒܐ ܗܘ ܕܪܫܝܡ ܕܐܝܪܘܬܐܘܣ ܠܗ
ܕܝܠܗ ܗܘ܆ ܐܠܐ ܕܝܠܗ ܕܐܣܛܦܢܐ
ܟܒܪ ܨܘܕܝܠܐ ܗܪܛܝܩܐ ܐܝܬܘܗܝ.

*Liber Hierotheo inſcriptus nequaquam illius opus eſt, ſed fortaſſe Stephani Bar-Sudaili hæretici*: Ignatium, Michaelem ſeniorem, quem in cœnobio S. Ananiæ duodecim Canones condidiſſe teſtatur cap. 7. ſect. 10. & Joannem Patriarcham, ex quo octo Canones in Synodo habita menſe Februario anni Græcorum 1180. Chriſti 869. refert cap. 7. ſect. 2. Denique de libris, quos inoffenſo pede percurri poſſe apud Jacobitas affirmat, hæc habet cap. 7. ſect. 9.

ܘܟܬܒܐ ܕܡܠܦܢܐ ܐܠܝܢ ܕܡܬܩܪܝܢ
ܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܗܠܝܢ.
ܕܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܐܬܢܘܣ ܬܠܬܐ
ܡܐܡܪ̈ܐ ܘܥܣܪ ܐܓܪ̈ܢ. ܘܕܒܣܝܠܝܘܣ
ܥܣܪܝܢ ܘܬܫܥܐ ܡܐܡܪ̈ܐ.
ܕܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܢܙܝܢܙܘ ܬܪ̈ܬܝܢ
ܦܢܩܝ̈ܬܐ ܘܐܪ̈ܒܥܝܢ ܘܫܒܥܐ ܡܐܡܪ̈ܐ
ܘܐܓܪ̈ܬܐ ܡܫܚܠܦܬܐ ܬܠܬܝܢ ܘܚܕܐ.
ܘܕܣܘܝܪܐ ܬܠܬ ܦܢܩܝ̈ܬܐ ܗܐ
ܘܡܟܬܒܢܘܬܐ ܘܐܓܪ̈ܬܐ ܡܐܡܪ̈ܐ
ܩܘܪܝܠܐ. ܘܦܢܩܝ̈ܬܐ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ. ܘܕܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ ܘܕܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܡܠܦܢܐ
ܘܐܓܪ̈ܬܗ ܡܐܡܪ̈ܐ. ܘܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ
ܣܪܘܓܝܐ ܡܐܡܪ̈ܐ ܘܬܡܢܝܢ ܐܓܪ̈ܬܐ.
ܘܠܘܩܒܠ ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܫܘܪܝܐ ܘܚܘܬܡܐ
ܡܠܐ ܘܡܢܗܘܢ ܡܫܡܫܢܐ ܦܘܪܫܢܐ
ܘܕܡܪܝ ܐܢܛܘܢܝܘܣ ܘܕܦܘܠܘܣ
ܘܐܘܪܘܬܐܘܣ ܘܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ.
ܠܡܪܝܡ ܘܡܪܢ ܝܗܒܐ ܘܡܝܡܪ̈ܐ ܘܡܫܘܚܐ
ܡܠܐ ܘܡܠܦܢܐ ܘܡܟܬܒܢܐ ܘܡܫܡܫܢܐ
ܘܟܬܒܢܘܬܐ ܘܡܢܗܘܢ ܘܦܘܪܫܢܐ ܠܟܠܗ
ܩܕܝܫܐ. ܐܡܬܐ. ܕܡܬܐ ܘܕܫܡܥܬܗܘܢ
ܠܟܠ ܡܠܦܢܐ. ܘܕܡܟܬܒ ܕܐܘܪܘܬܐ
ܡܠܐ. ܘܡܢ ܘܐܘܠܘܓܝܐ. ܘܐܓܪ̈ܬܐ
ܕܝܠܗ ܫܘܒܚܐ. ܘܦܘܪܫܢܐ ܕܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ. ܘܡܪܝ ܐܢܛܘܢܝܘܣ.
ܘܫܘܐܠܐ ܕܐܘܠܘܓܐ. ܘܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ.

*Libri quoque Doctorum, qui in ſancta Eccleſia* (hoc eſt, apud hæreticos Jacobitas) *leguntur, hi ſunt*. Dionyſii Athenienſis *libri tres & epiſtolæ decem*. Baſilii *Orationes* 29. Gregorii Nazianzeni *tomi duo, Orationes* 47. *& epiſtolæ variæ* 31. Severi *tomi tres,* *ho-*

*homiliæ Epithroniæ*, *hoc eſt*, *in throno habitæ* 124. & *aliæ epiſtolæ*. S. Ephræm, & S. Iſaac *ſermones* 214. S. Jacobi Sarugenſis 182. Homiliæ & ſermones *per anni circulum* 155. *pro majori parte ſunt S. Joannis Chryſoſtomi*, & *Cyrilli*, & *Theodoti*, & *Architei* & *aliorum*. Hiſtoriæ *Patrum* & *Doctorum* & *Martyrum* 125. Palladii *liber Paradiſus inſcriptus*, *tomi tres*. Baſilii *in Hexaëmeron Orationes* 9. Jacobi Edeſſeni *in idem Orationes* 7. & *liber unus de Theologia*, & *plures epiſtolæ*. *Commentaria S. Ephræm* & *S. Joannis*, & *Moiſis Bar-Cephæ*, & *Bar-Salibi*. Hæc nimirùm dumtaxat opera Bar-hebræus ad manus habuit, vel ſaltem præ cæteris probavit. Nam longe plura ſcripſiſſe auctores Syros tùm orthodoxos, tùm Jacobitas, quæ hodieque exſtant, Archiva monaſteriorum in Oriente, & Bibliothecæ in Europa ſatis convincunt.

Quod autem Bar-hebræus Nomocanonem hunc poſt libros *Candelabri Sanctorum*, & *Radiorum* conſcripſerit, idem declarat loc. cit. ubi quum Ariſtotelis libros enumeraſſet, & ex iis, quæ Chriſtianæ Philoſophiæ dumtaxat conſentiunt, colligenda eſſe monuiſſet, ſubjungit:

[illegible]

*Quemadmodum* & *nos collegimus in libro noſtro*, *cui titulum Candelabri Sanctorum fecimus*, & *in alio minoris molis*, *quem Radiorum inſcripſimus*, *diſputantes in iis adversùs eos auctores*, *qui Deum quidem noverunt*, *ſed non ut Deum decet*, *laudaverunt*.

7. Ethica de virtutibus & vitiis animi & corporis.

*Ethica de præſtantia morum juxta mentem Patrum anachoretarum*, & *Doctorum probatorum*. [illegible]

[illegible]

Exſtat Syriacè inter libros Andreæ Scandar num. 25. de quo Renaudotius tom. 2. Lit. Orient. pag. 471. *Sermones ethici* & *Philoſophici Syriacè in Medicea*. Exemplar chaldaicis literis exaratum habetur in Collegio Maronitarum de Urbe, ex quo locum profert Naironus Evopl. Par. 1. pag. 52. E Syriaco Arabicum fecit Joannes Gariri Presbyter Damaſcenus, cujus autographum habemus in Bibl. Vat. inter Codices Ecchellenſes num. 12. ut liquet ex præfixa eidem hac nota literis quidem Syriacis, ſed Arabico ſermone.

[illegible]

*Liber Ethicorum* ; *ſeu de moribus*, *auctore Mar Gregorio Hebræi filio*, *quem è Syriaca lingua in Arabicam tranſtulit Presbyter Joannes Gariri filius Damaſcenus*. Et ad calcem.

[illegible]

*Abſolutus fuit die Dominica* 20. *Julii in feſto zelantis Prophetæ S. Eliæ*, *cui pax*, *anno Græcorum* 1956. (Chriſti 1645.) *Hegiræ Arabicæ* 1056. *die* 6. *menſis Gemadi ſecundi*.

Præ-

*Præfatio* incipit [illegible]

[illegible]

*Quoniam ea quæ ſub noſtram comprehenſionem cadunt.* Opus in quatuor Partes dividitur, & unaquæque Pars in capita & ſectiones. Pars I. *de motibus & exercitiis corporis componendis*, capita 9. continens:

[illegible]

Caput 1. de Oratione & Horis canonicis & Liturgia, Cap. 2. de opere manuum, de lectione librorum, de meditatione, de diſtributione horarum, de flexione genuum, 3. de vigilia & ſomno, 4. de Pſalmodia 5. de Cantibus, 6. de Jejunio, ubi ſect. 6. de numero & diebus Jejuniorum apud Syros hæc notat.

[illegible]

*Quinque ſunt Jejunia celeberrima populo Syrorum, præter feriam quartam & ſextam. Primum Jejunium Quadrageſimæ. Alterum Jejunium Apoſtolorum. Tertium Jejunium Migrationis* (hoc eſt, Aſſumptionis B. M. V.) *Quartum Jejunium Nativitatis. Quintum Jejunium Niniviticum. Et Jejunium quidem Quadrageſimæ quum illud hebdomada Paſſionis ſalutaris ſubſequatur, octo ſupra quadraginta diebus abſolvitur. Apoſtolorum verò Jejunium à feria ſecunda poſt Pentecoſten uſque ad vigeſimam nonam diem Junii, in qua feſtivitas Petri & Pauli celebratur,*

*Occi-*

1 *Occidentales*[1] *obſervant ; Orientales autem uſque ad complementum quinquaginta dierum : quo de Jejunio ſcribit religioſiſſimus Jacobus* ( Edeſſenus: ) *id nimirùm haud eſſe neceſſarium , alioquin reprehendendus eſſet qui illud non obſervaret : ſed fortaſſe ex eo , quod dixit Dominus noſter Apoſtolis ſuis: non poſſunt filii thalami jejunare, donec cum ipſis ſponſus eſt ; venient autem dies , quando tolletur ab eis ſponſus , & tunc jejunabunt ; quum Dominus noſter aſcendiſſet, illapſo ſuper eos Spiritu, illud Apoſtoli jejunarunt : & ex conſuetudine retentum fuit, licet ſcriptum non eſſet. Jejunium autem Migrationis à Kalendis Auguſti ad decimam quintam diem ejuſdem colimus. At Jejunium Nativitatis ſunt qui à quintadecima Novembris per integros quadraginta dies auſpicantur ; alii à Kalendis Decembris per viginti quinque dies* ( imo viginti quatuor, quum in Natali Domini, qui in diem vigeſimam quintam cadit, nemo jejunet, ) *inchoant ; nonnulli verò à decima Decembris per duas hebdomadas obſervant. Denique Jejunium Ninivitarum à feria ſecunda , quæ tribus hebdomadis magnum Jejunium* ( quadrageſimale ) *præcedit, uſque ad feriæ quintæ matutinum obſervant Orientales ; Occidentales verò uſque ad matutinum ſabbati. At Aſcetæ in Oriente , ut inquit religioſiſſimus Jacobus, per totum annum ſeptenis hebdomadis jejunant , & ſeptenis jejunium ſolvunt , donec Jejunium magnum auſpicentur. Sunt verò quidam monachi, qui toto vitæ ſuæ tempore jejunium colunt.* Hæc Bar-hebræus . Subjungit Canonem Cyriaci Patriarchæ de Jejunio feriæ quartæ & ſextæ , in hæc verba. ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ ܐܘ ܡܗܝܡܢܐ ܐܘ ܡܗܝܡܢܬܐ ܕܥܒܝܪ ܥܠ ܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ ܘܟܠ ܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܒܨܘܡܐ . ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܗ ܕܢܫܪܐ ܨܘܡܐ ܕܐܪܒܥܒܐ ܘܕܥܪܘܒܬܐ ܣܛܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܝܘܡܬܐ ܚܡܫܝܢ ܕܦܢܛܩܘܣܛܝ . ܐܠܐ ܐܢ ܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܒܟܘܪܗܢܐ ܐܘ ܒܐܘܠܨܢܐ ܐܘ ܒܩܛܝܪܐ ܐܘ ܐܢܬܬܐ ܗܝ ܕܒܛܢܐ ܐܘ ܡܝܢܩܬܐ .

*Presbytero, aut Diacono, aut ſexus utriuſque fideli, qui vigeſimum ætatis annum excedit, fas non eſto ſolvendi jejunium feriæ quartæ & ſextæ, exceptis quinquaginta diebus Pentecoſtes, præterquàm ſi morbo, aut preſſura, aut vi aliqua detentus ſit , aut mulier gravida, vel lactans.* Sed ad Ethica regrediamur . *Caput* 7. de ſilentio ܡܐܡܪܐ ܫܠܝܐ . 8. de peregrinatione ܡܐܡܪܐ ܐܟܣܢܝܐ. 9. de profectione in urbem Hieruſalem ܡܐܡܪܐ ܡܐܙܠܬܐ ܕܠܐܘܪܫܠܡ .

Qua de re duas gentilium ſuorum in ſect. 1. refert opiniones : Alteram monachorum quorundam & eremicolarum, qui quum Deum in ſpiritu & veritate colendum ex Evangelio didiciſſent, cœleſtem , non terreſtrem Hieroſolymam quærendam eſſe affirmabant . In hanc ſententiam

## NOTA.

1 *Occidentales*. Hic Bar-hebræus quum Syros Occidentales Orientalibus opponit , non Jacobitas & Neſtorianos , ut alibi, intelligit, ſed de diverſis provinciis unius ejuſdemque Jacobiticæ Nationis loquitur, & *Orientalium* quidem nomine Jacobitas in Aſſyria, & Meſopotamia ſub Maphriani poteſtate conſtitutos deſignat ; per *Occidentales* vero alios Jacobitas ſignificat , qui in eadem Meſopotamia & in Syria propriè dicta & in Phœnice, atque Cilicia & Palæſtina & Armenia ſub juriſdictione Patriarchæ ejuſdem gentis vivunt . Sic intelligenda ſunt clar. Naironi verba , qui Evopl. pag. 352. notat , *pro Syris Orientalibus intelligi illos , qui inter Euphratem & Tigrim exiſtunt , pro Syris verò Occidentalibus eos qui trans Euphratem versùs Occidentem habitant*. Nam Edeſſa Haran, Sarug, Conſtantina aliæque Meſopotamiæ urbes inter Tigrim & Euphratem ſunt, & tamen pro *Occidentalibus* habentur.

tiam profert fragmentum epiſtolæ ܕܝܘܚܢܢ ܒܪ ܦܢܟܝ ܕܝܪܝܐ ܡܕܢܚܝܐ ܠܘܬ ܚܕ ܡܢ ܝܚܝܕܝܐ ܪܚܡܗ. *Joannis* 1 *Bar-Finchoje monachi Orientalis* (hoc eſt, Chaldæi) *ad quendam eremitam amicum.* Alteram communiorem Clericorum, Regularium & populi, qui peregrinationem ad loca ſancta verbo & exemplis valdè probant: cujus proinde utilitates Bar-hebræus in ſequenti ſectione tradit; modum etiam capeſſendi illius ſacri itineris, & quid in ſancta Urbe dicendum vel agendum, accuratè deſcribens; ut meritò ex conſuetudine & doctrina Orientalium refellenda ſit Vvicleſiſtarum, Calvini, & Magdeburgenſium temeritas, qui peregrinationes votivas ad ſancta loca non ſolùm inanes, ſed etiam plenas manifeſta impietate dicunt. Vide Naironum Evopl. pag. 343.

Pars II. *De regimine corporis circa victum*: in Capita ſex diviſa, ܡܐܡܪܐ ܬܪܝܢܐ ܥܠ ܐܘܡܢܘܬܐ ܘܕܘܒܪ̈ܐ ܘܦܘܪܢܣܐ ܦܓܪܢܝܐ. Caput 1. de cibo & potu. 2. de conjugio, & virginitate. 3. de purificatione corporis. 4. de regimine ætatum & conditionum, hoc eſt, puerorum, adoleſcentium, virorum, ſenum, & ſæcularium, qui in regio miniſterio verſantur. 5. de opere manuum, ubi & de mercatura & de emptione & venditione. 6. de eleemoſynis & decimis.

Pars III. *de pravis animi affectibus purgandis*, capita 12. ܡܐܡܪܐ ܬܠܝܬܝܐ ܥܠ ܡܕܟܝܢܘܬܐ ܢܦܫܐ ܡܢ ܚܫ̈ܐ ܡܣܝ̈ܒܐ. Caput 1. de anima ejuſque potentiis, actibus & motibus. 2. de exercitiis animæ, & de morum directione. 3. de gula ejuſque remediis. 4. de luxuria. 5. de linguæ lapſu. 6. de ira & invidia. 7. de voluptatibus hujus ſæculi. 8. de amore pecuniæ. 9. de inani gloria. 10. de hypocriſi. 11. & 12. de ſuperbia.

Pars IV. *De anima virtutibus exornanda*: capita 16. ܡܐܡܪܐ ܕܪܒܝܥܝܐ ܥܠ ܡܨܒܬܢܘܬܐ ܢܦܫܐ ܒܝܬܪ̈ܬܐ ܡܥܠܝ̈ܬܐ. Caput 1. de doctrina. 2. de admonitione & reprehenſione. 3. de fide. 4. de pœnitentia, & confeſſione. 5. de patientia. 6. de gratiarum actione. 7. de ſpe. 8. de timore Dei. 9. de paupertate. 10. de rerum contemptu. 11. de fiducia. 12. de amore fratrum. 13. de recordatione Dei, & de contemplatione mirabilium ejus; ubi de opere ſex dierum. 14. de puritate cogitationum. 15. de amore Dei. 16. de recordatione mortis.

Citantur in hoc opere paſſim *Apophthegmata* Patrum, *Palladii* hiſtoria Lauſiaca, *Macarius* uterque, *Iſaias* Abbas, *Marcus* Eremita, *Evagrius* Ponticus, *Joannes* Dilaitæ, *Iſaac* Ninivita, *Joannes* Climacus, *Joannes* alter Archimandrita, *Joannes* Bar-Finchoje, *Ephræm* Syrus, *Jacobus* Sarugenſis, *Jacobus* Edeſſenus, *Lazarus* Bar-Sabta, *Joannes* Telæ, *Cyriacus* Patriarcha, *Joannes* Patriarcha, ut Baſilium, Nazianzenum, alioſque Græcos Patres omittam.

*Liber narrationum facetarum.* ܟܬܒܐ ܕܬܘܢܝ̈ܐ ܡܓܚܟܢ̈ܐ: Exſtat in Catalogo ad calcem hujus Tomi Codice Syriaco 27. *Præfa-*

NOTA.

1 *Joannis Bar-Finchoje.* Sic appellat Bar-hebræus Neſtorianum quendam Auctorem, cujus meminit Hebedjeſu in Catalogo Scriptorum Syrorum, & in libro Margaritarum. Abraham Ecchell. pro *Bar-Finchoje*, hoc eſt, *filius urceariorum* legit p. 89. *Bar-Frangoje*, *filius Francorum*, quo nomine tùm ipſe, tùm Edenenſis Joannem Maronem deſignari putant: ſed uterque hallucinatur, ut indicavi tom. 1, pag. 510.

*ſatio* incipit fol.80. : ܒܫܡܟ ܡܒܪܟܐ *In nomine tuo benedicto* &c. Opus capitibus viginti abſolvitur : Caput 1. Græcorum Philoſophorum ſententiæ. 2. Sententiæ Sapientum Perſarum. 3. Sententiæ Sapientum Indorum. 4. Sententiæ Sapientum Hebræorum. 5. Sententiæ Monachorum Chriſtianorum. 6. Sententiæ Regum & Sapientum Moſulmanorum. 7. Sententiæ quorundam Sapientum. 8. Sententiæ Continentium & Seniorum Arabum. 9. Apophthegmata Medicorum. 10. Fabulæ animalium irrationalium. 11. Narrationes eorum qui ſomnia & incantationes interpretati ſunt. 12. Narrationes de hominibus liberalibus. 13. De avaris. 14. De artificibus. 15. De comicis & mimis. 16. De idiotis. 17. De ſtultis & energumenis. 18. De furibus & latronibus. 19. Caſus admirabiles. 20. Apophthegmata Sapientum.

9. Lunarium & Kalendarium. In eodem Codice præter Bar-hebræi *Symbolum*, de quo ſuprà p. 276. habetur etiam *Lunarium*, & *Kalendarium* à fol. 44. uſque ad 80. quod ejuſdem Auctoris opus eſſe videtur, iis verbis in Catalogo Bar-Sumæ deſignatum pag. 271. *Kalendarium pro Tyronibus, unde ſine labore computum anni eruere valeant.*

Aitallaha Preſbyter Jacobita. Præterea fol. 12. exſtat Aitallahæ cujuſdam Presbyteri Jacobitæ Tractatus adversùs Neſtorianos, ſub hoc titulo prænotatus :

ܫܘܐܠܐ ܕܢܣܛܘܪܝܢܐ ܘܦܘܫܩ ܫܘܐܠܐ
ܕܥܠܝܗܘܢ ܕܠܘܩܒܠ ܐܪܬܘܕܘܟܣܘ
ܕܥܒܝܕ ܠܩܫܝܫܐ ܕܚܣܝܐ ܐܝܬܠܗܐ
ܐܝܬܠܗܐ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܙܟܝ
ܐܝܟܐ ܕܩܠܝܢܝܩܘܣ.

*Quæſita Neſtorianorum, & ſolutio objectionum eorum adversùs Orthodoxos* (nimirùm hæreticos Jacobitas) *auctore religioſo Presbytero Aitallaha in cœnobio S. Zachæ* (ideſt, Nicolai) *apud* Callinicum. Sunt autem ſexdecim objectiones Neſtorianorum, & totidem reſponſiones Aitallahæ, quas idem fol. 18. breviori methodo proſequitur : noſque hoc loco recenſuimus, quum de Auctoris ætate & geſtis nihil adhuc nobis conſtet.

10. Grammatica Syriaca, cui titulus Liber Splendorum. *Grammatica Syriaca*, quæ inſcribitur ܟܬܒܐ ܕܨܡܚܐ *Liber ſplendorum*. Initium : ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܟ ܐܠܗܐ ܐܒܐ *Gratias tibi ago Deus Pater*. In quatuor Partes diviſa, in quibus de Nomine, de Verbo, de Particula, & de Participio. Laudatur à Renaud. tom. 2. pag. 470. *Grammatica Syriaca ampliſſima, cui adjuncta eſt ars metrica, Syriacè ab auctore ſcripta, & Arabicè ab ipſo, ut exiſtimari poteſt, auctore converſa exſtat in Bibl. Colbertina & in Medicea.* Exemplar elegantiſſimè exaratum habetur in Biblioth. Collegii Maronitarum de Urbe, cum hac nota metro dodecaſyllabo ad calcem : ܫܠܡ ܟܬܒܐ

ܕܨܡܚܐ ܕܡܬܝܕܥ ܒܫܡܗ ܒܬܫܪܝ ܐܚܪܝ
ܒܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ ܘܒܚܕ ܒܝܪܚܐ
ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܫܥܡܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܫܥ ܠܝܘܢܝܐ :

*Abſolutus fuit liber Splendorum menſe Novembri feria quarta, die prima, anno Græcorum* 1949. Utitur Bar-hebræus auctoritate Verſionis Syriacæ Vulgatæ, Heracleenſis, & τῶν ſeptuaginta, Ephræmi, Iſaaci, Jacobi Sarugenſis & Edeſſeni, Narſetis, Antonii Rhetoris, & Pauli auctoris verſionis τῶν ſeptuaginta apud Syros : Præterea Græcorum Scriptorum, quorum Opera in Syriacum ſermonem converſa ſunt, ut Procli & Serapionis medicorum, Dionyſii Areopagitæ, & Gregorii Nazianzeni, cujus duas exſtare apud Syros tralationes affirmat Par. 1. cap. 5. ſect. 4. alteram antiquiorem Neſtorianorum, recentiorem alteram à Jacobo Edeſſeno elaboratam. Atque hìc notandum in gratiam Syriaci ſermonis ſtudioſorum quod Bar-hebræus refert : nempe eam linguam arte ac me-

thodo in Scholis doceri cœpiſſe ſub Jacobo Edeſſeno; quando videlicet occupantibus Syriam Saracenis ſermo Arabicus vernaculam indigenarum linguam, ut fieri ſolet, ferè everterat.

11. Grammatica metrica. *Grammatica ſub metro S. Ephræm.* ܓܪܡܛܝܩܝ ܒܡܫܘܚܬܐ ܐܦܪܝܡܝܬܐ. Exſtat in Biblioth. Collegii Maronitarum cum notis marginalibus ejuſdem Auctoris, qui duabus ſe hebdomadis opus abſolviſſe teſtatur in Præfatione, ܟܕ ܟܢܢ ܒܪܝܢ ܗܘܐ ܕܝܢ ܘܫܘܪܪܐ ܕܥܕܬܐ ܠܥܘܕܪܢ ܗܘܝܢ ܕܟܠܗ ܠܗܘܕܪܐ ܘܣܘܥܪܐ ܠܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܘܡܬܥܘܠܢܐ ܘܐܘܠܢܝ̈ܐ ܡܬܥܡܪ̈ܢܐ ܕܒܗܠܝܢ ܕܘܟ̈ܝܢ : ܟܕ ܥܡ ܐܢܫܝܢ ܕܡܬܚܫܒܝܢ ܒܣܘܟܠܐ ܗܘܝܢ ܒܓܪܡܛܝܩܝ ܐܬܕܪܫܢ : ܗܘܐ ܠܢ ܫܘܠܡܐ ܒܡܫܡܫܬܐ ܡܐܡܪܐ ܡܚܝܪ ܕܟܬܒ ܡܠܬܐ ܗܕܐ ܘܗܘܐ ܣܝܟܬܐ ܢܦܫܝ ܡܢ . ܒܝܕ ܗܘ ܟܘܪܐ ܡܠܬܐ ܕܠܐ ܐܣܝܪܐ ܒܡܫܘܚܬܐ ܘܡܛܠ ܗܟܢܐ ܗܓܝܢܢ ܒܗ ܡܐܡܪܐ ܕܗܢܐ ܐܫܬܕܠܢ: ܒܥܘܕܪܢ ܠܫܒܥܐ ܫܒܥܬܐ ܕܫܒܘܥܬܐ ܡܢ. *Quum in componendis Eccleſiæ negotiis, & viſitandis Chriſtianis Ulanitis illis in locis commorantibus Babylone verſaremur, ex diſputatione, quam cum quibuſdam hujus Grammaticæ artis peritis fortè habuimus, venit in mentem brevem aliquem tractatum de hujus ſcientiæ modis conſcribere &c. Quocirca hunc quem præ manibus habemus libellum metro heptaſyllabo compoſuimus intra breviſſimum duarum hebdomadarum ſpatium &c.* Initium: ܫܘܒܚܐ ܕܫܡܟ ܐܘ ܡܫܒܚܐ ܢܦܫܐ ܕܨܠܡܟ ܗܘܐ ܡܫܒܚܐ. *Laudem nominis tui, Glorioſe, imago tua anima en celebrat.* Recenſetur à Renaudotio loc. cit. his verbis: *Grammaticæ compendium ſatis prolixum ſecundùm Dialectum Edeſſenam, quæ Niſibena purior fuiſſe dicitur: Syriacè in Medicea.* Ad calcem operis ſubjungitur Tractatus de vocibus æquivocis ordine Alphabetico, cujus exemplar Syriacè exſtat in Bibliotheca Vaticana, qua de re alios quoque Syros auctores tùm Neſtorianos, tùm Jacobitas Barhebræus ſcripſiſſe obſervat, nimirùm ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܘܚܢܝܢ ܐܣܝܐ ܒܪ ܐܝܣܚܩ ܘܝܘܣܦ ܗܘܙܝܐ ܘܐܕܘܟܣ ܩܫܝܫܐ ܕܡܠܝܛܝܢܝ : *Joſue Bar-Nun, Honain medicum Iſaaci filium; Joſephum Huzitam, & Eudochum Presbyterum Meletinenſem.*

*Liber Carminum*, ܕܝܘܢܐ ܕܡܘ̈ܫܚܬܐ. Exſtat in Biblioth. Collegii Maronitarum de Urbe, ex quo fragmentum protulit Naironus Evopl. Par. 2. pag. 116. Exemplar à Sergio Riſio nitidiſſimè exaratum nactus ſum in Syria, de quo tom. 1. pag. 616. ubi Catalogum carminum habes. In Bibl. Vat. duo Bar-hebræi carmina ſub hoc titulo leguntur: ܥܠ ܐܠܗܝ̈ܬܐ ܘܥܠ ܓܡܝܪܘܬܐ ܕܥܝ̈ܕܐ ܘܡܬܚܦܛܢܐ ܕܒܥܝ̈ܢ ܚܟܡܬܐ: *De rebus divinis, & de perfectione morum ſapientiam indefeſſo labore quærentium.* Carmen per ſtrophas decurrit: ſingulæ ſtrophæ duobus conſtant verſibus, quibus Chamiſius Carduchi filius alios duos de ſuo adjecit citra ullum contextus aut ſententiarum hiatum vel variationem. Ejuſdem Bar-hebræi carmen *de ſapientia divina* ſub nomine *Veteris Philoſophi Syri* Latinè ac Syriacè prodiit, cujus initium: ܦܓܥܬ ܒܝ ܒܥܠܡܐ ܛܠܝܬܐ ܕܫܘܦܪܗ ܠܟܠܗ ܥܠܡܐ ܐܣܦܗ. *Obvia mihi fuit in orbe Puella, cujus* 12. Carmina.

*jus fulgor ſolem offuſcat*. Exſtat ms. una cum aliis ejuſdem Bar-hebræi carminibus pag. 144. Cod. Syr. 45. in Catalogo, quem priori Tomo ſubjeci.

13. Chronicon Arabicum, ſeu Hiſtoria Dynaſtiarum.

*Chronicon Arabicum*, quod inſcribitur: كتاب الدول *Liber Dynaſtiarum*. Exſtat ms. in Bibl. Vat. Cod. Ecchellenſi 10. ab Adamo ad Barhebræi ætatem perductum, hoc eſt, ad annum Græcorum 1587. Chriſti 1276. Prodiit Arab. & Lat. interprete Eduardo Pocockio, ex parte quidem ſub hoc titulo, *Specimen hiſtoriæ Arabum, ſive Gregorii Abulpharagii de origine & moribus Arabum ſuccincta narratio cum latina verſione & notis Eduardi Pocockii, Oxonii* 1650. Integrum verò, *Hiſtoria compendioſa Dynaſtiarum* Eduardo Pocockio interprete Arab. & Lat. Oxonii 1663. *à mundo condito uſque ad annum Alexandri* 1596. nam quinque poſtrema folia, quibus res Mogulenſium geſtæ ab anno Alexandri 1587. ad annum 1596. in Pocockii verſione deſcribuntur, in manuſcripto Ecchellenſi deſunt.

Bar-hebræus à Benattibo Abulpharagio diverſus.

Quod verò Pocockius in Præfat. ad lectorem affirmat, Bar-hebræum cum Abulpharagio Abdalla ابن الطيب Ebn-attibo unum eundemque eſſe, id Bar-hebræi ipſius auctoritate refellitur, qui in Chronico Syriaco 1. Par. fol. 112. obitum & ſcripta Benattibi Abulpharagii refert in hæc verba. [illegible]

[illegible]

*Eodem anno Græcorum 1355. excunte Octobri obiit Abulpharagius pius monachus Neſtorianus, vir doctus & philoſophus. Hic utrumque Teſtamentum ſermone Arabico commentatus eſt: libros etiam Ariſtotelis illuſtravit: & Catholicos ejus gentis* (hoc eſt, Patriarchas Neſtorianorum) *pluribus redarguit, quod Eccleſiaſticam eruditionem negligerent. Verùm in Syriaca lingua parùm mihi verſatus fuiſſe videtur: mendа enim in ipſius commentariis paſſim occurrunt, ut illud Job*, Vidi eum & non erat, (*id enim ſibi vult* ܚܙܝܬܗ *cum vocali ſuper literam* ܚ, *&* ܬ *aſpera, quod à* ܚܙܘܐ *hoc eſt,* ܚܙܬܐ *viſio derivatur) ipſe verò* ܚܙܝܬܗ *legit cum vocali ſuper* ܚ, *&* ܬ *leni, &* finis ejus *expoſuit à* ܚܪܬܐ, *quod* finem *ſignificat*. Hujus Abulpharagii opera aliquot Arabica ex Ægypto attuli, ut in priori tom. pag. 621. quorum is Tractatus, qui *de Hæreditate* inſcribitur, exaratus eſt anno Chriſti 1224. duobus nimirùm annis ante quàm Bar-hebræus naſceretur. Ejuſdem Abulpharagii Benattibi epiſtola Arabica exſtat in Catalogo librorum amiciſſimi Andreæ Scandar num. 36. qua ſeſſiones Eliæ Epiſcopi Niſibeni, ſeu diſputationem ab eo cum Abulcaſemo Hoſaino filio Ali Africano de Religione Chriſtiana habitam laudat, & Auctorem, ut eam in publicam lucem edat, hortatur. Atqui ea diſputatio anno Hegiræ 419. hoc eſt, Chriſti cir-

circiter 1028. contigiſſe ibidem dicitur, ducentis nimirùm ante Bar-hebræi nativitatem annis. Sed & Pocockius ipſe, qui hiſtoriam Dynaſtiarum latinam fecit, obitum Benattibi ad annum Hegiræ 435. ex Abulpharagio conſignat pag. 233. his verbis: *Anno quadringenteſimo triceſimo quinto obiit Abulpharaj Abdalla Ebnol Tiyeb Erakenſis* &c. Quæ quum ita ſint, miror cur idem Auctor in Præfatione de Bar-hebræo ſcripſerit: *Nec dubito eundem eſſe quem Ebn Hariri Tacritenſis in libro de Fundamentis religionis Chriſtianæ, nomine Abulpharagii Abdallali* ابن الطيب *Ebnol Taiyeb ſæpius laudat, & pro* الطيب Al Taiyeb, *reponendum* الطبيب Al Tabib, *quod &* medicum *ſonat*.

Rejicitur fabula de Bar-hebræi apoſtaſia à fide Chriſtiana.

Demùm quod ſuprà pag. 266. ex Renaudotii fide Pocockium argui, quaſi Bar-hebræum noſtrum cum Abulpharagio Mahometano confuderit, libenter corrigo, poſtquam Pocockium ipſum in laudata Prefatione conſului, in qua non de ſuo, ſed ex Ebn-Chalecani Mahometani Scriptoris teſtimonio refert Bar-hebræum *morti proximum à profeſſione Chriſtiana deſciviſſe*; idque tantùm abeſt, ut Pocockius verum eſſe exiſtimaverit, ut potiùs tamquam merum mendacium confutavit ibidem his verbis: *At non ab aliis hoc dictum videtur, quàm ab iis, qui tantam eruditionem Chriſtianis inviderent. Si Apoſtatam egiſſet, nequaquam eum tanto honore, ſed anathematis potiùs & diris proſequuti fuiſſent Chriſtiani, apud quos* ܐܒܘܢ ܩܕܝܫܐ *Pater noſter Sanctus, &* رئيس روسا الامة النصرانية *Chriſtianorum princeps primarius, &* خلاصة ثمار الملة اليعقوبية *ſectæ Jacobiticæ puriſſima ſubſtantia, etiam poſt mortem audit*. Quod Pocockii argumentum fruſtrà infirmare conatur Renaudotius, dum ſcribit pag. 470. *Nihil ex titulo* Patris Sancti, & Antiſtitis Chriſtianorum *colligi poſſet, ſi calumniæ iſtius color aliquis foret: neque enim illis verbis fides aut mores hominis commendabantur, ſed dignitas quam in Eccleſia ſua obtinebat ſignificabatur*: nam ei, qui relicta Chriſtiana religione ad ſuperſtitionem Mahometanam tranſiiſſet, ſpecioſos illos titulos Chriſtianus nemo tribueret, ſive ii ad fidem & mores, ſive ad Pontificiam dignitatem referantur.

Auctores, qui in hiſtoria Dynaſtiarum citantur.

Auctores, quorum in Hiſtoria Dynaſtiarum fit mentio. *Hermetis Triſmegiſti ſermones ad diſcipulum Tatium* per modum interrogationis & reſponſionis; nullo tamen connexionis vel conſequentiæ ordine diſpoſiti, *quum exemplar originarium* (verba ſunt Abulpharagii in verſione Latina Pocockii pag. 7.) *vetuſtate exeſum fuerit*. (In manuſcriptis legitur, *quia exemplar originarium lingua Babylonica ſcriptum fuit*:) *Extat autem exemplar apud nos lingua Syriaca*: huc uſque Abulpharagius. *Anianus* monachus Alexandrinus Chronologus, quem *Abinanum* Pocockius ex depravato ms. Codice reddit, pag. 10. 24. & 27. *Africanus*, *Andronicus*, *Euſebius*, & *Jacobus Edeſſenus*, quorum Chronica citantur pag. 4. 11. 24. 27. 33. 54. 80. *Porphyrii* opera, quæ Syriacè exſtare dicuntur pag. 33. 40. 84. *Apollonius*, cujus libros ſub Al-Mamone Arabicè redditos teſtatur Abulpharagius pag. 41. ubi & idem de Euclidis & Archimedis libris factum affirmat. *Chronicon* antiquum Syriacum anonymo auctore pag. 50. ubi de Autolyco Mathematico & Theodoſio. *Philemonis Phyſiognomi* liber Syriacè pag. 56. *Nicolai* liber Syriacè de Summa Philoſophiæ Ariſtotelicæ pag. 88. quem Honain Ebn-Iſaac è Græco tranſtulit. *Ephræm*, *Iſaac Syrus*, & *Jacobus Sarugenſis*, 85. 87. 91. 93. *Sergius Rheſinenſis* 94. 99. 172. *Joannes Grammaticus Alexandrinus* hiſto-

hiſtoriæ auctor, 67. *Paulus Æginetа* medicus, cujus libros tranſtulit Honain Ebn Iſaac. *Theophraſti* libri de meteoris, de moribus, & de metaphyſicis, quos è Syriaco in Arabicum convertit *Jahia Ebn-Adi*, pag. 61. *Ejuſdem Theophraſti* libri de ſenſu & ſenſibili, & de cauſis plantarum, quos tranſtulit *Abraham* Ebn-*Tacuin* ibid. *Aaron Presbyter Alexandrinus*, cujus Syntagma medicum è Syriaca lingua Arabicum fecit *Maſerjavajus* medicus Baſorenſis, pag. 99. 127. *Theoduni* Syntagma medicum 128. *Theophilus Edeſſenus Maronita* Aſtronomus, Hiſtoricus, & Homeri interpres, 26. 63. 147. 148. *Joannes Ebn-Batrik*, hoc eſt, Patricii filius, qui multa Arabicè interpretatus eſt, 163. *Haſan Ebn-Sahel* Aſtrologus, 168. *Joannes Meſue* 154. *Honain Ben-Iſaac* 171. & alibi paſſim. *Hobaiſus* librorum interpres 174. *Georgius Ebn Bachtiſva* 143. *Bachtiſva* Gabrielis filius 171. *Sapores* Saheli filius 176. *Habaſus* Aſtronomus 161. *Alpharganus* ibid. *Abdalla Ebn Sahel* ibid. *Mohammad Ebn Muſa*, ibid. *Abu-Maaſar*, qui vulgò *Albumaſar*, 161. 163. 178. *Ebn-Sina*, qui vulgò *Avicenna*, 229. & alibi ſæpe. *Jacob Al-Cendi*, 179. *Koſta*, ſeu *Conſtans*, Lucæ filius, 179. *Mohammad*, *Achmed*, & *Haſan*, *filii Muſæ Ebn Sciacher*, 183. quorum opus mechanicum exſtat in catalogo librorum Arabicorum tom. 1. Bibl. Orient. pag. 626. num. 33. *Thabeth Ebn Korra Sabæus*, qui libros de Sabæorum religione Syriacè compoſuit, pag. 184. *Abu-Naſr Alpharabius*, 61. 208. 231. *Joſeph Saher*, 186. *Mohammad Ebn-Giaber Al-Battanius*, vulgò *Albategnius*, 191. *Thabeth Ebn-Senan* auctor hiſtoriæ, 192. *Senan Ebn-Thabeth* Aſtronomus, 197. *Matthæus Ebn-Junes* Dialecticus, 200. *Aphriha* Ebn-Adi, Ebn Hamid Ebn Zachariæ Tagritenſis, 209. *Abdarrachmanus Suphi Razenſis*, Aſtronomus, 214. *Nadifolnaſſus* librorum medicorum è Græco in Arabicum interpres, 215. *Abraham* Ebn Helal Sabæus, auctor epiſtolarum, 217. *Mohammad Ebn Jahia Al-Buzjani* mathematicus, 222. *Abu-Ali Iſa Ebn Zaraa* Dialecticus, cujus libri è Syriaco in Arabicum converſi, 223. *Abul-Rihan Mohammad Birunenſis*, 229. *Abulpharagius Abdalla Ebn-Attib*, 223. *Ebn Botlan* medicus, 234. *Jahia Ebn Iſa Ebn Giazla* medicus, 240. *Abulhaſan* Aſtrologus, 248. *Hebatollæ*, ſeu *Hebetallæ*, tres hujus nominis medici celebres, Chriſtianus, Judæus & Mahometanus, 258. *Samuel Ebn Juda Andalutius* medicus Judæus, 269. *Jahia Ebn Said* medicus, 296. *Moſes Maimonides* Judæus, 297. *Sabed Ebn Hebatolla* medicus, ejuſque frater *Abulchair* Archidiaconus, 296. *Mohammad Al-Razi*, vulgò *Razes*, ejuſque diſcipuli, 191. 298. 317. *Abdarrachmanus Sarcaſenſis* medicus, 299. *Ali Ebn Habal*, 300. *Saëd Thomæ filius*, 300. *Joſeph Jahiæ filius* Septenſis medicus, 302. *Haſron Edeſſenus*, medicus, 316. *Giamaladdinus Kophti*, 340. *Negemaddinus Nahagevinenſis*, ibid. *Theodorus Antiochenus*, 341. *Naſir Tauſenſis*, 358. *Negemaddinus Kazuinenſis*, ibidem.

*Chronicon Syriacum* ܡܟܬܒܢܘܬ ܙܒܢܐ ab orbe condito ad ſuam uſque ætatem perductum, & in Partes tres diviſum. Pars I. *Chronicon Patrum & Regum*, in quo de rebus geſtis ab Adam ad regnum Chaldæorum ſub Nabuchodonoſor: à Chaldæis ad Medos & Perſas: ab his ad Alexandrum Magnum & Ptolemæos Reges Ægypti: mox de Imperatoribus Romanorum in Occidente & Oriente uſque ad Heraclium: demum à Mahomete pſeudopropheta Arabumque imperio uſque ad regnum Tartarorum, quos Mogulenſes vocant, ad annum Græcorum 1600. Chriſti 1289. per capita 332. 14. Chronicon Syriacum Tripartitum.

Pars II. *Chronicon Patriarcharum Antiochiæ, & Jacobitarum*. Opus bifariam ſubdiviſum: & prior quidem

dem pars inſcribitur *ſeries Summorum Pontificum veteris Teſtamenti* ab Aaron uſque ad Hananum Caiphæ ſocerum, hoc eſt, uſque ad Paſſionem Domini. Altera verò, *hiſtoria Summorum Sacerdotum novi Teſtamenti*; ubi præjacta de Pontificatu Petri Apoſtoli ac Sedibus Patriarchalibus ab ipſo fundatis præfatione, ſeries reſque geſtæ Patriarcharum Antiochiæ accuratè deſcribuntur ab Evodio ad Ephræmum Amidenſem, qui eo tempore Eccleſiam Antiochenam rexit, quo Severus ob hæreſim ſede pulſus, Ægyptum & Syriam Monophyſitico errore inficiebat: Poſt Severi obitum ſequitur exacta Patriarcharum Jacobitarum hiſtoria â Sergio, qui primus ei genti præfuit, ad Nemrod cognomento Philoxenum, qui obiit anno Græcorum 1596. Chriſti 1285. Hinc ab anonymo continuatur eadem hiſtoria uſque ad Noë Libaniotam, qui anno Græcorum 1804. Chriſti 1493. ordinatus fuit.

Pars III. *Chronicon Primatum, Patriarcharum, & Maphrianorum Orientis*, tùm Chaldæorum Orthodoxorum, tùm hæreticorum Neſtorianorum & Jacobitarum, à Thoma Apoſtolo ejuſque diſcipulis Adæo & Aghæo uſque ad Jaballaham, qui anno Græcorum 1593. Chriſti 1282. Neſtorianis præerat: & à Marutha primo Jacobitarum Maphriano, qui anno Græcorum 939. ordinatus fuit, uſque ad annum 1597. quo Bar-hebræus ipſe eam dignitatem apud ſuos gerebat. Continuatur eadem Maphrianorum Jacobitarum hiſtoria ab anno Græcorum 1597. uſque ad annum 1807. quo Stephanus à Noë Patriarcha Orienti præfectus eſt.

Opus luce dignum, & omnium, quæ Bar-hebræus edidit, doctiſſimum æquè ac utiliſſimum, præſertim ſi de ſecunda & tertia parte ſermo ſit, quibus Eccleſiaſtica Syrorum Neſtorianorum & Jacobitarum hiſtoria Græcis Latiniſque prorsùs ignota mirificè illuſtratur. Sed & prior pars, quam idem auctor Arabicè poſteà publicavit, & Pocockius Latinè interpretatus eſt, longè plura continet quàm hiſtoria Dynaſtiarum, ſive facta Arabum & Mogulenſium ſpectes, ſive res Chriſtianorum in Thracia, in Syria, in Meſopotamia & in Perſide. Speciminis ergo pauca hìc adnotamus, quæ tùm Eccleſiaſticæ tùm literariæ hiſtoriæ lucem afferunt.

Hiſtorici, quos Bar-hebræus ſequitur.

Cauſam & methodum Chronici, auctoreſque, quos ſequutus eſt, refert in Præfatione, inquiens:

ܐܟܘܬ ܕܒܪܘ ܠܡܫܠܡܢܘܬܐ . ܡܟܝܠ
ܐܝܬܘܗܝ ܡܕܪܐ ܘܗܢ . ܘܕܝ ܡܢ ܡܫܝܚܐ
ܘܐܡܪܝܢ ܚܢܢ ܡܢ ܐܢܫܝ ܕܫܠܐ ܗܘܐ
ܠܐ ܐܬܘܪܝ ܘܠܡܫܒܪܘ ܐܢܫ ܡܢ ܕܝܠܢ
ܠܐ ܐܬܘܪܝ : ܦܠܛܢ ܡܢ ܐܒܐ ܕܗܘܝܢܐ
ܕܝܢ ܡܬܠܐ ܦܘܪܫܢܐ ܡܢܝܢܐ
ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܐܒܗܬܐ ܗܘܝ ܘܕܒܪܬܐ
ܠܟܠܡܐ . ܦܪܐ ܕܢܫܪ : ܘܠܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܡܢ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܒܬܪܗ ܗܘܝ
ܘܟܠܗ : ܘܐܘܣܦܢܘܢ ܐܦ ܐܢܐ ܗܘ
ܦܣܘܪܐ ܘܦܘܣܩ ܘܐܬܝ ܡܨܠܘܬܐ
ܘܐܦܪܝܢܐ ܡܟܠܠ ܘܡܫܝܚܢ ܘܐܦܣܩܐ
ܘܡܢܦܩܢܘܬ ܠܟܬܒܢܐ . ܒܗܘܢ
ܘܟܠܗ ܢܦܫ ܠܐܘܪܚܐ ܘܡܬܘܪܓܡܢܐ
ܘܡܘܪܚܐ ܘܡܬܘܪܓܡܢܐ : ܐܠܝܢܐ. ܠܝ
ܘܡܠܟܐ ܕܝ ܚܘܒܐ ܠܡܛܠ ܟܠܡܢܐ
ܕܡܠ ܘܟܘܠܢܐ ܐܠܝܢܐ ܒܫܡܫܐ
ܘܦܘܪܫܢ ܘܒܗܘܢ ܒܐܒܪܝܢ ܠܐ ܢܬܦܠܓܘܢ
ܘܠܐ ܢܬܚܫܒܘܢ ܦܝ ܟܕܢ ܫܘܕܪܐ
ܦܣܝܩܐ ܢܬܚܬܡ . ܟܕܘܟܘ ܐܝܟ
ܦܬܓܡܐ ܐܒܝܐ ܠܟܢܫܐ ܐܘܪܚܐ
ܘܡܪܝܟܘ ܡܕܝܢܬܐ ܘܐܘܪܫܠܡ ܟܝ
ܟܠܡܐ : ܡܢ ܢܦܫܬܐ ܦܫܝܩܐ ܡܢ
ܦܘܪܫܢܐ ܘܦܘܪܫܢܐ ܐܦ ܦܘܪܫܢܐ

ܘܗܘܝܘܡ

ܕܗܘܪܡܝ ܐܘܪ̈ܚܐ ܥܡܘܡܝ ܠܟܠܗܘܕܪܐ
ܕܥܒܪܥܒܪܢܐ ܗܘܐ ܘܡܠܟ ܕܟܣܘܬܐ
ܡܫܠܡ. ܐܦ ܠܫܘܠܛܢܐ ܠܟܬܒܐ ܡܢ
ܐܬܘܬܐ ܘܥܒܕܝܗܘܢ ܐܝܟ ܡܫܠܡ:
ܘܡܢܗܘܢ ܠܒܪ̈ܢܫܐ ܕܒܢܘ̈ܢܐ: ܡܢ
ܠܡܠܟ̈ܝܗܘܢ: ܡܢ ܠܟܠܕܝ̈ܐ: ܡܢ
ܠܡܕܝ̈ܐ: ܡܢ ܠܦܪ̈ܣܝܐ: ܡܢ ܠܝܘܢ̈ܝܐ
ܚܢ̈ܦܐ: ܡܢ ܠܝܘܢ̈ܝܐ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ: ܡܢ
ܠܛܝ̈ܝܐ: ܡܢ ܠܗܘܢ̈ܝܐ ܕܒܝܘܡܝܢ
ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ ܕܝܠܢ ܫܠܛܝܢ.
ܘܗܠܝܢ ܡܢ ܕܝܢ ܒܡܠܘܐܐ ܩܕܡܝܐ
ܕܟܪܘܢܘܓܪܐܦܝ ܗܕܐ ܡܫܠܡ: ܒܬܪܝܢܝܬܐ
ܡܢ ܐܗܪܘܢ ܕܝܢ ܟܘܡܪܐ ܪܝܫܐ
ܟܗ̈ܢܐ: ܘܥܕܡܐ ܠܗܠܝܢ ܕܒܙܒܢܐ
ܗܢܐ ܒܦܘܠܚܢܐ ܗܢܐ ܟܗܢܘܬܐ ܘܐܬܝܬ
ܘܐܫܠܡܬܗ. ܗܝ ܕܐܦ
ܠܗ ܒܬܪܝܢ ܡܐܡܪ̈ܐ ܡܫܠܡܬ. ܡܐܡܪܐ
ܩܕܡܝܐ ܡܬܚܘܐ ܕܝܠܗ ܕܟܘܪܣܝܐ
ܡܥܪܒܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܡܐܡܪܐ
ܕܬܪܝܢ ܡܬܚܘܐ ܗܘܐ ܕܡܠܟ ܡܕܢܚܝܐ.

*Deus infirmitati meæ eſto adjutor. Benedictus es tu Domine &c. Quum ab annis octoginta nemini hujuſmodi argumentum in mentem venerit, vel ab ullo noſtrorum tractatum fuerit, hoc eſt, à beati Mar Michaelis Patriarchæ* τȣ̃ μακαρίτȣ *ætate, qui Chronographiam illam magnam in tres partes diviſam compilavit, colligens Chronica antiqua, quæ peritura eſſent & oblivioni tradenda; Euſebii, inquam, Cæſareenſis, Socratis Scholaſtici, Zachariæ Rhetoris, Joannis Aſiæ, & Dionyſii Tel-Maharenſis, eaque in unum volumen redigens: operæ pretium facturos nos exiſtimavimus, ne in populo noſtro inſignium geſtorum monumenta tùm Civilia, tùm Eccleſiaſtica, quæ & noſtrâ & Patrum noſtrorum memoriâ contigere, omninò exciderent, neque poſt multorum temporum lapſum requiſita deſiderarentur. Quum igitur aliquando ad Archivum Maragæ urbis provinciæ Adorbiganæ oblata ex temporum viciſſitudinibus occaſione perductus fuiſſem, ex pluribus Codicibus Syriacis, Saracenicis, atque Perſicis ibi exſtantibus narrationes memoratu dignas exiguo hoc opere collegi: tùm etiam civilis mundi ſtatus hiſtoriam à Patriarchis ducto ab Adam initio relegi: exinde Duces, Regeſque Hebræorum ex ordine recenſui: nec non Chaldæorum, Medorum, Perſarum, Græcorum Ethnicorum, poſtmodùm Græcorum itidem Chriſtianorum: deinde Arabum, demùm Hunnorum hac noſtra ætate regnantium. Et hæc quidem priori hujus Chronographiæ parte digeſſi. In altera verò Eccleſiaſticam hiſtoriam aggreſſus ſum ab Aarone ſummo Sacerdote primo uſque ad eos, qui hoc tempore præſunt, deduxi, quam duobus tractatibus complevi: quorum priori Pontificum Occidentalium* [1] *ſeriem complexus ſum; in poſteriori noſtrorum Orientalium* [2] *hiſtoriam adjeci.*

Hos præterea Scriptores in priori parte laudat: *Anianum* ſcilicet monachum fol. 1. 5. 6. 9. 14. *Methodium* fol. 1. *Arad Chananæum* ܐܪܕ ܟܢܥܢܝܐ fol. 4. *Aſaph* ܐܣܦ ibidem. *Joſephum* hebræum 4. 12. *Artemonis* epiſtolam 5. *Andronicum* 6. 10. 11. 14. *Epiphanium* 7. *Clementem* Alexandrinum 10. 11. *Georgium* 14. *Georgium* alterum Epiſcopum Arabum, ibid. *Jacobum* Edeſſenum, ibidem. *Theophilum* Edeſſenum, ibid. *Africanum* ſæpè.

Epocha Seleucidarum, ſeu Græcorum.

Epocham Seleucidarum, quæ & Græcorum & Alexandrea dicitur, ab

NOTÆ.

1 *Occidentalium*. Antiochenos Patriarchas intelligit.

2 *Orientalium*. Nimirùm Primatum & Patriarcharum Chaldæorum; nec non Maphrianorum Jacobitarum.

ab orbe condito ad ſuam uſque ætatem ex diverſis Auctorum ſententiis hac ratione colligit fol. 14.

[illegible]

[illegible] *Ab Adam ad Seleucum juxta Euſebium anni* 4889. *Juxta Andronicum* 5083. *Juxta Georgium Presbyterum Regtenſem* 5085. *Juxta Africanum* 5083. *Juxta Theophilum Edeſſenum* 5197. *Juxta Jacobum Edeſſenum* 5149. *Juxta Georgium Epiſcopum Arabum* 4929. *Juxta Anianum* 5180. *& menſes* 10. *cui & Græcæ* τῶν *ſeptuaginta verſio conſonat. Ea verò, quam hodie Græci tenent, Theophilo Edeſſeno conſentit. Si igitur perfectis Seleuci annis* 5197. *& perfectis anni imperfecti, cujus initium Teſri prior, hoc eſt October, menſibus unum menſem addamus; habebimus annos perfectos ſolares ab Adam, menſeſque itidem perfectos ex anno imperfecto, cujus initium ex Septembri ducitur, quum nunc dies currat decima Septembris anni Græcorum* 1587. *Si, inquam, anno* 1586. *annos* 5197. *& menſibus undecim menſem unum addamus, colligemus univerſim annos* 6784. *& dies* 10. *Septemb. hujus anni imperfecti ad annum* 6785. *refeYetur.*

Anni ab orbe condito ad Paſſionem Domini fol. 20. [illegible] Anni ab orbe condito ad Paſſionem Domini.

[illegible]

*Colliguntur ab Adam uſque ad annum, quo paſſus eſt Servator noſter, anni* 5539. *Is verò annus Dominico die inchoatus fuit. Secundùm Hippolytum verò, & Joannem, & Mar Jacobum* 5550. *Secundùm Euſebium* 5232. *Secundùm Syros* 4156. *Secundùm*

*dùm Africanum 5532. Secundùm alios 5320. Secundùm traditionem multorum 5509. Secundùm Andronicum anno Græcorum 342.*

Epocha Hegiræ.

Initium Hegiræ Mahometanæ ex Bar-hebræi ſententia fol.45. [Syriac text]

*Computus quoque annorum lunarium Arabicorum ab hoc anno inchoatur, qui eſt ab Adam 6130. idemque Græcorum 933. & à Redemptore noſtro ſexcenteſimus vigeſimus quartus.* Quia nimirùm Chriſtum natum putat anno Græcorum 309. non 311.

Auctores, quorum opera laudantur. Hipparchus.

Auctores, quorum ſcripta laudat. *Hipparchus* Mathematicus de quo fol. 10. [Syriac text]

*Et ex pluribus ejus libris, ex quibus lucem mutuatus eſt Ptolemæus Claudius Almageſti auctor, unus tantùm liber reperitur hoc tempore de myſteriis Luminarium, ex quibus dignoſcitur variorum regnorum in orbe inſtauratio.* Hippocratis, Platonis, Ptolemæi, Galeni, Alexandri Aphrodiſii, & Theonis Alexandrini opera, quæ apud Syros exſtant, fol. 11. 13. & 23. *Medici Syri Sergius, Athanaſius, Philagrius, Simeon, Gregorius, Theodoſius, Honainus*, de quibus fol. 25.

Sergius, Athanaſius, Philagrius, Simeon, Gregorius, Theodoſius, Honainus.

[Syriac text]

*Claruere medicinâ Syri, ut Sergius Rheſinenſis, qui primus libros philoſophicos & medicos ex Græco in Syriacum traduxit, & Athanaſius Amidenſis, & Philagrius, & Simeon monachus cognomento Taibutha, & Gregorius Epiſcopus, & Theodoſius Patriarcha, & præſtantiſſimus Honainus filius Iſaac, atque his poſteriores bene multi ad hoc uſque tempus, omneſque Syri fuere. Aaron autem Presbyter, Syrus non fuit, ſed Goſius quidam Alexandrinus librum ejus è Græco Syriacum fecit.* Georgius *filius Bochtjeſu* Elamita fol. 60. *Theophilus* filius Thomæ Edeſſenus, 61. *Bochtieſu* filius Georgii 64. *Iſa* Abu-Coraiſi, ibid. *Gabriel* fil. Bochtjeſu Neſtorianus, de quo hæc Bar-hebræus fol.65.

Aaron Presbyter. Goſius. Georgius. Theophilus. Bochtjeſu. Iſa. Gabriel.

[Syriac text]

[illegible]

*Iſte Gabriel quum à quodam Neſtoriano ab Ægyptiaca peregrinatione reduce accepiſſet, Jacobitas in Ægypto Neſtorio inſultare atque in ejus tumulum lapides jactare ſolitos & dicere, pluviam non deſcendere ſuper illum; exarſit, & epiſtolam à Chalipha ad Ægypti Soltanum impetravit, ut Neſtorii oſſa arcæ incluſa Bagdadum ſibi quamprimùm tranſmitteret; ut nimirùm ea in Eccleſia Cochenſi deponeret. Quidam verò Anachoreta Neſtorianus hoc probrum à ſua ſecta removere cupiens & oſtendere non eſſe Neſtorium eum, quem Jacobitæ conviciis proſcindebant & lapidabant, dixit, ex ſanctis Apoſtolis quempiam ſibi per ſomnium viſum affirmaſſe, hunc eſſe errorem, nec eſſe Neſtorii oſſa quæ vulgò dicuntur: ignotum quippe eſſe mortalibus ejus ſepulcrum. Ita Gabriel medicus tranſlationem Neſtorii oſſium ex Ægypto urgere deſtitit.* Iſaac *librorum interpres* fol. 79. *Hobaiſus* filius Haſan 79. *Thabet Abul-Haſan filius Korræ*, de quo hæc fol. 81. 82.

Iſaac. Hobaiſus. Thabet filius Korræ.

[illegible]

[illegible]

*Circa hæc tempora* (hoc eſt, circa annum Hegiræ 280. *claruit Abul----haſanus Thabetus ex ethnicis Haranitis, qui fuit filius Kor-*

*ræ*

*ræ filii Meruani filii Kajuræ filii Abraham filii Kajuræ filii Marini filii Salomonis. Hic primùm nummularius fuit in foro Haran: indeque ſe ad Philoſophiæ ſtudium contulit, in quo admirabili cum profectu ſe exercuit, trium linguarum peritiſſimus, Græcæ, Syriacæ & Arabicæ. Et Arabicè quidem centum & quinquaginta circiter libros compoſuit de Arte Dialectica, Matheſi, Aſtrologia, & Medicina. Syriacè verò ſexdecim circiter libros ſcripſit, quorum plerique à nobis lecti, & in noſtrum uſum comparati ſunt. Liber de legibus & regulis Ethnicorum. Liber de mortuorum ſepultura. Liber de confirmatione religionis Ethnicorum. Liber de munditie & immunditie. Liber de animalibus ſacrificio aptis. Liber de horis precum. Liber de orationibus recitandis ad ſingulos ſeptem Planetas accommodatis. Liber de pœnitentia & oratione. Liber de muſica. Chronicon Regum Syrorum antiquorum, hoc eſt, Chaldæorum. Liber de religione Sabæorum. Liber de diſtributione dierum hebdomadæ relata ad ſeptem Planetas. Liber de nobilitate parentum ſuorum, & eorum genealogia. Liber de legibus Hermetis, & orationibus ethnicorum propriis & uſu receptis. Liber de eo, quod duæ lineæ rectæ ex duobus angulis rectis parumper eductæ coincidant. Alter liber de eodem argumento.* Hucuſque Bar-hebræus de Thabeto. Subjungit fragmentum ex quadam ipſius Oratione, qua Ethnicorum ſectam extollit. *Thabetus* alter, filius Sinan filii Thabeti majoris, de quo idem Bar-hebræus

Thabet filius Sinan.

fol. 95. ܒܗܕܐ ܫܢܬܐ ܡܝܬ ܐܣܝܐ
ܬܐܒܬ ܒܪ ܣܢܢ ܒܪ ܬܐܒܬ ܚܪܢܝܐ
ܚܢܦܐ. ܗܘ ܗܢܐ ܐܣܝܡ
ܟܪܘܢܝܩܘܢ ܝܕܝܥܐ ܠܡܫܒܚܐ:

*Hoc anno* (nimirùm Hegiræ 163.) *obiit medicus Thabetus filius Sinan filii Thabeti Haranitæ Ethnici. Hic ſcripſit celeberrimum Chronicon.* Abu-Ali *Haſan filius Haitam* Geometra Baſorenſis, qui ſeptuaginta circiter libros de Geometria ſcripſiſſe dicitur fol. 104. *Avicenna*, quem Arabes *Abu-Ali Hoſain Ben-Sina* vocant, fol. 108. ubi ejus geſta & ſcripta fuſiùs deſcribuntur. *Abulpharagius* monachus Neſtorianus commentator Evangeliorum, fol. 112. de quo dixi ſuprà pag. 309. *Joſeph monachus* Jacobita, qui tres ſermones ſcripſiſſe dicitur de Petro Diacono, quem Barbari anno Græcorum 1369. in urbe Melitina occiderunt fol. 118. *Joannes Bar-Suſun* Patriarcha Jacobitarum, de quo in cit. fol. 118.

حسن

Haſan.

Avicenna.

Abulpharagius.

Joſeph.

Joannes Bar-Suſan.

ܐܦ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܫܘܫܢ ܐܪܒܥܐ
ܡܐܡܪܐ ܐܣܝܡ ܥܠ ܫܘܒܝܗ
ܕܡܠܝܛܝܢܐ. ܬܪܝܢ ܒܩܠܐ ܕܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ ܘܬܪܝܢ ܒܩܠܐ ܕܡܪܝ ܒܠܝ.

*Mar Joannes quoque Bar-Suſan quatuor carmina de expugnatione Melitinæ ſcripſit: duo metro S. Ephræm* (hoc eſt, heptaſyllabo) *& duo metro S. Balæi* (hoc eſt, pentaſyllabo.) *Jabia*, hoc eſt, Joannes, *filius* Giazlæ, medicus Bagdadenſis, auctor libri qui inſcribitur منهاج *exemplar*, fol. 131. *Baſilius Epiſcopus Edeſſenus* Jacobita, qui tria carmina metro S. Jacobi, hoc eſt, dodecaſyllabo, de Edeſſæ expugnatione compoſuiſſe dicitur fol. 152. *Dionyſius Bar-Salibi* duo ejuſdem argumenti carmina ſcripſiſſe narratur ibidem. Idem *Bar-Salibi* tria carmina de expugnatione urbis Marhas ſeu Germaniciæ ediſſe dicitur fol. 157. his verbis:

Jahia Giazlæ.

Baſilius.

Bar-Salibi.

ܒܫܢܬ ܐܬܣܙ ܗܘܬ ܒܗ̇ ܫܘܒܝܐ ܐܬܘܬܐ:
ܐܦ ܡܫܠܐ ܡܪܝ ܕܝܘܢܢܘܣܝܘܣ ܒܪ
ܨܠܝܒܝ ܡܢ ܐܘܪܗܝ ܚܘܫܒܐ ܘܬܠܬܐ
ܠܡܪܥܫ ܕܐܬܦܠܓܘܣ ܐܬܦܠܓ.
ܘܐܣܝܡ ܬܠܬܐ ܡܐܡܪܐ ܥܠ ܫܘܒܝܐ
ܫܘܒܝܗ ܘܡܪܥܫ. ܡܛܠ
ܕܡܪܥܫ ܗܘ ܗܘܐ ܐܦܣܩܘܦܐ.

*Anno* Græcorum 1467. *in eadem captivi-*

*ptivitate abductus & fuit religioſiſſimus Mar Dionyſius Bar-Salibi à crudelibus Armenis, & in cœnobium Baſilii fugà evaſit. Scripſit autem tria carmina de hac Marbas urbis expugnatione: ei namque civitati tunc Epiſcopus præerat.*

Fachreddinus. Fachreddinus *Razi* ſcriptor Arabs, fol. 194.

Mohaddab. *Mohaddab* medicus Bagdadenſis, cognomento *Bar-Habal*, auctor libri de medicina, cui titulus مختار *Electus*, fol. 195.

Naſir. *Naſir* mathematicus & philoſophus, cujus Ethica ſermone Perſico exſtare dicuntur fol. 226.

Regni Perſici initium. Regni Perſici initium, quod ad annum Alexandri Severi quartum & Græcorum 538. ex Agathia tom. 1. pag. 5. conſignavi, Bar-hebræus fol. 24. ita definit. [illegible]

*Anno 3. Alexandri Mammææ, qui eſt Græcorum 542. regnavit Perſis Artaxerſes Phabechi filius, cœpitque poſtremum Perſarum regnum, quod Saſanitarum dicitur idemque duravit annos 418. donec per Arabum regnum ſublatum fuit.* Mendum in notis arithmeticis. Nam annus Alexandri Severi tertius, qui juxta probatos Scriptores in an. Chriſti 225. vel 227. incidit, conjungi nequit cum anno Græcorum 542. ut ſupputanti liquet.

Nazaræorum origo & hiſtoria. Nazaræorum in Phœnicia, ſectæ hominum ex Mahometana perfidia profluentium, originem & hiſtoriam tradit fol. 80. [illegible]

[illegible]

ܩܡܝܒ ܒܪ ܥܘܬܡܢ. ܐܢܐ ܦܠܢ ܕܡܬܚܫܒ ܒܪ
ܕܝ ܚܙܝܬܗ ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܕܢܨܪܝܐ
ܚܙܝܬܗ ܠܡܫܝܚܐ ܕܗܘܝܘ ܝܫܘܥ ܡܠܬܐ
ܗܘ ܘܡܕܒܪܢܐ ܘܐܚܡܕ ܒܪ ܡܚܡܕ ܗܘ
ܡܕܒܪܢܐ ܗܘܘ ܐܝܟ ܒܢܝ ܡܢ ܡܫܡܫܢܝ
ܕܝ ܫܒܩܘ ܡܢ ܒܢܝ ܥܠܝ ܘܗܘܘ
ܓܒܪܐܝܠ ܡܠܐܟܐ. ܘܐܡܪ ܠܝ. ܐܢܬ ܗܘ
ܕܩܪܐ ܐܢܬ: ܐܢܬ ܗܘ ܫܪܪܐ
ܘܐܢܬ ܗܘ ܓܡܠܐ ܠܐ ܡܬܡܨܝܢܐ. ܐܢܬ ܗܘ
ܕܢܛܪ ܘܡܫܬܐ ܓܡܠܐ ܕܡܬܡܠܠܐ.
ܐܢܬ ܗܘ ܪܘܚܐ. ܐܢܬ ܗܘ ܝܘܚܢܢ ܒܪ
ܙܟܪܝܐ. ܐܟܪܙ ܠܒܢܝܢܫܐ
ܕܢܬܟܪܥܘܢ ܒܨܠܘܬܗܘܢ:
ܬܪܬܝܢ ܩܕܡ ܕܢܕܢܚ ܫܡܫܐ ܘܬܪܬܝܢ
ܩܕܡ ܕܢܥܪܒ ܠܘܬ ܐܘܪܫܠܡ ܗܘ
ܢܦܩܘܢ ܒܟܠ ܝܘܡ ܚܡܫܐ ܨܠܘܬܐ
ܘܢܐܡܪܘܢ. ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ ܒܟܠ. ܐܠܗܐ
ܪܡ ܥܠ ܟܠ. ܐܠܗܐ ܪܒ ܡܢ ܟܠ.
ܘܗܘܝܘ ܕܝܢ ܗܘܐ ܠܐ ܢܬܟܢܫ
ܐܢܫ ܒܫܒܬܐ. ܘܐܘܪܝܬܐ ܠܐ ܢܬܩܪܐ
ܕܪܘܚܐ. ܘܠܐ ܢܣܒܘܢ ܐܢܬܬܐ ܕܢܘܟܪܝܐ
ܡܢ ܥܡܡܐ. ܘܡܫܝܚܐ ܠܐ ܢܣܓܕܘܢ: ܐܠܐ
ܠܡܪܝܐ ܒܠܚܘܕ ܢܣܓܕܘܢ. ܘܚܡܪܐ
ܘܫܟܪܐ ܠܐ ܢܫܬܘܢ ܘܠܐ ܢܐܟܠܘܢ. ܘܡܢ
ܟܠܒܐ ܘܐܝܟ ܗܢܐ ܘܟܠܗ ܡܫܚܐ
ܐܡܪ ܠܝ: ܢܨܘܡܘܢ ܬܪܝܢ ܝܘܡܝܢ ܒܫܢܬܐ
ܠܩܘܒܠ ܫܡܫܐ. ܘܡܥܠܝ ܕܘܟܬܐ ܠܐܘܪܫܠܡ
ܕܬܗܘܐ ܩܒܠܬܐ. ܘܡܢ ܥܒܕܝܢ ܫܒܬܐ
ܠܐܝܢܐ ܕܢܨܒܐ. ܘܠܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܠܟܝܡ
ܘܕܚܠܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܠܥܡܡܐ.

*Quandoquidem multi Nazaræorum originem cognoſcere cupiunt, hæc à nobis accipe. Anno Græcorum* 1202. *apparuit vir quidam ſenex in regione Akula* ( ipſa eſt Cupha Arabiæ urbs, ut idem Bar-hebræus in Chronico adnotavit ) *in pago, quem incolæ Nazariam vocant: quem, quum prolixa jejunia & paupertatem & orationis ſtudium præſeferret, multi eorum locorum indigenæ ſequuti ſunt, ex quibus duodecim ad numerum Apoſtolorum ſelectos juſſit populis novas doctrinas prædicare. Id quum loci Præſes reſciviſſet, hominem comprehenſum & in carcerem intra ſuas ædes conjectum juravit ſe ſequenti mane reum in crucem acturum. Eadem nocte Præſes hauſto intemperanter vino ſemiebrius cubitum iturus, clavem cellulæ, ubi ſenex incluſus tenebatur, afferri ſibi juſſit, & ad lectuli caput recondidit. Ancilla verò in eodem cum Præſide cubiculo cubare ſolita, ſenis illius miſerta, quod jejunio & orationi addictum crederet, ut dominum ſomno oppreſſum comperit, claves ſurripuit, & carcerem ſeni aperuit, liberumque dimiſit, & clavem ſuo loco repoſuit. Præſes itaque quum ſequenti mane reſerato eadem clave carcere neminem reperiſſet, miraculo reum ereptum credidit, & puella quod fecerat, ob domini metum alto ſilentio premente, divulgatum eſt, ſenem foribus clauſis manentibus è carcere evaſiſſe. Paulò poſt duos è diſcipulis ſuis in quibuſdam terris longè à loco diſſitis repertos induxit ut crederent, ipſum ab Angelis è carcere ereptum & in ſolitudine collocatum: ſuæque religionis librum ſcripſit, eiſdemque traditum juſſit in vulgus ſpargi, & homines ad nova dogmata invitari. Erant autem hujuſmodi. Ego talis, qui putor filius Othomani ex pago Nazaria, vidi Chriſtum, qui eſt Jeſus idemque Verbum, & Director, & Achmed filius Mohamad filii Hanaphiæ ex filiis Ali, idemque Gabriel Angelus, & dixit mihi. Tu es qui legis. Tu es Veritas. Tu es camelus cuſtodiens iram adversùs infideles. Tu es jumentum ferens onus fidelium. Tu es Spiritus. Tu es Joannes filius Zachariæ. Prædica ergo hominibus, ut quater genua flectant in ſua oratione: bis ante ſolis ortum, biſque ante ejus occaſum, verſùs*

ſùs

*ſùs Hieroſolymam, dicentes ſingulis vicibus tres iſtos verſiculos. Deus ſublimis præ omnibus, Deus ſuper omnia excelſus, Deus omnium maximus. Et feria ſecunda & ſexta nullum quiſquam opus faciat: & duos dies quolibet anno jejunent: & membrorum virilium ablutionem ne frequentent: ſiceram ne bibant, ſed vinum quantum voluerint. Carnem autem ferarum dumtaxat ne comedant. Quum hæc autem ridicula dogmata iis tradidiſſet, in Palæſtinam ſe contulit, ubi idiotas & ruſticos eadem doctrina imbuit: indeque diſcedens, abdidit ſe, nec ampliùs locus ejus cognitus fuit uſque in præſentem diem.* Ejuſdem ſectæ meminit iterùm Bar.hebreus fol. 131. ubi quum de Francorum geſtis in Terra Sancta diſſeruiſſet, hæc ſubjungit:

ܦܪ̈ܢܓܝܐ ܡܢ ܡܥܪܬܐ ܡܕܝܢܬܐ ܐܣܩܘ
ܠܛܘܪܐ ܕܠܒܢܢ ܘܩܛܠܘ ܬܡܢ ܟܢܫܐ
ܪܒܐ ܡܢ ܥܡܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܢܨܪ̈ܝܐ:

*Franci ex urbe Moarra in montem Libanum profecti, ingentem ibi populi multitudinem ex iis, qui Nazaræi dicuntur, occiderunt.* Gulielmus Tyrius in hiſtoria belli Sacri lib. 20. cap. 31. & Jacobus de Vitriaco hiſtor. Hieroſol. cap. 81. *Aſſiſſinos*, ſeù *Aſſaſſinos* memorant, Phœniciæ populum, qui quum per quadringentos circiter annos Mahometanorum leges impiaſque traditiones coluiſſent, ab his tandem recedentes, novam ſectam ex Chriſtiana religione ferè conflatam condidere: quos *Nazaræos* fuiſſe & tempus & locus, ubi habitabant, ipſum denique Chriſtianorum nomen, quod affectabant, (Chriſtiani enim ex quo Syria à Mahometanis occupata fuit, ſermone Arabico ab indigenis نصارى *Nazaræi* vulgò appellantur) ſuadere mihi videntur. Eorum meminit Renaudotius in hiſt. Alexand. pag. 320. 410. 541. 546. Cur autem *Aſſiſſini* dicti fuerint, Gulielmus loc. cit. fatetur ſe ignorare, inquiens: *Hos tam noſtri* (ideſt Latini,) *quàm Saraceni* (*neſcimus unde deducto nomine*) *Aſſiſſinos vocant.* Exiſtimo originem habuiſſe ex حساسة *Aſſaſſa*, quæ Tagritenſis ditionis regio eſt, cujus loci *Matthæum Paſtorem* Anaphoræ Syriacæ auctorem, Epiſcopum fuiſſe docet clar. Stephanus Edenenſis cap. 2. de Orthodoxis Syriacarum Liturgiarum Scriptoribus num. 6. *Aſſanitarum*, ſeù potiùs, *Aſſuſſanitarum*, vel *Aſſaſſinorum* meminit & Bar-hebræus in Chronico Syriaco frequenter, ut ſuprà adnotavi p. 214. & 215. Sed ii Chriſtiani Jacobitæ ſunt; Aſſiſſini verò, de quibus Gulielmus & Jacobus de Vitriaco, Mahometani primùm, deindè Semi-Chriſtiani. Eos tamquam gentem libidini addictam ſuæque ſectæ inimicam acriter inſectantur Druſi, ut ex epiſtolis Hamzæ Ben-Ali, Ben-Achmed Cod. Arab. 59. tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 628. liquet.

Demum à fol. 244. Series Pontificum Veteris Teſtamenti ab Aaron uſque ad Hananum, ſub quo paſſus eſt Chriſtus. A fol. 247. Series Patriarcharum Antiochiæ à S. Petro Apoſtolorum Principe uſque ad Severum Acephalorum primipilum. A fol. 265. Series Patriarcharum Jacobitarum Syrorum ab eodem Severo uſque ad Philoxenum, qui Jacobitis præerat anno Græcorum 1596. A fol. 340. Series eorundem Patriarcharum ab anno, qui ſuprà, uſque ad annum 1804. A fol. 353. Series Primatum & Patriarcharum Orientis, qui Chaldæis & Aſſyriis præfuere à S. Thoma Apoſtolo ad annum Græcorum 939. A fol. 365. Series Maphrianorum Jacobitarum, & Patriarcharum Neſtorianorum ab anno, qui ſuprà, uſque ad annum 1807. Quæ in ſecunda & tertia parte Chronici continentur.

Epitomen hiſtoriæ utriuſque ſectæ, hoc eſt, Syrorum Jacobitarum & Neſtorianorum exhibere operæ pretium duco in gratiam hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudioſorum, qui Renaudotii, viri cæteroquin Orientalibus literis non mediocriter inſtructi, obſervationibus adduci facilè poterunt, ut credant, res in Syria, Epitome hiſtoriæ Syrorū Jacobitarum, & Neſtorianorum.

ria, Meſopotamia, Chaldæa & Perſide à Chriſtianis illis geſtas nullis literarum monumentis commendatas fuiſſe. Sic enim ſentit idem Renaudotius in notis ad Liturgias Syriacas paſſim, & in Præfatione ad hiſtoriam Patriarcharum Alexandrinorum de rebus Antiochenis definit in hæc verba. *Id habuit Alexandrina Eccleſia præ Antiochena ejuſdem ſectæ Jacobiticæ, quod licet hæreticos & per vim intruſos, Epiſcopos tamen ſemper vidit aut in ipſa urbe, aut in monaſteriis: tùm quod ſtatim atque Ægyptus in Arabum poteſtatem venit, integram Patriarchæ in Chriſtianos ſuæ ſectæ auctoritatem recuperaverunt. Contra verò Jacobitæ Antiocheni quum ſub Imperatoribus Chriſtianis pulſi urbe fuiſſent, eaque ſæpe illorum armis recepta fuerit, vix unquam conquieverunt: & pauci inter eos aliqua doctrinæ laude floruerunt. Itaque de illorum rebus vix quidquam occurrit, adeo ut ſucceſſio Patriarcharum ex certis monumentis deſignari nulla poſſit, ne Græcorum quidem, quum hiulci ſint multis in locis illorum catalogi. Undè præter illa, quæ variis hujus Epitomæ* (Hiſtoriæ nimirùm Alexandrinæ) *locis inſerta ſunt, nihil nobis occurrit, unde vel leve ſpecimen Antiochenæ Jacobitarum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ poſſet delineari.* Quod quàm falſò dictum ſit, ex hoc Barhebræi Chronico palam fiet, in quo accurata Jacobitarum Eccleſiæ Antiochenæ & Neſtorianorum hiſtoria deſcribitur.

# *PATRIARCHÆ JACOBITARUM*

## *Ex Chronico Gregorii Bar-hebræi.*

1. SEVERUS ex monaſterio Theodori apud Gazam, pulſo Flaviano Sedem Antiochenam invaſit. Scripſit Philalethem, & Zenonis Henoticon interpretatus eſt. Sexto Epiſcopatus anno relicta Antiochia Alexandriam fugit, ſuffectis ipſi Patriarchis Paulo per annum unum, Euphraſio per ſeptem, & Ephræmo Amidenſi per annos duodeviginti. Theodoræ Imperatricis patrocinio fretus, ex Ægypto in urbem Regiam ſe contulit, ubi ab eadem unàcum Theodoſio Alexandrino, Anthimo Conſtantinopolitano, & Zoara Stylita Syro alebatur. Demùm ſententia Agapiti Papæ Byzantio ejectus, & in Ægyptum reverſus, monachi ſpecie tandiu delituit, donec Alexandriæ in loco qui dicitur ܟܣܘܬܐ *Chaſota* [1] interiit die 28. Febr. anni Græcorum 850 *Chriſti* 539.

Sub Severo clari Scriptores memorantur à Bar-hebræo *Simeon* Betharſamenſis, *Jacobus* Sarugenſis, *Simeon* Kokenſis, & *Sergius* Rheſinenſis. Et quidem de Jacobo hæc fol. 265. adnotantur: ܘܡܬܬܣܝܡ ܗܘܐ ܐܦ ܡܠܦܢܐ ܝܥܩܘܒ ܡܢܗ ܕܒܛܢܢ ܗܘ ܕܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܟܪܝܟܐ ܕܣܪܘܓ. ܗܢܐ ܡܢ ܚܘܪܢܐ ܕܩܘܪܝܐ ܡܛܠ ܠܥܘܗܕܢܐ ܕܡܠܦܢܘܬܐ ܘܐܠܗ ܡܢ

### NOTA.

1 *Chaſota*. صخا *Sacha* appellatur ab Hiſtoricis Ægyptiis, qui Arabicè ſcripſere. Fortè amanuenſis pro *Sachota* tranſpoſitis literis *Chaſotam* ſcripſit. Vide Renaudotium in Hiſt. Patriarch. Alexandr. pag. 138. ubi Severus dicitur *per triginta annos ex quo Antiochenam Sedem adeptus erat*, Catholicam duarum naturarum fidem impugnaſſe. Atqui eum anno Chriſti 512. ab Anaſtaſio Imp. in Eccleſiam Antiochenam intruſum fuiſſe, ex doctiſſimis Noriſio & Pagio liquet. Anno igitur Chriſti 542. non 539. periit.

ܡܢ ܕܘܪܫܐ ܕܒܢܝܢܫܐ . ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܒܪܡ ܦܪܝܘܕܘܛܐ ܕܚܘܪܐ ܕܒܣܪܘܓ
ܘܐܣܝܡ ܡܐܡܪܐ ܘܡܐܡܪܐ ܡܫܒܚܐ
ܘܡܠܝܢ ܡܘܠܦܢܐ ܕܚܝܐ ܫܪܝܪܐ .
ܘܐܬܒܚܪܬ ܘܐܬܩܒܠܬ ܡܘܗܒܬܐ
ܢܨܝܚܬܐ ܕܡܠܦܢܘܬܗ ܡܢ ܩܕܝܫܐ ܣܐܘܝܪܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܐܬܩܒܠ ܡܢܗ
ܘܐܫܬܒܚ . ܘܐܢܫܝܢ ܐܡܪܝܢ ܕܡܢ
ܚܡܫܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܬܒܚܪ ܡܠܦܢܘܬܗ
ܟܕ ܛܠܐ . ܘܟܕ ܝܬܒܝܢ ܒܥܕܬܐ ܠܡܦܠܐ
ܪܘܙܐ ܕܡܪܟܒܬܐ ܕܚܙܐ ܚܙܩܝܐܝܠ :
ܠܐܒܘܗܝ ܕܢܐܡܪ ܥܠܝܗ . ܘܦܬܚ
ܘܐܡܪ . ܪܡܐ ܕܝܬܒ ܥܠ ܡܪܟܒܬܐ
ܘܫ . ܘܐܦܩ ܠܡܐܡܪ ܥܠ ܚܘܪܒܐ
ܕܐܡܕ ܒܡܕܝܢܬ ܡܐܡܪܐ . ܘܗܢܘܢ ܕܝܢ
ܐܣܬܟܠܘ ܕܒܐܘܣܟܪ ܕܥܝܢܐ ܠܗ .
ܘܟܕ ܐܫܬܡܥ ܚܘܪܒܐ ܕܐܡܕ ܘܚܙܘ
ܕܠܘܬ ܕܪܘܚܐ ܗܝ ܩܕܝܫܐ ܡܠܦܢܘܬܗ
ܘܐܦܝܣܘܗܝ ܕܠܐ ܢܬܒܛܠ . ܘܗܘܘ ܠܗ
ܟܬܒܐ ܫܒܥܝܢ ܣܦܪܐ ܕܟܬܒܝܢ
ܡܐܡܪܘܗܝ ܕܐܡܪ ܕܗܘܝܢ ܫܒܥܡܐܐ
ܘܫܬܝܢ : ܣܛܪ ܡܢ ܦܘܫܩܐ ܘܐܓܪܬܐ
ܘܡܕܪܫܐ ܘܣܘܓܝܬܐ . ܘܡܐܡܪܐ ܐܚܪܝܐ
ܕܐܡܪ ܥܠ ܡܪܝܡ ܘܥܠ ܓܓܘܠܬܐ ܘܠܐ
ܐܫܬܡܠܝ : ܘܐܦ ܠܗ ܐܦ ܦܘܫܩܐ
ܘܡܐܬܐ ܫܬ ܕܐܘܓܪܝܣ ܕܒܥܐ ܐܢܫ
ܠܥܒܕܗ ܡܪܝ ܓܘܪܓܝ ܕܥܡܡܐ
ܕܐܦܣܩܘܦܐ ܗܘܐ ܘܬܠܡܝܕܗ .

*Claruit etiam doctor celeberrimus Mar Jacobus, qui Batnis Sarugi Epiſcopus præfuit. Hic ſcientiæ donum non humana induſtria, ſed Sancti Spiritus munere adeptus eſt. Erat autem Periodeutes ſeù Viſitator Hauræ in Sarug. Eximios porrò & dogmatibus veræ vitæ refertos tractatus & ſermones compoſuit. Præclara quoque ejus doctrinæ effigies à S. Severo*[1] *Antiocheno Patriarcha approbata fuit, & ipſe ab eodem receptus & laudatus eſt. Alii narrant, ejus doctrinam, quum adhuc juvenis eſſet, à quinque Epiſcopis exploratam fuiſſe, qui unà conſidentes in Eccleſia, poſtularunt ut de curru Ezechielis, quem in tabula expreſſum ante oculos habebant, diceret: Jacobum verò extemporaneo carmine ſermonem illis verbis inchoaſſe: Altiſſime, qui ſedes ſuper currum &c. & ad ruinam Amidæ mox digreſſum fuiſſe. Epiſcopos verò eà digreſſione perturbatos, & Jacobum memoriæ vitio aberraſſe ſuſpicatos, ſuperveniente de clade Amidenſi nuncio, intellexiſſe à Spiritu Sancto infuſam Juveni ſcientiam, ac proinde illum rogaſſe, ne ab incepto deſiſteret. Produnt etiam, habuiſſe Jacobum amanuenſes ſeptuaginta deſcribendis ejus ſermonibus occupatos, quos ſexaginta ſupra ſeptingentos recenſent, præter expoſitiones, epiſtolas, hymnos, & cantica. Poſtremum ajunt ejuſdem ſermonem exſtitiſſe, quem de Maria & Golgota imperfectum reliquit. Habet etiam expoſitionem centuriarum ſex Evagrii, quam à Mar Georgio*[2] *gentium Epiſcopo ſuoque diſcipulo rogatus conſcripſit.*

De Simeone Kokenſi ibidem.

ܘܥܡܗ ܕܐܝܬܘܗܝ ܫܡܥܘܢ ܗܘܐ ܐܦ ܗܘ ܒܗܢܘܢ
ܙܒܢܐ

N O T Æ.

1 *Severo*. Hæc Bar-hebræus ex Dionyſio aliiſque hiſtoricis Monophyſitis mutuatus eſſe videtur, qui ſanctum Doctorem Jacobum ad ſuam ſectam, à qua cæteroquin abhorruit, mala fide, ut ſolent, pertrahere ſatagunt. Vide quæ in eandem rem notavi tom. 1. p. 297.

2 *Georgio*. Hinc liquet Georgium hunc Jacobi Sarugenſis diſcipulum, de quo dixi tom. 1. pag. 340. Epiſcopum fuiſſe Arabum Chriſtianorum: alium tamen à cognomine Arabum Epiſcopo, de quo idem Bar-hebræus in Chronico Syriaco ad annum Græcorum 998. ut infrà patebit.

[Syriac text]

*Circa hæc tempora celebris exſtitit Simeon Kokita in agro Antiocheno in pago Ghiſira, idemque auctor Canticorum fuit ſanæ & probatæ doctrinæ, quam ſimiliter non humano ſtudio, ſed divinitus infuſam conſequutus eſt.*

Demum de Sergio Rheſinenſi f. 267.

[Syriac text]

*Eadem tempeſtate, vivente nimirùm Ephræmo Amidenſi, Antiochiam venit Sergius Archiater Rheſinenſis, Aſcolium ejus urbis Epiſcopum apud eundem Ephræmum accuſaturus. Erat autem Sergius vir eloquens & in Græcis atque Syriacis literis verſatus & doctiſſimus corporum medicus; voluntate quidem eunuchus, ut ex Prologo colligitur; moribus verò admodum corruptis ac turpibus, & luxuriæ vitio nec non avaritiæ inquinatis. Huic Ephræmus ſe quod ab ipſo rogabatur facturum ſpopondit, ſi ad Agapitum Romam literas pertuliſſet. Quod quum in ſe recepiſſet Sergius, Romam profectus, Agapitum inde Conſtantinopolim adduxit &c.* Suſpecta ſunt hæc, & à Jacobitis pro ſua cauſà, quam Ephræmus & Agapitus exagitarunt, fortaſſe adversùs utrumque pro Anthimo ſuæ ſectæ Patriarcha Conſtantinopolitano conficta. Ejuſdem Sergii fit mentio in hiſtoria Dynaſtiarum, ut ſuprà pag. 310. adnotavi.

2. SERGIUS [1] Presbyter Telenſis.

Sergius Patriarcha. [1]

[Syriac text]

*Notitia Patriarcharum, qui Sedem Apoſtolicam Antiochenam rexerunt ab initio ad noſtram uſque ætatem.* [Syriac text]

[Syriac text]

## N O T A.

1 *Sergius*. Poſt Severi obitum Sergium ex urbe Tela, hoc eſt, Conſtantina, oriundum, in Patriarcham Monophyſitarum ordinatum fuiſſe affirmat & Barſalibæus in ſerie Patriarcharum Jacobitarum in libro adverſùs hæreſes cap. 54. quam ex ms. Codice Berœenſis Jacobitarum Eccleſiæ deſcripſi. Idem Sergius Severi ſucceſſor dicitur & in Diptychis Jacobitarum Cod. Syr. 21. tom. 1. Bibl. Orient. pag. 614. Contra Severus Aſmonæorum Epiſcopus in hiſtor. Alexandr. cap. 34. apud Renaudotium pag. 144. refert, in Severi locum Theophanem quendam, ſeu Theophilum, ut vocat pag. 145. electum fuiſſe. Sed in rebus Antiochenis major fides Syris, quàm Ægyptiis ſcriptoribus adhibenda. Seriem Dionyſii Bar-Salibæi accipe.

[Syriac text]

lenſis cognomento ܕܒܝܬ ܚܪܬܐ *Beth-Chartæ*, è cœnobio ܕܚܠܐ *Holæ*, hoc eſt, *Arenæ* poſt Severi obitum à Joanne Anazarbæ Epiſcopo ordinatus eſt Monophyſitarum Patriarcha. Obiit tertio Epiſcopatus anno.

Sub eo inter Monophyſitas claruere *Jacobus* Zanzalus, *Joannes* Euphemiæ, *Joannes* alter Tritheitarum

[illegible]

rum parens, *Athanaſius* Theodoræ Imperatricis ex filia nepos, *Conon* Tarſenſis, *Eugenius* Seleuciæ in Iſauria, *Joannes* Grammaticus, cognomento Philoponus, *Theodorus* Edeſſæ eo tempore Epiſcopus quo Catholicis præerat *Amazonius*, *Arethas* Gabalæ filius Arabum Chriſtiano-

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

*1. Petrus Apoſtolus. 2. Evodius. 3. Ignatius. 4 Heron. 5. Cornelius. 6. Theophilus &c. 47. Flavianus hæreticus, depoſitus. 48. Severus Doctor œcumenicus, 49. Paulus hæreticus, depoſitus. 50. Euphraſius Chalcedonenſis. 51. Ephræm Chalcedonenſis. 52. Domninus Chalcedonenſis. 53. Anaſtaſius Chalcedonenſis. 54. Gregorius Chalcedonenſis. 55. Anaſtaſius Chalcedonenſis. Poſt hos hæreticos, ab orthodoxis* (Ita Jacobitas ſcriptor Jacobita appellat) *in locum magni Severi poſt ejus obitum electus fuit in Patriarcham 56. ex ordine eorum omnium, quos ſupra recenſui, Sergius Telenſis. 57. Paulus Beth Ucbame. 58. Petrus Callinicenſis. 59. Julianus. 60. Athanaſius Camelarius. 61. Joannes Sedrarum. 62. Theodorus. 63. Severus Bar-Maske. 64. Athanaſius. 65. Julianus. 66. Elias. 67. Athanaſius. Hic unionem cum Armenis fecit. 68. Joannes Epiſcopus Hauræ, quem Athanaſius Maipheractæ Epiſcopus, cognomento Sandalenſis, per fraudem eligi procuravit. 69. Iſaac Haranita, quem Abu-Giaaphar ſuffocari & in Euphratem projici juſſit. 70. Athanaſius Sandalenſis, cujus ſuprà memini. Hic in Patriarcham electus, in urbe Haran ſuffocatus eſt. 71. Georgius Diaconus. 72. David Daræ Epiſcopus Sedem ſub Georgio tyrannicè invaſit: quo defuncto, principatus Georgio delatus fuit. 73. Joſeph ex Guba Baraja. 74. Cyriacus Patriarcha ordinatus eſt, 75. Dionyſius Telmaharenſis, cujus diebus Abraham, qui & Abiron, impiè Sedem invaſit, & mox depoſitus fuit. 76. Joannes. 77. Ignatius. Hic Joſue appellabatur: & ab eo deinceps cœperunt Patriarcharum & Epiſcoporum nomina prorsùs mutari. 78. Theodoſius. 79. Dionyſius. 80. Joannes. 81. Baſilius. 82. Joannes. 83. Dionyſius. 84. Abraham. 85. Joannes. 86. Athanaſius. 87. Joannes. 88. Dionyſius. 89. Joannes filius ſororis Abdon. 90. Athanaſius, qui & Haie. 91. Joannes Bar-Suſan. 92. Baſilius. 93. Joannes, qui & Abdon, Epiſcopus Synnadæ. 94. Dionyſius. 95. Joannes. 96. Marcus Archimandrita Bared. 97. Athanaſius, qui & Abulpharag. 98. Maudiana, qui & Joannes. 99. Athanaſius Cataræ. 100. Michaël ex Cœnobio Mar Barſumæ in Sena. Hic virtutibus claruit.* (Hucuſque Barſalibæus. Quæ ſequuntur, ab anonymo adjecta ſunt.) *101. Saliba Archimandrita ex cœnobio Mar Barſumæ, ordinatus in cœnobio Modik, & Athanaſius appellatus. 102. Mar Michaël, qui & Joſue, præfati Mar Michaëlis ex fratre nepos, quem omnes Epiſcopi undcum Maphriano congregati in cœnobio Mar Barſumæ ordinarunt anno 1518. menſe Julio. 103. Mar Joannes Scriba, anachoreta, & ſtatura puſillus. 104. Mar Ignatius, qui Mar Joanni ſucceſſit. 105. Angur. 106. Bar-Maadani. 107. Mar Ignatius. 108. Philoxenus. 109. Ignatius Mardenſis. 110. Ignatius ejus ex fratre nepos. 111. Ignatius ejus ex ſorore nepos. 112. Ignatius Bar-Garib, 113. Ignatius Tabuba* (ideſt, miſer) *qui & Behenam Bartellenſis. 114. Ignatius, qui & Chaleph Maadenſis, filius ſororis Mar Baſilii Maphriani, 115. Ignatius Joannes Bar-Silæ. 116. Ignatius Noë. 117. Joſue ex caſtro Kelat. Hic à fide deficiens, Hagarenus, hoc eſt, Saracenus factus eſt: deinde pœnitentia ductus, in Cyprum fugit, ubi ſummam ſceleris ſui pœnitentiam egit. Ferunt autem eum ſic pœnituiſſe, ut præ foribus Eccleſiæ procumbens collum pedibus populi ingredientis & exeuntis ſubmitteret. Atque ita Dignitati ſuæ reſtitutus, ex hac luce migravit. 118. Jacobus ex regione Syriæ, hoc eſt, Damaſcenus. 119. David ex regione Maadan. 120. Abdalla ex caſtro benedicto Heſna-Attæ. 121. Mar Ignatius Mardenſis ex benedicto genere Mar Joannis Bar-Silæ, qui & Nehemet-alla. Hic Hagarenus factus eſt. 122. Petrus David-Sciab ex Marde. 123. Pilatus Patriarcha ex Manſuria. 124. Abdalgani ejus frater. 125. Petrus Hodaie.* (Hucuſque anonymus. Quæ ſequuntur, ex Jacobitarum monumentis mutuatus ſum) *126. Abdalmeſſias. 127. Simeon. 128. Andreas Achigian filius Abdalgal. 129. Petrus*, à Jacobitis in exilium pulſus, pro fide orthodoxa Adanæ obiit. 130. *Georgius*. 131. *Iſaac*, qui poſt Georgii obitum uſque in præſentem annum 1721. Jacobitis præeſt.

Series Patriarcharum ex Diptychis Jacobitarum. [illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

norum rex, & *Julianus* Epiſcopus, qui Nubas Æthiopaſque Monophyſiſmo infecit. Et de Jacobo quidem, qui Monophyſitarum ſectam plurimùm propagavit, hæc Bar-hebræus narrat, quæ geſta ejus à nobis ſuprà deſcripta illuſtrant.

Jacobus Zanzalus.

*[Syriac text]*

*Quoniam verò Orthodoxi Antiſtites;* (ſic Monophyſitas Bar-hebræus Jacobita appellat) *qui in omnibus Romanæ ditionis urbibus frequentes fuerant, ad paucos jam redacti erant,* (alii enim

*[Syriac text]*

*Primùm Petrus Apoſtolici culminis princeps. Evodius. Ignatius &c. Severus Magnus. Sergius. Petrus. Julianus. Athanaſius. Joannes. Theodorus. Severus. Julianus. Elias. Athanaſius. Joannes. Georgius. Cyriacus. Dionyſius. Joannes. Ignatius. Theodoſius. Dionyſius. Joannes. Baſilius. Joannes. Joannes. Dionyſius. Abraham. Joannes. Athanaſius. Joannes Bar-Abdon. Theodoſius. Joannes Bar-Abdon. Theodoſius. Joannes alter Bar-Abdon. Athanaſius. Joannes Bar-Suſan. Baſilius. Dionyſius. Athanaſius. Joannes. Athanaſius. Michaël Magnus. Athanaſius. Joannes. Joannes. Ignatius. Philoxenus. Ignatius. Baſilius. Athanaſius. Ignatius.* Hucuſque in Diptychis. Ubi multi Patriarchæ omiſſi, ut Paulus poſt Sergium, Joſeph poſt Georgium &c. Aliorum nomina corrupta, ut Theodoſius uterque inter duos Joannes Bar-Abdon, quorum priori *Athanaſius* nomen, poſteriori *Dionyſius*.

*enim obierant, ut Thomas Daræ* [1], *Joannes Telæ, Antoninus Alepi, Sergius Suræ, Petrus Rheſinæ, Thomas Germaniciæ, Thomas alter Damaſci, & Severus Patriarcha: alii verò ſectæ Diophyſitarum ſe ſubdiderant, ut Philoxenus* [2] *minor nepos ex ſorore Philoxeni Mabugenſis, qui poſtquam ejus avunculus in urbe Gangra deceſſiſſet, ob cauſam quam tacitus prætermitto, Synodo ſubſcripſit & in Cypro vixit: pauci denique in propoſito ſuo conſtantes, Conſtantinopoli commorabantur, & Imperatorem quidem ipſis infenſum delinire, Imperatricem verò etiam ad tuendam fidelium cauſam cohortari atque incitare ſatagebant, ut Conſtantinus Laodiceæ, Joannes Ægyptius, Petrus, Theodoſius & Anthimus:*) Quum inquam, Monophyſitarum res ita ſe haberent, *pauci quidam Epiſcopi in quodam caſtro ſub cuſtodia publica detenti, tuendæ religionis ſtudio permoti, per manus impoſitionem ordinarunt Jacobum virum ſimplicem Conſtantinopoli per eos dies commorantem. Is Presbyter erat in monaſterio Phaſiltæ ex Gamua pago in monte Izla* [3], *quem & œcumenicum* [4] *Metropolitam ordinarunt. Ea dignitate auctus Jacobus, ubique aderat, opere & ſermone paratus. Erat porrò vir inops, pauper, laboris patientiſſimus; pedum celeritate adeò pollens, ut alterum Aſaëlem putares. Cœpit itaque poſitas ad Orientem regiones luſtrare, & orthodoxis ſacros ordines ubique conſerre & Clericos inſtituere, ſub mendici ſpecie latens &c.* [5] *Nulli erant ea tempeſtate in Oriente Epiſcopi orthodoxi, ut præter Marim Sigaræ Epiſcopum, neminem haberent* Monophyſitæ, *qui Sacerdotes ordinaret, donec ſurrexit Jacobus, cujus operâ Sacerdotum cenſus mirum in modum auctus eſt: eamque ob cauſam ex ejuſdem nomine Jacobitæ* [6] *ſunt nuncupati.* Reliqua Jacobi geſta habes infrà, ubi de Paulo Sergii ſucceſſore. Vide Renaudotium in Hiſtor. Patriarch. Alexand. pag. 133. qui eadem ferè de Jacobo ex Eutychio, Severo, Iſa filio Zaraa, & Elmacino refert.

Origo Tritheitarum.

Tritheitarum originem non ad Joannem Philoponum, ut communiter Græci & Latini, ſed ad Joannem alterum, cognomento Aſcaſnagum, refert in hæc verba.

ܢܕܥܬ. ܕܝܢ ܐܦ ܕܗܪܣܝܣ ܕܬܠܬ ܐܠܗܘܬܐ
ܕܢܚ ܡܢ ܝܘܚܢܢ ܐܣܩܘܣܢܓܝܣ ܕܡܬܩܦܣ
ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܦܐ. ܗܢܐ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܗܘܐ
ܘܡܩܒܠ ܗܘܐ ܠܦܝܠܘܦܘܢܘܣ ܕܡܢ ܕܡܬܝܢܢܐ
ܘܡܬܦܠܣܦܢܘܬܐ ܟܬܒܐ ܕܥܒܕܐ
ܩܢܘܡܐ ܕܒܗ ܟܬܒ ܥܡܐ ܠܐܘܪܒ
ܒܟܠܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܗܢܐ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܠܝ.
ܘܡܢ ܒܬܪ: ܩܛܪܘܢܐ ܡܫܬܠܡ ܒܪܘܡܝܐ
ܘܟܠܗ

# NOTÆ.

1 *Thomas Daræ &c.* Horum aliorumque Epiſcoporum, qui Juſtini juſſu quod Synodum Chalcedonenſem amplecti detrectarent, relegati ſunt, nomina habes in Chronico Dionyſii ad annum Græcorum 829.

2 *Philoxenus.* Is eſt Dulichii Epiſcopus, quem in Collatione ſub Juſtiniano Imp. anno 533. habita, à Monophyſitarum ſecta ad Catholicam Eccleſiam rediiſſe teſtatur Innocentius Maroniæ Epiſcopus, ut ſuprà notavi pag. 89. ac proinde quum orthodoxus deceſſerit, nullus ambigendi locus relinquitur, quin alius ſit à Philoxeno ſeu Lazaro Bar-Sabta, de quo ſuprà pag. 123.

3 *Izla.* Mons eſt apud Niſibin urbem, ut ex monaſtica Thomæ Margenſis hiſtoria in vita Abrahæ cap. 4. colligo.

4 *Oecumenicum.* Nulli ſcilicet Sedi additum, ſed ubique apud ſuos gregales Metropolitico jure fungentem. Bar-hebræo tamen Joannes Aſiæ & Dionyſius in Chronico refragantur, qui Jacobum Edeſſæ Epiſcopum ordinatum affirmant, ut pag. 62. notavi.

5 Hoc loco Bar-hebræus peſſimi hujus nebulonis acta ab ipſius gregalibus ex ſimillibus Sanctorum geſtis conſarcinata eidemque afficta laudat, ex quibus duo miracula à Jacobo patrata fidenter obtrudit.

6 *Jacobitæ.* Hoc Bar-hebræi teſtimonio confirmatur quod ſuprà de Jacobitarum origine notavi pag. 65. & rejiciuntur Elmacinus in 1. par. Chronicorum, atque Joſeph Abudacnus in hiſtoria Jacobitarum, qui nullo fundamento tradunt, Jacobitas vel à Jacobo Apoſtolo, vel à Jacob Patriarcha Abrahæ nepote, aut denique à Dioſcoro, qui Jacobus olim appellatus fuerit, dictos fuiſſe.

ܘܒܠܐ ܦܘܪܫ ܡܫܠܡܐ . ܘܟܕ ܫܐܠܘܗ ܥܠ
ܬܘܕܝܬܗ : ܐܡܪ ܕܡܫܝܚܐ ܡܢ ܬܪܝܢ
ܟܝܢܐ ܘܡܠܬܐ ܕܡܬܒܣܪ ܚܕ ܗܘܐ ܟܝܢܐ :
ܒܬܠܝܬܝܘܬܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܡܢܝܢܐ
ܕܩܢܘܡܐ ܟܝܢܐ ܐܘܣܝܣ ܘܐܠܗܘܬܐ
ܡܢܝܢܐ ܐܢܐ . ܘܟܕ ܐܬܬܢܝܚ ܡܫܠܡܐ :
ܠܗܪܘܗ . ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܘܐܝܟ
ܬܠܬ ܡܣܬܪܐܝܬ ܐܬܝܠܝܕ ܒܗ : ܡܛܠ
ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܐܠܗܐ ܟܝܢܐ ܚܕ
ܢܦܫܗ . ܐܝܟ ܗܘܐ ܕܝܢ ܠܡܫܠܡܢܘܬܐ
ܐܠܗܘܬܐ ܠܬ ܪܒܐ ܕܫܡܗ ܐܬܢܣܝܘܣ
ܗܘ ܕܒܢܬܐ ܐܦܛܪܝܩܘܣ ܕܣܘܪܝܐ
ܐܘܟܝܢܐ ܘܩܢܘܡܐ ܦܪܨܘܦܐ ܦܫܝܛܐ
ܕܝܠܗ ܕܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܐܬܝܠܕ ܘܠܐ ܡܫܬܟܚ ܗܘܐ
ܠܡܫܠܡܢܘܬܐ . ܐܦ ܗܘ ܐܬܚܒܫ
ܒܗܘܐ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ
ܐܝܟ ܚܫܝܫܐ . ܘܗܘܐ ܠܟܠܗ ܐܦ ܦܘܠܝ
ܕܐܢܫܘܢ . ܘܐܬܬܢܝܚ ܘܫܠܡܘܬܐ
ܕܐܡܝܢܐ . ܘܐܦ ܝܘܚܢܢ ܒܪܙܒܢܗ ܠܦܛܪܝܪܟܘ
ܦܠܘܣܘܦܘܣ ܘܐܪܝܣܛܘܛܠܝܣ ܡܬܝܕܥ
ܗܘܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܒܢܝ̈ܢܐ
ܐܪܬܝܩܐ ܒܬܪܬܝܢܘܬܐ ܗܘܐ . ܘܡܢ ܗܪܟܐ
ܒܫܢܬܐ ܬܪܝܢܐ ܕܝܠܗ ܒܡܠܘܐ ܦܠܓܘܬܐ
ܐܣܟܘܣ . ܘܫܒܝܩܬܐ ܡܢ
ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܢܦܫܗ ܕܝܢ ܐܡܬܝ .
ܘܦܩܕ ܕܠܟܠܗܘܢ ܕܐܬܝܢ ܡܢܗܘܢ ܐܦܝܣ
ܢܦܩ ܘܠܐ ܠܘܬܗܘܢ ܕܐܪܥܐ . ܘܟܕ
ܡܫܝܚܐ ܡܢܘܬܐ ܕܐܦ ܐܬܐܡܪ ܡܢ ܕܪܬܐ
ܐܬܝܠܝܕܘܬܗܘܢ ܘܠܐ ܗܘܝܘ ܒܕܝܢܗ :
ܐܬܐܡܪ ܡܢ ܒܬܪ ܘܠܐ ܐܟܢܐ ܡܫܝܚ
ܘܡܛܠ . ܘܐܡܪ ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܝܢܐ
ܥܠܝܗ ܠܡܫܝܚܐ ܕܥܡܪ ܗܘܐ ܡܫܠܡܐ

ܘܐܦ ܡܫܬܘܕܝܢ ܠܐܠܗܘܬܐ ܟܝܢܐ
ܡܫܝܚܐ ܒܦܪܨܘܦܐ ܘܐܝܬܝܗ̇
ܦܝܠܘܣܘܦܘܣ ܐܡܪ ܕܟܠܗ ܒܟܝܢܗ
ܘܐܠܗܘܬܐ ܡܫܬܘܕܐ ܠܦܪܨܘܦܐ
ܠܐܠܗܘܬܐ . ܘܟܕ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܐܠܗܘܬܐ
ܐܬܪܡܝܘ ܠܗ ܘܡܠܟܬܗ ܘܟܕ ܚܙܘ
ܕܐܬܢܣܝܘܣ ܕܡܫܝܚ ܟܠܗ ܡܢܗܘܢ :
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܡܫܠܡܐ ܕܬܠܬܝܢܘܬܐ ܕܐܝܟܢܐ
ܕܡܬܟܢܫܝܢ . ܘܡܫܠܡܐ ܐܠܗܐ ܕܢܦܫܗ
ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܫܠܡܢܘܬܐ ܘܦܫܝܛܐܝܬ
ܘܠܐ ܟܠܗ ܒܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ
ܐܠܗܐ ܟܝܢܐ ܠܐ ܢܬܦܫܛ ܐܠܐ ܡܢ
ܘܦܪܨܘܦܐ ܕܐܬܘܣܦܘܣ
ܘܐܬܡܬܚܘ ܒܠܫܢܗ . ܘܐܡܪܝܢ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܢܫ ܕܐܬܘܡܢܘܬܗ ܐܘܣܝܣ
ܠܗܘܢ ܕܟܠܗ ܕܝܢ ܟܝܢܐ ܡܫܘܚܢ
ܒܡܫܝܚܐ ܡܪܢ . ܘܡܫܠܡ ܐܠܗܘܬܗܘܢ
ܒܬܪܐ ܠܡܣܬܟܠܢܘܬܐ . ܦܠܓܝ ܡܢ
ܐܘܟܝܢ ܒܪܝܬܐ ܕܐܬܝܠܝܕܘ . ܘܡܫܝܚ
ܕܐܢܫܐ ܡܦܠܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܗܕ ܦܪܨܘܦܘ ܒܪܝܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ
ܦܫܝܛܐ ܐܘܟܝܢܐ ܡܬܡܠܝܢ ܗܘܘ ܕܪܫܝܢ
ܦܘܪ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܫܠܡܢܘܬܐ ܘܡܛ .

*His itidem annis innotuit hæreſis Tritheitarum, quorum parens exſtitit Joannes Aſcuſnaghes, quod* utris fundum *rectè interpreteris. Is porrò Samuelis Petri Syri ex Rheſina in Meſopotamia viri docti diſcipulus fuit, qui per viginti annos Conſtantinopoli univerſam Græcorum eruditionem didicit. Eo magiſtro ſuo extincto, Joannes Cathedram ejus occupavit. Quumque aliquando ad Imperatorem intromiſſus, ab eodem de ſua religione rogaretur: Unam, reſpondit, Chriſti Verbi incarnati naturam profiteor; in Trinitate verò ſecundùm numerum perſonarum naturas, eſſentias, & deitates*

*ëtates tres ſupputo. Quamobrem ab Imperatore exilio multatus fuit. Scribit autem Joannes* 1 *Aſiæ, nos ejus cauſa fuiſſe præcipuè infamatos: quandoquidem ille ex nobis, & non ex Diophyſitis ſe eſſe profeſſus eſt. Per hæc tempora Imperatrix Theodora quendam ex filia nepotem habebat Athanaſium nomine, qui apud Amantium monachum Edeſſenum & Sergium* 2 *Presbyterum, qui orthodoxorum Patriarcha fuit, educatus eſt. Hic ſimiliter Chalcedonenſium communione rejecta, in eam hæreſim offendit, quum eſſet ſimplex frater, habuitque in errore ſocios Cononem Tarſenſem* 3 *& Eugenium ex Seleucia Iſauriæ. Sed & Joannes Grammaticus, cognomento Philoponus, Alexandrinus, quum Eccleſiaſtica eruditione clareſcere cœpiſſet, poſtremo eandem opinionem amplexus eſt. Exinceps populus noſter parvus in duas factiones ſciſſus eſt, atque ex noſtris quamplurimi Chalcedonenſibus adhæſere, quum dicerent: potius utique nobis eſt cum illis duas naturas, quàm cum iſtis quatuor admittere. Demum quum Joannes Utris fundum à magno Theodoſio reprehenſus, in ſuo errore perſiſteret, ab Eccleſia ejicitur, & paulò poſt moritur. Tunc verò Athanaſius monachus Demonſtrationes ab Utris fundo compoſitas in unum compingens volumen, Alexandriam tranſmiſit ad Joannem Grammaticum, qui & Philoponus. Qui de ea opinione tractatum conſcripſit, & ad Athanaſium miſit. Re cognita Alexandrini librum ſimul & auctorem condemnarunt. Cæterùm quum Tritheitæ eam ob cauſam omnium in ſe odium concitatum animadverterent, Imperatori ſupplicarunt, ut ipſorum cauſa publico judicio diſceptaretur. Id verò Patriarchæ Chalcedonenſium commiſſum fuit, ſimulque cautum, ne in ea diſputatione Patrum Diophyſitarum teſtimonia adhiberet, ſed Severi tantùm ac Theodoſii atque Anthimi. A Patriarcha itaque citati Diacrinomeni, illi videlicet noſtri, qui unam in Chriſto Domino naturam confitentur, conſtituta die adfuere. Adfuere pariter & eorum adverſarii. Et illorum quidem, nempe Tritheitarum partes tuebantur præcipuè Conon & Eugenius. Pro orthodoxis ſtabant Joannes Aſiæ & Paulus Sergii Patriarchæ poſtea ſucceſſor. Quatriduo coram Patriarcha Chalcedonenſium diſceptatum eſt &c.* Pergit referre, convictis ea diſputatione Tritheitis, hæreſim quoque ejuſmodi extinctam fuiſſe.

Julianus Preſbyter Nubas & Æthiopas pervertit.

Sub eodem Sergio Antiocheno & Theodoſio Alexandrino Monophyſitarum Patriarchis refert Bar-hebræus, Nubas Æthiopaſque per Julianum quendam Presbyterum Chriſtiana fide, ſeù potius Monophyſiticis

NOTÆ.

1 *Joannes Aſiæ*. Eum Anthimo in Epiſcopatu Monophyſitarum ſucceſſiſſe, teſtatur Bar-hebræus in eodem Chronico, ubi de Paulo qui in locum Severi ſuffectus eſt, f.266.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

*Joannes Amidenſis, Aſiæ Epiſcopus, qui poſt S. Anthimum orthodoxis Conſtantinopoli Epiſcopus præfuit, quinque ſuprà quinquaginta Epiſcopos numerat, qui Sedes abdicare maluerunt quàm Synodum amplecti: Ex his Conſtantinus fuit, qui propter ſuas virtutes meruit cum Patriarcha ad omnia Altaria proclamari: & Philoxenus, qui & Xenajas Mabugenſis &c.*

2 *Sergium*. Is ſectam fecit, de qua Timotheus libro de receptione hæreticorum apud Coteler. tom. 3. pag. 400. *Præter hos decima ſexta fuit ſecta illa Sergii, quæ à Petri factione receſſit propriamque conſtituit familiam*. Ubi de Petro Callinicenſi ſermo eſt, de quo nos infrà.

3 *Cononem & Eugenium*. Acta diſputationis hos inter, & *Paulum* ac *Stephanum* initæ coram Joanne Regiæ urbis Epiſcopo, Juſtino juniore imperante, refert Photius in Biblioth. Cod. 24. At pro *Stephano* Barhebræus *Joannem Aſiæ Epiſcopum* habet, ut infrà.

cis erroribus imbutos fuiſſe. Hanc hiſtoriam, quam Joannes Aſiæ & Dionyſius Patriarcha in Chronico tetigere, ut tom. 1. à pag. 381. notavi, accipe. [Syriac text]

[Syriac text]

*Per idem tempus Julianus Presbyter orthodoxus, qui Papæ Theodoſio Alexandrino Conſtantinopoli inſerviebat, incenſus pio zelo erga nigros Nubas ſuperiori Thebaidi finitimos, cogitare cœpit, ſi quo modo eos ad Chriſtianam fidem traduceret: erant quippe ethnici, & Romanæ ditionis terras vehementer vexabant. Mentem ſuam tandem Theodoræ piæ Imperatrici aperuit, quæ collaudato hominis conſilio, apud Imperatorem ſatagere cœpit, ut Julianus ad Nubas qoumprimùm mitteretur. At Imperatori alia mens: ut qui Epiſcopum Chalcedonenſem ad id munus animo deſtinaret. Nec mora: ejus religionis Antiſtitem adeſſe jubet, & unàcum legatis & magnificis donis ad Nubiæ regem maturare. Quo intellecto Imperatrix, Julianum è veſtigio monet, ut viam ipſe præoccupet. Ad Thebaidis Ducem interea ſcribit in hæc verba. Quoniam mihi & Imperatori viſum eſt ad Nubarum gentem legationem decernere, ſcias velim, Julianum Presbyterum hac cauſa à me*

*ine miſſum, alterum verò cum muneribus ab Imperatore. Tu interim cura, ut meum legatum ad prædictam gentem ſine mora præmittas, utque viam alteri legato aperiat, ſatagas. Dux Imperatricis mandato obſequutus, Imperatoris legatos tandiu remoratus eſt, donec Julianum ad Nubas perveniſſe certior eſt factus. Is verò per eam temporis intercapedinem, datis antea ad Regem Imperatricis literis, de Chriſtianæ religionis myſteriis multa diſſeruit, & eundem cum magna procerum multitudine Baptiſmo luſtravit. Significavit etiam ſchiſma à Chalcedonenſibus factum, & quod viris ſanctis peſſimè habitis, novam aliamque à Nicæna fidem ſtabilierint. Quum igitur legati Imperatoris cum epiſtolis & donis perveniſſent, Nubiſque ne ejectos & condemnatos viros ſequerentur, ſuadere conarentur, Rex Nubarum cum optimatibus reſpondit: Munera quidem Imperatoris ſuſcipimus, & duplum pro eis reddimus: ejectores verò & perſecutores ſequi nolumus. Etenim ſacrum Baptiſmum quem per præſtantem virum jam accepimus, iterùm accipere recuſamus. Atque hoc pacto univerſus Æthiopum populus orthodoxam fidem edoctus, Sedi Alexandrinæ ſe ſubjecit. Manſit autem apud eos Julianus duos annos &c.* Fabulam ex amore ſuæ ſectæ à Monophyſitis excogitatam hanc puto; præſertim quum Æthiopes (quo nomine & Nubæ à Barhebræo includuntur, ut rectè advertit & Renaudotius hiſtor. Alex. pag. 223.) ante hæc tempora fidem Chriſtianam amplexi fuerint, ut ex Theophane oſtendi to. 1. p. 360. Eâ tamen eidem Renaudotio dubium eximitur, quod ille de tempore converſionis Nubarum movet in hiſtor. Alex. pag. 178. de Iſaaco Patriarcha XLI. inquiens. *Nubiam olim Chriſtianam fuiſſe, paſſim apud Orientales ferè omnes Auctores legitur; & antiquiorem adhuc apud Æthiopas Habeſſinos fuiſſe Chriſtianæ fidei profeſſionem certiſſimum eſt: at quando Chriſtiani illi Jacobitarum errores acceperunt, incertum planè eſt: neque occurrit in hac hiſtoria quidquam de Nubiorum erga Alexandrinos Jacobitarum Patriarchas ſubjectione, hoc exemplo vetuſtius.*

3. PAULUS [1] cognomento ܒܝܬ ܐܘܟܡܐ *Beth-Uchame*, Alexandrinus genere, monachi habitum induit in cœnobio ܕܓܘܒܐ ܒܪܝܐ *Gubæ Barajæ*, & apud Theodoſium Alexandrinum verſatus eſt. Poſt Sergii obitum à Jacobo Zanzalo & Eugenio, vel ut alii ſcribunt, à Thoma Edeſſæ Epiſcopo in Patriarcham ordinatus, quum Alexandrinam Sedem ambiiſſet, ab Athanaſio Theodoræ Imperatricis ex filia nepote ex Ægypto diſcedere coactus; apud Aretham Gabalæ filium Arabum Regem ſe recepit: inde Byzantium profectus, Imperatoris operâ adductus eſt, ut Chalcedonenſem Synodum amplecteretur. Mox in Syriam reverſus, libellum ſupplicem Jacobo obtulit, ut in communionem Monophyſitarum reciperetur. Jacobus Monderi filii Arethæ precibus exoratus, Paulum veram religionem ejurantem admiſit. Verùm Alexandrinorum metu, qui ſchiſma inter Syros & Ægyptios moliebantur, coacta Synodo ſententiam depoſitionis in Paulum tulit: quumque in cœnobium Romani, quod in Ægypti finibus ſitum eſt, unàcum ſyncellis ſuis Sergio & Juliano cæteriſque Epiſcopis & Archi-

1 Paulus Beth-Uchame Patriarcha.

Julianus Zanzali Syncellus

NOTA.

[1] *Paulus*. Hæc de eo Timotheus Preſbyter Conſtantinopolitanus de receptione hæreticorum apud Cotelerium tom. 3. p. 397. *Paulianiſtæ à Paulo vocati, qui communicavit quidem cum Eccleſia Catholica, ſed poſtea Apoſtata factus, reverſus eſt ad hæreſim Acephalorum. Eum tamen Theodoſiani non admiſerunt, quod vel brevi tempore communicaſſet cum Eccleſia.* Quæ hiſtoriam Bar-hebræi mirifice confirmant.

Jacobi Zanzali interitus.

chimandritis Syris abiiſſet, ut Patriarcham in locum Pauli crearet, obiit die 30. Julii anni Græcorum 889.

Joannes Epiſcopus Cartaminenſis.
Sergius Zanzali Syncellus,

tribus poſt diebus, quàm Joannes cœnobii Cartaminenſis Epiſcopus & Sergius ejuſdem Jacobi Syncellus ibidem obierant, ܫܡܫ ܕܝܢ ܝܥܩܘܒ ܦܘܪܢܣܐ ܫܢܝܐ ܬܠܬܝܢ ܘܬܠܬ ܘܐܣܪܚ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܠܡܢܝܢܐ ܕܡܐܐ ܐܠܦܝܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ ܒܢܝ̈ ܛܟܣܗܘܢ:

*Epiſcopatum geſſit Jacobus* (inquit Bar-hebræus) *annos tres ſuprà triginta, ordinavitque Epiſcopos, Preſbyteros, & Diaconos ad centum millia.* Jacobo defuncto, Epiſcopi & monachi Syri in cœnobio Ananiæ, quod inter ܒܠܫ ܘܩܐܠܝܢܝܩܘܣ *Balam* & *Callinicum* ſitum eſt, congregati, ordinarunt in Patriarcham Petrum Pauli Callinicenſis filium,

Joſeph Epiſcopus Amidæ.

cui Joſeph Amidæ Epiſcopus manum impoſuit. Paulus verò è Syria aufugiens, Conſtantinopoli quadriennium delituit, ubi & vita defunctus eſt.

1 Petrus Callinicenſis Patriarcha.

4. Petrus [1] Callinicenſis anno Græcorum 889. Paulo ſuffectus, obiit anno 902. Hujus cum Joanne Archimandrita & Probo ac Stephano rixas iiſdem ferè verbis refert Bar-hebræus, ac Dionyſius in Chronico, quas ſuprà deſcripſi pag. 72. Ejuſdem cum Damiano diſputationem, quam loc. cit. tetigi, accipe. ܘܒܬܪ ܫܘܪܗܒܐ ܕܝܘܚܢܢ ܘܦܪܘܒܘܣ ܐܬܬܙܝܥ ܒܝܬ ܕܡܝܢܐ ܘܦܛܪܘܣ ܘܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܩܠܝܠ ܕܛܪܝܬܝܬܐ ܟܕ ܐܢܫܝܢ ܡܢܗܘܢ ܟܬܒܘ ܪܫܡܐ ܩܕܡܝܐ ܘܫܕܪܘܗ ܠܘܬ ܕܡܝܢܐ ܘܫܪܐ ܦܘܠܣ ܦܪܘܣܡܐ ܗܘܘ ܘܟܬܒ ܠܗܘܢ ܣܦܪܐ ܘܫܕܪܗ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܠܗܢܐ ܦܛܪܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܢܒܩܝܘܗܝ ܘܢܬܪܨ ܒܗ ܐܝܟܢ ܕܘܠܐ. ܘܟܕ ܩܪܝܗ ܦܛܪܐ: ܐܫܟܚ ܒܗ ܕܠܕܝܠܝܬܐ ܡܫܘܕܥܢܝܬܐ ܕܩܢܘܡܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ: ܩܢܘܡܐ ܩܪܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ. ܘܠܐ ܪܓܐ ܗܘܐ ܦܛܪܐ ܕܡܢ ܫܘܪܝܐ ܢܦܓܘܥ ܒܕܡܝܢܐ ܐܠܐ ܟܬܒ ܠܗ ܚܘܒ ܘܫܠܡܐ: ܘܩܠܝܠ ܕܡܢ ܡܕܡ ܐܟܘܬܗ ܒܟܬܒܐ ܕܐܫܬܕܪ ܠܗ. ܘܪܓܐ ܐܢܐ ܕܬܬܦܢܐ ܠܝ ܡܦܩܬܗ. ܕܡܝܢܐ ܕܝܢ ܟܕ ܩܒܠ ܠܟܪܝܘܬܐ: ܐܬܒܠܠ ܘܐܡܪ: ܕܡܢ ܫܘܪܝܐ ܠܡܐ ܠܐ ܐܬܟܬܒ ܡܟܬܒܢܘܬܐ. ܘܐܬܢܩܦ ܠܚܪܝܢܐ. ܘܪܓܐ ܦܛܪܐ ܕܢܟܬܘܒ ܒܢܘܣܐ ܠܕܝܢܐ. ܘܐܫܬܐܠ ܕܡܝܢܐ. ܘܦܪܫ ܟܬܒ ܦܛܪܐ ܘܐܟܬܒ ܠܐܝܠܐ ܡܐܡܪܐ ܠܘܩܒܠܗ ܕܕܡܝܢܐ.

*Poſt depoſitionem Joannis & Probi, cæpta eſt quæſtio inter Damianum Alexandrinum & Petrum Antiochenum. Nam quum Tritheitæ quidam aliqua capitula ſcripſiſſent eaque ad Damianum tranſmiſiſſent, inſtantes ut reſponderet, Damianus propoſitas quæſtiones ſolvit, ſuumque librum ad Petrum Antiochenum deferendum curavit, poſtulans ut illum examinaret, & corrigeret quæ emendatione indigere judicaſſet. Petrus librum percurrens, reperit proprietates notionales perſonarum S. Trinitatis perſonas ab Auctore appellari. Noluit tamen Damianum ab initio repre-*

## NOTA.

1 *Petrus.* Ejus meminit Timotheus in libro de receptione hæreticorum apud Cotelerium tom. 3. pag. 400. ubi & quæſtionem eum inter & Damianum agitatam tangit his verbis. *Petriani affirmant hypoſtaſim eſſe ſolas proprietates abſque ſubſtantia: eamque ob quæſtionem adeò cum ſecta Damianiſtarum contenderunt, ut ſcripta multa utrinque prodierint, quæ certamen eorum teſtantur.*

*prehendere, ſed errorem tantummodò eidem innuit, reſcribens, capitula quædam in eo libro occurrere, quæ ſibi dubia & obſcura viſa fuiſſent, quæ proinde expoſitione & commentario indigerent. Pupugit reſponſum hujuſmodi Damianum, ſuamque doctrinam ex invidia minimè fuiſſe receptam arbitratus, quæſtionem in diſſidium & contentionem vertit. Quumque Petrus generalem ea de re conventum indicere cogitaſſet, obſtitit Damianus. Tùm demùm Petrus arrepto calamo tres adversùs Damianum tractatus conſcripſit.* Renaudotius quum quæſtionis hujuſce ignarus eſſet, Ægyptios Scriptores ſequutus, in Petrum culpam rejicit, quem & hæreſeos accuſat hiſtor. Alexandr. pag. 145. inquiens: *Jacobitarum quoque res turbatæ per intermiſſionem antiquæ communionis inter eorum Eccleſiam Antiochenam & Alexandrinam; eò quod Petrus, qui Theophilo, inquit Severus,* (imò Paulo) *ſucceſſerat, in Synodica epiſtola quam ad Damianum ſcripſit, nova quædam contra fidem Trinitatis inſeruit, quem quum ad ſaniorem mentem reducere Damianus non potuiſſet, magna inter utramque Eccleſiam contentio exarſit, adeò ut demùm poſt annos viginti, hæretici illius morte finita fuerit.* Quod verò Renaudotius neque quis iſte Petrus fuiſſet agnoverit, liquet ex ſequentibus: *Sane poſt Petrum Fullonem nullum Petrum Patriarcham Antiochenum hiſtoria nobis repræſentat. Ut hæc de Petro Apameno accipiantur, non permittit temporum ratio. Itaque hæc in obſcuro ſunt, ut reliqua illius Patriarchæ hiſtoria.* Ita ubique definit. Rectiùs ſcripſit in Præfatione ejuſdem Hiſtoriæ Alexandrinæ circa finem, de rebus Antiochenis loquens. *Erit igitur operæ pretium, ut qui literarum Orientalium, præſertim Eccleſiaſticarum ſtudiis incumbent, tàm in Bibliothecis, quàm in Oriente nova ſubſidia, undè hæc hiſtoria illuſtrari poſſit, conquiri ſatagant, ut etiam ea quæ res Neſtorianorum in majori luce poſſint collocare.* Quod quàm feliciter ſtudio & liberalitate Sanctiſſimi Pontificis CLEMENTIS XI. præſtitum ſit, literaria præſertim reſpublica agnovit, quæ in ejuſdem obitu ingentem quam bonæ artes fecerunt, jacturam deflet. Sed in hanc memoriam vix ſine lacrymis incidimus.

5. JULIANUS Petri Syncellus, ex cœnobio Bar-Aphtonii, quod Kenſerinenſe dicitur. Sedit annos tres menſes quinque. In Dionyſii chronico deſideratur, ut etiam in hiſtoria Alexandrina Renaudotii p. 152. ubi Athanaſius Petri loco ſediſſe dicitur. Sed Juliani nomen præter Bar-hebræum exhibent etiam Barſalibæus & Diptycha Jacobitarum. De ejus opere adversùs Sergium & Joannem hæc idem Bar-hebræus. *Julianus Patriarcha.*

ܒܗܘܢ ܙܒܢܐ ܐܦ ܗܘܐ ܒܐܘܪܗܝ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܘܪܬܕܘܟܣܐ ܣܪܓܝܣ
ܕܡܬܩܪܐ ܐܪܡܢܝܐ. ܗܢܐ ܥܡ ܐܚܘܗܝ
ܝܘܚܢܢ ܕܠܥܠ ܠܡܟܬܒܢܘܬܗ ܕܡܪܝ
ܦܛܪܘܣ ܐܬܚܪܝ ܘܠܐ ܐܡܪ ܕܢܬܩܪܘܢ.
ܗܢܘܢ ܡܬܟܣܝܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܝܕ ܝܘܠܝܢܐ
ܡܟܣܢܘܬܐ ܡܩܒܠ ܒܡܠܐ ܘܡܬܒܠܝܢ
ܗܘܘ ܒܗܘܢ. ܘܡܢ ܡܣܩܢ ܐܬܟܠܝܘ
ܡܢ ܛܢܢܐ ܣܪܝܩܐ.

*Eadem tempeſtate Edeſſæ Epiſcopatum Orthodoxorum* (ideſt Monophyſitarum) *tenebat Sergius, Armenus nuncupatus, qui unà cum fratre Joanne in Mar Petri ſcripta inſurrexit, affirmans non eſſe utique legenda. Ambo nihilominus à Juliano Patriarcha reprehenſi fuere, poſtquam ſententias, quibus offenſi fuerant, illis expoſuiſſet: vixque ab inani & futili zelo ſe continuere.* Hic Sergius in ſerie Epiſcoporum Edeſſæ, quam ex Dionyſio tom. 1. à pag. 424. publicavi, deſideratur. *Sergius Epiſcopus Edeſſæ.*

6. ATHANASIUS, cognomento ܓܡܠܐ *Camelarius*, patria Samoſatenus, ex cœnobio Kenſerinenſi, *Athanaſius I. Patriarcha.*

ordi

ordinatus anno Græcorum 906. vel ut alii ſcribunt 908. Dionyſius in chronico Athanaſium refert anno Græcorum 915. in locum Petri ſuſfectum, ut ſuprà pag. 102. Impoſuit ei manum, inquit Bar-hebræus, Severus Hieroſolymorum Epiſcopus in cœnobio Kenſerinenſi. Athanaſius verò Severum fratrem ordinavit Samoſatæ Epiſcopum: & Alexandriam profectus, concordiam cum Anaſtaſio inter Antiochenos & Alexandrinos Jacobitas inſtauravit, quæ ſub Petro & Damiano rupta fuerat. Id accidit anno Græcorum 927. de quo vide Renaudotium hiſtor. Alex. pag. 152. Sub eo floruere inter Jacobitas Samuel, Eſaias, & Jonas Epiſcopi, quos Choſroës Perſarum Rex Eccleſiis Meſopotamiæ præfecit, Amidæ nimirùm, Edeſſæ, & Telæ. Et Samuel quidem atque Jonas in Aſſyriam, unde venerant, redire compulſi ſunt, propterea quod in diœceſes Patriarchæ ſubditas, ipſi non à Patriarcha, ſed à Maphriano Orientis electi, intruſi fuiſſent: Eſaias verò Edeſſenam Eccleſiam tenuit, donec ab Heraclio Imper. relegatus fuit. Nimirùm poſtquam Severus Narſetis Perſarum præfecti juſſu lapidibus obrutus eſt, Eſaias iſte à Choſroë in Edeſſenam Eccleſiam intruſus fuit: ac proinde in ſerie Epiſcoporum Edeſſæ collocandus poſt Severum tom. 1. pag. 425. Claruit & Thomas Heracleenſis, de quo hæc Bar-hebræus. [Syriac text]

Severus Epiſcopus Jeruſalem.

Severus Epiſcopus Samoſatæ.

Samuel. Jonas.

Eſaias Epiſcopus Edeſſæ.

Thomas Heracleenſis.

[Syriac text]

*Sub hæc tempora floruit Thomas Heracleenſis, cœnobii Taril monachus, qui à puero in Kenſerinenſi monaſterio literis græcis excultus, poſtea Mabugi* 1 *Epiſcopus fuit: exagitatus autem à Domitiano Melitinenſi, in Ægyptum profectus eſt, habitavitque in Anton Alexandriæ in ſacro Antonianorum monaſterio: ubi memorabili diligentia ſacrum Evangeliorum Codicem & reliquos novi Teſtamenti libros admodum exacta & accurata emendatione reſtituit poſt primam verſionem Philoxeni Mabugenſis ſtudio elaboratam.* Sub eodem Athanaſio Maruthas primus Jacobitarum Maphrianus creatus eſt, qui plures è Neſtoriana ſecta ad Monophyſiticam reduxit. Denique poſtquam Athanaſius annis 36. vel juxta alios, 44. Jacobitis præfuiſſet, obiit anno Græcorum 942. & in cœnobio [Syriac text] *Garumitarum* ſepultus fuit. Dionyſius obitum Athanaſii conſignat ad annum 955. ut ſuprà pag. 103.

1 Domitianus Epiſcopus Melitinæ.

Maruthas primus Jacobitarum Maphrianus.

7. JOANNES, cognomento [Syriac text]

Joannes I. Patriarcha.

N O T A.

1 *Mabugi*. Hinc fortaſſe Edenenſis Mabugum cum Germanicia confudit, quaſi una eademque urbs eſſet, quum legeret Thomam Heracleenſem, qui Germaniciæ Epiſcopus in omnibus Liturgicis Codicibus dicitur, à Bar-hebræo Mabugenſem appellari. Sed diverſas civitates eſſe, oſtendi ſuprà pag. 91. Utrique autem Thomam præfuiſſe, credibile eſt ex antiqua Jacobitarum conſuetudine, quod ubi exiguus ejus ſectæ numerus eſſet, pluribus civitatibus unus Epiſcopus præfici conſuevit.

ܕܣܕܪ̈ܘܗܝ *Sedrarum*, ex cœnobio Euſebonæ, Athanaſii diſcipulus, ordinatus ab Abraham Niſibis Epiſcopo anno Græcorum 942. Hic jubente Amro Saadi filio Arabum dynaſta Evangelium è Syriaco in Arabicum ſermonem interpretatus eſt. Sedit annos 18. Obiit anno Græcorum 960. menſe Decembri, ſepultus Amidæ in templo Zoaræ. Sub eo claruit Severus Sabocht Epiſcopus Kenſerinenſis, à philoſophicis, mathematicis & eccleſiaſticis ſtudiis commendatus; & Matthæus Alepi Epiſcopus.

Abraham Epiſcopus Niſibis.

Severus Sabocht Epiſcopus.

Matthæus Epiſcopus.

Theodorus Patriarcha.

8. THEODORUS in Scetenſi eremo primùm, deinde in Kenſerinenſi cœnobio monachus, ab Abraham Emeſæ Epiſcopo eodem quo Joannes obiit anno ordinatus, ſedit annos 18. Obiit anno 978.

Abraham Epiſcopus Emeſæ.

Severus Bar-Maſche Patriarcha.

9. SEVERUS, cognomento ܒܪ ܡܫܟܐ *Bar-Maſke*, ex cœnobio ܕܦܓܝܡܬܐ *Phaghimtæ*, Amidenſis primùm Epiſcopus, deinde à Joanne Tarſenſi in Patriarcham ordinatus anno 979. ſedit annos 12. obiit anno 991. Tàm hujus ordinationem, quam Theodori obitum ad annum 976. conſignat Dionyſius, ut ſuprà pag. 104. Severum inter & Sergium ܐܙܟܘܢܝܐ Zachonium atque Ananiam cœnobii Cartaminenſis alioſque Meſopotamiæ Epiſcopos orta contentio, ad quemnam ordinatio Epiſcoporum ejus regionis pertineret, ad Patriarcham ne, an ad Metropolitas. Severus exemplo Alexandrini Patriarchæ cunctorum ſibi ordinationem Epiſcoporum vendicabat. Illi contra, Nicænos canones allegabant, quibus definitur, ut Epiſcopi à proprio Metropolita ordinentur. Quum nemo à propria ſententia recedere voluiſſet, Patriarcha Epiſcopos, hi Patriarcham anathemate perculere: duravitque hujuſmodi contentio per annos quatuor, donec Severus obiit. Epiſcopi à Joanne Orientis Maphriano reconciliati ſunt.

Joannes Epiſcopus Tarſi.

Sergius Zachonius Epiſcopus.

Ananias Epiſcopus.

Joannes Maphrianus.

10. ATHANASIUS ܒܠܕܝܐ *Baladenſis* in Synodo Rheſinenſi poſt obitum Severi ab Anania Mardæ & Caphartutæ Epiſcopo ordinatus, anno Græcorum 995. Hic Severi Sabochtæ diſcipulus, in cœnobio Kenſerinenſi Græcam linguam edoctus, in monaſterio ܕܒܝܬ ܡܠܟܐ *Beth-Malchi* interpretandis in Syriacum ſermonem libris incubuit, ut notavi tom. 1. p. 493. Sedit annos 3. obiitque anno Græcorum 998. ܘܩܕܡ ܫܘܢܝܗ ܦܩܕ ܠܣܪܓܝܣ ܐܙܟܘܢܝܐ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗ ܪܝܫ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܢܣܡܘܟ ܠܓܝܘܪܓܝܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܥܡ̈ܡܐ ܛܝܝ̈ܐ. ܘܐܣܪܡܘܗܝ ܒܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝ ܒܬܪ ܬܪܝܢ ܝܪ̈ܚܝܢ ܕܫܘܢܝܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܒܫܢܬ ܬܫܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܡܢܐ. *Quumque ex hac luce migraturus eſſet,* (inquit Bar-hebræus) *Sergio Zachonio Metropolitæ quem Archiepiſcopum appellabat, præcepit, ut Georgium gentium Arabicarum Epiſcopum crearet: quem ordinarunt menſe Novembri, duobus poſt Patriarchæ obitum menſibus, anno* Græcorum *nongenteſimo nonageſimo octavo*. Dionyſius obitum Athanaſij ad annum 1015. differt. Claruit ſub Athanaſio Jacobus Edeſſenus, cujus geſta & obitum ex Bar-hebræo deſcribere juvat, quum in priori tomo pleraque ad ipſum ſpectantia in obſcuro reliquerim. ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܡܫܬܡܗ ܗܘܐ ܝܥܩܘܒ ܕܐܘܪܗܝ. ܡܠܦܢܐ ܕܒܟܬܘ̈ܒܐ ܐܬܬܣܝܡ ܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܗ ܠܐܘܪܗܝ ܡܢܗ ܕܗܢܐ ܐܬܢܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܫܢܝܐ ܡܥܡܕ

Athanaſius 2. Patriarcha.

Ananias Epiſc. Mardæ.

Georgius Arabum Epiſcopus.

Jacobus Edeſſenus.

ܡܢ

[illegible]

*Circa eadem tempora claruit Jacobus, Edeſſenus nuncupatus, quoniam poſtea eidem urbi præfectus eſt ab iſto Athanaſio Patriarcha. Natus eſt religioſiſſimus Jacobus Indabæ in caſtello regionis Gumiæ in agro Antiocheno, & in monaſterio Aphtonii quod Kenſerinenſe dicitur, Græcam linguam & ſacrorum librorum lectionem perfectè didicit. Inde Alexandriam profectus, ibique eruditus, in Syriam poſtliminio revertitur. Tandem Edeſſam delatus, illius Eccleſiæ Epiſcopus creatus eſt. Eam tamen Sedem, improborum quorundam Clericorum factione exagitatus, quum eorum inſolentiam ferre non poſſet, ſponte reliquit. Sed & cum Patriarcha Mar Juliano cæteriſque Epiſcopis pro Eccleſiaſticorum canonum obſervantia acriter pugnavit. Quum autem nemo ei aures præberet, ſed omnes, ut res tempori accommodaret, eum adhortarentur, ſacrorum Canonum collectos Codices ante monaſterii valvas, ubi Patriarcha morabatur, concremavit, alta voce proclamans: Canones à vobis conculcatos atque minimè cuſtoditos, quaſi ſupervacaneos & inutiles flammis devoveo. Indeque ſimul ad monaſterium Mar Jacobi de Chiſuma ſeſe proripiens, ibidem manſit. Ejus in locum Edeſſæ conſecratus eſt Epiſcopus Habibus ſenex vir mitis ingenioque aperto & candido, & ob morum ſuavitatem, comita-*

Habibus Epiſcopus Edeſſæ.

*mitatemque gratiſſimus. Jacobum verò monachi Euſebonæ ad ſe arceſſivere, apud quos per undecim annos Pſalmos & Scripturarum Græcam lectionem docuit, Græcumque ſermonem ferè jam exoletum reſtituit. Quam ob cauſam à Fratribus in Græcos peſſimè animatis vexatus, ad magnum cœnobium Teledæ migravit, ibique novennio commoratus, Veteris Teſtamenti libros emendavit. Interea Habibus mortuus eſt. Quamobrem Edeſſeni Patriarcham adiere, eique ſupplicarunt, ut Jacobum ad ſuam Eccleſiam redire pro poteſtate juberet. Paruit Jacobus. Sed poſt quatuor à recepta Sede menſes in Occidentem profectus, ut libros & diſcipulos ſuos ad ſuam Eccleſiam aſportaret, quum ad monaſterium perveniſſet libroſque ſuos præmiſiſſet, vita functus eſt anno Græcorum milleſimo decimo nono, die quinta Junii.* Hucuſque Bar-hebræus. Hinc emendandum primùm, quod ex Dionyſii Chronico de Jacobi Edeſſeni obitu ad annum Græcorum 1021. retuli in priori tomo pag. 426. & 488. Deinde quod de Orthodoxa ejuſdem fide ex Edenenſi & Nairono à p. 470. affirmavi, res ab eo ſub Jacobitis Patriarchis in locis & cœnobiis monophyſitico errore infectis geſtæ, & perpetua ejuſdem cum gente Jacobitarum ad mortem uſque communio, (ſiquidem vera ſunt quæ ex Bar-hebræo recitavi,) contrarium ſuadere videntur.

Julianus Patriarcha.

11. JULIANUS, cognomento ܪܘܡܝܐ *Romanus*, ideſt, *miles*, quod patre milite natus eſſet, in cœnobio Kenſerinenſi monaſticam vitam profeſſus, Amidæ ab Athanaſio Sarugenſi Epiſcopo in Patriarcham ordinatus eſt anno Græcorum 999. Sedit annos 21. Obiit anno 1019. quo & Jacobus Edeſſenus. Orta ipſum inter & Denham Maphrianum alioſque Epiſcopos contentio de juriſdictione. Synodicæ ad eundem Simonis Patriarchæ Alexandrini literæ laudantur à Renaudotio pag. 180.

Athanaſius Epiſcopus Sarugenſis.

Denha Maphrianus.

Elias Patriarcha.

12. ELIAS ex cœnobio Gubæ Baraiæ Epiſcopus Euphemiæ urbis, poſtquam eam Eccleſiam annis 18. rexiſſet, in locum Juliani electus fuit anno Græcorum 1020. Is anno 1022. juſſione à Valid Arabum Rege accepta Antiochiam cum monachis & clericis ingreſſus, novam Jacobitis Eccleſiam fundavit conſecravitque. *Id factum*, ut inquit Bar-hebræus *ducenteſimo tertio anno, poſtquam Severus Patriarcha inde receſſerat, nec ullus noſtrorum Orthodoxorum Patriarcharum, eam urbem ingreſſus fuerat ante hunc Eliam, qui hoc tempore Imperii Arabum Antiochiam ingreſſus eſt.* ܘܗܕܐ ܗܘܬ ܒܫܢܬ ܡܐܬܝܢ
ܘܬܠܬ ܫܢܝܢ ܕܢܦܩ ܡܢܗ ܣܘܪܘܣ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܠܐ ܐܢܫ ܕܝܠܢ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܬܪܝܨܝ ܠܐܢܛܝ
ܥܘܠܐ ܩܕܡ ܗܢܐ ܐܠܝܐ ܕܥܠ
ܠܗ ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܛܝܝܐ.
Verùm in hac epocha mendum eſt manifeſtum. Nam Severus Antiochia fugit anno Chriſti 518. qui idem eſt Græcorum 829. cui ſi annos 203. adjicias, habebis annum 1032. non 1022. Itaque à fuga Severi ad annum Græcorum 1022. quo Elias Antiochiam intravit, non fluxere anni 203. ſed 193. Porrò Elias poſtquam ſediſſet annos 14. obiit anno Græcorum 1034. licet Dionyſius ejus mortem conſignet ad an. 1040. Vide quæ ſuprà notavi de ejus ætate & ſcriptis à pag. 95. Renaudotius pag. 196. obſervat, *hujus Eliæ electionem non haberi à Jacobitis quaſi legitimam eo more majorum factam, quippe qui jam Epiſcopus & Eccleſiæ alligatus, ad Antiochenam transferri ſecundùm Canones non poterat*: & paucis interjectis, *Ea*, inquit, *translationum prima inter Orientales Schiſmaticos origo fuit: quæ apud Græcos à multis ſæculis frequentari cœperunt, etiam quum in Latina Eccleſia locum non haberent.* Nimirùm Syriacam hiſtoriam non viderat, in qua ante Eliam alii ex Epiſcopatu

ad Patriarchalem dignitatem evecti dicuntur, ut Severus Bar-Maske, & Athanaſius Sandalenſis.

Athanaſius Patriarcha.

13. ATHANASIUS Archimandrita cœnobii Gubæ Baraiæ, ordinatus menſe Aprili anno Græcorum 1035. in cœnobio Cartaminenſi per Theodoſium Rheſinæ Epiſcopum; vel, ut apud alios auctores legitur, ordinatus Edeſſæ à Georgio Arabum Epiſcopo, qui eodem anno obiit. Hic congregata Synodo Armenos cum Syris Jacobitis conciliavit anno Græcorum 1037. Obiit anno 1051. poſtquam ſediſſet annos 15. cujus mortem loco non ſuo refert Dionyſiani Chronici deſcriptor, hoc eſt, ad annum 1057. ut ſuprà pag. 107. Laudatur apud Elmacinum & Severum Aſmonæorum Epiſcopum, quos citat Renaudotius hiſt. Alex. p. 198. qui tamen fallitur, dum corruptas in Arabico Severi Codice literas reſtituere volens, pro *Athanaſio* Ignatium nominat.

Theodoſius Epiſc. Rheſinæ.

Georgius Epiſ. Arabum.

Joannes Patriarcha.

14. JOANNES ex monacho Zucheninenſi & Epiſcopo Hauræ, ab Athanaſio Sandalenſi Epiſcopo Maipheractæ per fraudem in Patriarcham electus eſt. Nam quum Epiſcoporum Synodus tres candidatos, quorum Joannes unus erat, ſorte eligi deſignaſſet, Athanaſius cui id munus Epiſcopi commiſerant, in tribus ſchedulis unius Joannis nomen ſcribi fecit. Ter itaque extractum veluti ex miraculo, ſed reverà quia ſolum in ſchedulis ſcriptum erat Joannis nomen, admirationem primùm Epiſcopis & populo creavit, ſed cognita poſtea fraude ſummum Athanaſio atque Joanni odium conflavit. Et quidem Athanaſius primus fuit, qui fraudulentæ electionis fructus, Patriarchæ nimirùm inimicitiam collegit. Quum enim Joannes Meruani Arabum Regis gratiam ingentibus donis ſibi conciliaſſet, cœpit Epiſcopos, ipſumque adeò Athanaſium aſpernari. Athanaſius eundem Meruanum adit, Joannem graviſſimorum criminum accuſaturus. Epiſcopi in factiones diviſi, maximè indignati in Joannem, quod is Amidenſem diœceſim in duas dividens, partem Severo ejuſdem urbis Epiſcopo, & partem Eſaiæ Aſpharinenſi adjudicaverat. Synodus tandem coacta eſt in Tarmana Cyrenſis ditionis pago, in qua Athanaſius à Joanne veniam petiit. Sed poſitas ſimultates mox reſumens, Epiſcopos Telæ congregavit, qui ipſum Summum & Principem Epiſcoporum ac Metropolitam magnum proclamarunt, Patriarchalem pene auctoritatem eidem deferentes. Joannes in Epiſcopos anathematis ſententiam tulit: qua illi conterriti, Athanaſio relicto, abſolutionem à Patriarcha poſtularunt. Athanaſius verò nihilo melior effectus, Epiſcopos quoque inſtituere cœpit, in quorum numerum etiam adlegit Iſaacum Haranitarum, & Joſue Bacrum Sigaræ, amoto Elia ejuſdem urbis Epiſcopo, qui primam Gregorii Theologi partem commentariis illuſtravit. Interim Joannes exactis in Patriarchatu ſexdecim annis, moritur anno Græcorum 1066. menſe Octobri, ejuſque corpus in Bedia بطيا pago ad Euphratem ſito conditum eſt. Agit de eo Renaudotius hiſt. Alex. pag. 211. ubi ex Severo Aſmonæorum Epiſcopo affirmat, *de Joanne nil aliud legi, niſi quod ab Epiſcopis ſuis vexatus eſt, tandemque pace inter eos facta obiit.* Quibus Barhebræi Chronico quidem conſonat, ſed repugnat quod infrà idem Renaudotius notat pag. 217. inquiens: *& ſanè, ut ex aliis hujus hiſtoriæ locis intelligitur, Elmacinique teſtimonio, nulla inter Joannem & Antiochenos Jacobitas, quandiù ille in vivis fuit, concordia coaluit.* Tum quod cit. pag. 211. obſervat, *nullum ſcilicet Antiochenum Jacobitarum Patriarcham fuiſſe uſque ad Abbaſidarum initia, nempe ſub Abdalla filio Safah.* Hæc porrò quomodo cum antecedentibus cohæreant, fateor me ne divinare quidem poſſe; quum idem Renaudotius frequentem Antiochenorum Jacobiticæ ſectæ Patriarcharum

Athanaſius Sàdalenſis Epiſc. Maipheractæ.

Severus Epiſc. Amidæ.

Eſaias Epiſc. Aſpharini.

Iſaac Epiſc. Haran.

Joſue Epiſc. Sigaræ.

Elias Epiſc. Sigaræ.

rum

rum mentionem ſuprà fecerit, ut ſuis locis ejus verba retuli.

Iſaac Patriarcha.

15. ISAAC ex monacho Cartaminenſi & Epiſcopo Haran, juſſu Abu-Giaafar Almanſor Arabum Regis in Patriarcham electus fuit eodem anno 1066. quo Joannes obiit, & Rheſinæ à Jacobo cœco Reſchiphæ Epiſcopo ordinatus. Hunc *illegitimum* vocant Syri & Ægyptii Jacobitæ. Refert autem Bar-hebræus, quum Iſaac in cœnobio ܕܦܘܪܓܣܐ *Turrium* in monte Edeſſæ monachum ageret, quendam peregrinum monachum ab ipſo hoſpitio exceptum, quod metallum in aurum convertiſſet nec eam artem Iſaacum docere voluiſſet, ab eodem interfectum fuiſſe; Abugiafarum autem, qui chimicæ artis peritum Iſaacum crediderat, quum eum omnino ejus artis rudem comperiſſet, anno Patriarchatus nondum expleto, hominem ſuffocari, ejuſque cadaver in Euphratem projici juſſiſſe. Plura de eo vide apud Renaudotium in hiſt. Alex. pag. 232. & 233.

Jacobus Epiſc. Reſchiphæ.

Athanaſius cognomento Sandalenſis, Patriarcha.

16. ATHANASIUS ܣܢܕܠܝܐ *Sandalenſis*. Eſt autem *Sandalia* Arabiæ urbs, de qua Photius in Biblioth. Cod. 3. *Quæ nunc Sandalia dicta, Arbylas appellarunt veteres*. Hic ex monacho Cartaminenſi Epiſcopus Maipheractæ renunciatus, ſub Joanne Patriarcha turbas plurimas excitavit, ut ſuprà dictum eſt. Poſt interitum Iſaaci in Patriarcham juſſu Abugiafari Regis electus, à Chriſtianis Haranitis, quod *Abdinenſem* ܥܒܕܝܢܝܐ Iſaaci diſcipulum ipſis invitis Antiſtitem ordinare deliberaſſet, noctu ſuffocatus eſt. Cadaver in cœnobium Cartaminenſe à monachis elatum, ubi & pro Sancto colitur, licet Eccleſiæ turbator & illegitimus Patriarcha exſtiterit. Qui ipſum interfecere, rumorem in vulgus ſparſerunt, à Rege Abugiafaro occiſum fuiſſe.

Renaudotius hiſt. Alex. pag. 234. exiſtimat, ab Athanaſio originem Maphrianorum Jacobitarum duci: *Quum enim is multos*, inquit, *ad fidem convertiſſet, ſeù quod veriſimilius eſt, in tanta Eccleſiarum præſertim orthodoxarum calamitate, qualis per Perſas & Arabes illata fuit, Jacobitis adjunxiſſet, Metropolitæ dignitatem & auctoritatem accepit in Synodo ita ut Epiſcopos in longinquis illis regionibus poſſet ordinare. Factum id aliquando, atque inde apud Jacobitas originem duxit conſtitutus poſteà iiſdem in provinciis Mofrian, ſeù Catholicus, qui Takritæ Sedem habuit.* Verùm eam apud Jacobitas dignitatem non ſub hoc Sandalenſi, ſed ſub altero Athanaſio, cui *Camelarius* cognomen fuit, jam ab anno Græcorum 940. inſtitutam fuiſſe, ex monumentis ſuæ ſectæ tradit Bar-hebræus, ut ſuprà vidimus: quin & idem Bar-hebræus, ubi de uſurpata à Sandalenſi Epiſcopos ordinandi ac deponendi auctoritate loquitur, illegitimam Eliæ depoſitionem ex eo exaggerat, quod is Maphriano ſubjectus eſſet: verba ejus accipe.

ܐܠܐ ܣܢܕܠܝܐ ܠܐ ܫܠܐ ܡܢ ܪܫܝܥܘܬܗ ܘܥܒܕ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܠܚܪܢ ܘܠܐ ܒܡܠܟܘܬܐ
ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܠܐܢܫ ܕܫܡܗ ܐܝܣܚܩ:
ܘܠܐܠܝܐ ܕܡܢ ܣܓܪܐ ܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ
ܘܡܠܦܢܐ ܗܘ ܕܦܫܩܗ ܠܬܐܘܠܘܓܘܣ ܩܕܡܝܐ
ܘܐܦܢ ܒܗܘܢ ܠܡܦܪܝܢܘܬܗ ܩܢܘܡ
ܡܕܝܢܬ ܡܦܪܝܢܐ: ܘܐܦ ܡܢ ܗܘ ܕܐܝܟܢܐ
ܘܡܦܪܝܢܐ ܐܬܟܠܝܘܗܝ ܗܘܐ. ܘܐܩܝܡ
ܐܢܫ ܚܠܦܘܗܝ ܓܒܪܐ ܠܒܝܫܐ
ܘܥܒܕܗ ܡܬܟܫܦܢܐ ܒܥܒܕ.

*Verùm Sandalenſis in ſua haud quieſcens impietate, Epiſcopum quidem Haranitis abſque Patriarchæ conſenſu quemdam Iſaac nomine ordinavit; Eliam verò Sigaræ, virum ſapientem & doctorem, qui priorem Theologi tomum mirificè expoſuit illuſtravitque, etſi ex MAPHRIANI diœceſi eſſet, ſubſti-*

*tuto in ejus locum viro quodam flagitioſo, qui Joſue Bacr dicebatur, condemnavit*. Maphrianus itaque jam exſtabat, & quidem à Sandalenſi diverſus, quique Orientalibus, ut vocant, non Occidentalibus Epiſcopis præerat. Renaudotium, ut id aſſereret, ex eo adductum puto, quia *in Synodo Epiſcoporum Athanaſius Sandalenſis Metropolitæ dignitatem accepit*: qua de Synodo Bar-hebræus loc. cit. ܘܒܬܪ ܠܐܘܪܚܬܐ ܗܦܟ ܘܫܝܢ
ܠܪܘܫܥܗ ܘܟܢܫ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܒܬܠܐ
ܘܐܟܪܙܘܗܝ ܪܫܐ ܘܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܪܒܐ.

*Poſt initam pacem* (hoc eſt, poſtquam Sandalenſis cum Joanne Patriarcha in Synodo Tarmanæ reconciliatus eſt,) *iterum ad ſuam impietatem reverſus, Epiſcopos in urbe Tela congregavit, à quibus Princeps & Metropolita magnus proclamatus eſt*. Verùm id factum de Epiſcopis Patriarchæ Jacobitarum ſubjectis intelligendum, qui Sandalenſem tamquam ſuum principem, & metropolitam, hoc eſt, veluti primum poſt Patriarcham declararunt; non de iis, qui ſub Maphriani poteſtate erant, qui præter Maphrianum ſuum, alium neminem metropolitam aut principem agnoſcebant.

Georgius Patriarcha.

17. GEORGIUS ex ܒܥܠܬܢ *Baaltan* pago oriundus, monachum egit in cœnobio Kenſerinenſi, ubi & Græcis literis operam dedit. Deinde Theodori Samoſatenorum Epiſcopi Syncellus factus, quum anno Græcorum 1070. poſt Sandalenſis obitum Synodus in urbe Mabugo coacta eſſet, omnium Epiſcoporum, præter Davidem Daræ & Joannem Callinici, conſenſu ex Diacono in Patriarcham ordinatur. Id factum in Dionyſii Chronico aſſignatur ad annum Græcorum 1066. ut ſuprà pag. 111. ſed amanuenſis mendum eſt, qui tam Georgii ordinationem, quàm intruſionem Joannis Callinicenſis loco non ſuo deſcripſit, quæ ad annum 1070. transferendæ ſunt.

Theodorus Epiſcopus Samoſatæ.

Auctor vitæ Chailis Alexandrini Patriarchæ XLVI. apud Renaudotium pag. 234. de Georgii ordinatione hæc habet. *Poſt ejus*, ideſt Athanaſii, *obitum venit ad nos Georgius quidam antea Chalcedonenſis, qui fidem Jacobiticam profeſſus eſt, & electus ordinatuſque eſt Patriarcha Antiochenus*. Renaudotius, qui præter hiſtoricos Ægyptios alium neminem de Syriacis rebus diſſerentem viderat, recitatis iis, quæ ſuprà retuli, verbis, ſubjungit: *An verò id factum in Ægypto, an verò Antiochiæ, ex verbis Auctoris divinare non poſſumus*. Nimirùm exiſtimavit, Ægyptium Scriptorem Georgii adventum in Ægyptum ſignificare. Verùm non hoc vult, dum ſcribit, *venit ad nos Georgius*,, ſed intelligit, Georgii à Catholica fide ad ſectam Jacobiticam, quam is ſcriptor profitebatur, tranſitum: quod tamen falſum eſſe, ex Bar-hebræo liquet, qui Georgium à puero Jacobitam fuiſſe & apud Jacobitas educatum diſertè affirmat, nec ab iſtis unquam deſciviſſe uſquam indicat.

Joannes Epiſc. Callinici Antipatriarcha.

Interea Meſopotameni Epiſcopi ſchiſmate facto Joannem Callinici Epiſcopum ſibi in Patriarcham conſtituunt, qui poſitas ad Orientem regiones per annos quatuor invaſit. Dionyſius in Chronico mortem Joannis ad annum 1076. recitat, ut ſuprà pag. 112. Renaudotius loc. cit. nullam ejus mentionem facit, ſed poſt Georgii ordinationem, hæc de intruſo Davide ſubjungit. *Paulò poſt Epiſcopus quidam nomine Abu-David* (ideſt, Pater David) *cujus mater nutrix fuerat Abugiafari Almanſoris Chaliphæ, in ejus locum intruſus eſt, Georgio in carcerem conjecto*.

David Epiſc. Daræ Antipatriarcha.

Eadem de Davide apud Bar-hebræum leguntur qui refert, poſt Joannis interitum ab Epiſcopis Schiſmaticis Davidem Daræ Epiſcopum in ejus locum juſſu Abugiafari Arabum Regis ſuffectum, apud eundem tyrannum egiſſe, ut Georgius in carcerem conjiceretur.

ܘܩܡ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܗܘ ܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝ
ܫܢܝ̈ܐ ܬܫܥ ܘܟܬܒ ܬܡܢ ܡܐܡܪ̈ܐ
ܫܦܝܪ̈ܐ ܘܡܕܪ̈ܫܐ ܘܩܢܘ̈ܢܐ ܟܒ
ܣܡ ܒܬܪ ܕܢܦܩ.

Georgii Patriarchæ ſcripta. *Manſit autem in carcere Mar Georgius novem annos, & ſcripſit ibi elegantes Orationes, & Hymnos: ſed & Canones 22. poſtquam inde exiit, conſtituit.* Ejuſdem Commentaria in quatuor Evangelia per modum interrogationis & reſponſionis exſtant in Biblioth. Vatic. Cod. Syr. ms. 16. Mortuo Abugiafaro quum Mohdius ejus filius regnum auſpicatus eſſet Georgius è carcere, hac tamen conditione dimiſſus fuit, ut Patriarchæ titulum abjiceret, dum David viveret. Ille verò Meſopotamia relicta, Antiochiam fugit, ubi amotis, quos David ordinaverat Epiſcopis, decem alios conſtituit. Demum in regione Claudiæ in cœnobio Barſumæ anno Græcorum 1101. deceſſit. Synodicas miſiſſe dicitur ad Joannem Alexandrinum Patriarcham XLVIII. apud Renaudotium pag. 242.

Quæſtio de Liturgia. Sub Georgio cœpta eſt famoſa apud Jacobitas quæſtio de iis verbis, quæ in Liturgia Syriaca in fractione Hoſtiæ leguntur, ܠܚܡܐ ܫܡܝܢܐ ܩܨܝܢܢ
ܒܫܡܐ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ :
*Panem cœleſtem frangimus in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*: quæ nonnulli tamquam uſu recepta nullumque errorem continentia, retinenda eſſe affirmabant; alii contrà tollenda contendebant, perinde ac ſi Panem cœleſtem à Verbo ac Filio Dei alium eſſe ſignificarent. Georgius ea verba neque probans neque improbans, ad Guriam Diaconum Edeſſenum, qui ipſum conſuluerat, hunc in modum reſcripſit. ܐܡܪ
ܡܢ ܕܒܪܐ ܠܡܠܬܐ ܡܫܘܚ ܐܢܐ. ܡܢ
ܐܡܪ ܕܝܢ ܠܐܠܗܐ ܡܠܬܐ ܡܫܘܚ ܐܢܐ.
ܒܫܡܗ ܕܝܢ ܕܐܩܢܘܡܐ ܩܕܝܫܐ

ܘܡܬܩܡܘܢ ܗܢܐ ܐܡܬܝ ܕܦܬܓܡ̈ܐ
ܐܬܥܠܝܘ ܠܗ ܡܢ ܬܫܡܫܬܐ ܕܥܕܬܐ
ܘܡܬܐ ܕܐܬܦܠܛܘ ܡܕܡ ܐܠܐ ܝܕܥܢܐ
ܗܢܐ ܐܠܐ ܕܠܚܡܐ ܫܡܝܢܐ ܩܨܝܢܢ
ܒܫܡܐ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ
ܒܐܢܐܦܘܪܐ ܕܝܠܗܘܢ ܡܫܬܟܚܝܢ. ܘܟܬܒ
ܡܠ̈ܐ ܐܚܪ̈ܢܐ. ܘܒܬܪܟܢ ܐܡܪ
ܒܬܘܕܝܬܢ ܠܚܡܐ ܕܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ
ܘܠܐ ܗܘ ܒܪܐ ܘܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬܘܗܝ.

*Quandonam ea verba in Eccleſiæ ritum inducta fuerint ignoro: quandonam verò rejecta ſint, ſcio. Jacobus enim primus Epiſcopus, & Marcus Petri ex diſciplina filius conſecrationem myſticam Corporis & Sanguinis Dei Verbi nobis tradidere, in quorum tamen Anaphoris minimè reperiuntur illa, Panem cœleſtem frangimus in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Et paucis interjectis ſubdit. *Væ nobis, ſi in noſtra confeſſione ſit panis, qui de cœlo deſcendit, neque ſit ipſum Verbum & Filius Dei.* Permiſit itaque, ut unuſquiſque quod ſibi de iis verbis videretur faceret, modò nulla contentio eorum cauſa in Eccleſia excitaretur.

18. JOSEPH ex Gubenſi cœnobio in Synodo Epiſcoporum, qui ܒܒܝܬܐ ܙܥܘܪܬܐ ܕܒܩܥܬܐ ܕܚܪܢ *in Beda minori in Valle Haran ſita* congregati fuerant, menſe Junio ejuſdem anni quo Georgium vita functum dixi, ordinatus, obiit in monaſterio Athanaſii ſuprà Telbeſme menſe Januario anni Græcorum 1103. quum unum Epiſcopum, Anthimum ſcilicet Baalbech, ideſt Heliopoleos in Libano ordinaſſet. Hunc omittit Renaudotius hiſt. Alex. pag. 242. ubi Georgio Cyriacum ſucceſſiſſe affirmat. — Joſeph Patriarcha. / Anthimus Epiſc. Baalbech.

19. CYRIACUS ex cœnobio ܕܒܙܘܢܐ *Bezonæ*, quod & *de Columna* ܕܐܣܛܘܢܐ — Cyriacus Patriarcha.

ܕܐܘܣܛܢܐ in ditione Callinici urbis dicitur, à Theodoſio Epiſcopo Baalbech in Synodo, quæ in urbe Haran habita fuit, die 8. vel ut alii ſcribunt, 15. Auguſti anni Græcorum 1104. in Patriarcham conſecratus, eodem anno Ananiam ex cœnobio S. Matthæi, quod in monte ܐܠܦܦ *Elpheph* ſitum eſt, Epiſcopum Mardæ & Caphartutæ ordinavit, ut Jeſu-Dena ܝܫܘܥܕܢܚ Scriptor Neſtorianus teſtatur. Hic verba illa Liturgiæ *Panem cæleſtem* &c. de quibus ſuprà, abrogare volens, Synodum hac de re in ܒܝܬ ܒܘܛܢܢ *Beth-Boten*, qui locus eſt ditionis Haran, celebravit. Obſtitere tamen Epiſcopi, nequid in Liturgia innovaretur. Quare ſancitum fuit ex communi ſententia, ut quiſque pro ſuo libitu iis verbis uteretur. Canones [1] præterea quadraginta ܠܘܬ ܬܘܪܨܐ *de reformatione* conditi ſunt. Circa eadem tempora Cyriacus Severum Samoſatenorum Epiſcopum anathematizavit, quod ſibi Samoſatam advenienti fores Eccleſiæ in faciem occluſiſſet. Anno Græcorum 1109. Gabriel Julianiſtarum Patriarcha Cyriacum adjit, rogans, ut gentem ſuam cum Jacobitis Severianis conjungeret, hac conditione, ut neque Juliano anathema dicerent, neque Severi nomen prædicarent, & qui alteri ſuperviveret, utrique populo in Patriarchatu præficeretur. Cyriacus Gabrielem ad communionem admiſit; ſed ne unio illa perficeretur, effecerunt Epiſcopi, qui diſertum anathema Juliano dici poſtulavere.

Theodoſius Epiſc. Baalbech.

Ananias Epiſc. Mardæ.

Quæſtio de Liturgia iterùm mota.

Severus Epiſc. Samoſatæ.

Gabriel Patriarcha Julianiſtarum.

Gubenſium monachorum altercatio.

Eodem tempore mortuo Baccho, Alepinorum Epiſcopo monachi Gubenſes Cyriaco ſupplicarunt, ut Xenajam quendam Bacchi diſcipulum in ejus locum ſubſtitueret. Cyriacus rejectis eorum ſupplicationibus Salomonem monachum cœnobii S. Jacobi apud urbem Cyrum, Epiſcopum ordinavit. Illi indignati, nec Salomonem receperunt, nec Patriarchæ nomen in Liturgia ampliùs recitavere. Prætereà Cyriacum apud Aaronem Raſcidum Chalipham accuſavere tamquam Saracenorum hoſtem, & Romæorum exploratorem. Cyriacus ab Iſmaële filio Saleh Chaliphæ Secretario, à quo ejus cauſa juſſu Raſcidi cognita fuerat, innocens declaratus, ad ſuum Callinicenſe cœnobium ſe recipit. Monachi verò in apertum ſchiſma prorumpentes, Epiſcopos quoſdam in ܫܠܙ *Scialaz* pago congregatos inducunt, ut duos Epiſcopos ordinarent. Contrà Patriarcha in ܓܘܒܪܝܢܐ *Gubrino*, quod ܩܣܛܪܐ ܕܩܘܪܘܣܛܝܢܐ *Caſtrum Cruſtenorum*, hoc eſt, *Cyrrhenſium* eſt, Synodum coëgit, in qua tàm Epiſcopos, quàm monachos illos Gubenſes excommunicavit: qui ad extrema redacti, Abrahamum quendam Cartaminenſem monachum ſibi in Patriarcham inſtituunt. Vixit Abraham hic Anti-Patriarcha ſub Cyriaco & Dionyſio Telmaharenſi uſque ad annum Græcorum 1148. ut infrà dicemus.

Salomon Epiſc. Alepi in locum Bacchi ordinatus.

Abraham Antipatriarcha.

Altera Cyriacum inter & Tagritenſes contentio orta eſt Simeonis Maphriani cauſa, quem illi multorum criminum apud Patriarcham accuſaverant. Cyriacus Simeonem niſi poſt iteratas Tagritenſium delationes damnare noluit, eo quod ipſius diſcipulus eſſet. Paulò poſt Simeone defuncto, Baſilius à Patriarcha ordinatur, qui cum monachis S. Matthæi de primatu contendere cœpit. Matthæani, quorum in cœnobio Sedes

Tagritenſium & Matthæanorum contentiones.

Simeon, & Baſilius Maphriani.

NOTA.

1 *Canones*. Citantur à Bar-hebræo, ut obſervavi pag. 90.

des eſt Epiſcopi Moſul ſeù novæ Ninives, authentiam & prærogativam Metropoliticam non ſecus ac Maphrianus Orientis, ſibi vendicantes, Baſilium Maphrianum & Cyriacum Patriarcham, quod ipſorum ambitionem repreſſiſſent, excommunicare auſi ſunt. Tandem Cyriacus bono pacis conſulturus, Metropolitæ titulum Danieli Moſulano conceſſit, hac tamen conditione, ut Tagritenſi ſubjaceret. Quibus peractis idem Cyriacus in urbe Moſul deceſſit die 19. Auguſti anno Græcorum 1128. poſtquam ſediſſet annos 24. & Epiſcopos 86. ordinaſſet. Corpus in urbem ſuam Tagrit navigio delatum. Ejus ſcripta recenſui ſuprà pag. 117.

Daniel Epiſc. Moſul.

De ſchiſmate Abrahami.

De Cyriaco Renaudotius hiſtor. Alexand. pag. 247. & ſeq. Ubi ſchiſma *Abrahami* quidem Anti-Patriarchæ tangit, ſed *hæreſim de Sacramento Euchariſtiæ* ex fide hiſtorici Ægyptii perperàm ei tribuit, in hæc verba. *Interea Orientales Provinciæ Antiocheni Patriarchatus Jacobitici turbatæ ſunt nova & inaudita quadam hæreſi, cujus artifex fuit Abrahamus quidam Metropolita Cyriaco ſubjectus; cujus verò Sedis, Auctor non commemorat. Eò verò uſque impietas ejus progreſſa eſt, inquit idem, ut de Chriſti ſacramentis multa abſurda perverſaque protulerit, quæ commemoraſſe noluiſſemus, niſi neceſſitas poſtulaſſet.* Subjungit ibidem: *Quæ verò fuerit illius ſententia, non explicandum arbitratus eſt.* Et paucis interjectis: *Cyriacus* Marci Alexandrini hortatu *omnem operam adhibuit, ut hæreticum illum* (Abrahamum) *ad ſanam doctrinam reduceret: verùm fruſtra: nam in errore ſuo obſtinatus, multos etiam Epiſcopos Patriarchatus Antiocheni ad ſe pertraxit, adeò ut ab Eccleſia Jacobitica ſeceſſionem fecerint; eoſque Orientales* Abrahamæos *vocaverunt.* Hæc Scriptor Ægyptius. Verùm aliam fuiſſe ſchiſmatis Abrahamæorum cauſam, nec illos de hæreſi aliqua à Cyriaco cæteriſve Jacobitis notatos, jam vidimus ſuprà ex Bar-hebræo, qui res gentis ſuæ meliùs ſcire potuit, quàm Ægyptu. In eo ſtabat tota *Cyrrhenſium* & *Gubenſium*, quos *Abrahamianos* vocavere, contentio, ne ex Liturgia Syriaca verba illa *panem cœleſtem &c.* tollerentur, quæ Cyriacus ejuſque ſucceſſor Dionyſius improbare dicebantur, qui tamen ea neque approbabant, neque improbabant, ſed Sacerdotum arbitrio omittenda vel recitanda relinquere, ut infrà ſermo erit. Hinc in vita Dionyſii idem Bar-hebræus;

ܘܓܘܒܝܐ ܐܬܟܢܫܘ ܟܢܘܫܝܐ ܥܡ
ܩܘܪܘܣܝܐ ܘܐܬܘ ܠܘܬ ܐܒܪܗܡ ܗܘ
ܕܩܡ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܬܠܡܕܗ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܐܡܪܘ. ܥܕܡܐ ܠܐܡܬܝ ܡܚܪܡܝܢ
ܚܢܢ ܘܡܬܦܪܫܝܢ ܡܢ ܥܕܬܐ. ܗܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܩܘܪܝܩܘܣ ܗܘ ܕܡܫܬܕܠ
ܗܘܐ ܕܢܬܥܩܪ ܒܠܬܐ ܗܝ ܕܡܛܠܬܗ
ܐܬܦܠܓܢ: ܡܝܬ ܠܗ: ܘܨܒܝܢ
ܕܢܬܪܥܐ ܠܥܕܬܐ: ܐܡܪ ܕܝܢ ܗܘ
ܡܪܡܝܢܐܝܬ ܩܕܡܝܗܘܢ. ܘܐܦ ܐܢܐ ܡܚܝܢܐ
ܘܡܛܠܬܟܘܢ ܡܚܝܬ ܘܐܨܛܥܪܬ. ܒܪܡ
ܡܬܟܬܪܝܢ ܚܢܢ ܕܢܫܬܘܩ ܥܕܡܐ
ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ. ܘܐܢ ܡܩܒܠܝܢ ܐܢܫ
ܘܐܡܪ ܠܗ ܠܥܕܬܐ ܘܐܦ ܚܕ ܐܢܐ:
ܚܣܝܐ ܐܢܘܢ ܠܝ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܠܡܗܘܐ
ܘܡܫܬܘܐ ܘܡܬܚܒܪ ܐܢܐ ܠܥܕܬܐ.

*Tùm verò Gubenſes facto cum Cyrrhenſibus agmine, ad Abrahamum conſtitutum ſibi Patriarcham convenere. Et quo uſque tandem, ajunt, cenſuris illigati manebimus, & ab Eccleſia diſſidebimus? En Cyriacus Patriarcha, qui de expungenda voce, pro qua ſciſſi ſumus, ſatagebat, interiit, noſque Eccleſiæ reconciliari volumus. Abrahamus verò ſubdolè reſpondit. Ego quoque ob ſtudium erga vos meum vapulavi & ignominia atque dedecore affectus ſum. Nihilominus ſuperſedendum arbitror, dum Epiſcopis Antiſtes*

tiſtes

*tiſtes præficiatur. Quodſi quempiam creaverint, qui vel una dumtaxat vice illam vocem uſurpaverit, anathema ſim, niſi hanc dignitatem abdicavero, & in ſilentio deinceps agam.* Hanc igitur ſolam diſſenſionis cauſam ſchiſmatici illi obtendebant, nequid ſcilicet in antiquo Liturgiæ ritu innovaretur, non quòd ipſi de Sacramento Euchariſtiæ malè ſentirent, ut loc. citat. ſuſpicatur Renaudotius, vel quod iidem velut hæretici à cæteris Jacobitis Syris haberentur; quidquid aliter ſcripſerit Barſalibæus in expoſitione Miſſæ Syriacæ cap. 16. cujus verba retuli pag. 203. ubi *Neſtorianam hæreſim* iis affingit, quaſi *Panem cœleſtem*, hoc eſt, Euchariſtiam conſecratam & in corpus Chriſti jam tranſmutatam, à Verbo Deo, quem poſt ea verba *Panem cœleſtem frangimus &c.* nominant, juxta errorem Neſtorianorum dividerent. Nemo eorum, qui ſub ea tempora vixit, errorem hujuſmodi Abrahamianis oppoſuit, ſed proceſſu temporis, qui de quæſtionis ſtatu parùm edoctus erat, hæreſim quæſivit in controverſia, quæ ad ſolam diſciplinam ſpectabat, & in qua id unicè diſputabatur, an ſcilicet è Liturgia expungenda eſſent ea verba, quæ hæreſim quidem in ſe nullam continent, ſed quibus hæretici Neſtoriani ad ſui erroris confirmationem abutebantur. Nunc ad Chronicon Bar-hebræi regrediamur. Poſt mortem Cyriaci electus fuit in Patriarcham Jacobitarum

Dionyſius I. Patriarcha.

20. DIONYSIUS ܬܠܡܚܪܝܐ *Telmaharenſis*, Chronici Auctor, de quo ſuprà à pag. 98. Hic in cœnobio Joannis Bar-Aphtonii, quod Kenſerinenſe appellatur, monaſticam 1 vitam profeſſus, ad monaſterium S. Jacobi Chiſumenſis tranſiit: ubi quum duos annos egiſſet, interloquente in Synodo Epiſcoporum Theodoro, idoneus judicatus fuit, qui diviſum Jacobitarum populum conjungeret. Itaque Baſilio Maphriano Tagritenſi, Barhadbeſciaba Margæ, Joanne Germaniciæ, Anaſtaſio Damaſci, cæteriſque Epiſcopis libello electionis ejus ſe ſubſcribentibus, Diaconus primùm ordinatur in monaſterio *de Columna* feria ſexta: deinde Sabbato Presbyter in cœnobio Sancti Zachæ: Demùm Patriarcha feria prima, Kalendis Auguſti anni Græcorum 1129. in Eccleſia urbis Callinici, imponente ipſi manum Theodoſio ejuſdem urbis Epiſcopo. Hæc Dionyſius ipſe de ſua electione apud Bar-hebræum. Subjungit, Abrahamum Anti-patriarcham, quum ſpe ſua ſe fruſtratum vidiſſet (nam in ea Epiſcoporum 45. Synodo, quæ Callinici ad ſchiſma tollendum menſe Junio anni 1129. congregata fuerat, dignitatem Patriarchalem ſibi ultrò deferendam ſperaverat,) Gubenſes alioſque factionis ſuæ homines ad denegandam Dionyſio obedientiam excitaſſe his verbis. ܚܙܘ ܡܢܐ ܥܒܕܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܡܢ ܕܝܪܐ ܘܡܕܝܢܬܐ ܕܓܪܕܬ ܠܚܡܐ
ܘܠܫܡܝܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܐܩܝܡܘ ܠܗܘܢ ܪܝܫܐ.
ܐܠܐ ܗܘܐ ܡܦܩܕ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܡܠܬܐ
ܕܐܠܗܐ ܕܐܢ ܗܘ ܕܢܦܩܬ ܐܢܫ ܠܐ
ܬܩܒܪܘܢ ܦܓܪܝ ܥܕܡܐ ܕܬܩܝܡܘܢ
ܪܝܫܐ ܒܕܪܓܐ ܗܢܐ ܕܐܚܝܕ ܐܢܐ
ܘܠܐ ܬܬܚܠܛܘܢ ܥܡ ܗܠܝܢ.

*Videte quid egerint Epiſcopi. Ex cœnobio & urbe quæ vocem* Panem cœleſtem *expunxit, Antiſtitem ſibi crearunt. Nunc igitur in verbo Dei præcipio vobis, ne quum rebus humanis exceſſero, corpus meum humari velitis, donec Præſulem in hac quam teneo, dignitate conſtitueritis, neve cum iſtis*

Baſilius Maphrianus. Barhadbeſciaba Epiſc. Margæ. Joannes Epiſc. Germaniciæ. Anaſtaſius Epiſcopus Damaſci.

Theodoſius Epiſcopus Callinici.

N O T A.

1 *Monaſticam*. In Zucheninenſi cœnobio Dionyſium per annos aliquot commoratum fuiſſe, liquet ex ejuſdem Chronico, ut ſuprà notavi pag. cit. Id factum fortaſsè antequam ad cœnobium S. Jacobi tranſiiſſet.

*iſtis reconciliemini*. Paruerunt illi Abrahamo, & à Dionyſii quidem communione quandiu is in vivis fuit, abſtinuere. Dionyſius verò ſtatim ac in Patriarcham à Synodo ordinatus fuit, in Cyrrheſticam regionem profectus, Presbyteros, Diaconos & populum ibi congregavit, ut eos ad unitatem Jacobiticæ Eccleſiæ reduceret. Idque facilè impetravit, quum ii certiores facti fuiſſent, verba illa *Panem cœleſtem* nequaquam ab ipſo, ut opinabantur, impugnari. Abraham in Cyrrhenſes, qui ſuas partes reliquerunt, anathema intentans, eos ad priſtinum errorem revocavit. Dionyſius Cyro Antiochiam, inde in Meſopotamiam & Bagdadum ſe contulit: mox Circiſium, Chaboram, Niſibin, Daram, & Caphartutam petiit, & ab Othmano Duce juſſionem obtinuit inſtaurandi cœnobium Kenſerinenſe, quod igni concrematum fuerat. Monachos etiam Euſebonæ, quod in ditione Antiochena cœnobium eſt, ejuſdem Ducis juſſu ſibi ſubjecit, qui Abrahamo parebant. Abrahamus Ducem Abdallam Taheri filium Callinici commorantem adit, Dionyſium accuſaturus. Adfuit apud eundem Abdallam & Dionyſius. Abdalla quum utrumque audiiſſet, Abrahamo præcepit, ne titulum Patriarchæ in poſterum aſſumere auderet, quem Jacobitæ omnes ante atrium ipſius Abdallæ non ipſi, ſed Dionyſio deberi conclamaverant. Ille verò ad Mamonem Chalipham confugiens, quum Privilegium, quod olim Ali filius Abi-Taleb ſocer Mahometis pſeudoprophetæ, vir apud eam gentem celeberrimus, cœnobio Gubenſi conceſſerat, oſtendiſſet, literas ab eodem obtinuit, quibus à Dionyſii juriſdictione eximebatur. Abdalla Callinici Dux à Dionyſio exoratus, ad Mamonem reſcripſit, ut conceſſum Abrahamo privilegium abrogaret. Prætereà Abrahamum ipſum Dionyſio puniendum tradidit. Dionyſius cucullâ hominem exuit, & à Patriarchæ titulo abſtinere juſſum dimiſit. Ille Cyrum abiit, iterumque tumultuari cœpit. Quare comprehenſus Abdallæ juſſu, iterùm veſtimentis Patriarchalibus nudatus fuit. Anno 1136. Dux Abdalla in Ægyptum migravit. Mohammad verò ejus frater vir in Chriſtianos malè animatus, quidquid in Eccleſia Edeſſæ inſtauratum fuerat, dejici juſſit: Eccleſiam nimirum quadraginta Martyrum, & Diaconium, & Sacrarium, & Baptiſterium: nec non monaſterium monialium Chalcedonenſium: fanum denique ſuperſtitioni Mahometicæ in Tetrapylo veteris Eccleſiæ conſtruxit. Quamobrem Dionyſius in Ægyptum navigavit, Abdallam Taheri filium rogaturus, ut fratrem à perſecutione Edeſſenorum compeſceret. Edeſſenis Metropolita præerat Theodoſius Dionyſii ipſius frater, de quo & de Antonio Rhetore ejus laudatore hæc Bar-hebræus: ܗܢܘ ܗܢܐ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ

Theodoſius Epiſ. Edeſſæ. Antonius Rhetor.

ܐܦܩ ܟܬܒܐ ܕܡܫܘܚܬܐ
ܕܬܐܘܠܘܓܘܣ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ.
ܘܥܠܘܗܝ ܐܡܪ ܡܥܗܕܢܘܬܐ ܐܢܛܘܢܝܣ
ܘܦܠܛܘܦܘܠܘܣ. ܘܒܡܐܡܪܐ ܐܚܪܝܐ
ܣܦܝܩ ܗܘܐ ܕܢܬܐܡܪܘܢ ܡܢܗ ܟܠ.
ܘܡܢ ܗܘܢܐ ܚܟܝܡܐ ܕܡܫܘܚܬܗ ܘܡܕܪܫ
ܘܡܬܘܬܒܘܬܗ ܦܫܝܩܐ ܠܐܬܝܬܐ
ܐܬܚܙܝ ܗܘܐ ܗܘ ܐܢܫ ܕܚܟܝܡܐ
ܐܠܐ ܟܝܢܐ ܐܝܟ ܕܐܫܬܥܝ ܟܠ
ܡܠܦܢܐ ܘܫܡܥܐ ܕܐܡܪܝܢ. ܐܠܐ ܡܟܝܠ ܕܝܢ
ܡܢ ܗܢ ܕܫܘܬܐ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܠܐܠܗܘܬܐ
ܡܢܗ ܕܦܫܝܩܐ ܟܬܒܐ ܐܝܟ ܗܢܐ
ܡܬܡܪܐ ܘܠܐ ܟܕܘ ܒܡܬܡܠܠܢܘܬܗ.

*Hic Theodoſius librum Carminum Theologi è Græco Syriacum fecit: cujus & meminit Antonius Rhetor monachus in poſtrema, hoc eſt, quinta* Ora-

*Oratione, quam Rhetorem Philoponi inſcripſit: ubi eundem ob variarum linguarum peritiam admirandum prædicat. Hinc porrò palàm fit ſub Dionyſio Patriarcha Telmaharenſi floruiſſe Antonium monachum Tagritenſem, quemadmodum nobis viri docti & ſenes hoc ævo ſuperſtites prodiderunt. Miror tamen virum adeò eximium à Patriarcha in ſuis ſcriptis præteritum, nec ullam de ipſo mentionem ab eo fuiſſe factam.* Dionyſius quum in urbe Tani in colloquium Jacobi Patriarchæ Alexandrini veniſſet Chriſtianiſque Ægyptiis tributum minui procuraſſet, impetratis, quas ab Abdalla petierat, literis, in Syriam rediit. Profectionis ejus in Ægyptum meminit Renaudotius hiſtor. Alexan. pag. 270. qui eundem pag. 256. Synodicas ad Marcum Jacobi deceſſorem dediſſe affirmaverat. Per idem tempus Philoxenus Niſibis Epiſcopus à Nonno Archidiacono multorum criminum accuſatus, & in Synodo Rheſinenſi damnatus, in Cyrrheſticam apud Abrahamum Anti-patriarcham ſe recepit; Inde ſchiſmaticos Niſibin deducens, eam ipſis Eccleſiam tradidit. Judæi quoque de primatu altercati ſunt. Nam Tiberiadenſes quidem Davidem quendam ſibi præfecerunt: Babylonii verò Danielem ex Ananitarum ܥܢܢܝ̈ܐ ſecta, qui Sabbatum ſolventes, feriam quartam ejus loco obſervant. Eorum cauſa ad Mamonem Chalipham delata, is lege lata ſanxit, ſi decem cujuſcumque religionis viri in unum congregati Antiſtitem ſibi creare vellent, ſive Chriſtiani ſint, ſive Judæi, aut Magi, id ipſis fas eſſe.

Philoxenus Epiſc. Niſibis.

Judæorum diſſidium.

Anno Græcorum 1140. menſe Martio Dionyſius Lazarum Babylonis, ſeù Bagdadi Epiſcopum à civibus ſuis accuſatum depoſuit, Mamone Chalipha, ad quem Lazarus appellaverat, ſententiam Patriarchæ approbante. Ex hoc Bar-hebræi loco diſcimus, quis & qualis fuerit & quando vixerit *Lazarus* cognomento *Philoxenus*, Anaphoræ auctor, de quo ſuprà pag. 123. Anno 1141. menſe Octobri Dionyſius Patriarcha poſtquam Epiſcopum loco Lazari Bagdadenſibus creaſſet, Tagritum primùm, inde in urbem Moſul abiit. Hìc quum Baſilium Maphrianum in cœnobio ܕܚܢܝ̈ܩܝܛܐ ܕܠܒܪ ܡܢ ܒܠܕ *Hanikitarum quod extra Balad ſitum eſt*, vita functum comperiſſet, Danielem ex monaſterio ܒܝܪܩܘܡ *Birkumenſi* in ejus locum ſubſtituit. Mox in Syriam regreſſus, Damaſcum cum Mamone, inde Ægyptum petiit, legatione ejuſdem Mamonis functurus ad Chriſtianos *Byamitas* [1], qui inferiorem Ægypti regionem incolebant: ut nimirùm eos ad Mamonis obedientiam revocaret, à quo propter intolerabilem Præfectorum in exigendis tributis ſævitiam rebellaverant. ܘܐܦ ܐܠܐ ܒܫܡܘܪ̈ܝܐ ܕܡܨܪܝܢ ܟܕ ܒܫܡܘܪ̈ܝܐ ܡܪܕܘ ܘܢܦܩܘ ܠܘܬܗܘܢ܆ ܐܝܟ ܕܚܝܠܐ ܠܐ ܪܓܝܐ ܫܡܝܐ܆ ܘܐܙܕܟܝ ܗܘܐ ܫܡܘܐܝܠ ܘܡܘܫܐ ܘܡܢ ܕܫܪܟܐ ܘܡܠܟܘܬܗ ܘܡܠܟܐ ܩܕܝܫܘܬܗ ܩܠܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܐܦܝܣ ܘܫܘܪܝ ܐܢܘܢ ܟܠܗܘܢ ܠܐܬܪܗܘܢ. ܘܡܢ ܐܬܪ ܠܡܨܪܝܢ ܘܫܠܡܘܗܝ ܟܐܘܪܐ ܡܒܝܐ. ܘܗܘܐ ܦܫܪܘܬܐ

Lazarus Epiſc. Babylonis

Baſilius Maphrianus.

Daniel Maphrianus.

NOTA.

1 *Byamitas*. *Bimajos*, & *Bimaidas* appellat Pocockius in verſione Eutychii tom. 2. pag. 429. ubi id factum totidem verbis, ſuppreſſo dumtaxat Dionyſii & Joſephi Patriarcharum Jacobitarum nomine narratur. Renaudotius hiſtor. Alex. pag. 272. multa de iis differens, Romæos, hoc eſt, Græcos, non Coptos eos fuiſſe opinatur: nec advertit, Byamitas, de quibus Eutychius & Bar-hebræus hoc loco, eos ipſos eſſe, quos Elmacinus & Auctor vitæ Juſabi Patriarchæ *Bſammyritas* appellant. Vide eundem Renaudotium pag. 279.

ܦܛܪܝܪܟܐ ܟܠܗ ܡܕܢܚܐ ܘܐܬܪܝܗ
ܘܢܬܩܕܫ ܒܡܪܥܝܬܐ. ܘܢܣܒ
ܦܘܪܢܐ ܘܢܦܩܘܢ ܠܐܘܪܚܗܘܢ.

*Quumque Patriarcha noſter*, ideſt, Dionyſius, *unàcum Joſepho* Alexandrino Coptorum *Patriarcha ad reconciliandum eos*, (Byamitas) *profectus fuiſſet*, (inquit Bar-hebræus) *Aphſcinus militiæ præfectus pacem noluit, ſed villas eorum, vineas, hortoſque igni comburens, plurimos quidem internecione delevit, reliquos verò in ſervitutem redactos, navibus Antiochiam deportari juſſit, inde Bagdadum, pleriſque in itinere extinctis. Itaque Patriarcha ad Mamonem regreſſus, ſignificavit, Byamitas injuſtè vexatos fuiſſe: acceptoque mandato, Damaſcum petiit.* Hæc Bar-hebræi verba ideò recitavi, ut ſcrupulum Renaudotio eximerem, qui idem factum in hiſt. Alex. pag. 279. ex Auctore vitæ Juſabi, ſeù Joſephi Patriarchæ LII. referens, dubitationem movet, num ea, quæ hìc de *Byamitis*, ſeù ut ipſe vocat, *Bſchammyritis* narrantur, ad Juſabum, an ad alium Patriarcham, nempè Jacobum, pertineant. Dionyſius enim, qui vivus & præſens aderat, ſub Joſepho id factum diſertè narrat: pergitque cit. loc. apud Bar-hebræum differere de mirabilibus quæ in Ægypto viderat, nimirùm de Obeliſcis, de Pyramidibus, & de Columna ad metiendas Nili aquas; demùm varios notat Coptorum Chriſtianorum quos ipſe reprehendit, abuſus; ut craſſam rerum naturalium divinarumque ignorantiam: nec non regnantem ubique ſimoniam; & quod Sacramentum Baptiſmi differre ad quadrageſimum & octogeſimum diem ſolerent, cum maximo ſalutis puerorum periculo.

Anno Græcorum 1146. Dionyſius Tagritum venit, & Matthæanos monachos cum Tagritenſibus de primatu diſſidentes hac conditione reconciliavit, ut Metropolitæ cœnobii S. Matthæi nomen bis dumtaxat per annum in Eccleſia Tagritenſium, quæ in urbe Moſul eſt, in divinis officiis proclamaretur: in Feſto ſcilicet Hoſannarum, & in conſecratione Chriſmatis Feria quinta majoris hebdomadæ: ܡܢ ܒܬܪ ܫܘܠܛܢܐ ܕܝܠܗ

ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܠܡܦܪܝܢܐ
ܘܐܬܚܝܠ ܗܘܐ ܒܟܠܗ ܡܕܢܚܐ.

*Cæterùm poſt Antiochiæ Patriarcham Maphriano Tagriti in toto Oriente Primatus eſſet.* His peractis quum Thomam Tagriti Maphrianum in locum Danielis, qui per eos dies vita functus fuerat, ordinaſſet, in Syriam ſe recepit: inde Bagdadum repetiit, ſalutandi ergo Motaſimum Chalipham Mamonis filium, qui patri ſucceſſerat: ubi & reperit Nubiæ Regem, qui ad teſtandum ſuum eidem Motaſimo obſequium advenerat. Georgio huic Regi nomen erat, ut legitur apud Renaudotium p. 281. & 286. qui diſertam profectionis Regis Nubiæ in urbem Bagdadum mentionem facit. Thomas Maphrianus.

Anno Græcorum 1148. periit Abraham Antipatriarcha, ejuſque in locum à ſchiſmaticis Epiſcopis Simeon ipſius frater ſubſtitutus fuit, Philoxeno Niſibis Epiſcopo manum ei imponente. Simeon Antipatriarcha Abrahamo ſuccedit.

Per idem tempus Saraceni Chriſtianos intolerandis exactionibus afflixere: qua de re Dionyſii Patriarchæ verba ad Joannem Daræ Epiſcopum refert Bar-hebræus fol. 285. quibus ait illum Chronicon ſuum eidem Joanni Darenſi nuncupatum clauſiſſe. Hinc duo diſcimus: primum Joannis Darenſis ætatem, de qua hucuſque à viris doctis dubitatum fuerat: alterum, Dionyſii Chronicon ad annum circiter Græcorum 1155. Chriſti 844. perductum fuiſſe: idque de prolixiori ejuſdem Chronico, de quo ſuprà pag. 98. dixi, intelligendum: nam quod in Scetenſi Cœnobio nactus fui, anno circiter Græcorum 1086. terminatur, idemque non Joanni Darenſi, ſed Georgio Amidæ Chorepiſcopo, Eutelio Joannes Epiſc. Daræ.

Archimandritæ, Lazaro Periodeutæ, & Anaſtaſio monacho nuncupatum eſt, ut fol. 99. obſervavi. Obiit Dionyſius die 22. Auguſti anno Græcorum 1156. Chriſti 845. poſtquam annos 27. ſediſſet, centumque Epiſcopos ordinaſſet. Cadaver in cœnobio Kenſerinenſi ſepultum. Ejus obitum anno poſt ex Ægyptio ſcriptore narrat Renaudotius hiſt. Alex. pag. 291. hoc eſt, anno Chriſti 846. dubiumque movet, *ad hunc Dionyſium, an ad alterum ejuſdem nominis Patriarcham Antiochenum referenda ſit epiſtola Synodica ad Chailem, ſeu Michaëlem Alexandrinum, quæ in Tractatu de Fide Patrum legitur*, quod tamen ex Bar-hebræi chronico facile expedire potuiſſet, in quo quartus ab hoc Telmarenſi Dionyſius Michaëli Alexandrino æqualis laudatur, ut infrà dicam.

Obitus Dionyſii Patriarchæ.

21. JOANNES ex cœnobio S. Zachæ, quod extra Callinicum urbem ſitum eſt, in Synodo, quæ in monaſterio ſancti Silæ habita fuit, anno Græcorum 1158. (*Chriſti* 846.) die 21. Novembris in Patriarcham ordinatus, Abibo Tarſenſi manum ei imponente. Bar-hebræo circa Joannis ordinationem conſentit Elmacinus pag. 145. quem Renaudotius loc. cit. exſcribit in hæc verba. *Obiit interea Dionyſius Patriarcha Jacobitarum Antiochenus, congregatique Metropolitæ, Epiſcopi, Clerus & plebs Jacobitica elegerunt ejus loco Joannem anno Juſabi* Patriarchæ Alexandrini 15. *Martyrum* 562. *Jeſu Chriſti* 846. *Is ſtatim Synodicam epiſtolam de unitate fidei ſcripſit, & per Athanaſium metropolitam Euphemiæ & Timotheum Damaſci, qui multos in comitatu Sacerdotes habebant, in Ægyptum miſit*. Ejuſdem Joannis mentio occurrit in Catalogo manuſcriptorum, quem Tomo 1. Bibliothecæ noſtræ ſubjeci, hoc eſt, pag. 566. in Cod. Nitr. XI. ad annum Græcorum 1169. & pag. 607. in Cod. Syriaco III. ad annum Græcorum 1172. Quod autem in hoc ſecundo Tomo pag. 125. de eodem Joanne ſuprà dixi, *eum nempe poſt Dionyſium ſecundum vixiſſe*, id, inquam, ex Barhebræi Chronico libenter emendo, ex quo liquet, Joannem, qui anno Græcorum 1169. & 1172. Jacobitis præerat, non eum fuiſſe, qui Dionyſium ſecundum, ſed qui Dionyſium primum, cognomento Telmarenſem excepit.

Joannes III. Patriarcha.

Abibus Epiſc. Tarſi.

Athanaſius Epiſc. Euphemiæ

Timotheus Epiſc. Damaſci.

Anno Græcorum 1159. menſe Julio major Amidæ urbis Eccleſia Sacellarii incuriâ igni combuſta, liberalitate ܕܦܩܪܛܝܘܣ ܐܣܘܛܐ ܒܪ ܡܪܝ ܡܘܫܐ *Phacratii Aſuti filii Domini Moſæ* inſtaurata eſt. Joannes verò quum annos 27. ſediſſet, ordinatis 86. Epiſcopis, die 3. Decembris anni Græcorum 1185. in urbe Rheſina obiit. Cadaver è cœnobio ܕܣܦܘܠܘܣ *Saphyli*, ubi ſepultum fuerat, in monaſterium S. Zachæ ex ejuſdem teſtamento translatum. Synodica Coſmæ Alexandrini LIV. ad eundem epiſtola laudatur ab Elmacino p. 152. de qua Renaudotius pag. 295. *Statim Coſmas ſcripſit Synodicam ad Joannem Patriarcham Jacobitarum Antiochenum de fidei concordia, & eam miſit per Epiſcopos duos Severum & Chaïlem adjunctis Sacerdotibus, qui cum gaudio & honore ab Antiochenis ſuſcepti ſunt. Ejuſdem epiſtolæ magna pars refertur in Tractatu de Fide Patrum*. Ubi Renaudotius eam Synodicam intelligit, quæ exſtat tom. 1. Biblioth. noſtræ pag. 625. Cod. Arabico 23. num. 19. Verùm ea Synodica non Coſmæ quinquageſimi quarti eſt, ſed quinquageſimi octavi, qui Baſilii Antiocheni æqualis fuit, ut ibidem dicitur; Synodicam enim ad hunc ſcripſit. Vide quæ ſuprà dixi hoc tomo pag. 126. ubi de Baſilio Antiocheno.

Coſmas Patriarcha Alexandrinus.

22. IGNATIUS ex cœnobio ܚܪܒܙ *Herbaz* ditionis Samoſatenæ, ordinatus à Timotheo Samoſatæ Epiſcopo in cœnobio Callinicenſi S. Zachæ die 5. Junii anno Græcorum 1189. Obiit die 26. Martii feria

Ignatius I. Patriarcha.

Timotheus Epiſc. Samoſatæ.

ria 3. majoris hebdomadæ in ܡܘܪܝܒܐ *Moriba* Caſtro ann. Græcorum 1194. quum ſediſſet annos 4. menſes 10. Ordinavit Epiſcopos 26.

Theodoſius Patriarcha.

23. THEODOSIUS, qui & ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܪܗܘܡܝܐ *Romanus medicus*, ex cœnobio Cartaminenſi, in Synodo Amidena ordinatus fuit à Timotheo Samoſateno die 5. Februarii anno Græcorum 1198. poſtquam Sedes vacaſſet annos quatuor. Obiit Kalendis Junii anno Græcorum 1207. quum ſediſſet annos octo, menſes quatuor, & Epiſcopos 33. ordinaſſet. Cadaver in cœnobio Cartaminenſi ſepultum. Scripſit *librum de medicina*, de quo Bar-hebræus,

ܐܝܬ ܠܗ ܕܝܢ ܟܘܢܫܐ ܬܡܝܗܐ ܠܐܣܝܘܬܐ
ܕܐܣܝܘܬܐ ܗܘ ܕܐܦ ܒܫܡܗ ܟܘܢܫܐ
ܠܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܬܩܪܐ :

*Habet admirabile Syntagma de medicina, quod ex ejus nomine Syntagma Theodoſii Patriarchæ nuncupatur.* Ejuſdem epiſtolas ad Gregorium amicum, & ad Michaëlem Patriarcham Alexandrinum laudavi ſuprà pag. 124. Sed quum *Michael quinquageſimus tertius* hujus nominis Coptorum Patriarcha anno Chriſti 853. ut ibidem dixi, vel anno 851. ut Renaudotius hiſt. Alex. pag. 295. notavit, obierit, non ad eum, ſed ad alterum *Michaëlem quinquageſimum ſextum*, qui ab anno Chriſti 881. ad annum 906. Coptis præfuit, ſcripſiſſe Theodoſium liquet. Quare emendandum quod pag. 124. & 125. de Michaële Theodoſii ſynchrono affirmavi.

Theodoſii Synodica non ad Michaëlē LIII. ſed ad Michaëlem LVI. Coptorum Patriarcham,

Dionyſius II. Patriarcha.

24. DIONYSIUS (hujus nominis Secundus) ex Beth-Batenſi cœnobio, quod in ܐܣܝܬ *Aſetb* regionis Sarugenſis pago ſitum eſt, à Jacobo Emeſeno Epiſcopo ordinatus in Synodo in Beth-Batin ditionis Haran loco habita menſe Aprili anno Græcorum 1208. Scripſit Synodicam ad Michaelem non quinquageſimum tertium, ut pag. 125. dixi, ſed quinquageſimum ſextum, de qua Renaudotius à pag. 319. Sub eo claruit Severus Epiſcopus Beth-raman, qui & Moyſes Barcepha, quem Bar-hebræus obiiſſe refert die 12. Februarii anno Græcorum 1214. & in cœnobio S. Sergii ſepultum fuiſſe. Dionyſius verò quum Sedem annos 13. tenuiſſet, obiit die 18. Aprilis feria tertia anno Græcorum 1220. Ordinavit Epiſcopos 51.

Jacobus Epiſc. Emeſæ.

Moyſes Bar-Cepha.

Joannes IV. Patriarcha.

25. JOANNES ܡܢ ܐܣܛܘܢܐ ܕܝܪܐ ܕܩܘܪܙܚܒܠ ܕܒܬܚܘܡ ܐܢܛܝܘܟܝܐ *ex Columna cœnobii Curzachel ditionis Antiochenæ*, ordinatus à Joanne Marhas Epiſcopo in monaſterio ܬܠ ܨܦܪܐ *Tel-Sephre*, quod extra Haran urbem ſitum eſt, die 21. Aprilis, anno Græcorum 1221. Poſtquam ſediſſet annos 12. menſes 7. ordinatis Epiſcopis 41. obiit Sabbato, exeunte menſe Novembri, in urbe Rheſaina in cœnobio *Saphyli*. Ad hunc exſtat in Tractatu de Fide Patrum Synodica Chaïlis ſeù Michaëlis LVI. Patriarchæ Alexandrini, cujus exemplar tom. 1. Biblioth. noſtræ pag. 625. Cod. Arab. 23. num. 18. habetur. Verùm quum Michaël anno Chriſti 906. vel ut apud Renaudotium pag. 327. anno 909. obierit, & Joannes hic anno Græcorum 1221. Chriſti 910. in Patriarcham electus fuiſſe dicatur, mendum ineſſe neceſſe eſt vel in anno obitus Michaëlis, vel in anno electionis Joannis.

Joannes Epiſc. Marhas.

Baſilius I. Patriarcha.

26. BASILIUS ex cœnobio Saphyli Rheſinæ, ordinatus in ܡܘܪܝܒܐ *Moriba* caſtro Reſchephæ ab Habibo Anazarbæ Epiſcopo anno Græcorum 1234. die 15. Auguſti. Obiit die 25. Martii feria quarta majoris hebdomadæ, (anni Græcorum 1246. Chriſti 935. quo dies 25. Martii in feriam quartam majoris hebdomadæ incidit) poſtquam annos undecim ſediſſet & Epiſcopos 32. creaſſet. In cœnobio orientali ܕܝܪܐ ܡܕܢܚܝܐ cada-

Habibus Epiſc. Anazarbæ.

cadaver ſepultum fuit. Scripſit Synodicam ad Coſmam Alexandrinum LVIII. de qua ſuprà pag. 126. Ejus exemplar, & Reſponſio Coſmæ ad eundem Baſilium habetur in Tractatu de Fide Patrum tom. I. Biblioth. noſtræ pag. 625, Cod. Arab. 23. n. 20. & 21.

Joannes V. Patriarcha. 27. JOANNES ܡܢ ܟܢܫܐ ܕܐܢܝܕܝܐ ܕܛܘܪܐ ܐܘܟܡܐ *ex Anachoretis montis Nigri*, in Teleda caſtro ditionis Antiochenæ ab Athanaſio Tarſenſi ordinatus die 28. Auguſti anno Græcorum 1247. Obiit feria prima, die 3. Julii [1], poſtquam ſediſſet annos 19. menſes 10. & Epiſcopos 48. creaſſet. Cadaver in magno Teledæ cœnobio ſepultum in Arca Jacobi Edeſſeni. Exſtat ad eum Synodica Macarii Alexandrini LIX. in Cod. Arab. 23. tom. I. Biblioth. noſtræ pag. 625. num. 22.

Athanaſius Epiſc. Tarſi.

Joannes VI. Patriarcha. 28. JOANNES alter ex *Columna Curzachel* ܕܠܘܬ ܚܘܦܪܝܢ ܢܗܪܐ *ad Uphrinum flumen*, in Teleda caſtro die 16. Julii anno [2] Græcorum 1265. à Jacobo Callinicenſi ordinatus. Obiit exeunte menſe Canun (priorine, an poſteriori, haud exprimitur,) poſtquam ſediſſet annos 2. menſes 10. & Epiſcopos 10. ordinaſſet, in cœnobio Salomonis Dolichæ ſepultus. Hic in Catalogo Barſalibæi deſideratur.

Jacobus Epiſc. Callinici.

Dionyſius III. Patriarcha. 29. DIONYSIUS (hujus nominis III.) ex cœnobio Cartaminenſi ordinatus à Jacobo Callinicenſi in Teleda Caſtro die 28. Novembris anni Græcorum 1269. Sedit annos 2. menſes 6. Obiit die 2. Junii anno Græcorum 1272. poſtquam Epiſcopos 8. ordinaſſet, in cœnobio Cartaminenſi in arca Theodoſii Patriarchæ ſepultus. Binæ ejus Synodicæ ad Mennam Alexandrinum LXI. habentur in Tractatu de Fide Patrum, de quibus ſuprà pag. 131. Quum autem Dionyſius anno Græcorum 1272. Chriſti 961. juxta Bar-hebræum in vivis eſſe deſierit, Mennas igitur ad quem is Synodicas ſcripſit, non anno Martyrum 678. Chriſti 962. ut vult Elmacinus apud Renaudotium pag. 351. ſed anno Chriſti 957. vel 958. ut alii Ægyptii ſcriptores loc. citato tradunt, in Patriarcham Alexandrinum ordinatus eſt.

Elias Epiſc. Melitinæ. Cœnobium Sergii quo anno conditum.

Sub Dionyſio Patriarcha & Elia Melitinæ Metropolita anno Græcorum 1269. conditum fuit cœnobium Sergii in inferiori parte regionis ܓܘܒܐ ܒܪܝܐ *Gubæ* à quodam Chriſtiano Perſa, *Gajaſa* nomine, qui ex ܐܘܫܢܐ *Oſna* Adorbiganæ urbe in regionem ܨܡܚܐ *Semaham* profectus, primùm in cœnobio quodam apud ܛܘܪܫܝܢܐ *Torſena* pagum habitavit, deinde Euphrate tranſmiſſo monaſterium in regione ܩܠܘܕܝܐ *Claudiæ* juxta ܓܪܝܓܘܪܝܢܐ *Gregorianum* oppidum condidit; demùm Noe, Severi, & Emmanuelis monachorum cœnobii Ananiæ Mardenſis operâ præfatum Sergii monaſterium in regione Gubæ, adjuvante loci præſide Joſepho Protoſpathario, ædificavit, in quo & reliquias SS. Sergii & Bacchi repoſuit. In eo cœnobio claruere Joannes ex monte Edeſſæ, & Joannes alter cognomento *Maro*. Gajaſa duodecim poſt annis defuncto ſucceſſit in præfectura monaſterii Elias ejus diſcipulus, qui Joannem œconomum ſibi ſubſtituens, in eremum ſeceſſit, & duobus poſt annis in eodem cœnobio vita functus eſt. Joannes cum Emmanuele Haranita Cyriaci Maphriani diſcipulo & Marutha

Joannes Maro.

NOTÆ.

1 3. *Julii*. Imò 13. *Julii*, in quem annum Græcorum 1267. Chriſti 956. *feria prima* incidit.

2 *Anno* 1265. Imò, *anno* 1267. ut ex obitu deceſſoris colligitur.

rutha Eliſæi Tagritenſis filio, Eccleſiam & cellas monaſterii ampliavit: aquas inſuper eò duxit, & ciſternam fecit: idque anno Græcorum 1312. Per idem tempus Elias Gaghæi in regione Melitinæ cœnobium inchoavit, quod Eutyches Patricius quum perfeciſſet, Joannem Maronem arceſſivit, ut ejus curam gereret. Joannes Maro poſtquam Eccleſiam SS. Quadraginta Martyribus nuncupaſſet eique cœnobio per annos 12. præfuiſſet, ad monaſterium Aaronis in monte Edeſſæ profugiens, ibidem quatuor poſt annis deceſſit.

Abraham Patriarcha.

30. ABRAHAM ܐܒܪܗܡ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܛܪܝܠ ܕܒܥܘܡܩܐ ܕܚܠܒ *ex cœnobio Taril ditionis Alepi* à Job

Job Epiſc. Zeugmæ.

Zeugmæ Epiſcopo in Teleda caſtro die 25. Maji anno Græcorum 1273. ordinatus, Anaſtaſium præceptorem ſuum, qui cœnobii Circiſii in regione Germaniciæ Archimandrita fuerat, Epiſcopum Alepi inſtituit.

Anaſtaſius Epiſc. Alepi.

Quumque menſes 9. dieſque 7. ſediſſet, ordinatis Cyriaco Maphriano & ſex Epiſcopis, deceſſit feria quarta, die 4. Martii, ſepultus in cœnobio Circiſii.

Cyriacus Maphrianus.

Joannes VII. Patriarcha cognomento Sarighta.

31. JOANNES ex cœnobio *Tarilenſi*, ab ea, quam præſeferebat paupertate ܨܪܝܓܬܐ *Sarightæ*, hoc eſt, *ſtoreæ*, ſeù *ſacci arundinei*, appellatus, in *Capharnabo* ܟܦܪܢܒܘ regionis Sarugenſis pago ordinatus fuit à Sergio Sarugi Epiſcopo, die Dominica, 9. Julii, anno Græcorum 1276. Hic à Nicephoro Imp. è Syria Melitinam evocatus, cœnobium ܒܪܝܕ *Bared*, hoc eſt, *Frigidum* ædificavit. Mox ejuſdem Imperatoris juſſu Conſtantinopolim unà cum quatuor Epiſcopis Jacobitis adductus, de fide cum Patriarcha Græcorum diſputationem habuit. Quumque Jacobiticam hæreſim ejurare noluiſſet, in carcerem detruſus, quatuor poſt menſibus interempto à Zimiſca Nicephoro liber cum ſuis dimiſſus eſt. Byzantio Melitinam regreſſus, è cœnobio Barſumæ ad *Bared* anno Græcorum 1280. ſe contulit, ubi & uſque ad annum 1296. quo mortuus eſt, habitavit. Epiſcopos 48. inſtituit. Hæc ſummatim Bar-hebræus de Joanne, quæ conſonant cum ejuſdem Joannis epiſtola ad Mennam Alexandrinum, quam ſuprà retuli pag. 135. Eandem recitat & Renaudotius Hiſtoria Alexandrina pag. 356. qui tamen mendoſum codicem ſequutus pro Julio Papa pag. 360. *Hippolytum Romanum Epiſcopum* vertit, & pag. 362. pro *Apamea*, *Euphemiam* habet & pro *Symnada*, *Semenduam*, & pro *Ramatua*, *Abtuam*, & pro *Garma Jermam*, quarum urbium Epiſcopi ibidem laudantur Sergius, Jacobus, Joannes & Conſtantinus.

Sergius Epiſc. Sarug.

Ignatius *Curſor* Epiſcopus Melitinæ.

Sub Joanne claruit Ignatius Epiſcopus, qui & Iſaac, ܪܗܘܛܐ *Curſor* propterea appellatus, quod monaſteria montis Edeſſæ luſtrare ſolitus eſſet. Hic cœnobium Deiparæ, & majorem Melitinæ Eccleſiam ædificavit.

Athanaſius V. Patriarcha cognomento Salachenſis.

32. ATHANASIUS ܕܨܠܚܝܐ *Salachenſis*, qui & *Lazarus* ex monacho cœnobii Aaron Sigaræ in Patriarcham ordinatus à Lazaro Anazarbæ Metropolita ܒܩܘܛܝܢ ܩܪܝܬܐ ܩܛܝܢ ܕܓܝܚܘܢ *in Catin pago regionis Gehon*, feria 5. die 21. Octobris, anno Græcorum 1298. Habitavit in monaſterio *Bared*, quod & novis ædificiis ab ipſo auctum fuit. Erat tum Antiochenus Græcorum Patriarcha Agapius, qui Jacobitis nullam moleſtiam creavit. Athanaſius verò quum annos 16. ſediſſet, obiit in cœnobio Barſumæ, quod in regione Claudiæ ſitum eſt, ordinatis Epiſcopis 38. & Ignatio Bar-Chichi Maphriano, qui à Chriſtiana fide ad Mahometanam ſuperſtitionem defecit. De ejus Synodica ad Philotheum Ale-

Lazarus Epiſc. Anazarbæ.

Agapius Græcorum Patriarcha.

Ignatius Maphrianus apoſtata.

Alexandrinum dixi pag. 141. de qua & Renaudotius pag. 386. Quod verò in Tractatu de Fide Patrum tom. 1. Biblioth. noſtræ pag. 625. num. 28. Cod. Arab, 23. idem Philotheus Synodicam ad *Dionyſium Antiochenum* ſcripſiſſe dicitur, mendum amanuenſis puto, qui pro *Athanaſio Salachenſi* nomen Dionyſii obtruſit: nullus enim Dionyſius Antiochenam Jacobitarum Eccleſiam ſub Philotheo rexiſſe legitur, ut ex Bar-hebræi Chronico & ex catalogo Barſalibæi liquet: quamobrem emendandum quod ſuprà cit. pag. 141. de Dionyſio Athanaſii hujus præceſſore notavi: tùm etiam quod Athanaſium hunc, qui Philotheo Alexandrino æqualis fuit, in ſerie Barſalibæi nonageſimum eſſe dixi: eſt enim octogeſimus ſextus, idemque hujus nominis quintus, non ſextus, ut ex dictis liquet. Per idem tempus Joannes Melitinæ Epiſcopus cum ſeptem monachis Jacobitis Byzantium abductus, & in carcerem conjectus eſt, Græcis Melitinenſem Jacobitarum Eccleſiam, quæ *Curſoris* dicitur, occupantibus.

Joannes Epiſc. Melitinæ.

Anno 1299. ordinatus fuit ab Athanaſio Joannes Epiſcopus cœnobii Cartaminenſis, de quo hæc Bar-hebræus. ܗܘ ܕܝܬܝܪܐܝܬ ܠܟܬܒܬܐ ܐܣܛܪܘܢܓܘܠܝܐ ܕܒܛܝܠܐ ܗܘܬ ܡܢ ܡܐܐ ܫܢܝܢ ܚܕܬܗ̇ ܘܡܢ ܩܪܝܢܐ ܕܟܬܒܐ ܝܠܦ ܗܘ ܘܐܠܦ ܠܒܢܝ ܐܚܘܗܝ. ܘܐܬܝܗܒܬ ܡܘܗܒܬܐ ܡܫܡܠܝܬܐ ܕܟܬܝܒܘܬܐ ܠܥܡܢܘܐܝܠ ܘܠܐܚܘܗܝ ܢܚܐ ܒܣܝܪܘܬܐ. ܘܫܕܪ ܝܘܚܢܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܦܛܪܘܣ ܐܚܘܗܘܢ ܠܡܠܝܛܝܢܐ ܘܐܝܬܝ ܓܠܕܐ ܘܟܬܒ ܥܡܢܘܐܝܠ ܫܒܥܝܢ ܟܬܒܝܢ ܡܫܠܡܢܐ ܦܫܝܛܬܐ ܘܫܒܥܝܢܝܬܐ ܘܗܪܩܠܝܬܐ ܘܦܢܩܝܬܐ ܕܡܐܡܪܐ ܕܬܠܬܐ ܓܘܕܐ: ܘܐܫܒܩ ܐܢܘܢ ܠܥܘܡܪܐ ܕܩܪܛܡܝܢ. ܟܬܒܐ ܕܠܝܬ ܕܕܡܝܢ ܠܗܘܢ ܒܟܠܗ̇ ܬܒܝܠ.

Joannes Epiſc. Cartaminen.

*Hic characteros ſtronghylos, quorum uſus jam ab annis centum ſublatus fuerat, reſtituit, ex librorum inſpectione ipſe diſcens, filioſque fratris ſui docens. Qua in re perfectum ſcriptionis donum conceſſum fuit Emmanueli, ejuſque fratri Nache-Bſiruotæ. Miſit autem* Joannes *Epiſcopus Petrum eorum fratrem Melitinam, qui pergamenas attulit: Scripſitque Emmanuel ſeptuaginta Codices, ſcripturam nimirùm Verſionis Simplicis, & τῶν ſeptuaginta, & Heracleenſis, & Tomum Homiliarum in tres Choros diſtributum: eoſque cœnobio Cartaminenſi ex legato dedit: libros, inquam, quibus ſimiles in toto terrarum orbe haud facile eſt reperire.* Hæc in gratiam ſtudioſorum Antiquitatum Syriacarum notavi, ut intelligant Syros æquè ac Græcos & Latinos liberalibus omnis generis artibus etiam ſub Mahometanorum tyrannide operam dediſſe: & quidem quod ad Codicum ſcriptionem pertinet, res Calligraphica ex Syriacis & Arabicis Codicibus, quibus Bibliotheca noſtra Vaticana nuper cumulata eſt, plurimum illuſtrari poteſt.

33. JOANNES ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܥܒܕܘܢ *filius Abdon* Melitinæ natus, anno ætatis duodevigeſimo monaſticam vitam in cœnobio *Curſoris* invitis parentibus profeſſus, monaſterium Barſumæ primùm petiit: deinde in rupe quadam ad Euphratis fluenta habitavit: demùm ad montem Nigrum apud Antiochiam ſe recepit: ubi quum annos quadraginta egiſſet, poſt Athanaſii obitum in Synodo Epiſcoporum electus, anno Græcorum 1315. die 4. Julii ordinatus fuit Diaconus, die ſequenti Presbyter, & die 6. Patriarcha, Petro Haranita manum ei imponente: idque anno ætatis ſexageſimo. Quum autem regendis populis ineptum ſe judicaret, Davidi cuidam monacho Syncello ſuo id munus commiſit, qui multos in Eccleſiam abuſus induxit. Anno Patriarchatus ejus vigeſimo ſeptimo, poſtquam Epiſcopos 47. ordinaſſet, ex-

Joannes VIII. cognomẽto Abdon Patriarcha.

ܦܛܪܘܣ ܚܪܢܝܐ Petrus Epiſc. Haran.

Nicephorus Græcus Epiſc. Melitinæ.

excitata fuit in eum perſecutio à Nicephoro Melitinæ Græcorum Metropolita. Hic Joannem apud Romanum Imperatorem accuſavit, quod Græcos erroribus Monophyſitarum imbuere ſatageret. Romanus hominem Byzantium perduci jubet. Anno Græcorum 1340. die 15. Junii Joannes cum ſex Epiſcopis, & viginti Presbyteris atque monachis Jacobitis, Nicephoro deducente, Byzantium ingreſſus, quum à ſua ſecta recedere noluiſſet, ab Imperatore in cœnobium Caji, quod in regione Bulgarorum ſitum eſt, relegatus fuit: ubi quatuor poſt annis deceſſit, die nimirùm ſecunda Februarii anno Græcorum 1344. (qui anno Chriſti 1033. reſpondet.) Cadaver à Joanne ejus diſcipulo ſepultum. Epiſcoporum, qui Joannem comitati fuerant hic exitus fuit: Ignatius Melitinæ, Moyſes Heſnæ, & Iſaac Arcæ ad Græcorum fidem tranſierunt: Elias verò Symnadæ, Joannes Hadeth, & Dionyſius ܕܬܠܦܛܪܝܩܝ Tel-Patriciæ in Jacobitarum erroribus conſtantes perſtitere: & Dionyſius quidem poſt Romani obitum è carcere dimiſſus eſt: Joannes verò in vinculis vitam reliquit: Elias à populo coram Palatio lapidibus obrutus interiit: Moyſes denique & Iſaac fugâ ſibi conſulentes, in Syriam rediere, ubi porrecto ſupplici libello, ad communionem Jacobitarum admiſſi ſunt.

Ignatius Melitinæ. Moyſes Heſnæ. Iſaac Arcæ. Elias Symnadæ. Joannes Hadeth. Dionyſius Tel-patriciæ.

Eadem ferè de Joanne Abdon Michael Epiſcopus Taneos in vita Zachariæ LXIV. Alexandrini Coptorum Patriarchæ apud Renaudotium à pag. 402. ad pag. 406. cujus verba recitavi ſuprà à pag. 146. ſed hìc emendanda, quæ hujuſce Chronici Syriaci ſubſidio deſtitutus perperàm affirmaveram. In primis pag. 145. Joannem hunc Abdon dixi *in ſerie Barſalibæi eſſe nonageſimum tertium Jacobitarum Patriarcham Baſilii & Joannis Barſuſan ſucceſſorem*, quum ſit octogeſimus ſeptimus, poſt Athanaſium Salachenſem & ante Dionyſium, ut ex Bar-hebræo liquet: quamobrem delenda nota pag. 146. ab iis verbis, *Fallitur Michaël*, uſque ad Barſalibæi teſtimonium, quod ibidem uſurpavi. Deinde verum eſt, quod pag. 148. à Michaële narratur, ſcilicet, *Joannem Abdon, quum in Patriarcham electus eſt, ſimplicem monachum fuiſſe*; ac proinde delenda nota, quæ ab iis verbis incipit, *quum in Patriarcham &c.* Quod tamen de anno mortis Joannis Abdon ab eodem Michaële pag. 151. dicitur, *eum* nimirùm *anno Martyrum* 747. *Chriſti* 1031. *obiiſſe*, ex Bar-hebræo corrigendum, qui ejus mortem duobus poſt annis refert. Binæ Synodicæ Joannis ad Zachariam, totidemque hujus ad Joannem Abdon exhibentur in Cod. Arab. 23. tom. 1. Bibliot. Oriental. pag. 625. num. 31. & ſeqq. Vixit autem Zacharias uſque ad annum Martyrum 748. Chriſti 1032. ut apud Renaudotium pag. 401.

34. DIONYSIUS [1], qui & ܚܝܐ *Haje*, ex Archimandrita cœnobii Lazari in regione Gubæ apud *Tangu* ܛܢܓܘ pagum, in Synodo Epiſcoporum, qui poſt Joannis obitum in ܬܡܢܝܢܘ *Tamenino* Claudiæ oppido convenerant, in monaſterio S. Domitii ejuſdem loci ordinatus fuit ab Abraham ܕܩܠܝܣܘܪܐ *Calliſuræ* Epiſcopo, anno Græcorum 1345. Hic è Græcorum ditione in Arabum terras evadens, Amidæ ſedem fixit. Refert enim Michael Taneos Epiſcopus in vita Zachariæ Alexandrini apud Renaudotium p. 406. *Joannem Abdon Patriarcham paulo antequam è vita diſcederet, præcepiſſe di-*

1 Dionyſius IV. qui & Haje Patriarcha.

Abraham Epiſcopus Calliſuræ.

NOTA.

1 *Dionyſius*. Theodoſius appellatur in Diptychis Jacobitarum, ut ſuprà pagina 326.

*diſcipulo*, *ut ſuo nomine ſignificaret ſucceſſori in Cathedra Jacobitarum Antiochena ſuo*, *ne in poſterum ſedem in Græcorum provinciis figeret*; *verùm Amidæ aut Edeſſæ reſideret*: metu ſcilicet Græcorum Imperatorum, ne, quod Joanni Abdon & alteri Joanni contigerat, cæteri Jacobitarum Patriarchæ Byzantium abducerentur. Quod verò addit Michael in eadem vita pag. 407. *poſt Joannis nimirùm obitum à Jacobitis electum fuiſſe ejus ex fratre nepotem eodem nomine*, *ad quem Synodicam Chriſtoduli Alexandrini ſe detuliſſe teſtatur idem Michael poſtquam conſtitutus fuiſſet Epiſcopus Taneos*, *ſimulque ſecum fuiſſe Gabrielem Epiſcopum Saæ*; id, inquam, Barſalibæo & Barhebræo accuratis rerum Syriacarum Scriptoribus repugnat, qui poſt Joannem Abdon non Joannem alterum ejus ex fratre nepotem, ſed Dionyſium collocant. Et quidem rectè: nam in Tractatu de Fide Patrum tom. I. Bibl. Orient. pag. 625. num. 35. & ſeqq. tres exſtant Synodicæ: una ſcilicet Dionyſii Antiocheni ad Senuthium Alexandrinum, qui Chriſtodulo præceſſit, & binæ Senuthii ad Dionyſium anno Martyrum 751. & 752. ſcriptæ, quibus Joannis Antiocheni ad Chriſtodulum Alexandrinum Synodicæ à num. 38. ſubjunguntur: quod palàm facit, Dionyſium Joanni præceſſiſſe. Vixit autem Dionyſius in Patriarchatu annos 10. ordinatiſque Epiſcopis 36. obiit Amidæ, ejuſque corpus in majori ejuſdem urbis Eccleſia ſepultum fuit.

Joannes IX. Abdonis ex fratre nepos, Patriarcha.

35. JOANNES, qui & *Theodorus*, Joannis Abdon ex fratre, vel ut in Serie Barſalibæi & in vita Chriſtoduli Alexandrini legitur, ex *ſorore* nepos, ex monacho cœnobii Bar-Gaghi in monte Melitinæ, in Patriarcham invitus eligitur menſe Auguſto anno Græcorum 1360. poſtquam Sedes annos 5. vacua fuiſſet. Elias Zeugmæ Epiſcopus manum ei impoſuit in Synodo Epiſcoporum Amidæ. Sedit annos 8. menſes 10. ordinavit Epiſcopos 30. Depoſuit nonnullos Epiſcopos, quod tempore Sedis Vacantis Eccleſias mutare auſi fuiſſent. Synodicæ ejus ad Chriſtodulum Patriarcham Alexandrinum habentur in Tractatu de Fide Patrum loc. cit. num. 38. & 39. Nam quæ ibid. num. 42. ad eundem Chriſtodulum ſcripta legitur anno Martyrum 782. Chriſti 1066. non hujus Joannis eſt, ſed alterius cognomento Bar-Suſan, de quo infrà. Hic enim Joannes, ut ſuprà dixi, circa annum Græcorum 1369. Chriſti 1058. obiit.

Elias Epiſcopus Zeugmæ.

Athanaſius VI. qui & Haje, Patriarcha.

36. ATHANASIUS [1], qui & ܚܝܐ *Haje*, abdicato Arſamoſatæ Epiſcopatu, quum in cœnobium Aaron Sigaræ ſeceſſiſſet, poſt Joannis obitum in Patriarcham ab Occidentalibus Epiſcopis electus fuit anno Græcorum 1369. in cœnobio ܦܐܪܣ *Phares* regionis ܚܣܢܡܢܨܘܪ *Heſen-Manſur*. Orientales coacta Amidæ Synodo, factum Occidentalium improbantes, quod ſcilicet Athanaſium ex Epiſcopali ad Patriarchalem dignitatem promoviſſent, in aliud longe gravius facinus prorupere, *Joſue Bar-Suſan* Joannis, cujus ſuprà memini, Patriarchæ Syncellum ac diſcipulum, ordinantes, qui & *Joannis* nomen aſſumpſit. Et hanc quidem in vulgus ſchiſmatis ſui cauſam obtendebant, Joanne ipſo Bar-Suſan multos tractatus de illegitima Epiſcoporum tranſlatione publicante. Athanaſiani verò exemplis Epiſcoporum ſe tuebantur, qui ad majores Eccleſias tranſlati fuerant, ut ad Antio-

Joannes, qui & Joſue Bar-Suſan.

NOTA.

[1] *Athanaſius*. In Diptychis Jacobitarum *Theodoſius* dicitur, eique duo alii ante Joannem Bar-Suſan ſubjunguntur, quos neque Bar-hebræus, neque Barſalibæus nominant. *Joannes* ſcilicet Bar-Abdon, & *Athanaſius* alter. Mendum amanuenſis crediderim, qui ea nomina præmiſit, quæ poſt deſcribere debebat, ut infrà dicam.

tiochenam Meletii Sebaſtes, Eliæ Euphemiæ, & Joannis Haran: ad Conſtantinopolitanam Procli Cyzici, & Anthimi. Ad hæc reſpondit Bar-Suſan, multa majoribus noſtris licuiſſe, quæ ſua ætate haud licerent, nec eorum facta, quæ Canonibus contraria ſunt, in exemplum trahi oportere. Verùm tamen quum rem eò deveniſſe cerneret, ut ad tribunal Regum Athanaſianis confugere ſtatutum eſſet, Dignitatem abdicavit, librorum lectioni & ſcriptioni totum ſe tradens. Athanaſius poſtquam annos 5. cum dimidio ſediſſet, ſuumque ex ſorore nepotem Ignatium virum Græci & Syriaci ſermonis peritum, Melitinæ Epiſcopum ordinaſſet, à Græcis comprehenſus, unàcum præfato Ignatio in cœnobium Eudoxii, quod ſuprà Melitinam eſt, detruſus fuit: ubi quinto poſt menſe quum Byzantium traheretur, in urbe Arca obiit. Cadaver ad cœnobium Aaron Sigaræ translatum. Ignatius verò Conſtantinopolim perductus, quum in Monophyſiticis erroribus tuendis perſtitiſſet, in montem Macedoniæ Cajum relegatus, mortuo poſt tres annos Imperatore Duca, Melitinam repetiit.

Ignatius Epiſc. Melitinæ.

Joannes X. qui & Bar-Suſan Patriarcha.

37. JOANNES *Bar-Suſan* poſt Athanaſii obitum, ab Epiſcopis, qui in cœnobio ܕܡܪܝ ܐܒܚܝ *Mar Ab-Hai* ad Euphratis ripas convenerant, Patriarchalem dignitatem, quam pridem abjecerat, ſuſcipere coactus, in eodem cœnobio quatuor ſuprà viginti Canones de diſciplina Eccleſiaſtica condidit. Quinque præterea Epiſcopos ob varia crimina exauctoravit, aliis eorum in locum ſubſtitutis. Jejuniis & vigiliis addictus, pedes ambulare ſolitus, ſcriptioni intentus, quum annos 9. ſediſſet, Epiſcopis 17. ordinatis, deceſſit Amidæ anno Græcorum 1384. Cadaver in Eccleſia Deiparæ in arca marmorea apud tumulum Joannis Patriarchæ ejus præceptoris conditum.

ܡܠܝܗ ܠܬܐܒܝܠ ܒܐܓܪ̈ܬܐ ܘܦܢܩܝ̈ܬܐ
ܕܡܪ̈ܬܝܢܘܬܐ ܒܣܝ̈ܡܬܐ. ܘܠܒܪ ܡܢ ܣܦܪ̈ܐ
ܕܥܒܕ ܘܟܬܒ܆ ܚܒܝ ܒܡܐܡܪ̈ܐ ܕܡܪ
ܐܦܪܝܡ ܘܕܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܘܟܢܫ ܐܢܘܢ
ܒܟܬܒܐ ܚܕ ܘܫܪܝ ܗܘܐ ܠܡܟܬܒܘ
ܒܐܝܕܗ ܟܕ ܣܒ
ܘܐܬܥܘܩ ܡܘܬܗ ܘܫܒܩܗ ܟܕ ܠܐ ܫܠܡ:

*Epiſtolis* (inquit Bar-hebræus) *& ſuavium adhortationum libellis totum terrarum orbem implevit; & præter multos quos ſcripſit, libros, operam etiam dedit ſermonibus S. Ephræm & S. Iſaac* 1 *quos in unum volumen collegit: manuque ſua exarare jam ſenex aggreſſus fuerat, ſed interveniente morte imperfectum reliquit. Obiit autem Amidæ.* ܟܕ ܒܐܬܪܐ ܕܛܝܝ̈ܐ
ܡܥܡܪ ܗܘܐ ܡܛܠ ܢܟܠܐ ܕܝܘܢܝ̈ܐ:

*Nam in ditione Arabum propter Græcorum fraudem morabatur.*

Sub Joanne Barſuſan & Chriſtodulo

## NOTA.

1 *S. Iſaac*. Ad calcem Codicis Syriaci 4. tom. 1. Bibl. Orient. p. 608. hæc nota legitur, quam cit. Tom. p. 215. retuli: *Explicit libellus iſte in quo continetur ſuavis doctrina S. Mar Iſaac ..... orate pro peccatore .... qui eundem tranſcripſit ex accurato exemplari S. Mar Joannis Patriarchæ, cognomento Bar-Suſan claræ memoriæ*. De Iſaac verò, quem hìc *Sanctum*, ut reverà fuit, Bar-hebræus appellat, vide quid idem Bar-hebræus in hac Chronici Syriaci Parte fol. 263. ſcripſit ܒܗ ܒܙܒܢܐ

ܐܝܣܚܩ ܪܝܫܕܝܪܐ ܐܘ ܡܡܠܠܐ ܒܐܘܪܗܝ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ.
ܗܢܐ ܐܦ ܗܪܛܝܩܐ ܗܘܐ ܥܡ ܙܒܢܐ ܐܚܪܢܐ ܐܫܬܚܠܦ.

*Per idem tempus*, hoc eſt, circa annum Chriſti 450. *Edeſſæ claruit Iſaac Archimandrita & Scriptor. Hic & hæreticus fuit, & religionem cum tempore commutavit*. Ubi hæreticum Iſaacum appellat, quod hæreticos Monophyſitas exagitans, pro Synodo Chalcedonenſi decertavit. Miror Bar-hebræi inconſtantiam, Iſaacum modò Sanctum, modò hæreticum appellantis.

Controverſia de ſale & oleo in pane Euchariſtico.

dulo Alexandrino agitata eſt Syros inter & Coptos controverſia de ſale & oleo, quæ Syri Jacobitæ pani Euchariſtico admiſcebant, de qua Renaudotius hiſt. Alex. pag. 425. & nos ſuprà pag. 145. Exſtat Cod. 40. ad calcem hujus tomi *Epiſtola* ejuſdem Barſuſan hac de re ad Chriſtodulum, quæ ſcripta dicitur anno Græcorum 1396. ſed mendum eſt manifeſtum, quum Barſuſan anno Græcorum 1384. & Chriſtodulus anno 1389. obierint.

Auctor vitæ Chriſtoduli apud Renaudotium lib. cit. pag. 445. hos Antiochiæ Jacobitarum Patriarchas ſub finem Vitæ ejuſdem Chriſtoduli laudat: *Joannem* nimirùm nepotem ex ſorore Joannis alterius cognomine filii Abdon: *Baſilium*, qui anno uno tantum ſuperſtes fuit & menſibus ſex: &*Dionyſium*, ſeu *Lazarum*, qui poſt diuturnam Sedis vacationem anno Martyrum 795. Chriſti 1079. electus fuit. Ejus verba recitavi ſuprà p. 147. Verùm quæ ibi de *Joanne* Baſilii præceſſore dicuntur, non ad Joannem Abdonis ex ſorore nepotem, ſed ad Joannem Bar-Suſan referenda ſunt, cui Baſilius & Dionyſius Lazarus ſucceſſere, ut mox dicam. Interim emendandum quod ſuprà pag. 144. de ætate Barſuſan ſcripſi, eam nimirùm ultrà annum Chriſti 1010. extendi non poſſe, obiit enim anno Græcorum 1384. Chriſti 1073. ut ſuprà dictum eſt. Deinde quod pag. 145. Joannem Barſuſan alium dixi à Joanne, ſub quo mota eſt quæſtio de ſale & oleo: unus enim idemque eſt, ut ex dictis apparet.

Bar-hebræus in vita Joannis Abdon Patriarchæ, Græcos refert anno Chriſti 1029. à Jacobitis exegiſſe, ne oleum pani Euchariſtico admiſcerent. ܘܩܥܘ ܥܡܗ ܒܢܘܗܡܐ ܐܢܫ̈ܐ
ܘܨܒܘ ܠܩܘܪܒܢܐ ܕܠܐ ܦܫܝܛܘܬܐ
ܘܐܦ ܠܩܘܪܒܢܐ ܕܠܐ ܡܠܚܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ.
ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܢܫܝܢ ܗܘ ܝܘܡܐ ܘܫܡܥܘ ܠܐ

ܬܘܒ ܟܢܘܫܝܐ: ܐܝܬܝܘ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ
ܘܠܝܘܚܢܢ ܕܥܒܕܘܢ ܘܠܐܠܝܐ ܕܣܘܢܕܐ ܐܘܬܒܘ
ܘܟܕ ܐܬܕܪܫܘ ܠܐ ܐܬܛܦܝܣܘ.

*Tùm* (inquit) *facto rursùs conventu Patriarcham* (Græcorum) *& Epiſcopos arceſſentes*, Joannem Abdon *Patriarcham & Eliam Symnadæ* Epiſcopum *ſedere juſſerunt*. *Quumque poſt longam diſputationem noſtros in ſuam ſententiam flectere nequiviſſent, id unum ab iis poſtularunt, ne ſcilicet oleum Euchariſtiæ admiſcerent, neve crucem unico digito, ſed duobus formarent*. Nihil hoc facto antiquius de ſale & oleo hucuſque legi apud Scriptores, ſi illud Iſaaci magni carmen excipias, quod pag. 183. ſuprà indicavi.

Baſilius II. Patriarcha. Athanaſius Ep. Edeſſæ.

38. BASILIUS ex monacho & œconomo cœnobii Barſumæ, ab Epiſcopis ſorte electus, ab Athanaſio Edeſſæ Epiſcopo menſe Januario anno Græcorum 1385. in Heſen-Manſur invitus ordinatur, quum ſibi barbam, vitandæ ejus dignitatis cauſà, abraſiſſet. Sedit annum unum cum dimidio. Obiit Maipheractæ, poſtquam Joannem è cœnobio Cartaminenſi Maphrianum Tagriti, & ſex præterea Epiſcopos ordinaſſet, quos inter Abdon Symnadæ metropolita fuit. Hic autem Abdon ex familia Joannis Abdon Patriarchæ Archimandrita erat cœnobii ܕܒܝܬ ܓܓܝ Beth-Gaghæi: ejuſque nomen unàcum Baſilio in ſchedula ſcriptum fuerat, quum Patriarchæ electio, ob diſſenſum Epiſcoporum, ſorte facta eſt. Baſilii meminit Renaudotius pag. 445.

Joannes Maphrianus.

Abdon Epiſc. Symnadæ.

Joannes XI. cognomento Abdon Symnadæ olim Epiſcopus, illegitimus Patriarcha. Simeon Chiſumæ Epiſc. Athanaſius Samoſatæ Epiſc.

39. JOANNES, qui & *Abdon*, Symnadæ Epiſcopus à Baſilio ordinatus, poſt ejus mortem conſpirantibus Simeone Chiſumenſi & Athanaſio Samoſateno, qui ejus nomen quum ante Baſilium ſorte extractum eſſet, à Præſide Synodi occultatum fuiſſe dictitabant, in Patriarcham proclamatus, Philartum militiæ Armeno-

menorum Præfectum muneribus induxit, ut reliquos Epiſcopos ad manum ſibi imponendam compelleret. Epiſcopi poſt Abdonis ordinationem collatis Philarto unuſquiſque centum denariis obtinuere, ut libertatem ſibi quemcumque alium vellent eligendi in Patriarcham concederet. Vixit autem Abdon ſub 4. Patriarchis uſque ad tempora Athanaſii Abulpharagii, ordinavitque Epiſcopos 4. quorum unus fuit Cyrinus, qui Amidæ ad Mahometanam ſectam tranſiit. Hic nonageſimus tertius eſt in ſerie Barſalibæi, quem pag. 145. cum Joanne Abdon ſeniore in ſerie ejuſdem Barſalibæi octogeſimo ſeptimo ex nominis ſimilitudine confudi. Nulla ejus mentio in Hiſtoria Alexandrina, ut ex ſuprà allato Renaudotii teſtimonio liquet.

Cyrinus Epiſc. apoſtata.

Dionyſius V. qui & Lazarus Patriarcha.

40. DIONYSIUS, qui & *Lazarus* Archimandrita cœnobii Barſumæ, poſtquam Epiſcopi ex Philarti poteſtate, ut ſuprà dictum eſt, evaſiſſent, in eodem Barſumæ monaſterio anno Græcorum 1388. feria ſexta ante feſtum Palmarum à Joanne Maphriano Tagriti in Patriarcham conſecratus eſt. Obiit in Heſen-Manſur menſe Decembri, poſtquam annum unum ſediſſet. Sepultus in Eccleſia Sancti Theodori. Scripſit Synodicam, quæ allata fuit ad Cyrillum Alexandrinum Chriſtoduli ſucceſſorem per Thomam quendam Presbyterum, de qua Renaudotius pag. 445. & nos ſuprà p. 147. Alius proinde eſt à Dionyſio, cujus Synodicam ad Senuthium laudavi pag. 152.

Joannes Maphrianus.

Joannes XII. Patriarcha.

41. JOANNES anachoreta in regione ܟܪܣܢܐ *Carſenæ*, poſt Dionyſii obitum, quum Joannes Abdon Sedem per annos ſeptem invaſiſſet, convenientibus in Eccleſia S. Georgii Melitinæ Epiſcopis, qui Abdonem velut hæreticum damnaverant, in Patriarcham electus fuit anno Græcorum 1397. Ignatio ejuſdem Melitinæ Epiſcopo manum ei imponente. Obiit anno 1399. poſtquam annum unum cum dimidio ſediſſet. Cadaver in cœnobio Bared ſepultum. Ordinavit Epiſcopos quinque. Hujus Patriarchæ in Diptychis Jacobitarum, & in Hiſtoria Alexandrina Renaudotii nulla mentio. Quæ verò toto capite 30. pag. 153. & ſeq. de eo tamquam à Joanne Barſuſan diverſo ſcripſi, emendanda ſunt ex dictis.

Ignatius Melitinæ Ep.

Dionyſius VI. qui & Marcus Archimandrita.

42. MARCUS Archimandrita cœnobii Bared, Joanne defuncto quum Sedem Joannes Abdon iterum invaſiſſet & quatuor inſuper Epiſcopos ordinaſſet, oblatis Philarto Armenorum militiæ præfecto ter mille denariis duos Epiſcopos ad conſecrandum ſe in Patriarcham compulit, *Dionyſii* nomine aſſumpto. Maphrianus Joannes cæterique Epiſcopi coacta Synodo, utrumque damnarunt: Abdonem ſcilicet & Dionyſium. Atque ita per ſex annos ſchiſma duravit. Tùm verò Epiſcopi iterùm congregati, ex duobus malis minus elegere, Abdone rejecto Dionyſium recipientes, ſuadente maximè Joanne Maphriano, cui Dionyſius Niſibenam diœceſim adjunxerat: ex quo tempore cœpit Niſibis ad Maphriani ditionem ſpectare. Dionyſius verò quum annum unum & menſes ſeptem ſediſſet, obiit anno Græcorum 1401. ſepultus in cœnobio ܙܪܢܘܩܐ *Zarnuchæ* ditionis Melitinæ. Ordinavit Epiſcopos duos. In Diptychis Jacobitarum nulla ejus mentio.

Athanaſius VII. qui & Abulpharagius Patriarcha.

43. ATHANASIUS qui & *Abulpharagius* ܒܪ ܟܡܘܪܐ *Bar-Chamore*, patria Amidenſis, Melitinæ educatus, monaſticam vitam in cœnobio Barſumæ [1] profeſſus, quum Joannes Abdon poſt Dionyſii mortem Patriarcha-

NOTA.

1 *Barſumæ*. Vide Renaudotium in Hiſt. Alex. pag. 446. ubi ex Chriſtianis & Mahometanis Scriptoribus multa diſſerit de hoc Barſumæ cœnobio.

archatum iterùm uſurpaſſet, congregatis in caſtro ܩܪܡܝܣ *Karamis* regionis Melitinæ Epiſcopis, per ſortem electus, vix poſt menſes novem adduci potuit, ut conſecrari ſe in Patriarcham pateretur. Gabrielis itaque Græci Melitinæ Præfecti operâ in Eccleſiam *Curſoris* vi adductus, à Timotheo Tel-Patriciæ Epiſcopo ordinatus fuit die Dominico, Kalendis Decembris an. Græcorum 1042. ſed mox ejuſdem Gabrielis juſſu, quod ſummam pecuniæ, cui is inhiabat, nequaquam ſolviſſet, in proſtibulum conjectus, Jacobitis quater centum aureis pro ipſo pendentibus dimiſſus, in cœnobium Barſumæ ſe recepit. Anno 1406. defuncto Ignatio Melitinæ Archiepiſcopo, Athanaſius Saidum Barſabuni virum Græci & Syriaci ſermonis peritum, in cœnobio Eliæ Prophetæ in Cancrata ditionis Amidenſis vico, ejus loco Epiſcopum ordinavit: cujus necem ex hoc Bar-hebræi Chronico retuli ſuprà pag. 211. Quod verò pag. ſeq. ca Syriaci Chronici verba ܘܐܬܩܒܪ܆ ܒܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܪܗܛܐ܀ latine ſic reddidi, *& in majori Præcurſoris Eccleſia ejus corpus ſepultum fuit*, id, inquam, ex ejuſdem Bar-hebræi teſtimonio à nobis ſuprà allato pag. 351. emendandum, & loco *Præcurſoris* reponendum *Curſoris*: non enim ea Melitinæ Jacobitarum Eccleſia Joanni Baptiſtæ Præcurſori Domini dicata erat, ſed ab Ignatio Epiſcopo Jacobita cui *Curſori* cognomen, exſtructa. Nunc ad Athanaſium regredior. Is ut Abdonis inſidias evitaret, Bagdadum petens, diploma quod ex corrupta latina voce ܣܝܓܝܠܝܘܢ *Sigilion*, hoc eſt, *Sigillum* à Bar-hebræo ubique appellatur, ab Abugiafaro Chalipha obtinuit. Paulò poſt reverſo ex urbe Bagdado Athanaſio, moritur Abdon in Heſen-manſur, qui pœnitentia ductus, quod eam ſectam longo ſchiſmate vexaſſet, corpus ſuum ante fores Eccleſiæ ſepeliri juſſit, ut ab ingredientibus & exeuntibus conculcaretur. Athanaſius facto Epiſcoporum conventu, Abdonem jam mortuum abſolvit, eique exequias celebravit: Ajebat enim, eum primatus quidem amore ductum fuiſſe; non tamen à fide aberraſſe. Interea quum Saido Bar-Sabuni defuncto Melitina urbs, quæ à Turcis capta fuerat, ſeptem annorum ſpatio Epiſcopo caruiſſet, Athanaſius Patriarcha ad eum Epiſcopatum è Gubenſi Eccleſia Dionyſium tranſtulit cognomento ܒܪ ܡܥܕܝܢܐ *Bar-Maudiana*, Athanaſii ipſius præceptorem, & Joannis Bar-Suſan olim Patriarchæ diſcipulum, qui ſcriptionem & lectionem librorum Eccleſiaſticorum ibidem inſtauravit, poſtquam exactum divinorum officiorum ritum, qui in cœnobio Bar-Gaghæi obſervabatur, cœnobitas monaſterii Barſumæ, apud quos deſtructâ Gubâ ſeſe receperat, ſummo cum labore docuiſſet. Eundem Dionyſium duodecimo poſt anno Athanaſius depoſuit, ut mox dicam. Per idem tempus Athanaſius, qui Abugalebum Bar-Sabuni, Saidi Melitinenſis fratrem, virum Syriaci & Græci ſermonis peritum, Metropolitam Edeſſæ ordinaverat eique Baſilii nomen impoſuerat, nondum exactis ab ejus ordinatione quadraginta diebus Epiſcopatu dejecit. Et hanc quidem depoſitionis ejus cauſam fuiſſe ferunt. Quum Cimelia Patriarchalis Sedis ab intruſo Abdone uſurpata, apud Edeſſenos pro quadam auri ſumma quam is debebat, depoſita fuiſſent, Athanaſius Abugalebum hac conditione Epiſcopum Edeſſæ ordinavit, ut ea incunctanter ſibi reſtitueret. Abugalebus, qui chirographum ſuum Patriarchæ dederat, quo promittebat, ſe Epiſcopali dignitate non ante functurum, quàm cimelia reddidiſſet, quum Edeſſam venit, reſcripſit Athanaſio, ſe promiſſis ſtare non poſſe, quod principes ejus urbis,

Timotheus Ep. Tel-Patriciæ.

Joannes qui & Said Bar-Sabuni Ep. Melitinæ.

Abdonis Patriarchæ interitus.

Dionyſius Bar-Maudiana, Gubæ primùm, deinde Melitinæ Epiſcopus.

Baſilius, qui & Abugaleb, Epiſcopus Edeſſæ.

urbis, apud quos cimelia erant, ſibi impedimento eſſent. Athanaſius indignatus ſententiam ſuſpenſionis in Abugalebum tulit, quam ille nequaquam curavit, Codices in ſua poteſtate non eſſe dictitans. Hinc ſciſſi in duas factiones Edeſſeni: alii pro ſuo Archiepiſcopo ſtabant: alii Athanaſium Patriarcham in ipſum veluti rebellem commovebant. Abugalebus Francos Edeſſæ dominos rogat, ut Athanaſium ſibi placatum reddant. Dionyſius quoque Melitinæ Epiſcopus vir provecta ætate cum ſeptuaginta nobilibus ejus civitatis viris Patriarcham eadem de cauſa adit. Is verò tantùm abſuit, ut Francorum aut Dionyſii preces pro Abugalebo exaudiret, ut potiùs Dionyſium Epiſcopatu Melitinæ dejecerit, quod Abugalebi partes ſuſcepiſſet, ejuſque loco *Eliſæum* cœnobii Bared archimandritam ordinaverit, impoſito ipſi Joannis nomine, quem tamen Melitinenſes rejecerunt, poſtquam eum vino addictum eſſe cognoviſſent. Facinus prætereà inauditum admiſit. Nam quos Abugalebus Presbyteros & Diaconos ordinaverat, perinde ac ſi manus impoſitio irrita & inanis eſſet, Athanaſius eos iterùm ordinavit. Quumque aliquando ordinationem Presbyteratus nonnullis iteraſſet, quin prius eis ordinem Diaconatus conferret, eo facto attonitus & quid agendum eſſet ignorans, hoc imprudens conſilium cepit, ut eis præciperet, ne Liturgiam niſi præſente Diacono celebrarent; quaſi verò Diaconi præſentia illegitimam Presbyteri ordinationem ſupplere queat. Abugalebus in

Joannes qui & Eliſæus Epiſc. Melitinæ.

cœnobium ܕܘܝܪ *Duair*, quod in ditione Antiochiæ ſitum eſt, profectus, Patriarcham Francorum adit, Athanaſium accuſaturus. Is Athanaſium rogavit, ut Abugalebum à cenſuris ſolveret. Recuſantem excedere urbe vetat. Athanaſius à Principe Antiochiæ per Abdelmeſſiam Edeſſenum Melchitam impetrat, ut ad cœnobium Eliæ in Can-

Abdelmeſſias Melchita.

crata Amidenſis regionis pago ſitum ſe recipiat. Ibi contentionem habuit cum Iſaaco Diacono propter Eccleſiæ domos, vineas & agros, quos ille uſurpaverat. Iſaac Principem Amidæ inducit, ut Patriarcham ad abſolvendum ſe à cenſuris compellat. Goſelinus Edeſſæ Dux Athanaſium, qui Amidam urbem juſſu ejus Principis pro carcere habebat, dimittendum curat. In cœnobium itaque Barſumæ quum veniſſet, Edeſſenam Eccleſiam interdicit propter Abu-galebum: Tres inſuper Epiſcopos cenſuris dum vixere, ligatos voluit, Dionyſium ſcilicet Bar-Maudiana, qui Epiſcopatum per annos quinquaginta geſſit, & Calliſurenſem, & Tur-Abdinenſem: nec ullis precibus adduci potuit, ut eos etiam morti proximos abſolveret. Denique Dominico Pentecoſtes die quum Liturgiam in præfato Barſumæ cœnobio inchoaſſet, ubi ad invocationem Spiritus Sancti pervenit, deliquium animi paſſus, Epiſcopo Gargaræ ſacrum perficiente, domum deportatus eſt. Sabbato, die 8. Junii, anno Græcorum 1440. hora tertia deceſſit, poſtquam annos 38. ſediſſet. Maphrianum Tagriti Dionyſium, qui & Moyſes, & Epiſcopos 64. ordinavit. Cognita Athanaſii morte Abugalebus quum ad Synodum, quæ Chiſumæ celebrabatur, properaret, Samoſatæ ex equo decidit, & paulò poſt Edeſſæ moritur. Sub Athanaſio Patriarcha conditum fuit

Dionyſius, qui & Moyſes Maphrianus.

cœnobium ܦܫܝܢ *Pheſchinenſe* ad ripas Euphratis juxta ruinas cujuſdam monaſterii quod Samoſatenorum dicitur, per ܦܠܘܛܝܢܐ *Palutianum* monachum, qui è regione *Carſena* ad cœnobium Barſumæ venerat, & per Davidem cum ſociis monachis, qui in cœnobio ܐܒܗܝ *Ab-hai* morabantur. Dionyſius Melitinæ & Abugalebus Bar-Sabuni quod ii monachi revelationes & miracula jactarent, veluti Meſſalianorum hæreſi infectos,

Pheſchinenſis cœnobii conditus.

Palutianus monachus, David, & Habacuc.

ctos, damnare decreverant: ſed Patriacha ſententiam eorum improbavit. Præfuit autem ei cœnobio poſt Davidem Raban Habacuc Archimandrita, qui & templum exſtruxit, & regulas, quas Raban David dederat, obſervandas curavit, ne ſcilicet vineam, aut agrum, aut alvearium poſſiderent.

Joannes XIII. qui & Maudiana Patriarcha.

44. JOANNES, qui & *Maudiana*, Archimandrita cœnobii Duair ditionis Antiochiæ, in Synodo Epiſcoporum, qui Chiſumæ congregati fuerant, per ſortem electus, in ܬܠܒܫܪ *Telbaſer* operâ Goſelini Edeſſæ Comitis à Dionyſio Maphriano, poſtquam Dionyſius alter Chiſumenſis, qui Synodo præfuerat, obiiſſet, ordinatus eſt in Eccleſia Francorum die 17. Februarii anno Græcorum 1440. Inde in cœnobium Barſumæ profectus, quum per Mabugum tranſiret, Joannem Bar-Andream ex Phareſmana urbe oriundum, virum Syriaci & Armenici ſermonis peritum, non aliud ob crimen, quàm quòd ſibi obviam nequaquàm occurriſſet, depoſuit, ſubſtituto in ejus locum ܒܪ ܛܘܪܟܝܐ *Bar-Turca*. Quæ Patriarchæ ſententia Baſilio ܒܪ ܨܘܡܢܐ *Barſumnæ* Chiſumæ Epiſcopo adeò diſplicuit, ut abdicato Epiſcopatu in Pheſchinenſe cœnobium ſe contulerit, ubi & quinque annos moratus eſt, donec ejuſdem Patriarchæ juſſu, qui Chiſumæ pro Amida Sedem fixerat Amidæque Baſilium Epiſcopum præfecerat, ad ſuam Eccleſiam redire coactus fuit. Idem Patriarcha tertio poſtquam Mabugo præfecerat Bar-Turcam anno, cognitis ejus flagitiis Sede amovit, Bar-Andream dignitati ſuæ reſtituens. Hic autem Bar-Turca è caſtro Zaid oriundus in Tel-Baſer primùm, deinde Symnadam, demùm Chaboram à Patriarcha translatus, quum ob flagitioſam quam ubique duxit vitam omnibus exoſus eſſet, à quibuſdam Armenis interemptus eſt. Interea quum Gregorius Armenorum Catholicus carmen edidiſſet, quo Syros Jacobitas carpebat quod uno digito crucem formarent, quod fermentato pane in Euchariſtia uterentur, & quod vinum, oleum, & mel tactu inſectorum polluta adhibitis precibus mundarent; Bar-Andreas aliud elegantiſſimum carmen Armenico ſermone compoſuit, quo Armenios Judaicorum rituum accuſabat, illudque in cœnobio Ciliciæ, quod ܛܪܐܙܐܪܓ *Trazareg* appellant, inter libros ejuſdem cœnobii miſcuit. Gregorius gentis ſuæ famæ, quæ iis conviciis lacerabatur, conſulturus, utrumque carmen flammis devoveri juſſit: atque ita pacem Armenios inter & Jacobitas ſtabilivit. Per idem tempus obiit Joannes, qui & Eliſæus, Melitinæ Epiſcopus, quumque eam Eccleſiam Baſilius Gehonis Epiſcopus, qui in cella Patriarchæ propter elegantiſſimum characterem & propter rerum gerendarum peritiam morabatur, ambiret, quotquot à Melitinenſibus præſentabantur, rejici curabat: quos inter Joſue fuit, ex eadem urbe oriundus, cognomento ܒܪ ܟܛܪܗ *Bar-Chetre*, dignitate Diaconus, quem præterea cenſuris à Patriarcha multari fecit, quod eum Melitinenſes communibus ſuffragiis Epiſcopum ſibi poſtulaſſent. Is verò ſumma cum animi demiſſione, perinde acſi reus fuiſſet, interdictum Patriarchæ obſervans, abſolutionem petiit. Atque ita Epiſcopo urbs Melitina per tres annos caruit, donec obiit Joannes Patriarcha in cœnobio Duair, poſtquam annos octo ſediſſet, & Epiſcopos duodecim creaſſet. Tùm verò Baſilius ſigillo ejus uſus, Melitinenſem ſibi Epiſcopatum vendicavit.

Dionyſius Epiſcopus Chiſumæ.

Joannes Bar-Andreas Mabugi Epiſc.

Bar-Turca Ep. Mabugi.

Baſilius Epiſc. Chiſumæ.

Gregorius Catholicus Armenorum.

Baſilius Epiſc. Gehon.

Athanaſius VIII. qui & Joſue Patriarcha.

45. ATHANASIUS, qui & *Joſue Barchetre*, poſt annum unum & menſes tres ab obitu Joannis, congregatis Epiſcopis Gargar, Claudiæ, Semhæ, & Gehon, (qui & Melitinam uſur-

uſurpaverat) per ſortem electus, & in cœnobium ܡܩܪܘܢܐ *Macronæ* per Epiſcopos duos evocatus, ibidem monaſtico habitu indutus fuit. Quumque rumor veniſſet, Maphrianum cum ſuis Amidæ adeſſe, ejuſque urbis Principem ut fieret ibi Patriarcha, poſtulare, in cœnobio Cancratæ Presbyter ab Epiſcopo Gargar, deinde in urbe Amida à Dionyſio Maphriano præſentibus duodecim Epiſcopis Patriarcha ordinatus eſt die dominico, 4. Decembris, in feſto Sanctæ Barbaræ, anno Græcorum 1450. Moajedoddinus Bar-Niſan, Amidæ princeps convivio Synodum excepit. Poſtera die Athanaſius Epiſcopum quidem Gehonis Melitinâ in diœceſim ſuam excedere juſſit, Baſilium verò Amidâ in caſtrum Giaaphar: Amidam enim Patriarchæ Sedem eſſe. Hinc ortum ſchiſma. Nam Baſilius Gehonis in vulgus ſpargere cœpit, fraudem in electione Athanaſii ab Epiſcopo Gargar factam fuiſſe, unius Joſue nomine in tribus ſchedulis ſcripto. Alii prætereà Epiſcopi, qui occidentales Euphratis Eccleſias regebant, nec electioni Joſue interfuerant, eum hac de cauſa in Patriarcham recipere detrectabant. Athanaſius in cœnobium Bar-ſumæ profectus, duos Epiſcopos creat: Melitinæ ſcilicet Theodorum ſororis ſuæ filium, Jeruſalem verò Romanum ex ejuſdem urbis cœnobio arceſſitum: utrique Ignatii nomen imponit. Anno 1452. congregati Epiſcopi occidentales cum Bar-Andrea & Bar-Sumna in Heſen-Manſur libellum canonum condiderunt & ad Patriarcham tranſmiſere, hac conditione eum recepturi, ſi eos canones obſervaturum ſe promitteret. Promiſit Athanaſius. Ii itaque in cœnobium advenientes, obedientiam Patriarchæ præſtitere. Patriarcha verò Melitinam profectus, Mohammad Regi occurrit: mox in Eccleſia S. Mamantis moratus, Chriſma in majori Eccleſia conſecravit. Inde in cœnobium Aaron Sigaræ ſe conferens, Maipheractenſi Epiſcopo Amidenam Sedem regendam dedit, Tarſenſi verò Antiochiam. Anno poſt obiit Bagdadi Dionyſius Maphrianus ejuſque cadaver Tagritum deportatur. Anno 1454. menſe Octobri in monaſterio Aaron ordinatus eſt Tagriti Maphrianus Lazarus è cœnobio Sergii, ex ܥܒܪܐ *Ebra* Gubæ caſtro, qui Ignatii nomen aſſumpſit. Intereà Goſelinus Edeſſæ Comes Baſilium Bar-Sumna è Chiſumenſi ad Epiſcopatum Edeſſenum, & Timotheum è Gargar Samoſatam transferri jubet; Patriarchæ verò nomen in ſua ditione proclamari ad altaria vetat, quòd nonnulli eum illegitimè ordinatum fuiſſe eidem Comiti ſuggeſſiſſent. Athanaſius verò ut Goſelinum ſibi pacatum redderet, Epiſcoporum tranſlationem quam is fecerat, ratam habuit: & Chiſumæ quidem pro Barſumna Eliam monachum ordinavit. Per eadem tempora Baſilius Lacabenæ Epiſcopus ob fornicationis crimen depoſitus, quum injunctam ſibi pœnitentiam egiſſet, à Patriarcha cœnobiis ܙܒܪ *Zabar* primùm præfectus, deinde in diœceſim ܨܒܒܪܟ *Sababarech* eadem de cauſa tranſlatus, demùm poſt tres annos quum ejuſdem flagitii accuſatus fuiſſet, Epiſcopatu dejectus eſt. Sub idem tempus Joannes Mardæ Epiſcopus, qui ab Athanaſio Abulpharagio anno Græcorum 1436. ordinatus fuerat, librum de Providentia Dei ſcripſit, quem Joannes Chiſumenſis, & Bar-Andreas Mabugenſis, & Saliba Presbyter Carigaræ, & Dionyſius, qui & Jacobus Bar-ſalibi Amidæ Epiſcopus impugnavere, ut dixi p. 208. Anno 1459. Athanaſio Amidæ commorante, Joannes qui & Bar-Andreas Mabugo Carſenam, & Timotheus Carſena Mabugum commutavit: ſed paulò poſt quum idem Bar-Andreas cum Philarto Carſenæ gubernatore diſſidium habuiſſet, ea urbe excedens, in Pheſchinenſe cœnobium

Ignatius qui & Theodorus Epiſcopus Melitinæ.

Ignatius qui & Romanus Epiſcopus Jeruſalem.

Ignatius ſeu Lazarus Maphrianus.

Timotheus Epiſc. Samoſatæ.

Elias Epiſcopus Chiſumæ.

Baſilius Epiſc. Lacabenæ.

Joannes Mardæ Epiſc.

Joannes Epiſc. Chiſum. Saliba Presb. Carigaræ.

Dionyſius qui & Jacobus Bar-Salibi.

Timotheus Epiſc. Carſenæ.

bium ſe contulit; Timotheus verò ad ſuam Eccleſiam Carſenam rediit. Anno 1460. die 18. Junii, Sabbato, Goſſelinus cœnobium Barſumæ deprædatus eſt: die ſequenti monachos ejuſdem cœnobii cum ingenti populi multitudine captivos abduxit, quod Turcarum pignora, quæ apud ipſos depoſita fuerant, tradere noluiſſent. Menſe Septembri ejuſdem anni Davidem & Jacobum monachos dimiſit, ut taxatam auri ſummam pro cæterorum redemptione compararent. Anno ſequenti, menſe Januario libertate cunctos donavit, poſtquam Turcarum inſidias evaſiſſet. Id Bar-hebræus miraculo Barſumæ accidiſſe fabulatur, cujus digitum in eo cœnobio aſſervari narrat. Eodem anno Patriarcha Amidâ digreſſus, in caſtrum Zaid venit, ubi & tres annos manſit: ordinavit autem Sergium diſcipulum ſuum ejuſdem caſtri Epiſcopum, impoſito ei *Joannis* nomine. Ignatius Maphrianus ibidem Patriarcham rogavit, ut Moſulanam diœceſim Tagritenſi adjiceret. Abnuit ille, & in cœnobium Barſumæ profectus, Jacobum Barſalibi, quem ſuggeſtione Joannis Mardæ Epiſcopi interdicto coërcuerat, lecto ejus adversùs eundem Joannem libro non modò ab interdicto abſolvit, verùm etiam Epiſcopum Marhaſenſem creavit, impoſito ei Dionyſii nomine. Anno 1466. menſe Januario in cœnobio Barſumæ coacta Synodo, cui Patriarcha, Maphrianus, Bar-Andreas, Joannes Mardæ, Dionyſius Marhas, & Joannes Chiſumæ interfuere, Canones 40. conditi ſunt, & Moſulana diœceſis Tagritenſi adjuncta, Roabanum Chiſumenſi, Mabugum Marhaſenſi, Sibabarecha Edeſſenæ, & Bar Andreæ Turabdinenſis Eccleſia, amotis ſeniore Turabdini, & Baſilio Sibabarechæ, & Lacabenæ Epiſcopis. Bar-Andreas in cœnobio Ananiæ anno poſt moritur, quum magnam doctrinæ famam nomini ſuo comparaſſet. Celebre eſt ejus carmen nomine Michaëlis monachi compoſitum, quo Athanaſium

Joannes qui & Sergius Epiſc. caſtri Zaid.

Patriarcham carpit, quod ſacros ordines pecunia venderet. Per id tempus Aaron Haditæ in Segeſtana Epiſcopus, quem Ignatius Maphrianus ordinaverat, pœnitentia ductus, quod Mahometanam ſectam amplexus eſſet, quum dignitatem Epiſcopalem recuperare nequiviſſet, Conſtantinopolim abiit, & Chalcedonenſem religionem ſuſcepit: mox in Syriam reverſus, iterùm ad Mahometanos tranſiit, quà demùm ſectâ ejuratâ, Jeroſolymam pœnitentiæ cauſa primùm petiit, deinde ad montem Libanum apud Maronitas ſeceſſit, ubi & vita functus eſt. Atque hìc Bar-hebræus duo Epiſcoporum ejus temporis vitia notat: eorum nempè, qui ob laſciviam depoſiti vel aliò tranſlati fuere, aut denique à Chriſtiana fide defecerunt, ut Aaron Haditæ, & Bar-Turca Telbaſer Epiſcopi, de quibus ſuprà: Gabriel quoque Marhaſenſis cognomento ܫܡܐܒܝܪ *Sciamabir*, Epiſcopus Sarugi; & Joſeph filius ſororis, & coadiutor Timothei Epiſcopi Gargar, quem Athanaſius Patriarcha Abugalebi monachi & Joannis Epiſcopi Mardæ hortatu in monaſterium Maronæ detruſit: & eorum, qui nepotes ſuos in tenera adhuc ætate conſtitutos, Epiſcopos coadiutores ordinari fecerunt, ut Baſilius Gehon, & Dionyſius Gubæ. Anno 1474. die 4. Auguſti Michaël Archimandrita cœnobii Barſumæ Joannis Mardenſis Epiſcopi operâ uſus, aquas in præfatum cœnobium duci curavit. Anno 1475. obiit Ignatius Maphrianus, ejuſque cadaver in cœnobium Ananiæ deportatum, cimeliis ejus Joanni Mardenſi relictis. Eodem anno obiit Melitinæ Saliba Carigaræ Presbyter, cui Barſalibæus cuncta ferè quæ edidit opera nuncupaverat. Anno 1476. ordinatus eſt in locum Ignatii Joannes Maphrianus cœnobii Jacobi in monte Edeſſæ Archimandrita. Eodem anno obiit Joannes Epiſcopus Mardæ. Athanaſium verò Patriarcham quidam hortabantur,

Aaron Epiſc. Haditæ in Segeſtana.

Joannes Maphrianus.

tur, ut Marden pergeret, ibique Sedem loco Amidæ figeret. Quumque ob calculi morbum, quo is affictabatur, Marden proficiſci nequiret, Dionyſium quidem Barſalibæum Amidæ Epiſcopum, Mardæ verò Michaelem Archimandritam cœnobii Barſumæ creare conſtituit: verùm morte præventus eſt. Obiit autem menſe Julio anno Græcorum 1477. poſtquam annos 27. cum menſibus 7. ſediſſet, in Theſauro Eccleſiæ in Sepulchro trium Athanaſiorum ſepultus. Ordinavit Maphrianos duos, & Epiſcopos 33. Eodem anno obiit Joannes Patriarcha Alexandriæ, cui Marcus quadrageſimo poſt die ſucceſſit.

Joannes, & Marcus Coptorum Patriarchæ.

Michaël Magnus Patriarcha.

46. MICHAEL MAGNUS, Eliæ Presbyteri Melitinenſis filius, ex familia Kandiſia, Archimandrita cœnobii Barſumæ, congregatis in cœnobio Pheſchinenſi ditionis Gargar Epiſcopis, per ſortem Dominico Pentecoſtes die electus, in cœnobio deinde Barſumæ anno Græcorum 1478. feria tertia, die 18. Octobris in Patriarcham conſecratus eſt; accedentibus præſertim Anachoretarum, Epiſcopi Jeruſalem, & Dionyſii Barſalibæi ſuffragiis, quorum auctoritas excitatum à nonnullis tumultum compeſcuit. Tres enim fuerant ea in electione candidati: Abugaleb nimirùm ſenex, qui etiam Athanaſii Patriarchæ competitor fuerat; & Raban Sahada, hoc eſt, *Martyrius* monachus in monte Edeſſæ; & Michaël Abbas monaſterii Barſumæ. Quum autem ortum eſſet inter Epiſcopos diſſidium, ad quemnam conſecrandi Patriarchæ munus ſpectaret, Synodi decreto ſancitum eſt, ut Maphrianus quidem cum duodecim Epiſcopis manum ei imponeret; Edeſſenus verò, qui Synodo præerat, Liturgiam celebraret; Melitinenſis Evangelium, Barſalibæus alteram Lectionem legeret, Chiſumenſis *Gratia Divina* &c. proclamaret; Gebonius denique & Gubenſis Orationes recitarent. Hoc pacto conſecratus Michaël, libellum profeſſionis Fidei per tres monachos ad Patriarcham Alexandrinum direxit: mox in cœnobium Ananiæ [1] ſe contulit, ubi 1
conditis undetriginta Canonibus, [2] 2
Marden quidem pro Amida in Sedem Patriarchæ conſtituit. Dionyſium verò Barſalibæum Amidam tranſtulit, quam per annos quinque rexit. Per id tempus Ignatius Melitinæ Epiſcopus à principe ejus urbis comprehenſus & in carcerem detruſus, tercentum argenteis ſolutis evaſit. Patriarcha verò adhibitis Ignatio Gargar & Baſilio Cæſareæ ſociis, Edeſſam, Chiſumam, & cœnobium Bared luſtravit, ubi Epiſcopum Gehon unàcum nepote ejus coadiutore ob varia, quorum accuſabantur, crimina condemnavit. Mox è Cilicia Jeroſolymam profectus, eam urbem feria quinta ante Dominicam Palmarum ingreſſus eſt: & in cœnobio Magdalenæ, quod Jacobitæ incolebant, chriſma conſecravit. Die Paſchatis Patriarcham Francorum adjit, à quo perhonorificè exceptus fuit. Inde Antiochiam petiit, ubi annum tranſigens, chriſma conſecravit, & tres inſuper Epiſcopos ordinavit, quorum unus Athanaſius fuit in locum Athanaſii ipſius Patriarchæ patrui, qui Anazarbenſem Eccleſiam tribus ſupra triginta annis rexit. Antequam Antiochiam ingrederetur, Patriarcham Græcorum in ܩܘܣܝܪܘ *Coſairo* commorantem inviſit. Antiochia verò in cœnobium Barſumæ reverſus; anno Græcorum 1480. Synodum indixit, in qua Abugalebus monachus Gehonis Epiſcopus ordinatus eſt, & Canone perpetuum valituro decretum, ne mulieres

Ignatius Epiſc. Gargar. Baſilius Epiſc. Cæſareæ.

Athanaſii duo Anazarbæ Epiſcopi.

Abugaleb Epiſ. Gehon.

NOTÆ.

1 *Ananiæ*. Hac occaſione Bar-ſalibæus Orationem panegyricam de laudibus Michaëlis Patriarchæ habuit, cujus ſuprà memini pag. 154.

2 *Canonibus*. Eos citat Bar-hebræus in ſuo nomocanone, ut dixi pag. 155.

res cujuſcumque conditionis aut gradus cum Epiſcopis aut in monaſteriis monachorum cohabitent. Eodem anno in locum Athanaſii Maipheractæ Abugalebus qui & Ignatius Maphriani Ignatii ex fratre nepos in cœnobio Crucis ordinatus eſt, & in locum Baſilii Edeſſeni Athanaſius ſeu Denha ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconus. Ignatius verò Melitinæ Epiſcopus ejuſque frater Sergius Presbyter quum ſe apud Patriarcham in Synodo purgaſſent, ex Melitinenſium teſtimonio abſoluti ſunt. Anno 1481. Manuel Comnenus Imp. per Chriſtophorum literas ad Michaëlem Patriarcham de religione ſcripſit: Theorianum inſuper ad eundem & ad Narſetem Armenorum Catholicum miſit, qui quum in ܩܣܛܪܐ ܕܪܗܘܡܝܐ *caſtrum Romanum* perveniſſet, ſignificavit Michaëli, ut in Syriam ad colloquium properaret, quoniam ipſi in Meſopotamiam proficiſci non licebat. Michaël Joannem 1 Epiſcopum Chiſumenſem ad Theórianum allegavit. Theorianus Byzantium reverſus, iterùmque ab Imp. in Syriam miſſus, Michaëlem ad caſtrum Romanum per literas denuò arceſſit. Is verò Theodorum monachum cognomento Bar-Vehebun, diſcipulum ſuum mittit, ut ad Theoriani quæſtiones reſponderet. Diſceptatum eſt de ſubſtantia & natura ex doctrina Ariſtotelica, Theoriano ad Theodori argumenta, ut Bar-hebræus ex amore ſuæ ſectæ fabulatur, obmuteſcente. Hinc Armenorum Catholicus, qui victas Theoriano manus dederat, viribus reſumptis, ſic ad eundem ſcripſiſſe dicitur. Quum Synodum 2 celebravero, ſententiam meam Imperatori declarabo. Epiſtolam quoque ad Michaëlem Patriarcham miſit in hæc verba. ܡܟܝܠ

ܕܡܠܟܐ ܕܝܘܢܝܐ ܡܗܝܡܢܐ ܠܘܬܢ ܥܣܪ .
ܫܘܐܠܐ ܚܡܫܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܟܝܠ .
ܕܢܐܡܪ ܬܪܬܝܢ ܟܝܢܝܢ ܡܚܝܕܢ ܒܡܫܝܚܐ .
ܬܪܬܝܢ ܨܒܝܢܐ . ܬܪܬܝܢ ܡܥܒܕܢܘܬܐ .
ܘܒܪܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܡܫܝܚܐ ܗܘܝܘ ܕܐܘܠܕܗ
ܘܡܫܝܚܐ ܘܩܢܘܡܗ ܘܡܫܚܬܗ . ܘܗܘܐ ܬܪܬܝܢ
ܕܐܠܗܐ ܫܠܝܡ . ܘܡܫܝܚܐ ܐܢܫܐ
ܫܠܝܡܐ ܘܐܠܗܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܕܟܠܡܕܡ . ܘܢܐܡܪ
ܚܠܦܝܢ ܘܡܠܟܐ ܐܝܟ ܡܫܪܝܐ ܘܠܐ ܦܘܠܓܐ .
ܘܒܫܡ ܫܡܝܐ ܕܫܘܠܐ ܘܡܢܝܢܐ ܟܢܘܫܐ
ܘܢܟܦܘܪ ܒܗܘܢ ܡܫܝܚܐ ܘܐܡܗ . ܘܕܠܐ
ܒܪܗ ܠܒܪܐ . ܘܢܩܒܠ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܟܠ
ܘܟܠܩܝܕܘܢ ܚܢܢ ܦܢܩܝܬܐ ܕܠܘܬ ܠܝܐܘܢ
ܕܪܝܢܐ ܘܐܡܪܢ ܠܘܩܒܠ ܚܫܝܫܐ ܐܢܘܢ
ܠܐܦܘܠܝܢܪܝܘܣ . ܐܠܐ ܕܐܦ ܥܒܕܐ ܕܟܠܗ ܟܠܐ
ܕܐܠܗܐ ܚܠܦܝܢ ܗܘܐ ܐܢܫ ܠܟܣܝܬܐ
ܠܐ ܡܫܬܐ ܠܟ . ܘܟܠܡ ܗܘܠܟܝܢ ܗܘ ܗܘܐ
ܘܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܐܝܟ . ܐܦ ܚܘܝܢ .

*Græcorum Imperator decem nobis quæſtiones 3 propoſuit: quinque de Fide: ut nimirùm duas in Chriſto unitas naturas dicamus, duas voluntates, duas*

Athanaſius Ep. Maipheractæ.

Ignatius Abugaleb Ep. Maipheractæ.

Baſilius Epiſc. Edeſſæ.

Athanaſius Denha Ep. Edeſſæ.

Theorianus ab Imp. Manuele ad Armenos & Syros Jacobitas allegatus.

1

Theodorus Bar-Vehebun monachus.

## NOTÆ.

1 *Joannem*. Diſerta ejus mentio fit in diſputatione Theoriani cum Nierſeſe Armeniorum Patriarcha tom. 4. Biblioth. vet. Patrum: ubi *Ceſſunii Epiſcopus* appellatur, & Theoriano ſe oppoſuiſſe dicitur.

2 *Synodum*. His conſonant quæ leguntur circa finem Diſputationis Theoriani cum Nierſeſe ubi, *ab hodierno die*, inquit, *ſcribere literas ad Armeniorum Epiſcopos ubique gentium incipiam, quibus eos ad Synodum invitabo. Ea quum habita fuerit, in medium proponam auctoritates omnes quotquot Armenii habent, & pro ipſis eſſe videntur: proponam & illa ſacrarum literarum teſtimonia quæcumque tu mihi protuliſti &c.* Sed morte præventus, ut ſcribit Galanus tom. 1. Conciliationis Eccleſiæ Armenæ cum Latina cap. 21. pag. 322. optatam ejus Eccleſiæ concordiam perficere nequivit.

3 *Quæſtiones*. Eaſdem fere Propoſitiones Græci ab Armeniis poſtularunt in Concilio Tarſenſi habito anno Chriſti 1177. ſub Gregorio Patriarcha Nierſeſis hujus nepote, & ſub Leone Armeniæ Rege apud Galanum tom. cit. à pag. 331.

*duas Operationes; ut cum tribus Synodis & Quartam & Quintam & Sextam & Septimam prædicemus: ut denique è Triſagio Hymno appendicem illam* Qui crucifixus es pro nobis *expungamus: & quinque quæſtiones de Ritibus: ut ſcilicet Feſtum Nativitatis cum cæteris Nationibus celebremus: ut Fermentum in Euchariſtia, & Aquam in Calice ponamus: ut Chriſma ex oleo olivæ conficiamus: ut in Eccleſiis oremus: ut Liturgiam palàm faciamus. Et ritus quidem reformare pro bono pacis facile nobis eſſet duaſque naturas juxta Theologum dicere. Verùm ut particulam illam,* Qui crucifixus es pro nobis *expungamus, aut Sanctis viris anathema dicamus, fieri nulla ratione poteſt. His tamen non obſtantibus quidquid tu feceris, etiam nos faciemus.* Quid ad hæc Narſeti Michaël reſcripſerit, haud exprimit Bar-hebræus. Vero tamen ſimile eſt, hominem Jacobitam nil intentatum reliquiſſe, ut Armenios, quos præceſſores ſui Monophyſiticis erroribus infecerant, ab Eccleſiæ communione averteret. Id certè egit cum Jacobitis ſuis: nam ad literas Imperatoris per Theorianum & alterum quendam Græcum ܩܠܘܐܢܘܣ *Caloënum* nomine tranſmiſſas, quibus ad unitatem Eccleſiæ invitabatur, ita reſpondiſſe fertur. ܕܚܢܢ

ܫܝܢܐ ܪܕܝܢܢ ܘܠܐ ܥܪܩܝܢܢ ܡܢܗ
ܐܢܗܘ ܕܥܡ ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܡܫܚܠܦܝܢ
ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܒܗܬܐ ܘܡܘܕܝܢ ܥܡ
ܐܬܢܣܝܘܣ ܘܩܘܪܝܠܠܘܣ ܕܚܕ ܗܘ
ܟܝܢܐ ܕܡܠܬܗ ܕܡܠܬܐ ܕܡܬܒܣܪܢܘܬܐ.

*Nos pacis ſummoperè ſtudioſi ſumus, nec eam fugimus: modò cum iis fiat, qui fidem Patrum haudquaquam mutent, & cum Athanaſio atque Cyrillo unam Verbi incarnati naturam dicant.* Hic exitus fuit miſſionis Theoriani juxta Bar-hebræum: cui conſonare videntur quæ ex menologio Armenorum ſcribit Galanus to. 1. Concil. Eccl. Armenæ cum Latina p. 240. ubi Nierſeſem Armenorum Patriarcham obiiſſe affirmat, antequam Synodum ſuæ gentis Epiſcoporum cogeret, in qua Orthodoxam ipſis de Incarnat. fidem proponere decreverat.

Anno 1481. Aminaddinus eunuchus Mardæ dominus, quum atrium Eccleſiæ ejus urbis uſurpaſſet & fano Mahometanorum adjunxiſſet, poſtera die equo delapſus interiit. Eodem anno Michaël Patriarcha ædificavit Eccleſiam cœnobii Abugaleb in regione Gargar. Anno 1482. die 24. Septembris obiit Joannes Chiſumæ Epiſcopus in cœnobio Barſumæ. Anno 1483. exeunte Novembri deceſſit Dionyſius qui & Jacobus Bar-ſalibi, Amidæ Epiſcopus, & ſepultus fuit in eadem urbe juxta ſepulcrum Bar-Abdon & Bar-Suſan Patriarcharum: cujus exſtant doctæ expoſitiones in vetus & novum Teſtamentum & in libros Doctorum, & in centurias Evagrii, & opera dialectica. *Barſalibæi obitus.* Eodem anno menſe Julio Eccleſiam Mardenſem S. Thomæ nuncupatam Mahometani uſurparunt propter Barſumæ cujuſdam Mardenſis cum muliere Mahometana ſtuprum. Per idem tempus Haſan Bar-Culib Preſbyter & monachus Mardenſis qui à fide defecerat, pœnitentia ductus Jeroſolymam profectus eſt, ibique Mahometanam perfidiam ejuravit. Quamobrem fratres ejus cæterique monachi à præfecto Saraceno comprehenſi & variis ſuppliciis affecti ſunt. Eodem anno Michaëlis Patriarchæ, Abulhaſani Archidiaconi & Romani œconomi Melitinæ operâ inſtaurari cœptum eſt majus ejuſdem Melitinæ templum, quod Ignatius cognomento *Curſor* anno Græcorum 1280. extruxerat: (obiit autem idem Curſor anno 1302.) *Ignatius cognomento Curſor, Epiſc.* Anno autem 1485. perfectum fuit ejuſdem Templi ædificium. Idem Michaël, quum Eccleſiam Amidæ ab impoſito per Abu-Saadum tributo liberam feciſſet, cœnobii Cancratæ templum exſtruxit. Joannem verò qui & Denha, *Joannes qui & Denha, Epiſc. Callinici.*

ha, Callinici Epiſcopum, quem olim Athanaſius Joſue Patriarcha in Synodo in cœnobio Ananiæ habita ab Epiſcopatus adminiſtratione removerat, cognitâ iterùm ejus causâ quum reum deprehendiſſet, etſi Mahometanorum Mardæ, Moſul, & Bagdadi dominorum ope ſuſſultum, dignitate tamen, qua fungebatur, & communione Jacobitarum privavit, donec ipſum Patriarcham Antiochiæ commorantem is reſipiſcens adiit, à quo in montem Edeſſæ miſſus, ut quum eò ipſe adveniſſet, Eccleſiæ alicui præficeretur, ante Michaëlis adventum morte præventus fuit.

Ignatius Epiſc. Haæ.

Anno 1485. Ignatius Epiſcopus [illegible] *Haæ* quum ſuos presbyteros & monachos apud infidelem principem accuſatum iret, à Curdis [illegible] ad ſtipitem alligatus interiit. Sunt autem Curdi quos veteres Carduchos dixere: de quibus Renaud. t. 2. Lit. Orient. p.508. & Morer. in Lex. Eodem anno Michael Patriarcha Privilegium, quod cœnobio Barſumæ in Synodo poſt obitum Joannis Barſuſan habita conceſſum confirmaverat, ne ſcilicet juriſdictioni Patriarchæ id cœnobium ſubeſſet, revocare coactus fuit, poſtquam malo ſuo expertus eſt, inflatos eo privilegio monachos debitam Patriarchæ obedientiam excuſſiſſe. Diſſidium quoque Patriarcham inter & Maphrianum

Haſſaſſanitæ populi Syri in ditione Tagritenſi.

exſtitit propter [illegible] *Haſſaſſanitas* ditionis Tagritenſis populum, qui cum Eccleſia Jacobitica, à qua ab ævo Georgii & Cyriaci Patriarcharum propter ea Liturgiæ verba, *Panem cœleſtem frangimus*, diſſenſerant, reconciliari poſtulabant; [illegible]

*ut in hiſtoria Orientali oſtenditur*, inquit Bar-hebræus, hoc eſt, in tertia parte hujus Chronici, ubi ad annum 1489. cauſa hujus diſſidii fuſiùs deſcribitur, ut infrà ſermo erit.

Quæſtio de Sacramento Confeſſionis.

Eadem tempeſtate orta eſt in Ægypto quæſtio de ſacramento Confeſſionis Marcum inter Patriarcham Alexandrinum, & Marcum alterum Konbari filium, Michaële ſententiam utriuſque improbante. Verba Bar-hebræi referre juvat, qui in hac hiſtoria à Scriptoribus Renaudotio in Tractatu de Pœnitentia, & in Hiſt. Alexan. laudatis nonnihil diſcrepat.

[illegible]

*In Ægypto quoque Doctor quidam cæcus, Marcus nomine Konbari filius, Confeſſionem quidem peccatorum prædicare cœpit, verùm ad mentem impurorum Meſſalianorum, & juxta ſenten-*

*tentiam Lemophtii* [1], *qui aſſerebant, nos in corpore incorporeos futuros, & impaſſibilitatem aſſequuturum eum, qui peccata confitetur. Quamobrem Marcus Alexandriæ Papa Confeſſionem omninò rejecit. Hinc magnum in tota Ægypto ſchiſma fuit. Et nonnulli quidem Patriarcham damnantes, filium Konbari tuebantur; alii verò hunc rejicientes, Patriarchæ adhærebant. Utraque igitur pars Michaëlem Patriarcham Antiochiæ commorantem per literas ea de re conſuluit. Qui conſcripto prolixo libello, hæreſim Meſſalianorum impugnans, damnationem filii Konbari, donec in ea opinione perſiſteret, confirmavit: ad Papam verò ſcripſit, non oportere ipſum propter Konbari filium Confeſſionem reſpuere.* Uterque igitur juxta Bar-hebræum in ſacramentum Confeſſionis reus, Marcus ſcilicet Patriarcha Alexandrinus, & Marcus alter Konbari filius: Hic quod plus nimio ei ſacramento addictus, in Origenianum & Meſſalianum errorem delapſus eſt: Ille quod ab his erroribus abhorrens, Confeſſionem abrogavit. Et quidem quæ de abrogatione Confeſſionis per Marcum Alexandrinum ejuſque deceſſorem Joannem facta narrantur, Ægyptii quoque Scriptores, & Abuſelah Armenus apud Renaudotium hiſtor. Alex. pag. 550. & Michael ipſe Antiochenus Jacobitarum Patriarcha in Tractatu de Præparatione ad Communionem, cujus ſuprà memini p. 155. confirmant: nec ullus hac de re ambigendi locus relinquitur, quidquid ad excuſandum impium eorum Patriarcharum decretum excogitaverint Jacobitæ Copti, ut Ebnaſſalus [2] in Nomocanone cap. ult. & Syri, ut Bar-hebræus loco ſuprà allato. Quod verò ad errorem Marci filii Konbari ſpectat, quum Abuſelah Armenus & Auctor vitæ Marci LXXIII. Alexandrini Patriarchæ nullam ejus mentionem faciant, exiſtimo calumniam fuiſſe ab ipſo Marco Patriarcha ejuſque aſſentatoribus adversùs filium Konbari excogitatam, ut impiæ ſuæ doctrinæ, quam adversùs Confeſſionem in vulgus ſpargebant, fucum facerent, & ab eis ad Syros Jacobitas per famam & literas devenire: unde hæc haurire potuit Bar-hebræus, quæ ſuprà de eodem Konbari filio ſcripſit. Sed ad Michaëlem Patriarcham regredior.

Anno 1491. Michaël Patriarcha ex urbe Antiochia in cœnobium Barſumæ ſe conferens, templi novi ejuſdem

## NOTA.

1 *Lemophtii*. Ita legitur apud Bar-hebræum. Puto mendum eſſe amanuenſis, qui *Antropomorphitarum* nomen in *Lemophtium* convertit: nam quis fuerit hic Lemophtius, & quando extiterit, nullibi hucuſque legi. Origeniſtæ in Ægypto & Palæſtina eundem errorem, qui hic Lemophtio & Meſſalianis tribuitur, propugnabant, ut Eccleſiaſtica docet hiſtoria.

2 *Ebnaſſalus*. Propter Sacerdotum culpam Confeſſionem à Patriarchis Coptorum abrogatam affirmat, non quod ii de hoc Sacramento malè ſenſerint. Sic enim ſcribit loc. cit.

واما الاعتراف فهو طب روحاني نسبته الى الروح
نسبة الطب الجسداني الى الجسد . وكما ان
الجسداني لا يتم الا بطبيب خبير خير والا كان
ترك التطبب خيرًا منه من جاهل او شرير . ثم
بقبول المريض واستعماله ما يوصف له . ثم
بامكان المداواة من جهة الزمان والمكان
والامكان والا فلا فايدة . فكذلك الروحاني .
ولما صار وجود الخبير الخير نادرا وكذلك
القسمان الاخران صار الاعتراف فى القبط لا
يوجد الا نادرا ومنع بعض بطاركتهم منه الجمهور
لعدم اجتماع الشروط الثلثة التى لا تتم الا بها.

*Confeſſio eſt medicina ſpiritualis, atque ita ſe habet ad ſpiritum, ut medicina corporalis ad corpus. Et ſicuti* medicina *corporalis non perficitur, niſi per medicum peritum & probum: alioquin melius eſſet eâ non uti, quàm medicum indoctum aut improbum adhibere: rursùs per id, quod infirmus præſcriptam ſibi regulam ad amuſſim exequatur: demùm per ſumptionem medicinæ ſuis tempore & loco & circumſtantiis: alioquin nihil prodeſſet. Ita &* medicina *ſpiritualis. Quum autem raró contingat virum doctum & probum reperire, & idem de duabus aliis partibus dicendum ſit; hinc factum, ut rara quoque ſit apud Coptos Confeſſio, quam nonnulli Patriarcharum ejus gentis populo interdixerunt propter defectum harum trium conditionum, ſine quibus ea perfici nequit.*

Simeon Epiſc. Arzun. Joſue Epiſcop. Caſtri Zaid. Abraham Epiſcopus Amidæ. Theodorus Bar-Vehebun Antipatriarcha.

uem cœnobii fundamenta jecit. Eodem anno Simeon Epiſcopus Arzuni, Joſue Heſnæ, hoc eſt, Caſtri Zaidi, Abraham Amidæ, & alter Sibabarechæ in Eccleſia Amidæ conſpiratione facta Theodorum Bar-Vehebun in Patriarcham ordinarunt, duravitque id ſchiſma annos tredecim, quod ex hoc Bar-hebræi Chronico deſcripſi ſuprà à pag. 213.

Anno 1492. Kalig-Arſelan Turcarum Rex cum Michaele colloquium habuit Melitinæ feria 5. die 8. Julii. Poſtera die Diploma ei conceſſit, quo cœnobium Barſumæ à tributo liberum fecit. Die Dominica Reliquias Petri Apoſtolorum Principis, in theca dexteræ manus inſtar conformata auroque & gemmis ornata incluſas, quas idem Turcarum Rex è caſtris Imperatoris Græcorum eripuerat, eidem Patriarchæ dono dedit, quæ uſque in præſentem diem in præfato cœnobio aſſervantur.

Ignatius Abugaleb Ep. Maipheractæ. Ignatius Gabriel Ep. Maipheractæ.

Anno 1493. obiit Ignatius, qui & Abugaleb, Epiſcopus Maipheractæ filius fratris Ignatii Maphriani, ejuſque in locum ordinatus fuit Ignatius qui & Gabriel ejuſdem ex fratre nepos, monachus cœnobii Barſumæ. Eodem anno die 30. Julii, Sabbato, cœnobium & Templum vetus Barſumæ igni concrematum eſt incuriâ cujuſdam Denhæ monachi. Flammas evaſit theca, in qua digitus Barſumæ incluſus erat; & Codices nonnulli. Cœnobium triennio inſtauratum fuit. Eccleſia nova ſpatio duodecim annorum exſtructa, & duobus aliis annis picturis ornata. Per id tempus obiit Ignatius Jeruſalem Epiſcopus, qui eam Eccleſiam annis 45. rexit. Athanaſius Patriarchæ frater ei ſuſſectus, à monachis ejus urbis nequaquam exceptus eſt. Gregorius Armenorum Catholicus cum Sciahinſciah ſororis ſuæ filio, quos inter diſſidium ad arma uſque exarſerat, in cœnobio ܛܒܘܣ *Tabos* apud Chiſumam urbem reconciliatur. Edeſſæ Eccleſia ſancti Joannis incendio conflagrat. Quindecim porrò fuiſſe magnas ea in urbe Eccleſias ferunt, quæ ſub Saracenis corruere. Maudiana Edeſſenus Mardæ Epiſcopus à Michaele creatus, paulò poſt quum ab iis civibus vexatus eſſet, Melitinenſium conſilio Byzantium adiit, ubi ſuſcepta Chalcedonenſium religione ad Maipheractenſem diœceſim remiſſus eſt.

Ignatius Epiſc. Jeruſalem. Athanaſius Epiſcopus Jeruſalem. Gregorius Catholicus Armenorum.

Maudiana Mardæ Epiſc.

Anno 1500. Joannes Maphrianus ex tecto Eccleſiæ ܕܒܝܬ ܚܘܕܝܕܐ Beth-Chudidæ caſtri delapſus moritur: eique ſuccedit Gregorius, qui & Jacobus Michaelis Patriarchæ ex fratre nepos.

Joannes Maphrianus. Gregorius Jacobus Maphrianus.

Anno 1504. die 21. Octobris obiit Antiochiæ Athanaſius Jeruſalem Epiſcopus Patriarchæ frater, in cœnobio Duair ſepultus, cujus loci Archimandrita Ignatius qui & Sahada in ejus locum ſuſſectus eſt. Menſe Canun ejuſdem anni mortuo Dionyſio Melitinæ Epiſcopo Joannes Calliſuræ qui & Bar-Conon, ſuccedit. Eodem anno die 15. Maji, Dominica ante Pentecoſten congregata Epiſcoporum Synodo Michaël Patriarcha novam cœnobii Barſumæ Eccleſiam dedicavit. Gregorio Armenorum Catholico in Cilicia menſe Julio decedente, filius fratris ejus, Deraſa [1] nomine, adhuc puer Patriarchatum obtinet. Joannes Patriarcha Alexandrinus Petrum Epiſcopum ad Michaëlem cum libello fidei allegat, qui nomen ejus in cunctis ſuæ ditionis Eccleſiis recitari jubet. Hujus legationis in vita Joannis LXXIV. Patriarchæ nulla fit mentio apud Renaudotium.

Ignatius Sahada Epiſc. Jeruſalem. Dionyſius Ep. Melitinæ. Joannes Bar-Conon Epiſc. Melitinæ.

1 Deraſa Armenorum Catholicus. Joannes Patriarcha Alexandrinus.

Anno 1506. Leo Ciliciæ Rex Caſtrum

NOTA.

1 *Deraſa*. In Hiſtoria Patriarcharum Armeniæ per Galanum edita, neque hujus, neque ſucceſſoris nomen legitur: ſed poſt Gregorium, cognomento Degham, qui Nierſeſem excepit, Gregorii duo num. 65. & 66. recenſentur; niſi forte Gregorii nomen uterque aſſumpſit.

ſtrum Romanum occupat, depoſitoque Deraſa, Baidarum Armenorum Catholicum ordinari facit.

Baidar Armenorum Catholicus.

Diſſidium de Paſchate.

Anno 1508. diſſidium de Paſchate fuit, eo quod quartadecima Judæorum in ſabbatum vigeſimæ nonæ diei Martii inciderit. Græci enim ſequenti die Paſcha celebrarunt, quum decima Februarii Jejunium inchoaſſent. Syri verò, Ægyptii & Armeni altera Dominica, hoc eſt, 6. Aprilis. Hæc autem confuſio nonageſimo quinto quoque anno contingere ſolet. Iberes quum Armenios ſecum Paſcha minimè celebrantes ægrè ferrent, Eccleſiam eorum flammis devovere, quadraginta hominibus eo incendio abſumptis. Armenii ad arma provocarunt, nec à bello Iberibus indicto deſiſtere voluerunt, donec Iberes pro Eccleſia quidem centum mille denarios, pro ſingulis verò hominibus mille perſolverunt. Intereà quum Michaël Patriarcha ſenuiſſet, Joſue cognomento *Labeo*, fratris ejus filius, ab Epiſcopis & Archimandritis, qui patruum adibant, chirographum exigebat futuræ in Patriarchatu ſucceſſionis. Quæ res ſummum Labeoni apud omnes, & apud ipſum patruum, cui hæc innotuere, odium conflavit.

Joſue Labeo.

Obitus Michaëlis Patriarchæ.

Anno 1511. die 7. Novembris, nocte feriæ ſecundæ anno ætatis 73. obiit Michaël Patriarcha, quum annos 33. ſediſſet, creatis Maphriano Tagriti, & Epiſcopis 54. Corpus ſepultum fuit in Eccleſia nova cœnobii Barſumæ, in ſepulcro quod ipſe ſibi vivens ante altare aquilonare exſtruxerat. ܗܘ ܒܪܢܫܐ ܗܢܐ ܡܢܝܚܐ
ܙܪܝܙܐ ܗܘܐ ܒܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܫܒܚ
ܗܘܐ ܒܩܘܡܬܐ ܘܒܚܙܬܐ ܦܐܝܬܐ. ܪܡ
ܩܠܐ ܘܚܠܐ ܢܥܝܡܬܐ. ܘܚܦܝܛ ܗܘܐ
ܒܟܬܝܒܬܐ ܠܠܝܐ ܘܐܝܡܡܐ. ܘܟܬܒܐ
ܬܡܝܗܐ ܫܒܩ ܒܥܕܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܕܐܠܗܐ.

*Fuit autem hic vir glorioſæ memoriæ* (verba ſunt Bar-hebræi) *in ſacris Scripturis eruditus, ſtatura venerabilis, vultu decorus, clara & ſuavi voce, in ſcriptione noctu diuque aſſiduus: libros admirabiles in ſancta Dei Eccleſia reliquit*: quos ſuprà recenſui à pag. 155.

Athanaſius IX. qui & Saliba Patriarcha.

47. ATHANASIUS, qui & ܨܠܝܒܐ ܩܪܚܐ *Saliba Calvus*, cœnobii Barſumæ Archimandrita, die 16. Decembris anno Græcorum 1551. in cœnobio ܡܕܝܩ *Modik* regionis Claudiæ, ubi Epiſcopi 15. convenerant, per ſortem electus eſt, reluctantibus Gregorio Maphriano ejuſque factionis Epiſcopis, qui *Joſue Labeonem* Michaëlis Patriarchæ ex fratre nepotem ordinari curarunt. Porrò Joſue ſtatim ac patrui cadaver terræ commendatum eſt, Patriarchatus ſpe ductus, ex cœnobio Barſumæ iter Amidam ſuſcepit: Michaëlem verò ܩܪܕܘܡ *Cardum* unum ex ejus cœnobii Abbatibus, qui ipſum in monaſterio Abugalebi aſſequutus, ut ſpem Patriarchalis dignitatis abjiceret, perſuadere conabatur, Præfecto caſtri Gargar, quod ad provinciam Amidæ ſpectat, puniendum tradidit. Amidæ Gregorium Maphrianum fratrem cum tribus Epiſcopis Orientalibus reperit, qui ipſius ordinationem apud infidelem ejus urbis principem procurabant. Verùm à Menna ejuſdem civitatis Epiſcopo, qui plurimum apud omnes medicinæ cauſa pollebat, urbe excedere compulſi ſunt.

Mennas Epiſc. Amidæ.

Michaël Jun. qui & Joſue Labeo, Patriarcha.

48. MICHAEL JUNIOR, qui & *Joſue Labeo*, Amidâ cum Gregorio fratre Maphriano, ut ſuprà dixi, ejectus, Mardæ in cœnobio Ananiæ, corrupto muneribus ejus urbis principe, feria ſexta, quam Confeſſorum vocant, anno Græcorum 1511. in Patriarcham ordinatus, tres ipſe ibidem Epiſcopos creavit. Inde à Mardenſibus pulſus, Tur-Abdinum perrexit;

rexit: mox Melitinam, ubi in paterna domo delituit. Anno 1512. Turabdinenſes principi ſuo ſupplicarunt, ut Athanaſium Patriarcham eò venire permitteret. Athanaſius perhonorificè ab iis exceptus, cœnobium Cartaminenſe adiit, ubi & Epiſcopum caſtro Zaid ordinavit. Marden poſtea profectus, quum accepiſſet Rocnaddinum Melitinæ dominum à Joſue ſubornatum, cœnobio Barſumæ eum præfeciſſe, Afraphi Regis Adeli filii & Sedidaddaulæ Ægyptii ejus ſcribæ operâ ab eodem Rocnaddino ineunte Julio obtinuit, ut Joſue ejecto ipſe in eo cœnobio ſedem figeret. Et Mardæ quidem duobus annis, antequam id à Rocnaddino impetraſſet, commoratus fuerat: deinde Rheſinam cum Afrapho Rege perrexerat, cujus Eccleſiam inſtauravit, unàcum cœnobio Saphyli, quod ſupra eam urbem ſitum eſt: demùm in cœnobio Abugaleb à Januario ad menſem uſque Julium manſit, donec monaſterium Barſumæ jubente Rocnaddino ipſi reſtitutum fuit. Joſue verò Melitinam repetiit, domique manere coactus eſt uſque ad Athanaſii obitum.

Obitus Athanaſii Patriarchæ.

Obiit autem Athanaſius in præfato Barſumæ cœnobio anno Græcorum 1518, quum annos ſeptem ſediſſet.

Simeon Heſnenſis.

Per id tempus Simeon medicus Heſnenſis cœnobium S.Cyriaci ܙܘܢܝܩܪܬܐ *Zonicratæ* in regione Heſnæ, ſeù Caſtri Zaidi, ubi duo fluvii ܕܒܐ *Deba*, & ܐܪܣܢܝܐܣ *Arſanias* conjunguntur, inſtauravit, ſexaginta monachis eo deductis, qui communem vitam, inſtar Cilicum monachorum, ducebant.

Poſt Athanaſii obitum, Michaël qui & Joſue Labeo, ſubornato Montagebo Melitinæ domino, Sedem iterùm invadens, cœnobium Barſumæ occupat. Tùm Mennas Amidæ Epiſcopus, Theodorus cognomento ܫܘܟܝܪ *Sukair* Edeſſæ, & Stephanus Turabdinenſis Heſen-manſur, quod petitam ab eo ad ſolvendum domino Amidæ tributum pecuniam haud impetraſſent, in cœnobio ܫܝܪܐ *Siræ* cum aliis Turabdini Epiſcopis congregati, decreverunt *Joſue ſcribam Romanum* ܝܫܘܥ ܣܦܪܐ ܪܗܘܡܝܐ qui ibidem anachoreticam vitam agebat, in Patriarcham ordinare. Is verò Niſibin aufugit. Labeo miſſis ad Epiſcopos Mobracho & Michaele Cardo cœnobii Barſumæ Abbatibus, pollicitus eſt ſe auri ſummam iis daturum quam vellent, modò ab ordinatione alterius Patriarchæ abſtinerent. Epiſcopi fraudem in promiſſis Labeonis ſuſpicati, duos ex ipſis Niſibin cum Amictu Patriarchali allegant, ut Joſue monachum in id cœnobium vi pertraherent. Invitum itaque & reluctantem ordinant in cœnobio Siræ anno Græcorum 1519. impoſito ei *Joannis* nomine.

Joannes XIV. qui & Joſue Scriba, Patriarcha.

49. JOANNES, qui & *Joſue Scriba* anno 1519. ut mox dixi, ordinatus, in cœnobio Baximarenſi, quò Epiſcopos fugiens ſe receperat, tamdiù delituit, donec Archimandritæ monaſterii Gavicathæ, quod apud Mopſveſtiam ſitum eſt, operâ à Leone Armenorum Rege commendatitias ad Ezzaddinum Cæſareæ Cappadociæ Tyrannum literas impetravit, ut in Patriarcham ubique proclamaretur. Cæſareâ Melitinam ſe contulit. Inde cœnobium Barſumæ petiit: mox Edeſſam, Amidam, Marden, Turabdinum aliaſque Meſopotamiæ urbes luſtravit, deducentibus ipſum Menna Amidæ & Theodoro Edeſſæ Epiſcopis cum ingenti Cleri & populi multitudine, qui incredibilem ea occaſione auri ſummam congeſſere, multo Patriarcham alieno ære obſtrictum obtendentes. Abſoluto circulo Joannes è cœnobio Barſumæ, quo reductus fuerat, in Ciliciam ad monaſterium Gavicathæ iterùm aufugit.

Obitus Michaëlis Junioris Patriarchæ, qui & Joſue Labeo.

Labeo verò ſubornatis Melitinæ præfectis cœnobium Barſumæ quum repetiiſſet, ibidem anno Græcorum

corum 1526. deceſſit, poſtquam Gregorii Maphriani fratris obitum intellexit, ut fuſiùs ex Bar-hebræo narravi pag. 231. Labeone extincto Joannem Patriarcham Epiſcopi è Cilicia ad cœnobium Barſumæ reduxere, qui Davidem monachum ac Preſbyterum in locum Gregorii Maphriani ordinavit. Vixit autem Joannes uſque ad annum Græcorum 1531. quo deceſſit, poſt exortum cum Simeone cœnobii Barſumæ Archimandrita diſſidium, quod ſuprà deſcripſi à pag. 233.

Ignatius II. qui & David, Patriarcha.

50. IGNATIUS qui & *David* olim Maphrianus ab Epiſcopis Bar-conone Calliſuræ, Eudoxio Bar-Bitra Lacabenæ, Baſilio caſtri Zaidi aliiſque, qui poſt obitum Mennæ Amidæ, Theodori Edeſſæ, & Chamiſii Turabdini in cœnobio Modik convenerant, communibus ſuffragiis in Patriarcham electus & in monaſterio Barſumæ conſecratus fuit anno Græcorum 1533. Dominica Pentecoſtes, recitatâ ſuper eum Oratione S. Clementis[1] quæ Patriarcharum propria eſt, & tradito ipſi Baculo Paſtorali ſuper Thronum in Eccleſia circumductus. Et hanc quidem Eccleſiaſticam functionem, quæ in conſecratione Ignatii Davidis adhibita fuit, idcircò Bar-hebræus adnotatam voluit, ut quoſdam ſuæ gentis Patriarchas carperet, qui ex Epiſcopali ad Patriarchalem dignitatem evecti, integram tamen Patriarchæ ordinationem, qualis in Pontificali Syrorum exhibetur, quæque pro iis dumtaxat inſtituta eſt, qui ex Presbyteris in Patriarchas ordinantur, perperàm acceperunt. Exemplum illegitimæ hujuſce ordinationis habes infrà, ubi de Dionyſio Angur Patriarcha.

Dimiſſa Synodo profectiſque ad ſuas Diœceſes Epiſcopis, Ignatius è cœnobio Barſumæ in monaſterium Zonicratæ, quod in finibus caſtri Zaidi ſitum eſt, perrexit, poſtquam Melitinæ optimatibus ſummam auri, quam pro ejus ordinatione poſtularunt, perſolviſſet. Inde Euphrate tranſmiſſo, cœnobium Abugalebi petiit. Quumque Aladdinum ܟܝܩܘܒܐܕ Chikobadum Regem Melitinam adveniſſe comperiſſet, eum cum ingentibus donis, quæ Jacobitæ Melitinenſes & monachi cœnobiorum *Curſoris*, *Macronæ* & *Sergii* ipſi obtulerant, ſalutaturus adiit: à quo perhonorificè exceptus fuit. Tùm verò inſtaurationi magni cœnobii animum applicuit, extructa picturiſque ornata nova Eccleſia, quam Michaël Patriarcha inchoaverat. Dionyſium quoque Epiſcopum, qui Melitinæ ab ipſo præfectus fuerat, cum ejuſdem cœnobii Abbatibus, quibuſcum diſſidium poſt Barſumæ & Michaelis Cardi obitum is habebat, reconciliavit. Baſilium verò Arcæ Epiſcopum eoſdemque cœnobii præfectos, qui Dionyſii Melitinenſis inſtigatione ipſum Patriarcham apud Aladdinum Regem accuſaturi iverant, auctoritate & magis opibus, quibus pollebat, retrocedere coegit. Aſſumptis autem itineris ſociis Dionyſio Jeremiæ filio Melitinæ Epiſcopo, Aria Heſnæ & Saliba ܕܩܘܦܠܕܐ Cuphlidæ Archimandritis, Hieroſolymam ire decrevit: ubi à Francis ſummo cum honore exceptus, in cœnobio Magdalenæ, in quo ſeptuaginta monachi Jacobitæ degebant, commoratus eſt. Ibi Thomam quendam monachum Æthiopem, ut Cyrillo Laklaki filio Patriarchæ Alexandrino, qui in alienam Diœceſim manus iniecerat, par pari referret, Epiſcopum Abyſſinorum, Francis Jeroſolymæ dominis incon-

Dionyſius Ep. Melitinæ.

Baſilius Epiſc. Arcæ.

Thomas Æthiops ab Ignatio Epiſcopus Abyſſinorum ordinatus.

NOTA.

1 *S. Clementis*. Exſtat in Pontificali Syriaco tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 573. Cod. Ecchell. 4. prodiitque per Morinum in libro de Ordinationibus Syrorum propè finem ordinationis Patriarchæ, ubi Ritus etiam tradendi Electo Baculum Paſtoralem eumque Throno impoſitum circumducendi per Eccleſiam deſcribitur.

inconſultis, ordinavit. Verba Barhebræi refero, quibus limites utriuſque Jacobitarum Patriarchatus, Alexandrini ſcilicet & Antiocheni, & diſſidii Ignatium inter atque Cyrillum orti cauſam deſcribit.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

*Quumque ibi aliquandiu manſiſſent, Abyſſinus quidam monachus, Thomas nomine, eos adjit. Hunc ajebant ex nobili inter Abyſſinos familia genus ducere. Cupiebat autem Nigrorum regionis Epiſcopus ordinari: rem duas ob cauſas illegitimam. Primum, quia ea diœceſis ſub ditione Alexandrinæ Sedis erat: ac proinde ad eum Patriarcham, non ad Antiochenum ordinandi jus ſpectabat. Deinde quia ex quo Abyſſini fidem Chriſtianam acceperunt, nullum ex ipſis Metropolitam habuere, ſed Ægyptium aliquem virum iis præfici oportuit, cui exactam obedientiam ſemper præſtitere. Et hæc quidem conſuetudo ei conſonat, quæ in Oriente apud nos viget, ubi Maphrianum Orientales niſi ex Occidente, ordinari ſibi non admittunt, tametſi ſermone ſcripturaque hic diœceſeos ſuæ hominibus conſonet; Ægyptius verò, qui ad Abyſſinos pergit, neque ſermonem eorum neque ſcripturam intelligit. Patriarcha autem Mar Ignatius propter diſſidium quod cum Cyrillo Laklaki filio Alexandrino Patriarcha habebat, nimirùm quia Cyrillus poſitum à patribus noſtris antiquis limitem tranſgreſſus (qui decreverant terminum utriuſque Sedis, Antiochenæ ſcilicet & Alexandrinæ, locum eſſe Ares appellatum,) Metropolitam Jeroſolymæ ordinaverat, eam ob cauſam, quod nobiles Juriſperiti Ægyptii quum Jeroſolymæ & in tota Syria plures eſſent, de Syris Epiſcopis conqueſti erant, quod ab ipſis propter differentiam ſermonis haud rectè paſci poſſent; ac proptereà ab iis compulſus, Paſtorem iiſdem dederat. Quæ quidem cauſa etſi juſta eſſet; non tamen decebat Cyrillum ordinem invertere, ſed eum oportebat ad Patriarcham Antiochenum remittere Ægyptium illum, quem is ſecundùm legis præſcriptum ritè ordinaſſet. Hanc igitur ob cauſam volens & Mar Ignatius Patriarcha par pari referre & malefactum malefacto opponere, cogitavit Abyſſinis Metropolitam inſtituere. Idque ut conſultis Fratribus Francorum Præſulibus fieret, ne ſcilicet Ægyptius ille Metropolita, qui Jeroſolymæ morabatur, tumultum excitaret; Dionyſium Claudiæ, qui & Saliba Haripha, ad eos miſit, ut negotium ipſis ſignificaret. At illi reſponderunt, non oportere legem tàm citò violari, ſed Patriarcham parumper expectare debere ajebant, donec ex noſtris aliquem ad Cyrillum mittamus, ut manum ex hoc loco amoveat. Quodſi recuſaverit, in omnibus quæ cupitis, vobis adjutores erimus. Verùm Patriarcha, qui quum quippiam mente concepiſſet, ſtatim perficere ſolebat, nequivit impetum ſuum cohibere, ſed poſtera die Nigrum illum ordinavit.* Pergit referre, Francos ob ordinationem Thomæ Æthiopis multum Ignatio Patriarchæ ſuccenſuiſſe, eoſque tandem placatos, quum Dionyſius Saliba Claudiæ Epiſcopus in eoſdem culpam rejeciſſet, quos ajebat ab ipſo conſultos, num Patriarchæ Metropolitam illum ordinandi facultatem dare vellent, reſpondiſſe, ut faceret quidquid æquum judicaret. Porrò diſſidii illius Jacobitas Syros inter & Ægyptios propter Metropolitæ Jeroſolymorum ordinationem orti meminit Auctor vitæ Cyrilli Laklaki Patriarchæ Alexandrini apud Renaudotium in hiſt. Alex. pag. 579. qui addit, pag. 580. Metropolitam illum ab Ignatio Syrorum Patriarcha excommunicatum, *auxilium à Francis petiiſſe, quorum auctoritate confirmatus dignitatem retinuit* (verba ſunt ejuſdem Renaudotii loc. cit.) *& in Coptitas eorumque Eccleſias plenam juriſdictionem obtinuit. Vulgò ferebatur eum ſubſcriptio-*

*ſcriptione ſua teſtatum ipſis fuiſſe, quod eandem fidem eandemque doctrinam, quam illi, profiteretur. Ea enim*, inquit Auctor, *ipſorum conſuetudo eſt, ut neminem prorſus ſibi adjungant, niſi poſtquam id fecerit.* Et pag. 581. inter conditiones, quæ Cyrillo Laklako Patriarchæ Alexandrino ab Epiſcopis & à monacho Hamado Echmimenſi ejus adverſario pro bono pacis propoſitæ fuerunt, hæc præcipua eſt, *ut ſcilicet nihil innovaret adverſùs jura Antiocheni Patriarchæ, ſed Metropolita nuper Hieroſolymis inſtitutus, ultrà Gazam quæ erat limes dominii Ægyptiaci, nullam auctoritatem uſurparet.* Denique idem Renaudotius cit. p. 580. rectè advertit, *ex novi illius Hieroſolymitani Coptorum Metropolitæ inſtitutione originem habuiſſe Antiſtites, qui Coptitis ad hanc uſque diem in Urbe ſancta præfuerunt.* Nam, ut ab eodem Renaudotio pag. 466. obſervatum fuerat, à Cyrillo Patriarcha Alexandrino LXVII. rogatu Manſuri cujuſdam Jacobitæ anno Chriſti 1088. Epiſcopus quidem ex Ægypto Jeroſolymam ad conſecrandam novam Eccleſiam miſſus fuit; non tamen is Hieroſolymitanæ Jacobitarum diœceſi veluti deſignatus Antiſtes præfuit. Quin & Syri ipſi Jacobitæ nullum Jeroſolymæ Epiſcopum habuerunt antequam Franci ea urbe potiti eſſent, ut ex hoc Bar-hebræi Chronico liquet. Quod igitur Syri Jacobitæ ſacros Canones tranſgreſſi Jeroſolymam urbem novi illius Metropolitæ inſtitutione Antiocheno ipſorum Patriarchæ ſubjecerant, hoc idem fecere poſtea Ægyptii. Sed ad Ignatium Patriarcham regredior.

Hic Paſchalibus feſtis exactis, Epiſcopos & Archimandritas convocat, ut cauſam Dionyſii Jeremiæ filii, quem ipſe ad Melitinenſem Eccleſiam evexerat, judicarent: eum enim ajebat acceptorum beneficiorum immemorem, conſpirationis quam cœnobitæ Barſumæ in ipſum moliti fuerant, auctorem fuiſſe. Illi decreverunt, Dionyſium Melitinenſi Epiſcopatu dejiciendum eſſe, & ad Alepenſem Eccleſiam, unde Melitinam translatus fuerat, revocandum. Quod & factum eſt. Nam Ignatius Hieroſolymis Antiochiam profectus, Dionyſium cum nonnullis Epiſcopis Alepum miſit. Quumque Antiochiæ æſtatem tranſegiſſet, autumno appetente cœnobium Barſumæ petiit. Et Melitinam quidem ire juſſit Dionyſium Salibam Claudiæ Epiſcopum, ut Natalitia feſta celebraret: quibus peractis Ariam juvenem Barſumæ archimandritæ Samuelis filii ex fratre nepotem, ejuſdem urbis Epiſcopum ordinat: quo intra anni ſpatium defuncto, Aaronem monachum ac Presbyterum, cognomento Angur, Ariæ Kokenſis Archimandritæ diſcipulum, menſe Januario, Dominica illa, qua Evangelium nuptiarum Canæ Galilææ legitur, in ejus locum ſubſtituit, impoſito ipſi Dionyſii nomine. Ordinatio in cœnobio Curſoris, quod apud Melitinam ſitum eſt, peracta. Ejus verò cœnobii Eccleſiam Deiparæ nuncupatam inſtauravit, ædificatis juxta cœnobium Xenodochiis duobus: altero pro Chriſtianis, altero pro Mahometanis, qui fanum etiam ſuæ ſuperſtitionis ibidem excitari curarunt. Eccleſiam inſuper in caſtro Romano, rogatu Joſue Presbyteri qui ingentem ibi populi Jacobitici multitudinem eſſe & Eccleſia carere ſignificaverat, propriis ſumptibus à fundamentis exſtrui juſſit. Mox Antiochiam reverſus, hortum in ſuperiori urbis parte à Francis emit, ubi Eccleſiam & cellulas, in quibus Patriarcha manere poſſet, ædificavit.

Aria Epiſcopus Melitinæ.

Dionyſius qui & Aaron Angur, Epiſcopus Melitinæ.

Anno 1557. die 14. Septembris in feſto S. Crucis, Abulpharagium Aaronis filium Melitinæ natum, qui Rhetoricæ & Medicinæ in urbe Tripoli apud Jacobum quendam Neſtorianum operam navabat, Antiochiam arceſſitum, Epiſcopum Gubæ ordinat, ut dixi pag. 246. Salibam verò Vagium Jacobi Edeſſeni filium, Abulpharagii ipſius ſtudiorum æmulum,

Abulpharagius Chronici hujus Auctor, Epiſcopus Gubæ ordinatur.

Baſilius, qui & Saliba Vagius Jacobi Edeſſeni filius, Epiſc. Alepi.

lum, urbi Aco, ſeù Ptolemaidi præficere decreverat. Sed ne id exequeretur, effecit Athanaſius Joſue, Patriarchæ ipſius diſcipulus, qui ex Lacabenæ Epiſcopatu ad eam Eccleſiam transferri poſtulavit. Mortuo igitur paulò poſt Dionyſio, qui & Baſilius Jeremiæ filius, idem Saliba Alepi Epiſcopatum obtinuit.

Athanaſius Joſue Epiſc. Lacabenæ, deinde Ptolemaidis.

Poſt hæc ædificavit Patriarcha Eccleſiam Deiparæ in Siſide ad latus majoris Armenorum Eccleſiæ: quæ commune ejus urbis excidium ab Ægyptiis anno 1560. illatum ſola evaſit. Eodem tempore Iſa Edeſſenus medicus alteram Jacobiticæ genti Eccleſiam Barſumæ nuncupatam in eadem urbe exſtruxit. Ignatius verò Patriarcha non ædificiis duntaxat Eccleſiarum, verùm & ſcholarum inſtitutione gentem ſuam juvare ſatagebat. Plures autem Epiſcopos ordinavit, Maphrianoſque duos, quorum alter Dionyſius Capharſaltenſis ܟܦܪܣܠܛܝܐ fuit, olim Gozartæ Epiſcopus, alter Joannes Bar-Maadani Mardenſis. Quumque podagræ & calculi morbo per Baſilium, qui & Saliba Vagius, Alepenſem Epiſcopum levatus fuiſſet, Antiochiâ in cœnobium Barſumæ, monachorum & Epiſcoporum agmine ſtipatus, ſe contulit. Huc ad celebrandas ſecum quadrageſimæ ſolemnitates Dionyſium Melitinæ cæteroſque Epiſcopos arceſſivit. Dionyſius & Epiſcopi Gubæ, Calliſuræ & Claudiæ, quod Patriarcham in ipſos malè animatum ſuſpicarentur, adire eum recuſarunt. Patriarcha ab Aarone

Aaron Epiſc. Lacabenæ.

ܛܢܙܝܓܘ Tanzigo Lacabenæ Epiſcopo de ſtructis ſibi apud Melitinæ principes inſidiis admonitus, è cœnobio Barſumæ in regionem ܟܘܪܪܡ *Coraram*, quæ in ditione Alepi eſt, noctu ſe proripuit, ubi in quodam pago, quem ܡܪܕܐ *Marde* appellant, in horto cujuſdam Syri habitavit. Et Synodum quidem adversùs Dionyſium Melitinæ Epiſcopum, datis ad Joannem Bar-Maadani Maphrianum & ad cunctos Syriæ, Palæſtinæ ditioniſque Romæorum Epiſcopos literis indixit: verùm quum Maphrianus niſi præmiſſo ſibi de futura in Patriarchatu ſucceſſione Chirographo adeſſe recuſaret, infecta re Synodus dimiſſa eſt. Patriarcha veritus ne à præfecto Coraræ Edeſſam mitteretur, in Caſtrum Romanum opera Jacobi Presbyteri Joſue ejuſdem Caſtri Presbyteri filii deportatur: ubi à Conſtantino Armenorum Catholico perhonorificè exceptus, literas ſuſpenſionis & interdicti in Dionyſium Melitinæ Epiſcopum ad Presbyteros & principes locorum omnium viros ſcripſit, quas tamen nemo palàm legere auſus eſt.

Eodem tempore dimiſſo Aaron Lacabenus Epiſcopatu, Jeroſolymam petiit, ubi & in cellula ſe clauſit. Ignatius autem Patriarcha Gregorium Abulpharagium ex Guba in Lacabenam tranſtulit; Gubæ verò Epiſcopum ordinavit Barſumam filium fratris Lazari ejuſdem urbis olim Epiſcopi. Danielem autem Chaboræ Epiſcopum, Maphriani Joannis diſcipulum, qui ejuſdem Patriarchæ nomine epiſtolam ad Mardæ dominum calumniis plenam adverſùs Maphrianum præceptorem ſuum ſcripſerat, cellâ ſua excedere juſſit: qui Alepum profectus, quum apud Negemum quendam Naxivanenſem Mahometanorum antiſtitem Dialecticæ animum applicuiſſet, ejuſdem Negemi opera ad Mahometanam ſuperſtitionem tranſiit, ut infrà ſermo erit.

Gregorius Abulpharagius Chronici auctor ex Guba in Lacabenam translatus. Barſumas Epiſc. Gubæ. Lazarus Epiſc. Gubæ. Daniel Epiſc. Chaboræ apoſtata.

Denique Ignatius poſtquam Aytonum Armenorum Regem & Conſtantinum [1] ejuſdem gentis Catholicum,

NOTA.

[1] *Conſtantinum*. In ſerie Patriarcharum Armeniæ ſeptuageſimum, de quo vide Galanum tom. 1. Concil. Eccl. Arm. cum Rom. cap. 25. pag. 373.

cum, qui ipſi quod Armeniis Eccleſiam concedere noluiſſet ſuccenſuerant, rejectâ in Presbyteros & Epiſcopos ſuos Jacobitas culpâ placaſſet, in caſtro Romano die 14. Junii anno Græcorum 1564. deceſſit. Exequias idem Catholicus celebravit, & cadaver ad orientalem majoris Armenorum Eccleſiæ partem ſepeliendum curavit. Adfuerunt morienti præter ingentem Presbyterorum ac monachorum multitudinem duo ex Epiſcopis Jacobitis: Gregorius nimirùm Heſen-manſur, & Baſilius Roaban. Cimelia ejuſdem Catholicus uſurpavit, præter nonnulla, quæ ipſe Ignatius in teſtamento expreſsè legaverat, ut cœnobio Barſumæ, crucem auream, par Flabellorum ex argento, Paramentum integrum, Chronicon, & Pandecten: Succeſſori verò Patriarchæ, ampullam pro Chriſmate ex argento, tria Paramenta integra, & librum magnum Chirotoniæ Michaëlis magni Patriarchæ manu exaratum. Denarii centum pro funere Sacerdotibus diſtributi. Biſcentum & mulam Rex Ciliciæ habuit.

*Obitus Ignatii Patriarchæ.*

*Gregorius Ep. Heſen-Manſur Baſilius Epiſc. Roaban.*

*Dionyſius VII. qui & Aaron Angur, Patriarcha,*

51. DIONYSIUS, qui & *Aaron Angur*, ex Epiſcopo Melitinæ in cœnobio Barſumæ anno Græcor. 1563. [1] die 14. Septembris in feſto Sanctæ Crucis ab Epiſcopis Dionyſio Claudiæ, Gregorio Heſen-manſur, Gregorio altero Aaronis filio, Lacabenæ, Barſuma Gubæ, & Baſilio Damiano Cæſareæ, in Patriarcham ordinatus [2] eſt, diſſentiente Joanne Bar-maadani Maphriano cum nonnullis ſuæ factionis Præſulibus, qui ipſum Maphrianum Patriarchali dignitati inhiantem ad ſchiſma faciendum impellebant. Eodem die tranſlato ex Heſen-manſur ad Epiſcopatum Melitinæ Gregorio, Barſuma Diaconus Habibi Presbyteri filius, diſcipulus & conſanguineus Ignatii Patriarchæ, aſſumpto Ignatii nomine, ab eodem Dionyſio Epiſcopus Heſen-manſur conſecratur. Maphrianus autem congregatis Orientalibus & Turabdinenſibus Epiſcopis Edeſſam petit, Dionyſii electionem impugnaturus. Hic verò ad conciliandum ſibi hominem humaniſſimas literas per Gregorium Abulpharagium Lacabenæ Antiſtitem mittens, rogat, ut ad Synodum accederet, ſuam electionem ex communibus Epiſcoporum ſuffragiis diſcuſſurus. Intereà Maphrianus Edeſſâ Alepum pergit, inſtigante Baſilio Alepenſi Epiſcopo, qui in ea urbe ipſum Maphrianum conſecrari volebat. Abulpharagius quum Edeſſæ Maphrianum minimè reperiſſet, miſſis Alepum per Joſeph ſororis Angur filium, quas à Patriarcha acceperat, literis, in cœnobium Barſumæ regreditur: epiſtolam ſuam adjungens, qua congregatos Alepi Epiſcopos obteſtabatur, ne ſchiſma facerent, ſed Epiſcoporum Septentrionalium (eorum ſcilicet qui Dionyſii partes ſequebantur,) adventum expectarent. Eandem ob cauſam Joannes Saliba Amidæ Epiſcopus cum Joanne Maipheractenſi diſcipulo ſuo in urbem Alepum properavit, ne quid ſcilicet novi Maphrianus moliretur. Sed poſtridie eò pervenit, quàm Ma-

*Ignatius Barſuma Epiſ. Heſen-Manſur.*

*Joannes Saliba Epiſc. Amidæ. Joannes Maipheractæ.*

NOTÆ.

1 1563. Imo 1564. ut liquet ex obitu præceſſoris Ignatii; mendum amanuenſis.

2 *Ordinatus*. Dioniſii ex Epiſcopo in Patriarcham electi ordinationem reprehendit Bar-hebræus, in hæc verba, ܒܪܡ ܡܬܡܢܝܢܘܬܗ ܕܐܚܪܬܐ ܕܝܠܗ ܐܝܟ ܗܝ ܕܚܝܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܬܪܫܝܢܐ ܗܝ ܐܝܟ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܬܪܬܝܢ. ܟܕ ܓܝܪ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܡܬܩܪܐ ܘܡܬܓܒܐ܆ ܡܘܬܒܐ ܒܠܚܘܕ ܘܠܐ ܐܚܪܢܐ ܡܬܥܒܕ ܠܗ ܟܕ ܡܬܝܗܒ ܠܗ ܚܘܛܪܐ ܘܐܝܕܗ ܠܥܠ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܬܬܪܝܡܐ:

*Verùm altera ejus ordinatio non ſecùs ac illa Patriarchæ Hajæ, reprehendenda eſt, tamquam alterum Baptiſma. Quum enim Epiſcopus in Patriarcham vocatur & eligitur, Enthroniſmus duntaxat celebrari debet, tradito ipſi Baculo ejuſque manu ſuprà omnes elevatâ.* Quem ritum vide in Pontificali Syrorum.

Maphrianus in Patriarcham inauguratus fuerat.

Joannes cognomento Bar-Maadani, Patriarcha.

52. JOANNES BAR-MAADANI ex Maphriano in Patriarcham die 4. Decembris in feſto S. Barbaræ anno Græcorum 1564. Alepi, ut mox dixi, ordinatus, paulò poſt Baſilium ejuſdem urbis Epiſcopum Maphrianum Orientis proclamavit, impoſito ipſi Ignatii nomine; quod à pluribus improbatum fuit: & jure quidem: nominum enim mutatio ab Epiſcopis ſemel facta, ut obſervat Bar-hebræus, iterùm fieri non debet propter tranſlationem ad majorem Sedem. Alepo Joannes Antiochiam profectus, quum cauſam Athanaſium Joſue inter Ptolemaidis, & Joſue alterum Pherſonis filium Tripolis Epiſcopum adversùs hunc decidiſſet, ab eo apud Francos ejuſdem urbis accuſatus eſt, quod vivente Dionyſio Jacobitarum Patriarcha, qui in cœnobio Barſumæ morabatur, ipſe tyrannicè Sedem occuparet. Trium menſium ſpatium datum fuit, ut cauſam uterque Patriarcha diceret. Joannes ingentibus ſibi donis Francos primùm conciliat: deinde per Ignatium Baſilium, quem Maphrianum creaverat, diploma à Damaſci Rege obtinet, in tota Syria juriſdictionem Patriarchalem exercendi. Hinc ad Eccleſiarum regimen animum convertens, Dionyſium qui & Matthæus, Ignatii olim Patriarchæ diſcipulum è Gumarum Sede Alepum transfert, rejecto Daniele Chaboræ Epiſcopo, quem Copti Juriſperiti veluti profanis Arabum ſcientiis addictum poſtulaverant. Qua repulſa offenſus Daniel, à Chriſtiana fide defecit, & paucis poſt menſibus ad extremam pauperiem redactus interiit. Joannes verò Antiochia Alepum, inde Marden ſe confert. At Dionyſius Angur quum Edeſſenorum operâ per Diaconum quendam

Ignatius, qui & Baſilius Saliba, ex Epiſcopo Alepi, Maphrianus Orientis.

Dionyſius, qui & Matthæus Gumarum primùm, deinde Alepi Epiſcopus.

nomine Pharganium à Damaſci Rege Diploma impetraſſet, alterum etiam ab Ezzaddino Iconii Soltano poſtulavit, ut in utriuſque ditione liberè proclamaretur. Utque ſibi Turabdinenſes etiam ſubjiceret, Thomæ ejuſdem loci Epiſcopi hortatu, Gregorium Abulpharagium Lacabenæ Epiſcopum cum Abdaele monacho fratris ſui filio in eam regionem pergere juſſit, ut ex cœnobiis & pagis ſummam pecuniæ gubernatoribus eorum locorum erogandam colligerent: quod illis ſtrenuè exequentibus, amplum Diploma Dionyſius recepit, quo ſolus ipſe Jacobitarum Patriarcha declarabatur. Edeſſeni interim volentes Dionyſium in Syriam è cœnobio Barſumæ pertrahere, per eundem Pharganium id apud Naſerum Damaſci Regem effecerunt, ut allegato ille nobili equite Patriarcham Damaſcum invitaret. Adfuit Patriarcha cum Epiſcopis Cæſareæ, Damaſci, Mabugi, & Lacabenæ & cum Simeone illius cœnobii Archimandrita: & in conſpectum Regis admiſſus, Abulpharagio Lacabenæ Præſule interpretante, diſſidii cauſam ſecum inter & Joannem Bar-maadani orti expoſuit: Protulit & diploma Ezzaddini Iconii Regis: nec non alterum Baſanvini Tartarorum militiæ præfecti, quod Michaëlis Gabræ filii medici Meletinenſis operâ obtinuerat. Indignatus hac de re Naſerus, quod ſcilicet Dionyſius ad Tartaros Mahometanorum hoſtes confugiſſet, recuſavit Diploma ſuum confirmare, donec is viginti ſeptem millia [1] *alborum* perſolvit, uſus conſilio principis Ægyptio- 1
rum Juriſperitorum ܡܟܝܢ ܒܪ ܚܡܝܕ
*Machini* [2] *Hamidi filii*. Ita ex aula 2
Naſeri dimiſſus, Alepum petit, inde caſtrum Romanum, ubi à Catholico Ar-

NOTÆ.

1 *Alborum*. ܙܘܙܐ. Ita appellatur monetæ argenteæ genus, quod valet ſexageſimam partem ſcuti Hiſpalenſis, vulgò *Pezza Sivigliana da otto*.

2 *Machini*. Elmacinum intelligit Homaidi filium Saracenicæ hiſtoriæ ſcriptorem, cujus alterum tomum in Latinum ſermonem converſum Thomas Erpenius publicavit, quum prior tomus adhuc ineditus ſit.

Armenorum perhonorificè exceptus, filios Joſue Presbyteri inducere nequivit, ut nomen ſuum ad altare proclamarent: Ajebant enim, ſe Joanni Bar-maadani fidem ſuam obſtrinxiſſe. Ex eo Caſtro à Præfecto Alepi revocatus, quum taxatam pecuniam ſolviſſet, Gregorium Abulpharagium ex Lacabena ad eam Eccleſiam transfert. Mox Edeſsâ in cœnobium Barſumæ pergit. Per id tempus Saliba Maphrianus ex Oriente Alepum venit: quumque hiemem ibi tranſegiſſet, Damaſcum profectus, Diploma conſequutus eſt, quo revocatis Dionyſii privilegiis, Joanni Bar-maadani Patriarchatus deferebatur. Tributum quoque Eccleſiæ Alepi impoſitum in ſe ſuſcepit: itaut Abulpharagius relicta Eccleſia in paternam ſe domum recipere coactus fuerit. His peractis Maphrianus Joannem Bar-maadani per literas in Syriam arceſſit, qui Alepum poſt multas tergiverſationes adveniens, ut cui Maphrianus ſe ſe obſtrinxerat, vectigali ſolvendo par eſſet, auri ſummam ab Æthiope quodam mercatore fænore accepit.

Gregorius Abulpharagius Chronici auctor, ex Lacabenæ ad Alepi Epiſcopatum translatus.

Sub eadem tempora cœnobium S. Cyriaci Zonicratæ, quod à Simeone medico exſtructum fuerat, per impium hujus filium Michaëlem, qui ad Mahometanam ſuperſtitionem tranſierat, in Xenodochium pauperum ejus ſectæ converſum eſt, ejectis inde monachis, & pretioſa templi ſupellectile direpta: crucibus nimirùm, calicibus, patenis, arcis, & codicibus: & libros quidem Dioſcorus Heſnæ Zaidi Epiſcopus ab illo impuro redimens, Evangelium picturis exornatum, quod Raban Zebinas exaraverat, Taurizenſi Eccleſiæ dono dedit. Michaël verò quum militiæ nomen ſub Recnaddino dediſſet, conſerto adversùs Ezzaddinum prælio paulò poſt interiit.

Dioſcorus Ep. Heſnæ Zaidi.

Intereà Aminaddinus Mobrach Neſtorianus Tartarorum apud Naſerum Damaſci tyrannum orator, quum per cœnobium Barſumæ tranſiiſſet, Dionyſio pollicitus eſt, ſe cauſam ejus apud eundem Naſerum defenſurum effecturumque, ut amoto Bar-Maadani ipſe in Patriarcham iterùm proclamaretur. Quod ubi Bar-Maadani intellexit, è Syria in Ciliciam aufugit, ubi ab Aytono Armeniæ Rege benignè exceptus, in cœnobio quodam apud Siſidem urbem delituit. Verùm Aminaddinus re infecta ad Tartaros rediit.

Anno ſequenti Michaël medicus Gabræ filius cum Gregorio Abulpharagio Alepi Epiſcopo, qui à Saliba Maphriano ex ea Eccleſia ejectus, in Barſumæ cœnobium ſe receperat, Damaſcum petens, novum Diploma à Naſero obtinuit pro Dionyſio Patriarcha. Quod quum Abulpharagio tradidiſſet, hic quidem Alepi Eccleſiam recuperavit; Dionyſius verò in tota Syria & in Romæorum ditione, quam Soltanus Iconii tenebat, proclamatus fuit. Tùm verò Ignatius Saliba Maphrianus animum deſpondit: & abdicata Epiſcopali dignitate habitum medici gerens, Tripoli eam profeſſionem exercuit, donec gravi morbo affectus, animam paulò poſt efflavit. Ejus funus præter Syros Jacobitas, Presbyteros etiam & monachos Francos curaſſe affirmat Bar-hebræus. Cadaver in Eccleſia S. Behenami ſepultum. Vir fuit, ut idem Bar-hebræus teſtatur, philoſophicis & medicis diſciplinis apprimè inſtructus: ſed ob ſchiſma illud, quod adversùs Dionyſium præceptorem ſuum fovit, magnam ſuo nomini infamiam comparavit.

Anno 1570. menſe Junio Dionyſius à Saliba Archimandrita avunculi ſui filio, quod ipſi præfecturam cœnobii ad annos decem concedere noluiſſet, homicidii aliorumque criminum apud Soltanum Iconii accuſatus, quum Melitina in Manangerd Mahuzæ oppidum ad Tartaros fugam capeſſeret, à ſatellitibus comprehenſus fuit; quorum è manibus ope Sergii Armeniorum Epiſcopi quem Tartari urbi Arzanganæ præfecerant, elapſus, Hulachum

Re-

Regum Regem adjit, qui ei abſolutam in cœnobium Barſumæ poteſtatem diplomate perpetuum valituro dedit. Quumque Taurizum urbem veniſſet, eundem Salibam ibi reperit, qui ad Tartarorum tribunal cauſam ejus referre ſatagebat. Dionyſius Epiſcoporum & Archimandritarum operâ, ingentibuſque promiſſis animum Salibæ demulcens, in Barſumæ cœnobium hominem ſecum reduxit: ubi paucis poſt diebus à ſervis ipſius Dionyſii unàcum Abulpharagio ejus fratre obtruncatus eſt. Quo facinore adeò exhorruit Dionyſius, ut ad Regem Tartarorum proficiſci decreverit purgandi ſe cauſa. Adfuit apud eundem Regem & Simeon Presbyter ac medicus filius Joſue Presbyteri caſtri Romani. Hic optimatibus Tartarorum ſuggeſſit, Patriarcham utpote homicidii reum, indignum eſſe, qui ad conſpectum Regis admitteretur.

Quamobrem ex اردوه *Ardua*, ubi Hulachus morabatur, pulſus Dionyſius, donis conciliandum ſibi Simeonem putavit. Baculi itaque Paſtoralis pomum ex auro, quod Ignatii Patriarchæ fuerat, ei dono mittens, ſimul chirographum ſcribit, quo pollicetur, ſe ubi ad cœnobium rediiſſet, Tomos Officii Feſtivi totius anni, quos Mar Joannes pro cœnobio Peregrinorum montis Edeſſæ exaraverat, ipſi tranſmiſſurum. Hoc pacto placatus Simeon, crimen illud, quod Dionyſio objecerat, à Tartaris diſſimulandum curavit. Eum inſuper Hulachi aſpectu dignum fecit. Verùm haud multo

Dionyſii Angur Patriarchę cædes.

poſt quum idem Dionyſius in cœnobium regreſſus, de ſua ſuperbia ac ferocia nihil remitteret, à Sergio monacho, Baſilio Diacono, & Abraham laico die 18. Februarii anno Græcorum 1572. in cancello Altaris, ubi nocturnas preces Sabbati Jejunii Ninivitarum celebrabat, miſerè trucidatus fuit. Homicidæ Joannem quendam Epiſcopum legatum Arduam mittunt, ut Regis Tartarorum opem imploraret: ajebant enim, à Curdis Patriarcham interemptum, eoſque in cœnobio adhuc verſari. Rex Ticotlugum Chriſtianum Hunnum cum copiis accurrere jubet: qui convictos ſceleris homines variis ſuppliciis afficit: Joſue autem Simeonis medici fratrem cœnobio præficit. Atque hic Dionyſii Angur exitus fuit.

Joannes verò Bar-Maadani miſſis ad Soltanum Iconii legatis, Diploma obtinuit, ut cœnobio Barſumæ totique Romæorum ditioni præeſſet. Melitinæ itaque cæteriſque in locis proclamatus fuit: non tamen illud Cœnobium adire voluit, ſed in Cilicia permanſit, ubi à Rege & magnatibus Armeniorum ſummo in honore habebatur, donec anno 1574. in quadrageſimali jejunio in cœnobio Baximatæ obiit.

Ignatius III. qui & JoſuePatriarcha.

53. IGNATIUS, qui & Joſue Archimandrita cœnobii Gavicathæ, quod apud Mopſueſtiam Ciliciæ urbem ſitum eſt, poſt Bar-Maadani obitum ab Athanaſio Tarſi, Dionyſio Siſidis, Gregorio Melitinæ, Athanaſio Mabugi, Athanaſio altero Jeroſolymæ, Joanne Damaſci, Dionyſio Gumarum, Athanaſio Cypri, Baſilio Charmæ, & Gregorio Abulpharagio Alepi Epiſcopis, in eodem Gavicathæ cœnobio anno Græcorum 1575. in feſto Luminum ordinatus eſt, conſentiente & Baſilio Damiano Cæſareæ Epiſcopo, qui paucis poſt diebus ſupervenit. Eodem menſe Ignatius Pattriarcha Orienti Maphrianum proclamavit Gregorium Abulpharagium Alepi Epiſcopum; contigitque ejus conſecratio in urbe Siſide præſentibus Aytono Rege, primatibus, Epiſcopis, & Doctoribus Armenorum, ut fuſiùs relatis Barhebræi verbis dixi ſuprà pag. 247.

Theodorus Cuphlidenſis.

At verò Theodorus Cuphlidenſis, unus ex Archimandritis cœnobii Barſumæ, qui Theodori cujuſdam Smakrenſis, hoc eſt, rufi, & Guniri Presbyteri operâ ingentem pecuniæ ſummam Regi & optimatibus Armenorum pollicitus fuerat, ſi Epi-

Epiſcopos cogerent, ut ipſum in Patriarcham ordinarent; poſtquam Dionyſium Salibam decrepitum Claudiæ Antiſtitem & Simeonem Presbyterum ac medicum ſibi conciliaſſet, ad caſtrum Romanum convolavit, rogaturus Presbyteros Joſue filios, ut cauſam ſuam tueri pergerent. Exoratus ejus precibus Jacobus Presbyter, in Ciliciam pergere decrevit, ut aliorum Epiſcoporum ſuffragia ipſi compararet. Sed ubi Ignatium Joſue ordinatum jam eſſe intellexit, de domeſticis ejus è Cella Patriarchali ejiciendis agere cœpit. Gregorium enim Melitinæ Epiſcopum Patriarchæ ipſius fratrem, & Salomonem monachum Ignatii olim Patriarchæ Syncellum oderat. Hos ajebat niſi è cella tua ejeceris, & domicilium in cœnobio Barſumæ fixeris, nequaquam te in Patriarcham recipiemus. Ille verò Jacobum maluit quàm ſuos contriſtare. Jacobus itaque aſſumptis ſecum Theodoro Cuphlidenſi, Dionyſio Claudiæ, Dioſcoro caſtri Zaidi, Athanaſio Lacabenæ, Ignatio Heſen-Manſur, & Ignatio altero Telæ Arſaniæ Epiſcopis, Arduam petit, Patriarcham ejuſque ordinatores apud Regem Tartarorum accuſaturus, quod ipſo inconſulto in Cilicia conſecratus fuiſſet. Arduam petiit & Patriarcha cum Maphriano cæteriſque Epiſcopis ſuis, rationem ordinationis ſuæ redditurus. Maphrianus, qui medici habitu incedens, herbas & unguenta pro Regis ſervitio afferebat, dromedariis regiis vectus cunctos prævenit: & Regem quidem de novi Patriarchæ electione certiorem faciens, ab eodem tria diplomata ſibi, Patriarchæ, & Cæſareæ Epiſcopo obtinuit, poſtquam Rex humaniſſime eos excepiſſet. Accuſatores quum præcluſum ſibi ad Regem aditum vidiſſent, ex Ardua in Cœnobium reverſi, falſos rumores ubique diſſeminarunt, ajentes, Mandatum ſibi à Rege conceſſum, ut pro Ignatio Patriarcha, Gregorio Maphriano & Melitinæ Epiſcopo alios crearent. Cœperunt itaque ab ordinatione Maphriani: & Dioſcorum quidem ex caſtri Zaidi Epiſcopo Maphrianum proclamarunt, in throno eum collocantes & per Eccleſiam circumducentes: *rem novam & peregrinam*, inquit Bar-hebræus, *& quæ à ſæculo acta non fuerat: ut ſcilicet in Occidente abſque Patriarcha ab Epiſcopis Occidentalibus ſine Orientalium conſenſu Maphrianus crearetur*. Quoad Patriarchæ autem inſtitutionem, quum univerſum vulgus à Theodoro Cuphlidenſi alienum eſſe viderent, inito conſilio ut Epiſcopum Claudiæ eligerent, rumorem ſparſere, miſſam ab iis ſortem ſuper hunc cecidiſſe. Tulerunt ergo eum & Melitinam abjere, ut ibi ipſum conſecrarent. Verùm quo minus hæc exequerentur, fama proximi adventus Ignatii Patriarchæ effecit. Nam timore ejus correpti, Athanaſium quidem Pharagum ex Lacabenæ Epiſcopo ejus urbis Metropolitam ordinarunt: Epiſcopus verò caſtri Zaidi, qui Maphrianus factus fuerat, iis relictis in Caſtrum ad diœceſim ſuam abjit; reliqui autem in Cœnobium reverſi ſunt. Quumque paucis poſt diebus Caſtri Epiſcopus adventare Patriarcham audiiſſet, Claudienſem per nuncium conſulit, quid opus facto eſſet. Patriarchâ verò jam jam appropinquante unum ipſis conſilium probatum fuit, ut ei occurrerent, ipſique ſubjectionem & obedientiam exhiberent: quod & præſtitere, purgantes ſe, quod à Raban Simeone ejuſque fratribus coacti, quæ acta fuerant egiſſent. Quorum excuſationes admittens Patriarcha, unàcum iis Melitinam profectus, ibi cum honore & plauſu exceptus fuit: & gaviſi ſunt valde illius loci Jacobitæ, qui ob ſchiſma quod ab eorum Epiſcoporum factione imminebat, contriſtati fuerant. Poſthæc Melitina relictâ, Cœnobium adjit, & in Sede ſua confirmatus eſt, dejectis iis, quos Simeon Cœnobio præfecerat.

Anno ſequenti quum Abaka in locum

cum defuncti Hulachi Tartarorum regis ſuffectus fuiſſet, Patriarcha ab eo diploma petiit, quo Cœnobii jus ad ipſum ſpectare declarabatur. Petiit & ſimile diploma Simeon Preſbyter: atque ita uterque in Cœnobio morabantur, hic veluti Cœnobii dominus, Patriarcha verò tamquam hoſpes. Per idem tempus obiit Gregorius qui & Simeon Melitinæ Epiſcopus, Patriarchæ frater: cujus loco ut Nemrod ejus ex fratre nepotem ordinaret, Presbyteri ejus Eccleſiæ Patriarcham rogarunt. Verùm Patriarcha, quod Nemrod adhuc puer eſſet, Athanaſium Pharagum, qui eam Sedem bis olim invaſerat, Melitinam tranſtulit. Duo inſuper alia diplomata pro cœnobii Barſumæ regimine à Tartarorum rege impetravit: alterum Theodori Cuphlidenſis, Leonis filii Aytoni Armeniorum Regis operâ alterum. Utrumque Simeon Presbyter novo obtento diplomate impugnavit: atque ita de eo Cœnobio decertatum fuit, donec Maphriano & Ignatio Epiſcopo Heſen-Manſur ſequeſtris pax inter eos facta eſt. Theodorus Cuphlidenſis in Cœnobio Siræ, quod ad ripas Euphratis ſitum eſt, habitavit. Patriarcha in Ciliciam cum Ignatio Heſen-Manſur, Andrea Calliſuræ Epiſcopis & Nemrod Diacono filio fratris Simeonis Presbyteri, Melitinâ Athanaſium Pharagum propter Melitinenſium accuſationes ex Maphriani conſilio amovit, ejuſque loco Nemrodum ordinavit in cœnobio Gavicathæ die Dominico, Kalendis Octobris, anno Græcorum 1585. impoſito ipſi Philoxeni nomine. Eodem anno obiit Dionyſius Claudiæ Epiſcopus, quum ad decrepitam ætatem perveniſſet.

Philoxenus qui & Nemrod Epiſcopus Melitinæ.

Anno 1588. Bondekdarus Ægypti dominus ditionem Romæorum invaſit. Philoxenus Melitinæ Epiſcopus, filius fratris Jacobi Archimandritæ cœnobii Barſumæ, in ea urbe, ex qua propter filiorum Raſcidaddini in Chriſtianos odium fugere decreverat, habitu Ruſtici tandiu delituit, donec Saracenis fugatis Tartari rerum potiti ſunt. Anno 1592. idem Jacobus Archimandrita apud Tartaros accuſatus fuit, quod Saracenis arma & commeatum præberet: accuſatoribus calumniæ convictis, innocens declaratus Cœnobium repetiit.

Anno 1593. æſtate abeunte Patriarcha hydropiſi laborans, Maphrianum Taurizi commorantem per literas rogat, ut ſe curatum veniret. Quumque Maphriano in Ciliciam intrare propter imminentem hiemem non liceret, ingraveſcente morbo extinctus eſt feria tertia die 17. Novembris, anno Græcorum 1594. Cadaver in cœnobio Baximatæ in Cilicia conditum.

54. IGNATIUS, qui & Philoxenus Nemrod, poſt Ignatii Joſue obitum, Jacobi Presbyteri Caſtri Romani patrui ſui operâ, congregatis in cœnobio Barſumæ Epiſcopis Gubæ, Calliſuræ & Gargar, in feſto Præſentationis Domini in templo anno Græcorum 1594. in Patriarcham ordinatus, per Sungarnavinum Tartarorum militiæ præfectum diploma confirmationis à Rege Abaka obtinuit: Barſuma Gavicathæ Archimandrita & Jacobo Cæſareæ Epiſcopo, qui ei dignitati inhiabant, ordinationi ejus nequidquam ſe opponentibus. Nam Gregorius Abulpharagius Maphrianus eandem ratam habuit, poſtquam à Tageddaule Simeonis Presbyteri filio exoratus fuit. Anno 1596. hiberno tempore Melitina cum finitimis locis terræmotu concuſſa eſt, & cœnobium Barſumæ, ubi Patriarcha morabatur, totum ferè corruit.

Ignatius IV. qui & Philoxenus Nemrod, Patriarcha.

Hucuſque Bar-hebræus in ſecunda Chronici parte de Patriarchis Jacobitarum. Quæ ſequuntur ab anonymis adjecta ſunt.

55. IGNATIUS Mardenſis, cognomento ܒܪ ܘܗܝܒ *Bar--Vahib*, hoc eſt, *Vahibi filius*, antequam ad Epiſcopalem dignitatem evectus fuiſſet, ܒܕܪ ܙܟܐ *Bader Zache*, ideſt *Nicolaus* appellatus, quum Epiſcopus Mar-

Ignatius V. dictus I. qui & Joſeph Bader Zache Bar-Vahib, Patriarcha Mardæ.

Mardenſis renunciatus eſt *Joſephi* [1] nomen aſſumpſit. Poſtquam verò Philoxenus Nemrod Patriarcha in Cœnobio Barſumæ obiiſſet, congregatis in cœnobio Ananiæ Orientalibus Epiſcopis Malcho Maipheractæ, qui Synodo præerat, Simeone ܚܬܟܐ Hatachæ hujus diſcipulo, Ignatio Cartaminæ, Dioſcoro qui & Moyſes, Salachæ, Severo Haæ, & Armenorum Mardæ Epiſcopo, cum ingenti monachorum, Sacerdotum & Diaconorum multitudine, Kalendis Januarii in feſto Circumciſionis Domini anno Græcorum 1604. communibus ſuffragiis in Patriarcham ordinatus fuit, conſentiente per literas Gregorio Barſuma Maphriano, Gregorii Magni Barhebræi fratre ac ſucceſſore. Ab hoc [2] ad Succeſſores Patriarchas *Ignatii* nomen derivatum eſt, neglecto eorum ordine, qui eodem nomine antea appellati fuerant. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܝܬܒ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܦܫܩ ܠܐܠܦܒܝܬ ܕܠܫܢ ܣܘܪܝܝܐ ܒܐܘܪܟܬܐ. ܘܣܡ ܟܬܒܐ ܕܡܠܐ ܒܐܘܪܟܬܐ. ܘܫܒܩ ܒܥܕܬܐ ܐܢܦܘܪܐ ܡܬܡܗܪܬܐ. *Poſtquam autem ſuper Thronum Patriarchalem ſedit*, (inquit Vitæ ejus Scriptor) *Alphabetum Syriacum fusè expoſuit: librum etiam bene prolixum de vocibus exaravit: & admirabilem Anaphoram in Eccleſia reliquit*. Ordinavit Epiſcopos undeviginti, & Maphrianum unum. Quumqne annos quadraginta Sedem tenuiſſet, obiit die 19. Aprilis feria quarta hebdomadæ majoris.

Atque hæc Epiſcopi Orientales. Occidentales verò in Cilicia congregati Barſumam, cœnobii Gavicathæ Archimandritam, impoſito Ignatii nomine, Patriarcham ordinarunt: quem Aytonus Armenorum Rex in diplomate ei conceſſo *Michaelem* appellavit. Ignatius, qui & Barſuma Michaël, Patriarcha Siſidis.

Tertius eodem tempore Patriarchæ titulum uſurpavit *Conſtantinus* Melitinæ Epiſcopus, qui collectos in cœnobio Barſumæ Epiſcopos ad manum ſibi imponendam compulit, aſſumpto & ipſe *Ignatii* nomine. Ignatius qui & Conſtantinus, ex Epiſcopo Melitinæ, Patriarcha Syriæ.

Paulò poſt obiit Michaël: & duo hi Patriarchæ Jacobitis præerant: Ignatius quidem Mardenſis ut legitimus Orientalibus; Conſtantinus verò illegitimus Occidentalibus. Hoc ſchiſma uſque ad ann. Græcorum 1805. duravit ut ex ſequentibus liquet.

56. JOANNES, qui & *Iſmael*, cognomento *Magedus*, Joannis Diaconi Mardenſis fratris Ignatii Bar-Vahib Patriarchæ filius, poſt hujus obitum, in Synodo quæ in cœnobio Ananiæ congregata eſt, ab Epiſcopis Barſuma Salachæ, qui Synodo præerat, Joanne, qui & Joſue Bar-Sophre Severinita, Cartaminæ, Philoxeno ܕܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܗܘ ܡܘܒܕܪܐ *Mobadræ, quæ & Seered*, Saba cœnobii ܕܢܛܦܐ *Nataphæ*, Cyrillo qui & Simeon Elianita, Haę, & Armeniorum Mardenſis urbis Præſule, anno Græc. 1643. ex Epiſc. Amidæ in Patriarcham ordinatus eſt, aſſumpto *Ignatii* nomine. ܟܬܒܐ ܠܐ ܢܫܡܫܘܢ ܐܡܪ ܗܘ ܘܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܢ ܕܒܝܬ ܟܢܘܢ ܟܫܝܫܘܬܗ ܕܡܠܟ ܗܘ ܫܒܩܘ ܡܢܝܢܐ Ignatius VI. dictus II. qui & Joannes Iſmaël, Patriarcha Mardæ.

N O T Æ.

1 *Joſephi*. Ita eum in Codicibus Liturgicis appellatum invenio.

2 *Ab hoc*. Renaudotius in notis ad Liturgiam hujus Ignatii tom. 2. pag. 543. de *Ignatii* cognomine ſic ſcribit. *Quod à nonnullis*, inquit, *proditum eſt*, *omnes vulgò ita appellari*, *verum non eſt*, *quum plures habeamus aliter appellatos*, *ut ex variis Hiſtoriæ Alexandrinæ locis*, *in quibus Antiochenas res tractavimus*, *demonſtratur*. Sed de prioribus hoc verum eſt, non de poſterioribus Patriarchis, qui omnes Ignatii nomen proprio præponere conſueverunt uſque in præſentem diem.

ܡܦܪܝܢܐ ܠܡܕܢܚܐ ܘܫܢܝܘܗܝ ܠܫܡܗ
ܘܩܪܝܘܗܝ ܐܝܓܢܛܝܘܣ : ܡܛܠ ܕܠܐ
ܙܕܩ . ܗܘ ܕܐܬܓܒܝ ܡܢ ܡܚܣܝܢܐ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘ ܡܦܪܝܢܐ ܘܡܬܬܣܝܡ
ܦܛܪܝܪܟܐ : ܣܝܡ ܐܝܕܐ ܠܐ ܘܠܐ ܠܗ ܐܠܐ
ܫܘܬܪܘܢܝܐ ܐܘܟܝܬ ܙܘܝܚܐ ܘܨܠܘܬܐ
ܕܩܠܝܡܝܣ ܩܕܝܫܐ ܕܕܝܠܝܬܐ
ܠܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܡܛܠܗܢܐ ܠܐ ܙܕܩ
ܕܢܫܬܚܠܦ ܫܡܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܐܡܬܝ ܕܡܬܬܣܝܡ ܦܛܪܝܪܟܐ .

*Actum illegitimum* (inquit Vitæ ejus Scriptor,) *non ſecùs atque illud, quod attentatum fuerat* à Patriarcha *Bar-Maadani cum Baſilio Alepi* Epiſcopo, *quem quum Maphrianum Orienti initiaſſet, mutato nomine Ignatium appellavit: quod nefas erat: nam qui ex Epiſcopo aut Maphriano in Patriarcham eligitur, manus impoſitionem accipere nequaquam debet, ſed enthroniſmum dumtaxat, hoc eſt, proceſſionem & orationem S. Clementis, quæ Patriarchæ propria eſt. Atque idcircò non debet nomen Epiſcopi mutari, quum in Patriarcham ordinatur.* Ejus ordinationi, quod abſentibus & inconſultis Orientalibus peracta fuiſſet, Matthæus Annæ filius Maphrianus aſſentiri noluit. ܡܛܠ ܕܥܝܕܐ
ܗܢܐ ܗܘܐ ܡܢ ܐܒܗܬܐ ܩܕܡܝܐ ܕܟܕ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܬܬܣܝܡ ܗܘܐ : ܡܦܪܝܢܐ
ܡܣܝܡ ܥܠ ܪܫܗ ܘܗܟܢܐ
ܡܦܪܝܢܐ ܡܢ ܦܛܪܝܪܟܐ .

*Hæc enim conſuetudo* (ut obſervat Auctor) *ab antiquis Patribus inducta eſt, ut quum Patriarcha ordinatur, Maphrianus ejus capiti manum imponat: idemque erga Maphrianum à Patriarcha agitur.*

Michaël Secundus Patriarcha Jacobitarum in Siſide.

Diſſidium itaque hujuſmodi per annos quatuor Maphrianum inter & Iſmaelem duravit, quo tempore Michaelis Secundi Siſidis in Cilicia Patriarchæ nomen in Oriente proclamatum fuit. Sed reconciliatus poſtea idem Maphrianus, Iſmaelem Mardenſem Patriarcham in Oriente & Moſulana regione recipiendum curavit. Et Michael quidem in Occidente & in interioribus Orientis partibus quæ ad auſtrum accedunt, Maraga nimirùm, & Taurizo, & Adorbigano quum Patriarchatum per annos 36. geſſiſſet, obiit anno Græcorum 1660. Per idem tempus Conſtantinus alter Occidentalium Patriarcha quod pactam auri ſummam ſolvendo impar eſſet, à Curdis interemptus eſt. Occidentales itaque Epiſcopi, Cypri nimirùm, Jeroſolymæ, Gargar, Alepi, & Philoxenus Damaſci, ex urbe Melitina, ubi poſt Michaelis obitum convenerant, Siſidem profecti, eundem Philoxenum Antiochiæ & Syriæ Patriarcham inſtituunt, qui utramque, Michaëlis ſcilicet & Conſtantini diœceſim obtinuit.

Michaëlis Secundi Patriarchæ obitus.

Conſtantini Patriarchæ cædes.

Philoxenus Patriarcha Syriæ.

Iſmaëlem verò cùm Maphrianus, tùm Epiſcopi execrabantur ob Simonis crimen, & quia Fachreddinum fratris ſui filium dignitatis Patriarchalis hæredem inſtituere moliebatur. *Facinus*, ut inquit Scriptor, *à Joanne qui & Joſue Bar-Suſan Patriarcha in Epiſtola ad Armenios acriter reprehenſum*. His acceſſit, quod propter cujuſdam Georgii monachi calumnias Sabam Salachenſem Epiſcopum, Abulhaſani Presbyteri Salachenſis filium, quem ipſe Epiſcopum impoſito Baſilii nomine ordinaverat, abſque ullo examine excommunicavit, nec unquam abſolvere voluit, etſi Epiſcopus ille maximam ei demiſſionem exhibuiſſet, cæterique Turabdinenſes Epiſcopi & principes viri, ac præſertim Joannes Severinita Cartaminæ, & Cyrillus Haæ Præſules, pro ipſo ſequeſtres acceſſiſſent. Ea itaque Patriarchæ obſtinatione indignati quum ex cœnobio Zapharanenſi in regionem ſuam Turabdinenſem deſcenderent, eundem Sabam Salachenſem uno ore dignum conclamarunt, qui ipſis Patriarcha præeſſet.

Et

Et ii quidem cœnobium S. Jacobi eremitæ in Salacha ſitum petierunt. Saba verò Soltanum Adelum in Heſnam, hoc eſt, caſtrum Cepham adiit, à quo diploma Patriarchatus quum obtinuiſſet, ad præfatum cœnobium regreſſus, ab iiſdem Epiſcopis ordinatus fuit Turabdini Patriarcha die 6. Auguſti in feſto Tabernaculorum anno Græcorum 1675. aſſumpto *Ignatii* nomine. Atque hic fuit primus Turabdinenſium Patriarcha, Sedemque habuit in cœnobio S. Jacobi Salachæ, ubi & ſucceſſores ejus uſque ad annum Græcorum 1805. morabantur, ut ex ſequentibus liquet.

*Ignatius, qui & Baſilius Saba Salachenſis, primus Patriarcha Turabdini.*

Anno 1676. die 4. Junii obiit Iſmaël Patriarcha Mardæ, poſtquam Abrahamum monachum Orientis Maphrianum impoſito Athanaſii nomine ordinaſſet. Sedit annos 33. Cadaver in cœnobio Ananiæ ad auſtralem ſepulcri patrui ejus Bar-Vahib partem conditum fuit.

*Ignatius VII. dictus III. qui & Sciaab Patriarcha Mardæ.*

57. SCIAHAB ܫܗܐܒ ſororis Iſmaëlis filius, poſt avunculi obitum ab Epiſcopis Maaræ, & Maipheractæ Jacobitis, Armeniorum quoque Præſule ſuffragante, tertius Mardæ Patriarcha aſſumpto *Ignatii* nomine ordinatus, quum annos 16. ſediſſet, obiit menſe Januario anno Græcorum 1692. Cadaver in cœnobio Ananiæ in tumulo avunculi ſui conditum.

*Ignatius VIII. dictus IV. qui & Abraham Cyrillus Bar-Garib, Mardæ Patriarcha.*

58. ABRAHAM, qui & *Cyrillus* ܒܪ ܓܪܝܒ *Bar-Garib* ex Epiſcopo Amidæ in cœnobio Ananiæ poſt Sciahabi mortem quartus Mardæ Patriarcha aſſumpto *Ignatii* nomine ordinatus, Joſephum fratrem ſuum cognomento Dionyſium Amidenſi Eccleſiæ præficit. Anno 1715. Behenamum Hedlenſem ܟܪܬܡܝܢܝܐ Cartaminenſis cœnobii monachum, impoſito *Baſilii* nomine Maphrianum Orientis ordinat, poſtquam ea dignitas per annos 15. vacaſſet.

*Dionyſius qui & Joſeph Epiſc. Amidæ.*

*Baſilius qui & Behenam Hedlenſis, Maphrianus.*

Anno 1698. quum Gabriel, qui & Baſilius, Siſidis Patriarcha, in cœnobio Gavicathæ obiiſſet, ejus in locum ab Occidentalibus Epiſcopis ſubſtitutus fuit Philoxenus Damaſci Epiſcopus, cui Simeon Zabdæ filius ܡܢܥܡܝܐ Manemita, manum impoſuit. Vir erat, ut Scriptor affirmat, ſacris profaniſque doctrinis ſatis inſtructus. Sub eo claruit Raban Eſaias Presbyter Severinita, filius Raban Denhæ ex familia Gaghimorum, eruditione ac probitate apud Jacobitas celebris.

*Gabriel Patriarcha Syriæ.*

*Philoxenus ex Damaſci Epiſcopo Patriarcha Syriæ.*

*Eſaias Presbyter Severinita.*

Anno 1700. obiit Ignatius Salachenſis primus Turabdinenſium illegitimus Patriarcha. Cadaver in cœnobio S. Jacobi in Salacha ſepultum. Anno ſequenti alter Turabdini Patriarcha ordinatus fuit Joſue ܒܪ ܡܘܬܐ ܡܕܝܢܝܐ Mutæ Medenſis filius, qui *Ignatii* nomen aſſumpſit.

*Obitus Ignatii Salachenſis Patriarchæ Turabdin.*

*Ignatius qui & Joſue, ſecundus Patriarcha Turabdin.*

Anno 1723. in cœnobio Zapharanenſi obiit Bar--Garib Patriarcha Mardæ, quum annos 31. ſediſſet.

*Obitus Ignatii Bar-Garib.*

59. BEHENAM, qui & Baſilius Hedlenſis ex regione Bartellæ, in cœnobio Zapharanenſi ex Maphriano in Patriarcham aſſumpto *Ignatii* nomine ordinatus eſt anno Græcorum 1723. Dioſcorus qui & Behenam Sciatti, Arabum Epiſcopus, manum ei impoſuit. Anno 1726. eundem Dioſcorum Ignatius Patriarcha Maphrianum Orientis creavit, qui duobus poſt annis obiit. Anno 1733. idem Ignatius Barſumam Maadanenſem in locum Dioſcori Maphrianum ſubſtituit, impoſito ipſi *Baſilii* nomine.

*Ignatius IX. dictus V. qui & Behenam Baſilius Hedlenſis, Patriarcha Mardæ & Syriæ.*

*Dioſcorus qui & Behenam Maphrianus.*

*Baſilius qui & Barſuma, Maphrianus.*

Anno 1728. Joſue Turabdinenſium Patriarcha Gubernatoris Heſnæ Cephæ operâ depoſitus, in cœnobium Nataphæ regionis Mardenſis detruſus fuit. Maſudus Salachenſis, aſſumpto *Ignatii* nomine, ab eodem in ſuum locum ordinatus; tribus poſt annis veneno ſublatus eſt. Anno 1731. Turabdinenſes Ignatium Joſue ex cœnobio Nataphæ Salacham ad Sedem ſuam reducendum curarunt. Verùm ille Barſumæ Maphria-

*Ignatii Joſue, ſecundi Patriarchæ Turabdin. depoſitio.*

*Ignatius, qui & Maſud Salachenſis, tertius Patriarcha Turabdin.*

phriani ejus diſcipuli hortatu ad ipſos reſcribens, provectam ætatem cauſatus eſt, admonuitque, ut ad Mardenſis Patriarchæ obedientiam redirent. Anno ſequenti obiit idem Joſue in cœnobio Ananiæ, quod ad Orientem Mardæ urbis ſitum eſt, ſepultus. Eodem anno Turabdinenſes in cœnobio Salachæ congregati, Henochum ܟܡܘܪܕܝܐ *Invardenſem* cœnobii Cartaminenſis Epiſcopum, impoſito Ignatii nomine, quartum ſibi Patriarcham conſtituunt. Item Philoxenus Syriæ Patriarcha obiit. Baſilius autem, qui & Simeon Manemita, quum Alexandrinum Coptorum Patriarcham adiiſſet, ab eo in Patriarcham Syriæ in locum Philoxeni ordinatus fuit. Is erat Epiſcopus Gargar: fratremque habebat Moyſen Presbyterum ex Beth-Manem Haitamæ pago.

*Ignatii Joſue obitus.*

*Ignatius, qui & Henoch Invardēſis, quartus Patriarcha Turabdin.*

*Obitus Philoxeni Patriarchæ Syriæ.*

*Baſilius, qui & Simeon Manemita, Patriarcha Syriæ.*

Anno 1756. obiit Henoch Invardenſis Patriarcha Turabdinenſium, in cœnobio S. Jacobi Salachæ ſepultus. Ejus in locum ſubſtitutus fuit Cuma Severinita, Philoxenus nuncupatus quum Cartaminenſis cœnobii Epiſcopus eſſet, qui Ignatii nomen aſſumpſit.

*Obitus Henochi Patriarchæ Turabdin.*

*Ignatius, qui & Cuma Philoxenus, quintus Patriarcha Turabdinen.*

Eodem anno obiit Hieroſolymæ Baſilius Simeon Patriarcha Syriæ. Tùm verò id ſchiſma ſublatum eſt, quod per Syros & Mardenſes Patriarchas inductum fuerat. Nam Behenamus quum Baſilii obitum accepiſſet, Hieroſolymam profectus, Jacobitas ejus urbis à novi Patriarchæ electione avertit. Duobus itaque ordinatis Epiſcopis, Iſa ſcilicet Hieroſolymæ totiuſque Palæſtinæ, & Joſepho Bar-Niſan Damaſci atque Emeſæ, Marden reverſus eſt.

*Obitus Baſilii Patriarchæ Syriæ.*

*Iſa Epiſc. Jeruſalem.*

*Joſeph Bar-Niſan Ep. Damaſci & Emeſæ.*

Anno 1766. obiit Behenamus Patriarcha, poſtquam annos 43. ſediſſet.

ܫܒܩ ܒܥܕܬܐ ܐܢܐܦܘܪܐ ܬܡܝܗܬܐ
ܣܛܪ ܡܢ ܦܘܫܩܐ ܘܐܓܪܬܐ ܒܣܝܡܬܐ :

*Admirabilem Anaphoram in Eccleſia reliquit, præter expoſitiones, & ſuaves epiſtolas.* Eodem anno deceſſit Baſilius Barſuma Maphrianus, cujus cadaver in cœnobio Gubæ, ubi deceſſores ejus ſepeliri ſolebant, conditum fuit.

60. CHALEPH ܟܠܝܒ Maadanenſis, filius ſororis Barſumæ Baſilii Maphriani, ex Epiſcopo Gozartæ in Patriarcham, aſſumpto *Ignatii* nomine ordinatus eſt Dominica Pentecoſtes anno Græcorum 1766. Barſuma Arabum Epiſcopus, qui & Sciatti, manum ei impoſuit.

*Ignatius X. dictus VI. qui & Chaleph, ſororis Barſumæ Baſilii Maphriani filius, Patriarcha Mardæ & Syriæ.*

Anno 1767. Ignatius Joſue Invardenſis, qui & Baſilius, ex Epiſcopo poſitarum ſupra Tigrim regionum, Patriarcha Turabdinenſium renunciatur, Georgio cœnobii Cartaminenſis Epiſcopo manum ei imponente. Sedit annos 6. obiitque in cœnobio S. Jacobi Salachæ anno Græcorum 1772. Ejus in locum eodem anno feria quinta majoris hebdomadæ ſubſtitutus fuit Ignatius Philoxenus Epiſcopus Haæ, qui & ܥܙܝܙ ܒܪ ܫܒܬܐ Azizus Bar-Sabta, ex Baſilea Mardenſis regionis pago, quem monaſtico habitu in cœnobio Cartaminenſi Saliba Arabs Bar-Sila induerat, Joſue verò Eſaiæ Presbyteri filius literis inſtruxerat. Georgius Severinita Cartaminenſis Epiſcopus manum ei impoſuit.

*Ignatius, qui & Joſue Invardenſis, ſextus Patriarcha Turabdinenſium.*

*Ignatius, qui & Azizus Philoxenus Bar-Sabta, ſeptimus Patriarcha Turabdinen.*

Anno 1769. Joſeph Bar-Niſan Damaſci Epiſcopus à Patriarcha Chaleph Maphrianus Orientis aſſumpto Cyrilli nomine creatur: qui paucis poſt diebus Emeſæ deceſſit. Anno 1782. idem Chaleph Patriarcha adhibitis Azizi Patriarchæ Turabdinenſis & Georgii Epiſcopi Cartaminenſis conſiliis Joannem quidem Bar-Sila Amidæ & ܨܘܪ Sauræ Epiſcopum præficit; Azizum verò ſororis ſuæ filium, impoſito Baſilii nomine, Maphrianum Orientis renunciat.

*Cyrillus, qui & Joſeph Bar-Niſan, Maphrianus.*

*Joannes Bar-Sila Epiſ. Amidæ & Sauræ.*

*Baſilius, qui & Azizus, Maphrianus.*

Anno 1793. in Heſna-Cepha obiit Azizus Bar-Sabta Patriarcha Turabdinenſium, & in Eccleſia S. Zachæ, hoc eſt, Nicolai conditus fuit. Hic pa-

*Obitus Azizi Bar-Sabtæ Patriarchæ Turabdinenſium.*

pacem cum Mardenſibus fecit, & Chalephum Patriarcham unàcum Azizo Maphriano ſororis ejus filio, & Joanne Bar-Sila ejuſdem Chalephi Syncello ad conſecrandum ſecum Chriſma invitavit. Viciſſim Chalephus Turabdinenſes in conſecratione Chriſmatis adhibere voluit. Poſt Azizi obitum ſciſſi ſunt in duas factiones Turabdinenſes: Alii Sabam Arabum Epiſcopum ſibi in Patriarcham conſtituerunt, alii Joannem Invardenſem. Uterque oblatis domino Heſnæ-Cephæ donis Patriarchatum geſſit; Saba quidem ſenex in cœnobio Salachæ, Joannes verò juvenis in cœnobio quodam apud pagum Modiad. Chalephus Mardenſium Patriarcha hac ratione eos conciliavit, ut juvenis ſeni miniſtraret, donec è vita excederet.

*Duo Turabdinenſium Patriarchæ Saba, & Joannes.*

Anno 1795. obiit Chalephus Patriarcha, & in cœnobio Zapharanenſi conditus fuit.

*Ignatius XI. dictus VII. qui & Joannes Bar-Sila, Patriarcha.*

61. JOANNES ܒܪ ܫܝܠܐ *Bar-Sila* poſt Chalephi obitum quum Patriarchalem dignitatem Azizus Maphrianus ſororis ejuſdem filius ex una parte ambiret, & ex altera nonnulli Epiſcopi pecuniam etiam ad eam conſequendam Ibrahimo Mardæ domino obtuliſſent, Joannis Badri Presbyteri & Iſæ Jacobitarum ejuſdem urbis principis operâ, obtento à præfato Ibrahimo Decreto, ex Epiſcopo Amidæ in Patriarcham renunciatus eſt anno Græcor. 1795. aſſumpto *Ignatii* nomine. Anno 1797. pace cum Azizo Maphriano factâ, Chriſma ſimul conſecrarunt in Turabdino. Inde Niſibin pergens, Eccleſiam in ea urbe Deiparæ nuncupatam exſtruxit. Alias etiam viginti Eccleſias diverſis in locis ædificavit: & quam Ægyptii Jacobitæ Hieroſolymis habebant, ſoluto pretio pro Syris ſuis emit. In cœnobium Scetenſe ubi Syri monachi degebant, multa beneficia contulit. Tria Suræ monaſteria inſtauravit, ac præſertim illud Abæi, in quod aquam duxit. Zapharanenſe verò cœnobium, ubi hodie Patriarcharum Sedes eſt, novis exſtructis cellis, ductis aquis, comparatiſque amœnis hortis mirificè exornavit. Demùm quum annos ſexdecim ſediſſet, & quinquageſimum primum ætatis ageret, die 24. Septembris, veſpere feriæ tertiæ in feſto ſancti Domitii, anno Græcorum 1804. in eodem Zapharani cœnobio deceſſit. Veneno ſublatum ferunt à quodam Joſue Surenſi: idque Kalendis Octobris, ut in vita Noë Patriarchæ ſucceſſoris narratur.

*Ignatius XII. dictus VIII. qui & Noë Libaniota, Patriarcha.*

62. NOE ex monte Libano oriundus, aſſumpto *Ignatii* nomine, ineunte Novembri anni Græcorum 1805. ex Maphriano in Patriarcham ordinatus eſt: cujus geſta in tertia Chronici parte fuſiùs deſcribuntur. Eodem anno Maſudus poſtremus Turabdinenſium Patriarcha abdicata dignitate in cœnobium quoddam ſe incluſit, his ad ſuos ſectarios relictis mandatis. ܡܢ ܝܘܡܢܐ ܘܠܗܠ ܟܠܡܢ ܕܢܥܪܘܒ ܐܘ ܢܥܒܕ ܦܛܪܝܪܟܐ ܚܕܬܐ ܒܨܠܚ ܒܬܪ ܡܢ ܫܘܢܝܝ: ܢܗܘܐ ܚܪܡ ܡܣܡܟܢܐ ܘܡܬܣܡܟܢܐ: ܘܠܐ ܢܫܬܪܐ ܡܢ ܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܢ ܡܣܟܢܘܬܝ. ܡܛܠ ܕܚܕ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܝܬ ܠܣܘܪܝܝܐ ܗܘ ܕܒܡܪܕܝܢ ܥܡܪ: ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܪܢ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܢܗܘܐ ܚܕܐ ܡܪܥܝܬܐ ܘܚܕ ܪܥܝܐ.

*Ignatius, qui & Maſudus, Patriarcha Turabdinen.*

*Ab hac die in poſterum quiſquis fidejuſſorem ſe præbuerit, aut Patriarcham novum Salachæ poſt me fecerit, anathema ſit tàm ordinator, quàm ordinatus: à Sanctis Apoſtolis & à mea humilitate ne abſolvitor. Quoniam unus eſt Syrorum Patriarcha: is nimirùm qui Mardæ commoratur: ſicut ait Dominus noſter in Evangelio, ut fiat unum ovile, & unus Paſtor.* Atque ita ſchiſma illud ſublatum eſt, quod ab anno Græcorum 1675. per Sabæ Baſilii ordinationem inductum fuerat.

Huc-

Hucuſque in Appendice ad Chronicon Bar-hebræi. Cæterorum Patriarcharum nomina uſque ad præſentem diem habes ſuprà pag. 325.

# PATRIARCHÆ [1], ET PRIMATES,

## SEU

## MAPHRIANI ORIENTIS

### *Ex Chronico Gregorii Bar-hebræi.*

S. Thomas Apoſtolus Orientis.

I. THOMAM Orientis Apoſtolum conſtans Syrorum tùm Orthodoxorum, tùm Jacobitarum & Neſtorianorum traditio eſt, quam Bar-hebræus initio tertiæ hujuſce Chronici partis refert, primùm in Meſopotamia, Chaldæa, Aſſyria & Perſide Evangelium annunciaſſe, erectis ibi Eccleſiis inſtitutiſque Epiſcopis; deinde in vaſtas Indiarum regiones profectum, Calaminæ martyrium

## NOTA.

1 *Patriarchæ*. Quatuor Catalogos Patriarcharum Chaldæorum & Neſtorianorum habemus: duos Syriacè, totidemque Arabico ſermone, quos hic deſcribere pretium operæ duco, quum ex iis Chronico Bar-hebræi magna lux affulgere poſſit, quarto prætermiſſo, qui juſtam voluminis molem conſtituit. Primus eſt Salomonis Boſtrenſis Epiſcopi in Libro Apum cap. 51. Cod. Ecchell. 17. tom. I. Bibl. Orient. pag. 577. Alter anonymi in Cod. Amiden. 7. tom. cit. pag. 582. Tertius Eliæ Damaſceni Epiſcopi Cod. 37. in Catalogo librorum manuſcriptorum, quem ad calcem hujus Tomi ſubjiciam. Quartus denique Amri Matthæi Cod. 41. ad calcem ejuſdem Tomi.

I. Series Patriarcharum Orientis ex Salomone Epiſcopo.

[illegible]

[illegible]

tyrium conſummaſſe, Quum igitur à primis Eccleſiæ ſæculis Chriſtiani Orientis, Chaldæi nimirùm & Perſæ, qui ſub Regum Perſarum dominio erant, Epiſcopos habuerint horumque eum Primatem & Caput, qui in Regiis urbibus Seleucia & Cteſiphonte, Antiocheno tamen Epiſcopo ſubjectus, reſidebat; hinc tàm Jacobitæ quàm Neſtoriani Seriem eorum Primatum, qui poſteà Patriarchæ & Maphriani titulum ſibi vendica-

[illegible]

1. *Adæus & Mares. Adæus quidem Edeſſæ ſepultus: Mares verò in Dair-Kuni.* 2. *Abres, qui Græcè Abroſius dicitur. Incertus ſepulcri ejus locus. Erat autem ex impoſitione manus Antiochiæ*; nimirùm, ab Antiocheno Epiſcopo conſecratus fuit. 3. *Abraham impoſitionem manus Antiochiæ accepit. Deſcendit de genere Jacobi filii Joſeph. Sepulcrum ejus in urbe Cteſiphonte.* 4. *Jacob impoſitionem manus Antiochiæ accepit. Hic etiam de genere eſt Joſephi viri Mariæ, & ſepulcrum ejus Cteſiphonte.* 5. *Achadabues impoſitionem manus Antiochiæ accepit. Sepulchrum ejus Cteſiphonte.* 6. *Sciachlupha impoſitionem manus Cteſiphonte accepit: ibique ſepultus eſt.* 7. *Papas Cteſiphonte ſepultus.* 8. *Simeon Bar-Saboë in urbe Sus martyrium paſſus.* 9. *Jeſudoſt Cteſiphonte ſepultus.* 10. *Barbaſeminus in Elamitide martyrium paſſus & ſepultus.* 11. *Tomarſa ſepultus Cteſiphonte.* 12. *Cajuma ſepultus Cteſiphonte. Hic Patriarchatum ſponte abdicavit, & alius ejus loco ordinatus eſt, cui tamen præceſſit, donec in vivis fuit.* 13. *Iſaac ſepultus Cteſiphonte.* 14. *Acha ſepultus Cteſiphonte.* 15. *Jaballaha ex ſchola ſancti Abdæ, ſepultus Cteſiphonte.* 16. *Maana in Perſide habitavit, ibique ſepultus eſt.* 17. *Dadjeſu in Hirta ſepultus. Ejus diebus contentio Neſtorium inter & Cyrillum exorta eſt.* 18. *Babuæus martyrium paſſus & ſepultus in Hirta.* 19. *Acacius ex genere Babuæi Catholici, ſepultus . . .* 20. *Babæus uxorem duxit, & Cteſiphonte ſepultus fuit.* 21. *Sila uxorem duxit, & ſepultus fuit in ſuo cœnobio ad latus Avanæ.* 22. *Paulus ſepultus Cteſiphonte.* 23. *Mar-Aba ſepultus in Hirta.* 25. *Jeſujab Arzunita ſepultus in Hirta.* 26. *Sabarjeſu ſepultus . . .* 27. *Gregorius ſepultus . . .* 28. *Jeſujab Gadlenſis ſepultus . . .* 29. *Mar-Ema ſepultus . . .* 30. *Jeſujab Adiabenus ſepultus . . .* 31. *Georgius ſepultus . . .* 32. *Joannes ſepultus . . .* 33. *Ananjeſu ſepultus . . .* 34. *Salib-Zacha ſepultus . . .* 35. *Phetion ſepultus . . .* 36. *Jacob ſepultus . . .* 37. *Jacob* alter *ſepultus . . .* 38. *Ananjeſu ſepultus . . .* 39. *Timotheus ſepultus in ſuo cœnobio.* 40. *Joſue Bar-Nun ſepultus in cœnobio Timothei.* 41. *Georgius ſepultus . . .* 42. *Ananjeſu ſepultus . . .* 43. *Abraham ſepultus . . .* 44. *Theodoſius ſepultus . . .* 45. *Sergius ſepultus . . .* 46. *Enos ſepultus . . .* 47. *Joannes Bar-Narſis ſepultus in Ædibus Romæorum.* 48. *Joannes ſepultus . . .* 49. *Joannes* alter *ſepultus . . .* 50. *Abraham ſepultus . . .* 51. *Emmanuel ſepultus in Ædibus Romæorum.* 52. *Iſraël ſepultus . . .* 53. *Ebedjeſu ſepultus . . .* 54. *Mares ſepultus . . .* 55. *Joannes ſepultus . . .* 56. *Joannes* alter *ſepultus . . .* 57. *Jeſujab ſepultus . . .* 58. *Elias ſepultus . . .* 59. *Joannes ſepultus . . .* 60. *Sabarjeſu ſepultus . . .* 61. *Ebedjeſu ſepultus . . .* 62. *Machicha ſepultus in Ædibus Romæorum.* 63. *Elias ſepultus . . .* 64. *Barſuma ſepultus . . .* 65. *Ebedjeſu ſepultus . . .* 66. *Jeſujab ſepultus in Eccleſia Mar Sabarjeſu.* 67. *Elias ſepultus in Mar Sabarjeſu.* ( Atque hìc videtur Salomon Boſtrenſis Catalogo ſuo finem feciſſe: nam Ebedjeſu Sobenſis, qui ſub hoc Elia vivebat, in Catalogo ſcriptorum Syrorum opera ejuſdem Salomonis tamquam ſibi æqualis recenſet.) 68. *Jaballaha ſepultus in Eccleſia Mar Sabarjeſu.* 69. *Sabarjeſu ſepultus . . .* 70. *Sabarjeſu*

dicarunt, deſcribere meditantes, à Thoma quidem Apoſtolo aliiſque Apoſtolorum diſcipulis initium ducunt, quaſi in eadem Sede ipſis ſucceſſerint; fabellas tamen prorſùs aniles, præſertim ubi de S.Thomæ prædicatione ſermo agitur, admiſcent, quas hìc referre nullum operæ pretium

*barjeſu* alter. 71. *Machicha*. 72. *Denha*. 73. *Jaballaha*. 74. *Timotheus* (ſequentium nomina loco non ſuo recenſentur, ut ex Catalogo Eliæ Damaſceni apparebit. Sunt enim Antipatriarchæ, qui Sedem Orientis invaſerunt. 75. *Mar-Bocht*. 76. *Narſes*. 77. *Eliſæus*. 78. *Joſeph*. 79. *Surinus*.

II. Carmen heptaſyllabum, in quo nomina Patriarcharum Orientis recenſentur.

[illegible]

[illegible]

tium duco. Quod verò cum Chronicis antiquis conſonat, illud eſt, nempè corpus S. Thomæ ex Calamina Edeſſam tranſlatum, ibidem in Eccleſia ejus nomini dicata conditum fuiſſe: Anno ſcilicet Græcorum 705. Chriſti 396. ſub Cyro Edeſſæ Epiſcopo, ut dixi tom. 1. pag. 399.

2. ADÆUS

[illegible]

[illegible]

*Gloriam canunt Eccleſiæ, ſuperna ſcilicet & hæc terreſtris, in die Commemorationis Patrum Catholicorum Orientis &c.* 1. *Primus ordine beatiſſimus* Thadæus & Mares *ex ſeptuaginta*. 2. Abres *omni ſanctitate plenus, & affinis ſemper Virginis*. 3. *Mar* Abraham *Caſcarenſis, qui placavit Regem Perſarum, ejuſque filium unigenitum à Diabolica infirmitate liberavit*. 4. *Mar* Jacob *athleta, conſanguineus Joſephi fabri*. 5. Achadabues *verè ſalutem Orienti tulit*. 6 Sciachlupha *ex Caſcar doctrinâ inſtructus, partes Orientis illuſtravit, & mercatura ſpirituali enituit*. 7. *Mar* Papas *martyr, perſecutionem paſſus, non timuit ignem & gladium, rexitque perſpicaci mente oves Jeſu, inſtar Petri*. 8. *Mar* Simeon *Bar-Saboë ſenex ſagaciſſimus*. 9. *Mar* Jeſudoſt *ſuaviſſimus*. 10. Barbaſeminus *facundus*. 11. *Poſt hos* Tomarſa. 12. *Et* Cajuma *ſenex fortis*. 13. *Qui in locum ſuum ſubſtituit* Iſaacum, *& moleſtum hunc mundum contempſit*. 14. *Mar* Acha—, 15. & Jaballaha, *qui rexerunt Eccleſiam Dei, prout Deum decet, & ambo grati Deo fuerunt*. (Deeſt hìc Maana, cujus Salomon meminit.) 16. Dadjeſu *Chriſti amator, cujus tempore Ægyptius ille Cyrillus turbas adversùs magnum Neſtorium excitavit*. (Neſtorianus eſt Carminis hujuſce auctor.) 17. *Inclytus martyr* Babæus. 18. *Mar* Acacius *orthodoxus, quem Theologus Chriſti amator Columnam Orientis appellavit*. (Confunditur hic Acacius cum altero Melitinæ Epiſcopo, quem S. Gregorius Theologus laudavit. At hic longè poſt Theologi tempora Neſtorianam ſectam operâ Barſumæ Niſibenſ amplexus eſt, ut dixi tom. 1. pag. 351.) 19. *Martyr illuſtris* Babæus, *qui orationem* Tibi Domine *compoſuit*. 20. *Senex clarus* Sila. 21. *Et* Narſes (Hic deeſt apud Salomonem.) 22. *Et* Paulus *probus*. 23. Mar-Aba *magnus Pontifex, plenus gratia & lumine, qui cum Magis decertavit, & inter athletas connumeratus eſt*. 24 *Diſcipulus ejus Mar* Ezechiel, *qui Samuelis inſtar, Speculator factus, ovibus Emmanuelis, ſicut Moyſes Iſraëli, ſic præfuit*. 25. Jeſujab *Arzunita*. 26 *Mar* Sabarjeſu *Garmachita*. 27. Gregorius *Caſcarenſis*. 28. *Mar* Jeſujab *Arabs*. 29. Mar-Eme. 30. *Et Mar* Jeſujab, *qui ex Adiab ad regimen*

Eccle-

S. Adæus Apoſtolus Edeſſæ. 2. ADÆUS Edeſſæ Apoſtolus, quem Euſebius cum epiſtola Chriſti Domini ad Abgarum ejus urbis Toparcham miſſum fuiſſe teſtatur, ſecundus Orientis Epiſcopus à Barhebræo non alia ratione appellatur, quàm quod in Meſopotamia & Aſſyria fidem prædicaverit. Hic enim poſtquam Abgarum Uchamam à morbo quo tenebatur, curaſſet, eun-

*Eccleſiæ electi ſunt*. 31. *Mar* Georgius, *qui præparavit ſe ut Dominum ſuum videret, & conſolationem acciperet*. 32. *Mar* Joannes *Marthæ filius, qui filiis Eccleſiæ præfuit, & veluti lumen ſuper candelabrum poſitus, in pace demùm extinctus eſt*. 33. Ananjeſu *doctrina plenus, qui à Joanne perſecutionem ſuſtinuit, & claruit in quatuor partibus mundi, martyrii lauream conſequutus*. 34. Saliba-Zacha *ſenex venerabilis*. 35. *Mar* Phetion *vir prudens*. 36. Mar-Aba *perfectus Pontifex, qui clariſſimas edidit interpretationes*. (Hunc omittit Salomon in Catalogo.) 37. *Mar* Jacob *ſenex benedictus*. (Deeſt alter Jacob.) 38. Ananjeſu *manſuetus*. 39. Timotheus *humilis, qui longo vixit tempore*. 40. Joſue *Bar-Nun Doctor, vir juſtus & zelator, quem Chriſtus doctrina inſignem fecit, & ſpirituali ordine*. 41. *Mar* Georgius *diligens*. 42. *Mar* Sabarjeſu *peregrinus*. (Hunc Salomon Ananjeſu vocat.) 43. *Mar* Abraham *athleta, qui fuit Eccleſiæ Gubernator*. 44. *Dulce* Theodoſii *nomen*. 45. Sergius *Sobenſis Epiſcopus, quem Rex Arabum honoravit & principem Eccleſiæ fecit*. 46. *Mar* Enos *ex Beth-Garme*. 47. *Mar* Joannes *filius Narſetis, qui filium Zebedæi & Bartholomæum diſcipulum imitatus eſt*. 48. Joannes *operibus clarus*. 49. Joannes *Bar-abgare*. 50. Abraham, *qui edidit Admonitiones*. 51. *Et* Emmanuel *dilucidationes*. 52. Iſraël *Charchenſis*. 53. *Mar* Ebedjeſu *Garmachita*. 54. *Mar* Mares *Aſſyrius ex claro & illuſtri genere*. 55. *Mar* Joannes *ſecundus*; (imò quintus. Sed ſecundus appellatur, quia duo Græco vocabulo Joannes dicuntur, cæteri Syriacè Johanan.) 56. *Mar* Joannes *beatus*. 57. *Mar* Jeſujab *zelator, cujus memoria in Eccleſia colitur*. 58. *Mar* Elias *primus, qui ex Tirbanenſi Sede ad Thronum Apoſtolicum Divino nutu evectus eſt*. 59. Joannes *ex urbe Pacis* (Bagdado) *Scriba doctus, exceptione major*. 60. Sabarjeſu *ſimplex, qui deſurſum ad regimen Eccleſiæ electus fuit*. 61. Ebedjeſu *Aſſyrius ex illuſtri genere, qui Sobæ Eccleſiam rexit, & ad Apoſtolicam aſcendit*. 62. Machicha *zelator, vir juſtus & beatus, qui ex Aſſyriæ Epiſcopo, ad dignitatem Catholici ſecundùm Canones promotus eſt*. 63. Elias *clariſſimus, qui inter Doctores in Aſſyria doctrinæ fonte educatus, & numero juſtorum adſcriptus eſt*. 64. Barſuma *operibus inſignis, qui ex nobiliſſima Soba ortus, in Themanon profecit, & in noſtra ſplendidiſſima regione*. 65. Ebedjeſu *vas electionis, quem ex Aſſyriæ præclaro oppido ad ſublimem Thronum Spiritus Domini evexit*. 66. Jeſujab *Zebedææ* Inſulæ *Epiſcopus, quem Dominus veluti Matthæum elegit, & tamquam Adæum & Marim ejuſque ſocium Achæum ad nos miſit*. 67. *Mar* Elias *tertius, qui Sedem Arzuni primùm rexit, deinde ad Sobenſem evectus, demùm divino nutu Catholicus factus eſt*. 68. Jaballaha *ſimplex, & in Eccleſia ſapiens, qui oves Altiſſimi juxta acceptum deſuper mandatum pavit*. 69. *Eum excepit* Sabarjeſu, *qui à Domino Jeſu electus eſt, ut oves Jeſu paſceret, inſtar Adæi Apoſtoli Jeſu*. 70. *Mar* Sabarjeſu *ex Bagdado, qui in bona ſenectute deceſſit, & ſanctitate pro viatico munitus, de diabolo triumphavit*. 71. *Ei ſucceſſit Mar* Machicha *ſenex laboris patiens & continens, cujus tempore oppidum ubi benedicta Sedes eſt, direptum fuit*. 72. *Mar* Denha, *qui per Spiritum Sanctum ex Arbelæ glorioſa Sede electus eſt, & ad Catholici dignitatem in Sede Mar Maris Apoſtoli cum decore & celebritate aſſumptus*. 73. *Mar* Jaballaha *electus, qui ex genere quidem Turcorum fuit, ſed populo Chriſtiano, prout Spiritum Sanctum decet, pacem & quietem attulit*. 74. *Mar* Timotheus *claræ memoriæ, qui ſtigmata Chriſti portavit. Donet ei Spiritus requiem cum Juſtis, & nobis pacem unà cum ipſo concedat. Horum precibus cuſtodi Domine Patriarcham, qui nobis præeſt &c.*

III. Catalogus Patriarcharum Orientis ex Elia Epiſcopo Damaſci.

١ اداى ٢ وبعدها مارى ٣ ابريس ٤
ابراهيم ٥ يعقوب ٦ احدابويه ٧ ثومرصا
٨ شحلوفا ٩ قيوما ١٠ فافا ١١ شمعون
١٢ شهدوست ١٣ باربعشمين ١٤ اسحق
١٥ احى ١٦ يبالاها ١٧ داديشوع ١٨ بابوى
١٩ اقاق ٢٠ بابى ٢١ شيلا ٢٢ نرسى
٢٣ اليشع ٢٤ فولوس ٢٥ مارابا ٢٦ يوسف
٢٧ حزقيال ٢٨ ايشوعيب ٢٩ مارامه ٣٠
ايشوعيب ٣١ غريغور ٣٢ جاورجيس ٣٣
يوحنا ٣٤ حنانيشوع ٣٥ يوحنن حربا
٣٦ صليبا زخا ٣٧ فثيون ٣٨ موربن ٣٩
يعقوب ٤٠ حنانيشوع ٤١ طيماثاوس ٤٢
ايشوع برنون ٤٣ جاورجيس ٤٤ سبريشوع
٤٥ ابراهام ٤٦ تياداسيس ٤٧ سركيس
٤٨ انوش ٤٩ يوحنا ٥٠ يوانيس ٥١ يوحنا
٥٢ ابراهيم ٥٣ عمانوئل ٥٤ اسرايل ٥٥
عبديشوع ٥٦ مارى ٥٧ يوانس ٥٨ يوحنا
٥٩ ايشوعيب ثاني ٦٠ اليا ٦١ يوحنا ٦٢
سبريشوع ٦٣ عبديشوع ٦٤ مكيخا ٦٥ اليا
ثاني ٦٦ برصوما ٦٧ عبديشوع ٦٨ يشوعيب
٦٩ مار اليا ويقال ابو حليم ٧٠ يابالاها
٧١ مار سبرايشوع ابن اخا يابالاها المقدم
ذكرها .

euadem ſacro baptiſmate luſtravit, cxſtructa ſumptibus ipſius Abgari Edeſſæ Eccleſia. ܘܡܢ ܐܘܪܗܝ ܐܬܐ
ܗܘ ܐܕܝ ܥܡ ܬܪܝܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ
ܐܓܝ ܘܡܪܝ ܠܡܕܢܚܐ ܘܐܟܪܙܘ
ܣܒܪܬܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ. ܘܗܦܟܘ
ܠܐܘܪܗܝ ܘܐܫܟܚܘ ܕܡܝܬ
ܐܒܓܪ ܡܠܟܐ ܡܗܝܡܢܐ ܘܩܡ
ܒܪܗ ܚܠܦܘܗܝ ܚܢܦܐ ܥܘܠܐ ܘܣܢܝܐ ܕܟܪܣܛܝܢܐ.
ܘܗܘ ܩܛܠ ܠܐܕܝ ܫܠܝܚܐ ܒܥܕܬܐ
ܕܗܘ ܐܬܢܝ ܒܢܐ ܒܐܘܪܗܝ
ܘܬܡܢ ܐܬܩܒܪ ܗܘܐ ܒܬܡܘܙ.

*Inde cum duobus diſcipulis ſuis Aghæo & Mari in Orientem profectus* (ut inquit Bar-hebræus,) *Evangelicam ibi fidem prædicarunt. Mox Edeſſam reverſi, invenerunt fidelem Regem Abgarum jam mortuum fuiſſe, ejuſque filium ethnicum & Chriſtianorum inimicum ſummâ rerum potitum. Ab eo Adæus Apoſtolus occiſus fuit die* 30. [1] *Julii, & in Eccleſia, quam ipſe Edeſſæ ædificaverat, ſepultus*: poſtquam duodecim annis & aliquot menſibus Eccleſias Meſopotamiæ & Orientis rexiſſet, ut ex Mari Salomonis filio ſcribit Amrus Matthæi in Hiſtoria Arabica Patriarcharum Chaldæorum & Neſtorianorum, cujus frequens mentio infrà occurret. Idque tàm Dionyſiano Chronico conſonat, cujus verba retuli tom. 1. pag. 420. ubi de Abgari ætate & regno: quàm Actis Archivi Edeſſeni apud Euſebium lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. cap. 13. citatis, in quibus *Thaddæus*, ſeù *Adæus Apoſtolus*, *unus è ſeptuaginta* à S. Thoma *ad Abgarum miſſus fuiſſe dicitur poſt aſcenſum Jeſu Chriſti anno Græcorum quadrageſimo ac trecenteſimo*, nimirùm anno Æræ vulgaris Chriſtianæ vigeſimo nono, quo Antiqui Chriſtum paſſum fuiſſe, reſurrexiſſe, & in cœlos aſcendiſſe crediderunt, ut obſervavi cit. to. 1. pag. 318. reſpondetque vero anno à nativitate Chriſti trigeſimo tertio. Abgarus autem juxta Chronicon Dionyſianum obiit anno Abrahæ 2061. qui idem eſt ab Aſcenſione Chriſti duodecimus, ut Amrus rectè affirmavit: nam juxta Dionyſium, nativitas Chriſti incidit in annum Abrahæ 2016. ejuſque aſcenſio in annum 2049. cui ſi annos duodecim addas, quibus Adæus eam Eccleſiam rexiſſe dicitur, habebis martyrium ejus ad annum Abrahæ 2061. quo & Abgarus fidelis Rex obierat. Quod autem de infideli Abgari Chriſtiani Regis filio tàm Bar-hebræus

ذكره ٧٢ مـار مبرايشـوع بزمهيح ٧٣ مـار
مكيخـا ٧٤ مـاردنحـا ٧٥ يـابـالاهـا
الـتـركى ٧٦ طـيـمـاثـاوس •

1. *Adæus*. 2. *Mares*. 3. *Abres*. 4. *Abraham*. 5. *Jacob*. 6. *Achadabues* 7. *Tomarſa*. 8. *Sciachlupha*. 9. *Cajuma*. 10. *Papa*. 11. *Simeon*. 12. *Sciaadoſt*. 13. *Barbaſeminus*. 14. *Iſaac*. 15. *Acha*. 16. *Jaballaha*. 17. *Dadjeſu*. 18. *Babuæus*. 19. *Acacius*. 20. *Babæus*. 21. *Sila*. 22. *Narſes*. 23. *Eliſæus*, qui in Catalogo Salomonis ad calcem rejicitur. 24. *Paulus*. 25. *Mar-Aba*. 26. *Joſeph*, ad calcem Catalogi Salomonis. 27. *Ezechiel*. 28. *Jeſujab*. 29. *Mar-Eme*. 30. *Jeſujab*. 31. *Gregorius*. 32. *Georgius*. 33. *Joannes*. 34. *Ananjeſu*. 35. *Joannes Arba*. 36. *Salibazacha*. 37. *Phetion*. 38. *Surinus*, ad calcem Catalogi Salomonis. 39. *Jacob*. 40. *Ananjeſu*. 41. *Timotheus*. 42. *Joſue Bar-Nun*. 43. *Georgius*. 44. *Sabarjeſu*. 45. *Abraham*. 46. *Theodoſius*. 47. *Sergius*. 48. *Enos*. 49. *Joannes*. 50. *Joannes*. 51. *Joannes*. 52. *Abraham*. 53. *Emmanuel*. 54. *Iſrael*. 55. *Ebedjeſu*. 56. *Mares*. 57. *Joannes*. 58. *Joannes*. 59. *Jeſujab ſecundus*. 60. *Elias*. 61. *Joannes*. 62. *Sabarjeſu*. 63. *Ebedjeſu*. 64. *Machicha*. 65. *Elias ſecundus*. 66. *Barſuma*. 67. *Ebedjeſu*. 68. *Jeſujab*. 69. *Mar Elias cognomento Abu-Halim*. 70. *Jaballaha*. 71. *Mar Sabarjeſu Jaballabæ præfati ex fratre nepos*. 72. *Mar Sabarjeſu Bar-Meſſia*. 73 *Mar Machicha*. 74. *Mar Denha*. 75. *Jaballaha Turcus*. 76. *Timotheus*.

1 30 *Julii*, Amrus Matthæi filius hiſtoricus Neſtorianus, qui Chronicon Maris ejuſdem ſectæ ſcriptoris in compendium redegit, Adæum obiiſſe refert non die 30. Julii, ſed 14. Maii. Et quidem in pervetuſto Kalendario Syriaco, quod ad calcem Codicis 32 in fine huius Tomi ſubiicitur, die Maii 14. Adæus deceſſiſſe dicitur. In aliis verò Syriacis Vaticanæ noſtræ Bibliothecæ Kalendariis, ad diem Maii 13 Feſtum Adæi Apoſtoli & Abgari Regis aſſignatur. Julii autem die 30. nullibi, quod hactenus in Kalendariis Syrorum obſervavi, memoria Adæi occurrit.

bræus quàm Amrus narrant, à Cedreno quidem diſcrepat, qui tom. 1. pag. 177. nepotem, non filium Abgari à fide deſeciſſe affirmat; Galano tamen conſentaneum eſt, qui Par. 1. Conciliat. Eccleſiæ Armenæ cum Romana pag. 7. eadem de filio Abgari, deque nepote ejus ex ſorore refert. Demùm de Abgari ad Chriſtum & Chriſti ad Abgarum epiſtola, placet hìc Amri verba deſcribere, quæ ipſe ex Joanne Eutychii Alexandrini Annalium Continuatore in laudata Hiſtoria recitat. قال يحيى ابن

سعيد ابن يحيى الملكى المتطبب فى تاريخه
الذى تمّم بـــه تاريخ ابن بطريق فطرك
الاسكندرية . ان فى سنة الف وثلثماية وثلثة
واربعين لتاريخ الاسكندر اليوناني وهى سنة
اثنين وعشرين واربعماية للهجرة انخدع سليمان
ابن الكوفى من بعض الاساقفة بالترغيب وخامر
على الخليفة الظاهر لاعزاز دين الله وسلّم مدينة
الرها الى الروم وصار الى حضرة رومانس الملك
بالقسطنطينية واستصحب معه الكتاب الوارد من
ابجر ملك الرها الى سيدنا المسيح وجواب السيد
اليه وكان كل واحد منهما فى ورقة من طومار
مكتوب بالسرياني . وخرج الملك والاكسيس
البطرك وجميع اهل المملكة لاستقبال الكتابين
وتسلمهما الملك بخشوع وخضوع تعظيما لكتاب
السيد المسيح واضافهما الى الاثار المقدسة التى فى
بلاط الملك واعتنى رومانوس الملك بترجمتهما
من السرياني الى اليوناني على هيئتهما ونضمهما
وترجمهما لنا الى العربي الناقل الذى تولى
نقلهما الى اليوناني على هيئتهما ونضمهما . وهذا
ما ذكره صاحب التاريخ المذكور بلفظه وعبارته .

*Joannes filius Saidi filii Jahiæ Melchita medicus in Appendice ad Annales* Eutychii *Patricii filii, Patriarchæ Alexandrini, hæc habet. Anno Alexandri Græcorum Regis* 1343. *qui eſt Hegiræ* 422. *Solimanus Cuphenſis filius, quorumdam Epiſcoporum ſuaſu à Chalipha Dahero Lezaz--Din-Alla defecit, atque Edeſſam Romæis prodidit. Inde Conſtantinopolim ad Romanum Imperatorem profectus, ejus gratiam quæſivit, afferens Epiſtolam ab Abgaro Edeſſæ Rege ad Chriſtum Dominum miſſam, & Domini ad eundem reſponſum. Scripta autem erant Syriacè in folio pergameno: atque ad ea ſuſcipienda prodiere Imperator & Alexius Patriarcha* (ſic Theophylacti nomen corrumpit amanuenſis) *& omnis Curia Imperatoris: illaque Imperator cum reverentia & humilitate excepit, Epiſtolam Chriſti Domini reveritus: & ambo inter ſacra lipſana Imperialis Palatii repoſuit. Mox idem Romanus Imperator Epiſtolarum prædictarum è Syriaco in Græcum exactam accuratamque verſionem fieri curavit: nobiſque eadem Arabicè vertit idem Interpres, qui Græcæ verſioni præfuerat; & quidem exactè & accuratè. Hucuſque eorum Annalium Scriptor*. Eadem de ſacra Chriſti Imagine & Epiſtola, diverſis licet circumſtantiis, narrat Cedrenus tom. 1. pag. 178. *Enimverò* (inquit) *quum in urbem, quæ Imperii caput eſt, omnia undique ſacerrima atque pulcherrima confluerent: ac Dei quoque* (in urbe Edeſſa) *reconderetur Imago: Romanus Lacapenus Imperator Romanorum operam dedit, ut ea potiretur eaque Conſtantinopolim ditaret. Sæpe ejus rei cauſa fruſtra legatos miſerat. Tandem cupiditate ejus obtinendi quum Edeſſenis omnia ipſorum poſtulata conceſſiſſet, obtinuit. Miſerat CC. Saracenos, XII. millia argenti ſignati: aureoque ſigillo confirmavit, nunquam legiones Romanas hoſtiliter quatuor illas urbes conceſſuras aut prædam acturas. Ita voti compos factus, Amerà concedente, Epiſcopi Samoſatenus, Edeſſenus, aliique pii ſanctam illam Effigiem ac EPISTOLAM à Chriſto ſcriptam Edeſſà auferentes iter ingreſſi ſunt* &c. Pergit referre, quomodo à Cæſaribus, à proceribus, & à Theophylacto Patriarcha excepta fuerit, & Blachernis in Eccleſia Deiparæ repoſita. Et tom. 2. pag. 739. in publica ſupplicatione Conſtantinopoli indicta *Joannem* teſtatur *ſacrum mandylium ſive linteum geſtaſſe, magnum Domeſticum Epiſtolam Chriſti ad Augarum,*

*rum*, *protoveſtiarium Georgium ſacras cunarum faſcias*.

Aghæus S. Adæi diſcipulus.

3. Aghæus Adæi Apoſtoli diſcipulus, poſt magiſtri martyrium in Orientem fugiens, Perſidi, Aſſyriæ, Mediæ, Babyloniæ, finitimiſque regionibus uſque ad partes Indorum Evangelium annunciavit: mox Edeſſam regreſſus, ab eodem Maano Abgari filio, qui Adæum occiderat, interemptus fuit. Idque quinquageſimo circiter Chriſti anno, ut ex Dionyſiano Chronico colligitur: nam Maanus Abgari filius regnare cœpit anno Chriſti 45. periitque anno 52. ut dixi to. 1. p. 421. Porrò Aghæi in ſerie Epiſcoporum Orientis apud Amrum & Salomonem Boſtrenſem nulla fit mentio, ſed poſt Adæum Mares, deinde Abres, & Abraham, & Jacob, cæterique conſequenter collocantur. Meminit tamen ejus quiſquis eſt auctor laudati Carminis Syriaci de Catalogo Patriarcharum Chaldæorum, ubi num 66. *Achæus* & *ſocius Maris* appellatur. Quin & Amrus ipſe, qui Marim Aghæo omiſſo primum in ſerie Epiſcoporum Seleuciæ ponit, ubi de ejuſdem Maris prædicatione ſermonem inſtituit, diſertam *Adæi ipſius ſocii* mentionem facit, ut infrà patebit: quod de Adæo magno intelligi nequit, quum ille Maris præceptor, non ſocius fuerit. Juniorem itaque Adæum ex ejus mente exſtitiſſe neceſſe eſt, quem Bar-hebræus *Aghæum*, & alii *Achæum*, ut mox dixi, appellant.

Mares Aghæi ſocius, primus Seleuciæ Epiſcopus.

4. Mares alter Adæi diſcipulus, Aghæo ſocio, Maani Edeſſæ Regis juſſu, ut mox dixi, ſublato, ex ea urbe in Orientem ſe contulit, ubi tercentum ſexaginta Eccleſias ædificaſſe dicitur. Et primùm quidem in Beth-Garme prædicavit: inde à magnatibus ejus loci exagitatus, Seleuciam quæ Perſarum regia erat, perrexit, in qua quum annos quindecim commoratus eſſet, pluribus editis miraculis templiſque excitatis, trigeſimo tertio prædicationis ſuæ anno migravit ad Dominum in pago quem ܒܝܬ ܕܪܝܐ Badraiam [1] appellant, ibique ſepultus eſt. De prædicatione Maris, & erectione Epiſcopatus Seleucienſis per ipſum facta, deque anno obitus ejuſdem, hæc Amrus in hiſt. cit. وسار مارى تلمذ الرادان ثم المداين بجهد عظيم وتعب شديد لانها كانت كرسى مملكة الفرس وسكانها اكثرهم كانوا مجوسا. ثم دورقنى وكشكر واسام على كشكر اسقفا وهو اول اسقف اسيم فى تلك البلاد ولذلك صار هو الاول وناظر كرسى الفطركية ثم انه بادر الى تلماذ جميع نواحى ارض بابل والعراق والاهواز واليمن والجزاير وبلاد العرب سكان الخيم ونجران وجزاير بحر اليمن وبحر الهند . ولا زال يتردد فى كل هذه البلاد المذكورة وفى البلاد التى تلمذ فيها مار ادى رفيقه ويتلمذ ويعمد ويعلم ويقيم البيع ويشفى الامراض ويعمل الايات والعجايب حتى انطاعت له العباد واظهر الدين المسيحى فى كل هذه البلاد وعاد الى المداين واقام بها واسس كرسى الفطركية فيها وثبته وامر ان لا يكون اسياميد الجاثليق فطرك المشرق الا بها . واقام فى التلماذ بعد مار ادى رفيقه ثلثه وثلثين سنة واستناح يوم الجمعة الثانية من سابوع القيط تاسع عشر تموز سنة ثلثماية ثلثه وتسعين يونانية ودفن عن يمين المذبح بالبيعة الكبرى بدورقنى . *Mar Mares* (inquit) *Radani primo*, *deinde Modainæ*, (hoc eſt Seleuciæ) *fidem prædicavit magno cum labore*, *ingentique cura*: *namque ea urbs regni Perſarum regia erat*, *ejuſque incolæ potiori ex parte Magi*. *Mox Dur-Konæ*, & *Caſcaræ*: & *huic quidem*

## NOTA.

1 *Badraiam*. Salomon Boſtrenſis eum locum Syriacè vocat ܕܝܪܐ ܕܩܘܢܝ *Dair-Cuni*, Amrus Arabicè دورقنى *Dur-Kona*: quod nomen ſæpè apud utrumque Auctorem occurrit. Locus enim erat apud Seleuciam & Cteſiphontem, ubi Epiſcopi Seleucienſes ſepeliri ſolebant.

*dem Epiſcopum inſtituit, qui primus iis in regionibus ordinatus eſt: atque idcircò primas omnium tenet, eſtque Sedis Patriarchalis cuſtos. Demùm ſe contulit ad annunciandum Evangelium cunctis partibus terræ Babylonis, & Arach, & Huzitarum, & Jamanæ, & Gezairæ, & Arabiæ Scenitícæ, & Nagranæ, & Inſulis maris Jamanæ, & maris Indiarum: nec deſtitit univerſas haſce regiones luſtrare, & loca etiam quibus Mar Adæus fidem annunciaverat, inviſere, ibique catechizare, baptizare, docere, Eccleſias exſtruere, morbos curare, ſignaque & prodigia patrare; donec plurimos ad fidem convertit, chriſtianamque religionem iis in partibus mirificè propagavit. Tùm verò Modainam reverſus, domicilium ſuum in ea, Sedemque Patriarchalem fixit confirmavitque, præcipiens, ne Catholicus in Patriarcham Orientis alibi præter Modainam ordinaretur. Supervixit autem Adæo ſocio ſuo in munere prædicationis annos tres ſuprà triginta: deceſſitque ſexta feria ſecundæ hebdomadæ Æſtatis, die* 19. *Julii, an. Græcorum tercenteſimo nonageſimo tertio, ſepultuſque eſt ad dexteram altaris in majori DurKonæ Eccleſia*. Hæc Amrus ſine delectu ex Mari Salomonis filio mutuatus eſt, Apoſtolica illa planèque obſcura tempora ex rebus, quæ ſua ætate in Oriente diſpoſitæ erant, repræſentans: perinde ac ſi iis præſens adfuiſſet, aut præſentem vel proximum aliquem Scriptorem nactus eſſet. Additque, Marem primum Seleucienſium Epiſcopum, unum fuiſſe ex duobus Abgari ad Chriſtum legatis, qui poſteà à S. Thoma & Adæo Apoſtolis impoſitionem manus accepit, quum ii Evangelium in Meſopotamia annunciarent. Quod autem de eodem Mare ſcribit Renaudot. to. 2. Lit. Orient. pag. 569. *ejus ſcilicet nullam apud Jacobitas mentionem fieri*, id quam falſum ſit, ex Chronico Bar-hebræi liquidò apparet.

5. ABRES[1] à Mari magiſtro ſuo ex Oriente Antiochiam ad inviſendos ejus loci fideles miſſus, poſt Maris obitum quum Orientales ab Antiocheno Epiſcopo per legatos Antiſtitem poſtulaiſſent, ipſe Antiochiæ ordinatus eſt. Sedit annos ſexdecim, & in Eccleſia Seleuciæ ſepultus fuit. Ferunt, eum ex Joſepho fabro, Jacobi & Joſe patre, genus duxiſſe. Hucuſque Bar-hebræus. Amrus verò non Antiochiæ, ſed Hieroſolymis à S. Simeone ejus urbis poſt Jacobum Adelphotheum Præſule initiatum Abrem Epiſcopum narrat, & viſionem quandam excogitat, qua jejunanti & oranti populo divinitus deſignatus ſit. Marim quoque morti proximum diſcipulis ſuis præcepiſſe teſtatur, ut ſucceſſorem ſibi ex urbe Jeruſalem quærerent. Eum verò ſediſſe annos ſeptemdecim.

Abres Maris diſcipulus, Seleuciæ Epiſc.

6. ABRAHAM Jacobi Adelphothei, ut fertur, affinis, ab Antiocheno Epiſcopo ordinatus, excitatam à Rege Perſarum adversùs Chriſtianos Orientales perſecutionem, quum filium ejuſdem Regis à dæmonio liberaſſet, ſedavit. Sedit annos duodecim. Obiit, ut inquit Amrus, anno Græcorum 463.

Abraham Seleuciæ Epiſc.

6. JACOBUS ex Joſepho, ut ferunt, genus ducens, Hieroſolymis ordinatus & in Orientem miſſus, quum annos duodeviginti ſediſſet, obiit Seleuciæ ibique ſepultus fuit. Sub eo, inquit Bar-hebræus, innotuit Porphyrius[2] Siculus, qui Evangelium impugnavit. Amrus Jacobum Abrahami filium appellat, eumque ad omnes ſimul Sacerdotii ordines evectum fuiſſe teſtatur; quod & de præceſſore obſervaverat: ut nimirùm hoc facto abuſum gentis ſuæ excuſaret, qui omnes ſimul ordines conferre nulla ſacrorum Canonum

Jacobus Seleuciæ Epiſc.

## NOTÆ.

1 *Abres. Perſicum nomen eſt*, inquit Amrus, *& brachium adjutoremve ſignificat*. ابريس وهو اسم فارسى وتفسيره العضد .

2 *Porphyrius*. Non Siculus, ſed Tyrius fuit, vixitque centum poſt annis, de quo vide Emin. Baronium ad annum Chriſti 264.

num habita ratione conſueverunt. Idem Amrus Jacobum anno Græcorum 501. obiiſſe affirmat, idque duodevigeſimo ejus Epiſcopatus anno. Quod ſi verum eſſet, Sedem vacaſſe poſt mortem Abrahæ, neceſſe eſt annos viginti. Præterea quum Mares deceſſiſſe dicatur anno Græcorum 393. & Abres annos 17. Abrahamque annos 12. ſediſſe; hujus obitus non in annum 463. conferendus eſſet, ut vult Amrus, ſed in annum 422. qui ex ſumma annorum 393. 17. & 12. conflatur. Commentitia itaque videtur Amri supputatio, ut ex ſequentibus adhuc apparebit.

1 Achadabues Seleuciæ Epiſ.

7. ACHADABUES[1] à Jacobo morti proximo unàcum ܩܡ ܝܫܘܥ Kam-Jeſu[2] Antiochiam miſſus, ut quem eorum vellet Epiſcopus ille ordinaret, quum apud ejus urbis præfectum veluti exploratores Perſarum accuſarentur, ipſe quidem Hieroſolymam fugit: Kam-Jeſu verò cum hoſpite ſuo in crucem actus eſt. Tùm Epiſcopus Antiochiæ ad Hieroſolymitanum Antiſtitem literas dedit, ut initiatum Epiſcopali dignitate Achadabuem in Orientem remitteret. ܘܡܢ ܗܝܕܝܢ ܐܦܣܩ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܡܥܪܒܝܐ ܠܐܦܣܩܘܦܐ
ܡܕܢܚܝܐ ܫܒܩܘ ܕܟܕ ܢܡܘܬ ܪܝܫܗܘܢ
ܢܣܡܟܘܢ ܐܝܕܐ ܥܠ ܓܒܝܐ ܘܠܐ
ܢܬܥܡܠܘܢ ܠܡܐܙܠ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܘܟܬܒܘ ܐܦ ܣܘܢܛܝܩܘܢ ܒܗܕܐ܃
ܘܢܬܩܪܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܐܦ ܦܛܪܝܪܟܐ ܢܗܘܐ ܗܘ
ܡܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܪܒܐ ܕܡܕܢܚܐ܃ ܘܐܦ
ܠܐ ܫܦܪ ܗܘܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ.

*Porrò ex eo tempore* (ſubjungit Barhebræus) *Occidentales Epiſcopi* (nempè Antiochenæ diœceſeos) *Orientalibus* (ideſt, Chaldæis, Aſſyriis, Perſiſque) *permiſerunt, ut quum eorum Caput obiiſſet, ipſi manum Electo imponerent, ne pergendi ampliùs Antiochiam opus haberet: & Syſtaticon quidem hac de re ſcripſere, utque magnus ille Orientis Metropolita, Catholici & Patriarchæ nomine decoraretur; idquod Antiocheno Patriarchæ diſplicuit.* Eadem ferè Amrus, manifeſto tamen anachroniſmo: quum id poſt Achadabuæ tempora Nicæno Canone Arabico 38. juxta communem Orientalium opinionem ſancitum fuerit, ut obſervavi tom. I. pag. 9. Præterea ex eodem Canone falſum eſt, quod *Antiocheno Patriarchæ illud Decretum diſplicuit*: quin imò ibi expreſsè dicitur لان بطريرك انطاكية قد رضى بذلك بعد ان طلبت اليه الجماعة ليلا يغتم بما صرف عنه من سلطان المشرق . *Quia Patriarcha Antiochiæ hac in re conſenſit, poſtquam à Synodo rogatus fuit, ne de ſublata ipſi Orientis poteſtate contriſtaretur.* Quoad titulum *Catholici & Patriarchæ*, qui Seleucienſi Epiſcopo ſub Achadabue, ut refert Bar-hebræus, vel ſub Nicæni Concilii tempora tributus dicitur, jam adverti cit. tom. I. pag. 10. eum à Scriptoribus Syris per anticipationem & juxta morem ſuorum temporum uſurpatum fuiſſe. Interim ex hac Bar-hebræi Amrique narratione planus fieri videtur locus ille Hebedjeſu Sobenſis in Catalogo Scriptorum Syrorum pag. 42. *Mar Jabachues epiſtolam ad Papam Occidentis conſcripſit: cujus tempore epiſtola Occidentalium conſcripta fuit, in qua huic Orientis Throno Patriarchalem digni-*

NOTÆ.

1 *Achadabues. Nomen Syriacum eſt*, inquit Amrus, *& fratrem patris ſui ſignificat, eò quod ſimillimus omnium patri ſuo eſſet.* وهو اسم سرياني وتفسيره اخو ابيه لانـــه كان اشبـــه الناس بـابيـه . Quod & initio hujus capitis obſervat Barhebræus.

2 *Kam-Jeſu. Jab-Jeſu* Amro appellatur.

*dignitatem ſanxerunt* &c. Nam primo *Jabachues* ille videtur unus idemque eſſe cum noſtro *Achadabue*, vel ſaltem ejus temporibus vixiſſe: deinde per *Papam Occidentis*, non virum aliquem hoc nomine appellatum, aut Romanum Pontificem deſignari crediderim, ut dixi cit. to. 1. p. 14. & 15. ſed Antiochenum Patriarcham, quem Sobenſis metri neceſſitate *Papam Occidentis* nuncupaverit. Ibi enim Occidentales Syros Orientalibus Chaldæis opponit.

Ut ad Achadabuem regrediar, quum is annos quindecim ſediſſet, obiit Seleuciæ, ibique ſepultus eſt. Vacavit Sedes annos tres, ut inquit Amrus, qui Bar-hebræo quidem circa annos Epiſcopatus conſentit: ejus tamen mortem quum ad annum Græcorum 531. conſignet, ſibi ipſi haud conſtat, niſi dicatur, poſt Jacobi mortem, quæ anno 501. juxta ipſum Amrum contigit, Seleuciæ Thronum annis quindecim ante Achadabuæ electionem vacuum fuiſſe.

Jam verò quæ de Abre, Abraham, Jacob, Achadabue, Maraba & Aram Chaldæorum Epiſcopis dicuntur in Codice Syriaco Vaticano 27. & Amidenſibus 5. 9. 13. *eos ſcilicet à Romano Pontifice ordinatos fuiſſe*; ſequioris ævi commenta ſunt, à ſtudioſis Joannis Sulachæ, quem Romanus Pontifex Patriarcham Chaldæorum inſtituerat, excogitata: nimirùm ut Neſtorianorum criminationibus reſponderent, qui hujuſmodi ordinationem tamquam rebus ſectæ ſuæ minimè conſentaneam acriter impugnabant.

8. SCIACHLUPHA ex Caſcara urbe primus fuit, quem Epiſcopi Orientales Epiſcopum inſtituerunt. Sedit annos viginti. Obiit Seleuciæ: idque anno Græcorum, ut inquit Amrus, quingenteſimo quinquageſimo quinto, Saporis Perſarum Regis Artaxaris filii quarto. Idem Amrus Sciachlupham inſtituiſſe teſtatur, ut Pſalmi alternatim in Eccleſia canerentur, idquejuxta præſcriptum viventis Ignatii Epiſcopi Antiochiæ

وى ايامه اسيم اغناطيس تلميذ مار يوحنا
الانجيلى فطركا على انطاكية وهو الذى راى
الملايكة يشمون كدين اعنى صفين
فرسم ذلك فى البيعة .

*Ejus diebus*, inquit, *Ignatius S. Joannis Evangeliſtæ diſcipulus ordinatus eſt Patriarcha Antiochiæ: is autem fuit, qui Angelos vidit duobus Choris modulantes: utque idem fieret in Eccleſia, præcepit.* Qua in narratione duo peccat Amrus. Inprimis, quod Ignatium martyrem Sciachluphæ æqualem facit, quem conſtat centum quinquaginta & ampliùs annis Sciachlupha priorem fuiſſe. Deinde Sciachluphæ tribuit, quod Barhebræus à S. Simeone Bar-Saboë octoginta circiter pòſt annis inſtitutum fuiſſe affirmat, ut infrà ſermo erit.

9. PAPAS ex Perſide oriundus, anno Græcorum 577. ordinatus eſt, Davide Maiſanæ Epiſcopo manum ei imponente. Anno Epiſcopatus ſui quinquageſimo nono, qui erat Græcorum 636. interfuit Nicænæ Synodo, vel ut alii ferunt, Vicarium ac diſcipulum ſuum Simeonem [1] Bar-Saboë ad eam Synodnm miſit. Novem poſt annis facto ab Epiſcopis Orientalibus conventu, [2] multorum criminum accuſatus eſt: quumque purgare ſe nequiret, manu ſacrum Papas Epiſcopus Seleuciæ.

Evan-

N O T Æ.

1 *Simeonem*. Hebedjeſu Sobenſis cujus verba retuli tom.1. pag. 8. ſcribit, Concilium Nicænum Simeone Epiſcopo habitum fuiſſe. Id quod mota ſub Conſtantino Magno adversùs Chriſtianos à Sapore Perſarum Rege perſecutio, in qua Simeon ipſe anno Epiſcopatus ſui juxta Bar-hebræum decimo tertio, vel ut Amro placet, duodevigeſimo,glorioſum martyrium adeptus eſt, confirmare videtur. Nam Conſtantinus Magnus annos duodecim poſt Concilii Nicæni tempora ſupervixit, obiitque anno Chriſti 337. Sed utrumque Auctorem conciliare poſſunt, quæ de Simeonis ordinatione vivente ipſo Papa infrà narrantur.

2 *Conventu*. Hæc fuſiùs narrantur in Vita S. Milleſii Epiſcopi in Actis Martyrum Orientalium Cod. Syr. 1. & 2. to. 1. Biblioth.

Orient.

Evangeliorum Codicem contundens: loquere, inquit, Evangelium, loquere, ſi quidem tibi ſermo eſt: nam mihi verba haud ſuppetunt. Eodem momento dextera ejus obriguit. Sunt qui narrant, ipſum ab Epiſcopis poſt hæc damnatum fuiſſe: alii contrà ſcribunt, Epiſcopos dixiſſe, ſufficere ipſi correptionem divinam.

ܐܓܪ̈ܬܐ ܕܒܘܝܐܐ ܡܫܬܟ̈ܚܢ ܡܢ ܡܪܝ
ܝܥܩܘܒ ܕܢܨܝܒܝܢ ܐܦ ܡܢ ܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ ܠܘܬܗ ܕܗܢܐ ܦܐܦܐ ܡܛܠ
ܟܘܠܐ ܕܝܡܝܢܗ ܘܟܣܢ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܐܡܪܚܘ ܥܠܘܗܝ . ܘܐܢܫܝܢ ܐܡܪܝܢ
ܕܝܘܣܦ ܩܬܘܠܝܩܐ ܟܕ ܐܬܚܪܡ ܡܢ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ : ܟܬܒ ܐܓܪ̈ܬܐ ܗܠܝܢ .

*Exſtant autem* (verba ſunt Bar-hebræi) *epiſtolæ conſolatoriæ à S. Jacobo* [1] *Niſibeno & à S. Ephræm ad hunc Papam conſcriptæ ob dexteræ ejus impedimentum, quibus Epiſcopos reprehendunt, quod in ipſum temerario auſu inſurrexiſſent. Nonnulli verò exiſtimant, Joſephum Catholicum, quum ab Epiſcopis damnatus eſſet, eas epiſtolas compoſuiſſe.* Obiit ætate decrepita anno poſtquam hęc contigere.

ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܡܪܝܢ ܕܒܫܢܬ ܬܪܬܥܣܪܐ
ܕܝܒܫܬ ܝܡܝܢܗ ܡܝܬ ܘܠܐ ܫܪܝܪܐ .

*Alii ferunt, cum duodecimo poſtquam dextera ejus obriguerat anno deceſſiſſe: quod tamen mihi haudquaquam verum eſt.* Hucuſque Bar-hebræus de Papa. Subjungit de Pharaade Scriptore ejus æquali: ܘܒܙܒܢܗ ܕܗܢܐ

Pharaades Perſa, Scriptor.

ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܘܫܡܗ
ܦܪܗܕ ܘܐܝܬ ܠܗ ܟܬܒܐ
ܕܡܪܬܝܢܘܬܐ ܒܣܘܪܝܝܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ
ܡܐܡܪ̈ܐ ܥܠ ܐܠܦ ܒܝܬ .

*Hujus tempore claruit ſapiens Perſa, Pharaades nomine, qui librum Paræneticum Syriacè edidit, duaſque ſuprà viginti Epiſtolas juxtà ordinem Alphabeti:* Quibus verbis carmina fortaſſè moralia XXII. deſignat, quæ exſtant Cod. Syr. 45. tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 617. Aphraatem appellat Sobenſis in Catalogo pag. 55.

Amrus paulò aliter Papæ geſta narrat. Inprimis ait, eum ex Arak, ſeù Babylone oriundum, anno Græcorum 558. Epiſcopum Seleuciȩ conſecratum fuiſſe; Anno verò 637. qui erat Epiſcopatus 79. obiiſſe: Saporis nimirùm 18. & primo poſt Concilium Nicænum, cui quum propter decrepitam ætatem intereſſe nequiret, Simeonem Bar-Saboë, & Jeſudoſt Vicarios ab ipſo allegatos. Ejus autem temporibus octo Perſarum Reges numerat: Saporem nimirùm Artaxaris filium: Hormiſdatem: Behramos, ſeù Vararanes tres: Narſem: Hormiſdatem & Saporem: & hunc quidem ſcribit urbem جنديسابور *Gandiſapor* condidiſſe, poſtquam ingentem prædam ex Romanorum ditione illuc egiſſet, ac præſertim ex urbe Antiochia, cujus Epiſcopum Demetrium eò abductum, à Papa Seleuciæ Epiſcopo eam civitatem regendam accepiſſe: ex eoque tempore Epiſcopum Gandiſaporis omnibus Patriarchæ Orientis ſubjectis Epiſcopis prælatum fuiſſe. Demùm inter illuſtres Viros, qui Papæ æquales fuere, Eugenium Ægyptium recenſet, quem religioſam vitam ait in Ægypto primùm coluiſſe, deinde apud Niſibin Meſopotamiæ civitatem S. Eugenius.

Orient. pag. 606. quæ Syriacè & Latinè publicavi eodem tomo pag. 186. ubi Papas dicitur dimidia corporis parte per annos duodecim ad mortem uſque obriguiſſe, quod hic Bar-hebræus ad unum dumtaxat annum contrahit. Synceriora ſunt ea Acta, quàm quælibet alia monumenta, unde hiſtoriam ſuam Bar-hebræus concinnare potuit.

1 *Jacobo*. Hujus Epiſtola ad Epiſcopos, Preſbyteros & Diaconos Seleuciæ congregatos Armenico ſermone extat to. 1. Biblioth. Orient. pag. 632. de qua dixi eodem tomo pag. 558.

tem celeberrimum cœnobium exſtruxiſſe.

S. Simeon Bar-Saboë, Epiſc. Seleuciæ.

10. SIMEON Bar-Saboë Papæ diſcipulus ac ſucceſſor eo adhuc vivente ordinatus fuiſſe dicitur: quum ſcilicet Epiſcopi in Seleucia urbe, ut mox dixi, adversùs Papam congregati ſunt. ܗܘ ܐܬܩܢ ܕܒܬܪܝܢ ܓܘܕ̈ܝܢ ܢܨܠܘܢ ܒܥܕ̈ܬܐ ܕܡܕܢܚܐ ܐܝܟ ܕܒܡܥܪܒܐ ܡܢ ܙܒܢ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܗܘ ܬܠܡܝܕܗ ܕܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܒܪ ܙܒܕܝ. ܘܗܘ ܐܦܩܕ ܕܠܐ ܡܢ ܟܬܒܐ ܐܠܐ ܡܢ ܠܒܐ ܢܐܡܪܘܢ ܩܠܝܪ̈ܝܩܐ ܡܙܡܘܪ̈ܐ ܕܕܘܝܕ ܒܬܫܡܫܬܐ: *Ipſe inſtituit* ( ut ait Bar-hebræus ) *ut duobus Choris in Eccleſiis Orientalium orarent, quemadmodum in Occidente à temporibus Ignatii diſcipuli Joannis Evangeliſtæ Zebedæi filii inſtitutum fuerat. Idemque præcepit, ut non ex Codice, ſed memoriter Clerici pſalmos Davidicos in divinis Officiis canerent*. In perſecutione, quam Sapores Rex adversùs Chriſtianos movit, unàcum quatuor Epiſcopis, & nonaginta novem Presbyteris, Diaconis, aliiſque fidelibus, anno Epiſcopatus tertio decimo, feria ſexta hebdomadæ in Albis, quæ idcircò ܥܪܘܒܬܐ ܕܡܘܕܝܢܐ *ſexta feria Confeſſorum* appellatur, martyrio coronatus eſt. Hæc Bar-hebræus. Verùm *ſexta feria præcedenti*, hoc eſt, majoris hebdomadæ, non hebdomadæ in Albis Simeonem ſocioſque glorioſam mortem occubuiſſe, ſatis ſuperque oſtendi tom. 1. pag. 2. & 3.

Amrus Simeonis quidem ordinationem peractam refert, في السنة السادسة لسابور وذلك في الوقت الذي جرت فيه مشاجرة بين فافا واساقفته وجعله فافا نايبا عنه في حياته وبطركا بعده. *anno ſexto Saporis: eodem nimirùm tempore, quo diſſidium Papam inter ejuſque Epiſcopos contigit: Papam enim Vicarium eum ſibi viventi, ſucceſſoremque poſt mortem deſignaſſe*. Martyrium verò contigiſſe ſcribit: يوم جمعة الصلبوت ثالث عشر نيسان سنة خمسة وخمسين وستماية لتاريخ الاسكندر اليوناني وكانت مدة رياسته ثمانية عشر سنة وخلا الكرسي ثلاثة سنين. *Feria ſexta Crucifixionis, die 13. Niſan, anno epochæ Alexandri Græci 655. quum annos duodeviginti ſediſſet: Sedem autem vacuam fuiſſe annos tres*. Qua de re vide quæ diſputavi cit. tom. 1. à pag. 2.

S. Saadoſt, qui & Jeſudoſt, & Sadoch, Epiſc.

11. SAADOST, quem Græci *Sadoch* appellant, Simeonis ex ſorore nepos & Archidiaconus, tribus poſt ejus martyrium menſibus Epiſcopus renunciatus, quum Sedem biennio rexiſſet, unàcum cèntum & duodetriginta ſociis ſub eodem Sapore pro Chriſti fide coronatus eſt. Id *ſecundo Perſecutionis anno* contigiſſe dicitur in Actis Martyrum Orientalium tom. 1. pag. 188. Non igitur *duobus annis*, ut Bar-hebræus ſcribit, ſed uno dumtaxat Eccleſiam gubernavit Saadoſt: neque Sedes poſt Simeonis obitum vacua fuerat *tribus annis*, ut ex Amro ſuprà dictum eſt.

[1] Barbaſeminus Epiſcopus.

12. BARBASEMINUS, [1] Simeonis quoque ex ſorore nepos, poſt Saadoſtum Seleuciæ Epiſcopus, martyrii lauream cum ſexdecim ſociis die 9. Januarii adeptus eſt, poſtquam ſeptem annos ſediſſet. ܟܠܗܘܢ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܒܡܠܟܘܬܗ ܘܒܬܢܝ ܫܢܐ

## NOTA.

1 *Barbaſeminus*. ܗܢܐ ܗܘ ܒܪܒܥܫܡܝܢ ܡܠܬܐ ܕܟܠܕܝܐ ܕܐܪܒܥܐ ܫܡܗ̈ܐ *Nomen Chaldaicum eſt* ( ut obſervat Auctor ) *quod nominibus quatuor præditum ſignificat*,

ܗܢܐ ܘܠܐܦܣܩܘܦܐ ܘܫܠܝܚܘܗܝ
ܐܙܗܪܗܘܢ ܘܠܕܝܪܝܐ ܢܫܚܠܦܘܢ ܐܣܟܡܐ ܚܘܪܐ
ܐܝܟ ܥܠܡܝ̈ܐ ܠܒܫܐ : ܕܟܕ ܢܥܪܩܘܢ ܡܢ
ܪܕܘܦܝܐ ܩܫܝܐ ܕܫܒܘܪ ܥܘܠܐ . ܒܬܪ
ܗܟܢܐ ܕܝܢ ܟܕ ܫܠܝ ܪܕܘܦܝܐ ܘܡܕܢܚܐ
ܢܣܛܘܪܝܢܘܬܐ ܩܒܠܬ : ܥܡ ܠܒܘܫܐ
ܐܦ ܗܝܡܢܘܬܐ ܫܚܠܦܬ ܘܐܝܠܝܢ ܕܫܕܘ
ܐܣܟܡܐ ܕܠܒܘܫܐ ܠܐ ܨܒܘ ܕܢܗܦܟܘܢ
ܢܣܒܘܢ ܐܣܟܡܐ ܩܕܝܫܐ ܩܕܡܝܐ :
ܡܛܠ ܗܢܐ ܕܝܢ ܡܬܦܪܫܝܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ
ܥܡܡܐ ܡܫܝܚܝܐ ܘܕܝܪܝܐ ܕܒܢܝ
ܐܢܛܘܢܝܘܣ ܕܝܪܝܐ ܘܕܝܠܗܘܢ :

*Hic Clericos* (inquit Bar-hebræus) *& monachos, & Epiſcopos aſſiduè hortabatur, ut habitum mutarent, & ſæcularium inſtar, albis indumentis uterentur, quò crudelem impii Saporis perſecutionem vitarent. Idque ea tùm ratione factum. Poſteà verò quum perſecutio ceſſaſſet, Orienſque Neſtorianiſmo infectus eſſet, cum habitu etiam fides mutata fuit, & qui veſtimentorum formam abjecerant, priſtinum ſacrum ſchema reſumere recuſarunt, quo potiſſimùm Antoniani monachi apud cæteras Chriſtianorum gentes diſcernuntur.*

Amrus ordinatum Barbaſeminum refert anno Græcorum 665. ſediſſe annis ſeptem: vacuam poſt ejus obitum Sedem fuiſſe anno uno ſupra triginta. At in hiſtoria Martyrum Orientalium citat. tom. 1. pag. 190. Barbaſemini quidem martyrium contigiſſe dicitur *anno Perſecutionis ſexto*, Sedes verò poſt eum vacaſſe *annis circiter viginti*. Nimirùm uſque ad interitum Saporis Regis, qui vigeſimo tertio poſt anno accidit, ut oſtendi eodem tomo pag. 193.

Sub eodem Barbaſemino narrat Amrus, Kardagum قرداغ Beth-Garmæ regulum ex gentilium ſecta ad Chriſtianam fidem converſum, pro ea ſub Sapore ſanguinem fudiſſe anno regni ejuſdem Saporis quadrageſimo nono. Exſtructa præterea cœnobia *Jonæ* in Arak, *Chamulæ* كمول in Gezira, & *Zarnuchæ* زرنوق. Demùm floruiſſe *Barſebiam* Epiſcopum, miraculis apud eam gentem celeberrimum. Saporem verò anno ætatis ſeptuageſimo ſecundo periiſſe. Kardagus martyr.

13. TAMUZA [1] facta ſub Joviano Imperatore Perſas inter & Romanos pace Epiſcopus Seleuciæ in Synodo ordinatus, ſedit annos octo. Cadaver ibidem ſepultum. Amrus ordinationem ejus ad annum Græcorum 703. & obitum ad annum 711. refert: ſub eoque claruiſſe teſtatur S. Abdam Durkonenſem, qui cœnobium Crucis apud Sarſaram fluvium condidit, ejuſque diſcipulum Ebedjeſu, qui alterum monaſterium apud Hirtam exſtruxit. In Catalogo Eliæ Epiſcopi Damaſceni, *Tomarſa* ejuſque ſucceſſor *Cajuma* poſt Achadabuem & Sciachlupham perperàm collocati ſunt. [1] Tamuza Epiſcopus.

14. CAJUMA ſecundo poſt Tamuzæ obitum anno, qui erat nonus Beherami, ſeù Vararanis Perſarum Regis, Eccleſiæ regimen ſuſcepit. Anno autem Epiſcopatus quinto, quum pax Arcadium inter & Jezdegerdem Maruthæ Epiſcopi operâ inita eſſet, in Synodo Epiſcoporum Orientalium, cui ipſe Maruthas intererat, ſpontè abdicavit, ſubrogato in locum ſuum Iſaaco. Id factum anno Græcorum 719. Epiſcopatus Cajumæ quarto, regni Jezdegardis tertio, narrat Amrus. Cajuma.

15. ISAAC Tamuzæ Catholici affi- Iſaac.

NOTA.

1 *Tamuza.* ܬܡܘܙܐ ܫܡܐ ܟܠܕܝܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܪܝܘܣ ܚܕ ܡܢ ܫܒܥܐ ܟܘܟܒܐ ܥܛܪܝܢܐ : *Nomen Chaldaicum eſt, quod Græcè Arium, ſeù Martem dixeris, unum ex ſeptem Planetis.* Idque nomen Julio menſi apud Syros impoſitum. *Tomarſam* habent Amrus, Sobenſis, cæterique Chaldæi Scriptores.

affinis, in locum Cajumæ, ut mox dixi, ſubſtitutus, poſtquam Synodus centum quinquaginta Patrum Conſtantinopoli adversùs Macedonium anno Græcorum 691. ſub Theodoſio magno habita fuiſſet, unàcum Marutha Epiſcopo, qui ab eodem Theodoſio ad Jezdegerdem Perſarum Regem allegatus fuerat, Concilium quadraginta Epiſcoporum in urbe Seleucia anno Jezdegerdis undecimo in feſto Nativitatis Domini celebravit, in quo Canones duo ſupra viginti, ut affirmat Amrus, vel viginti ſex, ut Renaudotius tom. 2. Lit. Orient. pag. 272. in ms. Syriaco ſe legiſſe teſtatur, conditi ſunt. Obiit, eodem Amro teſte, anno Jezdegerdis decimo octavo, Græcorum 728. poſtquam undecim annis ſediſſet.

16. ACHÆUS ſedit annos ſeptem, quibus monaſticam vitam cum Epiſcopatu conjunxit. Amrus diſcipulum Abdæ eum dicit, & Jezdegerdis legatione ad Bihorum Saporis filium in Perſide functum teſtatur: mox ſubjungit. ولما وصل هذا الاب الى فارس واصلح الامور التى توجّه لاجلها سال عن قبور الشهدا الذين قبلوا الشهادة فى ايام سابور وباى سبب قتل كل واحد منهم وكتب قصصهم وعاد الى يزدجرد فعرّفه ما وقف عليه وتأتي له وحظى عنده بجاه عظيم وبسط يده فى تدبير رعيته وامر الابا ان يحرمون كل بيت يجدون فيه شيًا من علوم السحر والات المجوسية لان قوم من المرقيونية والمنانية كان قد تنكروا ودخلوا بين الناس . وعمل كتابا اثبت فيه اخبار الشهدا الذين استشهدوا بالمشرق . وقد اثبتها ايضا دانيال ابن مريم فى تاريخه الاقلاسيسطيقى وعمل تشعيت مارعبدا رابه .

*Quum autem hic Pater in Perſidem perveniſſet, eaque pro quibus allegatus fuerat negotia expediiſſet, inveſtigavit ſepulcra Martyrum, qui ſub Sapore martyrium adepti fuerant, & quam ob cauſam unuſquiſque eorum mortem occubuit, ſcripſitque eorum hiſtoriam. Mox ad Jezdegerdem regreſſus, cuncta quæ ſibi acciderant, eidem ſignificavit: à quo perhonorificè exceptus, libera & abſoluta quoad regimen commiſſarum ſibi ovium poteſtate uſus eſt: præcepitque Patribus, ut cuicumque domui anathema dicerent, in qua quidquam ex doctrinis veneficorum, aut inſtrumentis magiæ reperirent: nam Marcionitæ quidam & Manichæi habitum ſimulantes, venenum ſectæ ſuæ in vulgus occultè ſpargebant. Librum itaque* Achæus *compoſuit, in quo Martyrum geſta qui in Oriente paſſi ſunt, latè perſequitur: eademque & Daniel Mariæ filius in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica confirmat. Sed & hiſtoriam Sancti Abdæ præceptoris ſui idem Achæus publicavit.*

17. JABALLAHA, quem *Deus dedit* rectè interpreteris, anno ſexto Jaballaha.
decimo Jezdegerdis Perſarum Regis electus, quum annos quinque ſediſſet, antequam perſecutio ab eodem Jezdegerde in Chriſtianos moveretur, ex hac vita migravit. Ferunt ab eo mortuum ad vitam revocatum: quem Amrus Jezdegerdis filium fuiſſe affirmat, idque miraculum tàm Jaballahæ, quàm SS. Maruthæ & Acacio tribuit. Verùm Socrates hiſt. Eccl. lib. 7. cap. 8. filium Jezdegerdis à dæmonio liberatum, non ad vitam revocatum ſcribit: nec Jaballahæ aut Acacii Amidenſis meminit, ſed Maruthæ dumtaxat & Abdæ Perſidis Epiſcopi. Idem Amrus Jaballaham narrat Eccleſiam Seleuciæ inſtauraſſe, ibique ſepultum fuiſſe anno Græcorum 739. Epiſcopatus quinto: poſt ejus verò obitum excitatam ab Jezdegerde in Chriſtianos perſecutionem, in qua S. Abda S. Abda Epiſc.
Huzitarum Epiſcopus martyrio co- Huzitarum.
ronatus eſt: idque eo quod Hoſee quidam Presbyter in urbe Huzitarum Pyreum, ſeù Ignis domum, quæ erat templo Chriſtianorum contigua, deſtruxit: ſedatam autem fuiſſe operà Iſaaci Armeniæ Ducis, qui eam gentem Jezdegerdi ſubjecerat.

18. MAANES ܡܥܢܐ ex Epiſcopo Maanes depoſitus.
Per-

Perſidis poſt Jaballahæ obitum Catholicus ordinatus, quum Neſtoriano morbo laborare deprehenſus fuiſſet, damnatus ac depoſitus fuit. Hic unàcum Barſuma, Narſete, & Acacio in ſchola Edeſſena fuerat, ubi è Græco in Syriacum ſermonem commentaria Theodori converterat. Inde operâ Xenajæ ſeù Philoxeni Epiſcopi Mabugenſis ejectus, Niſibin perrexit, & Epiſcopus tandem in quadam Perſidis civitate (quam Beth-Arſamenſis Hardaſcirum appellat) renunciatus eſt ob famam doctrinæ, quam ex librorum interpretatione ſibi comparaverat. Id ſub Rabula Epiſcopo Edeſſeno factum narrat Bar-hebræus, quem addit Edeſſenam etiam Perſarum Scholam evertiſſe. Verùm Theodorus Lector hiſt. Eccleſ. lib. 2. Dionyſius Patriarcha, & Auctor Chronici Edeſſeni ad annum Græcorum 800. ſub Zenone Imperatore & Cyro Edeſſæ Epiſcopo eam Scholam everſam fuiſſe teſtantur, ut obſervavi tom. 1. pag. 353. Addit Simeon Beth-Arſamenſis loc. mox cit. *Maanem* unum ex iis fuiſſe, qui tùm Edesſâ ejecti, Perſidem petiere. Qua in re Bar-hebræo quidem conſonat: ſed in epocha, quæ ab utroque aſſignatur, difficultatem inextricabilem invenio. Nam ejectionem Maanæ ſociorumque ex urbe Edeſſa, eorumque ad diverſos Aſſyriæ & Perſidis Epiſcopatus promotionem ſub Jezdegerde Perſarum Rege & Theodoſio Imperatore, Scriptores omnes tàm Jacobitæ quàm Neſtoriani referunt: idque ſub ea tempora, quibus hæreſim ſuam Neſtorio publicante Orientales Epiſcopi cum Joanne Patriarcha Antiocheno adversùs S. Cyrillum acriter decertabant: nimirùm circa annum Chriſti 431. Atqui inter ea tempora & inter everſionem Scholæ Perſicæ, quæ, ut mox dixi, ſub Zenone Imperatore anno Chriſti 489. contigit, anni pluſquàm quinquaginta effluxere. Duplicem itaque exiſtimo fuiſſe Perſarum ex urbe Edeſſa ejectionem: alteram ſub Rabula & Theodoſio Imp. quum primùm Neſtorianiſmus publicari cœpit: ſub Cyro & Zenone Imp. alteram, quando etiam Edeſſena ejus gentis Schola everſa fuit. Et Maanem quidem cum ſociis ſub Rabula potiùs, quàm ſub Cyro è Meſopotamia pulſum fuiſſe, uſurpatus ab eo Seleuciæ Epiſcopatus ſub Jezdegerde & Theodoſio ſuadet. Suadent & ea, quæ de Jaballaha ejus præceſſore ſuprà dixi, quem anno Jezdegerdis vigeſimo obiiſſe conſtat. Amrus Neſtorianus Scriptor cauſam depoſitionis Maanæ ex Bar-hebræo ſuprà relatam diſſimulans, ejus geſta deſcribit in hæc verba: هذا كان عالمًا بالسريانية والفارسية وكان مطران فارس وله تقدم عند يزدجرد فاختاره والزم الابا بتصييره فطركًا ثم من بعد ذلك سخط عليه وامر بتخريق ثيابه ونفيه الى فارس وارسل احضر المطارنة والاساقفة واخذ عليهم العهد ان لا يدعى معنا فطركا لا ظاهرا ولا باطنا . ولما مضى الى فارس وصل الى يزدجرد انه يدبر الرعية هناك فامر بحبسه ثم سالوه فى امره فاطلقه ومات بفارس : *Hic Syriacè & Perſicè doctus, Epiſcopatum Perſidis gerebat. Quumque magna apud Jezdegerdem auctoritate polleret, hic Patres compulit, ut eum in Patriarcham eligerent. Mox in ipſum indignatus, dilacerari primùm ejus veſtes, deinde in Perſidem relegari hominem juſſit, additis ad Archiepiſcopos & Epiſcopos mandatis, ut eum neque clam, neque palam Patriarcham appellarent. Quum autem in Perſidem deportatus eſſet, Jezdegerdi renunciatur, conſtitutum ibi gregem ab eo gubernari. Præcepit itaque, ut in carcerem detruderetur: ex quo nonnullorum rogatu dimiſſus, in Perſide moritur.* Non quidem ſub Jezdegerde, ut Amrus innuere videtur, ſed ſub Pheroze Perſarum Rege, ut ex dicendis palàm fiet.

Idem Amrus ſcribit ſub Maane Neſtorium innotuiſſe: Arabas Nagranæ urbis incolas Chriſtianam fidem amplexos fuiſſe: S. Jacobum Interciſum feria ſexta die 27. Novem-

vembris anno Græcorum 734. martyrium conſummaſſe: Jezdegerdem denique anno regni vigeſimo ſecundo interiiſſe. Sed quod de anno martyrii S. Jacobi dicitur, hiſtoriæ ejuſdem repugnat, quam retuli to. 1. pag. 181. Quod verò ad annos regni Pherozis ſpectat, vide quæ obſervavi cit. tom. pag. 354.

Marabochtus depoſitus.

19. MARABOCHTUS ܡܪܐܒܘܟܬ depoſito Maane, Beheramum ſeù Vararanem Jezdegerdis filium oblata auri ſumma induxit, ut Epiſcopos ad ſe ordinandum compelleret. Illi arreptâ occaſione poſtquam eum ordinaſſent, magnatum regni Perſarum operâ hominem depoſuere. Amrus *Karabochtum* قرابخت appellat, eumque ex Epiſcopo کزرون *Chazrunæ* in Seleucienſem Sedem intruſum affirmat, paucifque poſt menſibus dejectum.

Dadjeſu.

20. DADJESU in urbe Seleucia legitimè ordinatus, è carcere, in quem paulò poſt juſſu Regis Perſarum detruſus fuerat, legati Theodoſii Imperatoris operâ dimiſſus fuit. Quumque ſponte abdicare voluiſſet, ab Epiſcopis coactus fuit eam Eccleſiam uſque ad obitum regere.

Amrus ordinationem ejus ad annum Græcorum 741. conſignat; obitum verò ad annum 776. poſtquam annis 35. ſediſſet. Ejus autem temporibus claruiſſe refert S. Joannem Caſcarenſem, & S. Phetionem martyrem in urbe حلوان *Halvana*: Neſtorii præterea cum S. Cyrillo contentionem: & Pherozis Regis Perſarum interitum: quem tamen poſt annum Græcorum 776. contigiſſe, liquet ex dictis tom. 1. pag. 354.

Babuæus.

21. BABUÆUS ex Magorum ſecta Chriſtianus, ad Seleuciæ Epiſcopatum iis temporibus promotus eſt, quibus Barſumas & Narſes Niſibi, Maaneſque in Perſide cum Neſtoriana hæreſi perditiſſimos mores conjungebant. Ajebant enim, Epiſcopis, Presbyteris cæteriſque Clericis fas eſſe uxores ducere, in eam ſententiam detorquentes illud Apoſtoli, *melius eſt nubere, quàm uri*. Et ii quidem id docebant: Barſumas verò palàm & publicè cum muliere quadam cohabitabat, quam ſuam legitimam uxorem appellare haud verebatur. Quamobrem Occidentales Epiſcopi Babuæum Catholicum per literas reprehenderunt, quod errores hujuſmodi graſſari in Oriente permitteret. Is verò excuſans ſe, reſcripſit in hæc verba. ܒܫܪܪܐ ܗܘ ܕܐܝܬܝܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܪܫܝܥܘܬܐ ܐܝܬܝܢ: ܠܐ ܡܫܟܚܝܢܢ ܠܡܬܒܥ ܚܝܒܐ ܘܡܛܠ ܗܢܐ. ܣܓܝܐܐ ܡܬܦܩܕܝܢ ܒܝܢܬܢ ܥܠ ܩܢܘܢܐ: *Quoniam ſub impio regno conſtituti ſumus, in reos animadvertere nequimus: atque idcircò plures inter nos abuſus adversùs ſacros Canones obrepunt.* Miſit autem hanc epiſtolam cum duobus monachis: quos quum Niſibi tranſirent, blanditiis Barſumas induxit, ut eam ſibi traderent, acceptamque ad Pherozem Perſarum Regem detulit, Babuæum veluti Romanorum exploratorem ſectæque Magorum hoſtem accuſans, & illud præcipuè exaggerans, quod Babuæus *impium Perſarum regnum* vocabat. Pherozes Babuæum digito ſuſpenſum tandiu cædi jubet, donec animam efflavit. Tum Barſumas à Pheroze mandatum obtinet, in eos qui Romanorum religionem colerent animadvertendi. Seleuciâ igitur in regionem Beth-Garmæ & Nuhadræ cum copiis Perſarum egreſſus, obvios quoſque ipſi adverſantes è medio ſuſtulit. Ferunt interſectorum ab eo numerum ad ſeptem millia & ſeptingentos excurriſſe: quos inter *Bar-Sohede* ܒܪ ܣܗܕܐ fuit Epiſcopus Ninives cum duodecim monachis ܕܝܪܝܐ ܕܥܘܡܪܐ ܕܗܘ ܟܘܟܬܐ ܕܗܢܘ ܡܟܢܐ ܕܒܝܬ ܐܠܦܐ *cœnobii Chuchtæ, quod & monaſterium*

Bar-Sohede Ninives Epiſc.

*rium S. Matthæi dicitur in monte Elpheph*, quorum corpora ex urbe Niſibi, ubi paſſi fuerant, ad cœnobium ܒܝܙܢܝܬܐ *Biznithæ* transferenda curavit Judæus quidam Ninivita, qui ad Chriſtianam Fidem cum tota familia converſus fuerat, poſtquam eorum conſtantiam, quum in domo ſua à Barſuma incluſi eſſent, vidiſſet. Tria etiam Conciliabula impius Barſumas celebravit. Alterum in pago, quem ܐܕܪܝ *Adri* appellant, alterum Cteſiphonte, tertium denique in oppido Seleuciæ: in quibus Canones condidit ſuæ libidini conſentaneos: ܐܦ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܢܙܘܓܘܢ :
ܐܦ ܩܬܘܠܝܩܐ ܢܣܒ ܠܗ ܐܢܬܬܐ
ܠܗ ܐܢ ܨܒܐ. ܘܦܢܩܝܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܝܢܐ
ܟܬܒܘ ܒܟܬܒܐ ܪܘܪܒܐ :
*ut nimirùm tùm Epiſcopis, quàm Catholico uxorem ducere fas eſſet, ſi ipſis liberet. Quos tamen Canones duobus editis prægrandibus voluminibus Xenajas impugnavit.* Beth-Arſamenſis citatus tom. 1. pag. 354. ex duobus Barſumæ Conciliabulis, quæ Barhebræus Cteſiphonte & Seleuciæ habita fuiſſe affirmat, unum facit; tertium verò *Lapethæ* in Huzitarum metropoli collectum teſtatur.

Amrus Babuæum ſcribit anno Græcorum 777. ordinatum: anno Epiſcopatus decimo quinto Gabrielem Singarenſem medicum, propter polygamiam excommunicaſſe: anno vigeſimo, juſſu Pherozis Regis, interfectum fuiſſe: idque non Barſumæ Niſibeni operâ, ut ab aliis communiter aſſeritur, ſed ejuſdem Gabrielis medici, quem ad Eutychianorum hæreſim acceſſiſſe affirmat. وكان لملك الفرس طبيبًا واصّلا عنه يقال له جبريل السنجاري وكان قد اخذ عدة نسا وجمع بينهن . فانكر الجاثليق المذكور عليه ووبخه وحكم عليه بان يختار له منهن واحدة ويتمسك بها بموجب ما في الانجيل ويصرف الباقى فلم يفعل فاحرمه ومنعه من البيعة ومن القربان فاتخذه عدوا وصار ينكث فيه عند الملك واصحابه ورام الرمي بينه وبين اساقفته ورعيته فما امكنه ذلك ولا دخل كلامه عليهم . ودام على عصيانه ولم يرعى على نفسه انه يدخل تحت الطاعة . فارسل الى نواحى ملطية وجاب اليه اقوام من اهل راي اوطيخى وديسقورا ودفع اليهم الجاه والمال وقوّاهم وميّل اليهم قليل من الناس وعمل له بيعة وجدد هذا المذهب هناك . ثم ان الجاثليق كتب الى لاون ملك الروم كتابًا يشكوا فيه ما اصابه من الملك وختمه بختمه وانفذه سنة ٧٩٠ وكان ملك الفرس كثير العناية ببرصوما مطران نصيبين واطمان اليه وحبّه وقرّبه منه لما راى من علمه وشجاعته وحسن شكله وقامته وفوّض اليه الحكم على نصيبين وما يليها من البلدان المتاخمة لبلاد الروم والزمه بتدبيرها وحفظها فاضطرّ الى ان يكون له قواطيرًا على مفارق الطرق والمعابر لحفظ البلاد وفى تلك الايام اجتاز حامل كتاب بابوى الفطرك ببعض النواطير فاستنكر حاله ورام قبضه فارمى جميع ما كان معه ونجا بنفسه وحمل الكتاب الى برصوما بختمه فانفذه الى فيروز على جهة النصيحة ولم يفتحه . ولما وصل الكتاب الى الملك لاجل ما كان سريانيًا دفعه الى جبريل طبيبه فقراه وبدل بعض الكلام وزاد من عنده كلمات توجب السخط على كاتبه منها انه يشكوا من ملك الفرس ويقول صاحب المملكة الفاجرة . فعند ذلك احضر فيروز بابوى وقال له . كان قد وجب قتلك من قبل لمخالفتك امرى وسامحتك حتى اذن بك المسامحة الى ان كتبت وقلت ما قلت . والان ان كنت ترجع عن ما انت فيه وتصير مجوسيا غفرت لك جميع ما بدا منك وزدت فى اكرامك ورفعت شانك . فقال له معاذ الله ان انتقل من الضيا الى الظلام ولا اشترى حياة الفنى بحياة الدوام . فامر بصلبه باصبعه التى فيها الخاتم فصلب خارج المداين الى ان مات واخذه قوم من الحيرة جملة ودفنوه بها وكتب اسمه مع الشهدا وكانت مدة رياسته عشرون سنة . وسمع برصوما بذلك انه كان من يد جبريل فاسرع وجاء الى الملك ليكشف ما قاله جبريل صدقا كان اوكذبا وطلب الكتاب قدام الملك ليقراه فانكر جبريل الكتاب وقال اني مزقته من تلك الساعة لسوّ ما كان فيه من الكلام الردى فكذّبه برصوما

برصوما وقال لوكنت صادقا فى ما قلت لحفظت الكتاب وقابلت به وجرى لاجل ذلك اشيا يطول شرحها بين برصوما وبين اهل مذهب جبرئيل اريق فيها الدما .

Gabriel Singarenſis medicus.

*Habebat* (inquit) *Perſarum Rex medicum ſibi familiarem*, Gabrielem *Singarenſem nomine, qui plures ſimul uxores duxerat. Quamobrem à præfato Catholico reprehenſus juſſuſque eſt, unam ex iis eligere ac retinere, prout in ſacro continetur Evangelio, cæteris dimiſſis. Quod quum facere detrectaret, excommunicatus fuit, & ab Eccleſiæ ingreſſu atque Euchariſtia interdictus. Hinc eum ut inimicum inſectari cœpit, & apud Regem ejuſque familiares criminari: conatuſque eſt diſcordias illum inter & ipſius Epiſcopos & Eccleſiam ſerere: ſed fruſtrà, quum ab illis rejectus fuiſſet. At ille in ſuo propoſito pertinax, Antiſtiti ſubdi & parere abnuit: ſed ex Malatia* (Melitina) *Eutychetis & Dioſcori ſectarios accivit, eiſque auctoritatem & opes contulit, & perpaucos quoſdam ad eorum errorem adduxit: exſtructoque templo eam ſectam ibi reſtituit. Intereà accidit, ut Catholicus ad Leonem Romanorum Imperatorem epiſtoſtolam ſcriberet, in qua de acceptis à Rege injuriis expoſtulabat; ſuoque ſigillo munitam miſit* [1] *anno* 892. *Porrò Perſarum Rex in Barſumam Niſibis metropolitam ſummoperè propenſus erat, eidemque multum deferre ſolebat, ut inter ſuos familiares locum præcipuum ei daret, viri eruditionem, magnanimitatem, oriſque gratiam admiratus. Quamobrem eidem Niſibis & circumadjacentium regionum Romanæ ditioni finitimarum præfecturam ac tutelam commiſerat. Idcircò à Barſuma milites delecti fuerant, qui ad tranſitus viarum & bivia excubarent: in quos quum Babuæi Patriarchæ tabellarius incidiſſet, veritus ne ſibi extremam perniciem ex illis literis accerſeret, eiſdem ſimul & periculo arreptâ ſe fugâ liberavit. Epiſtola ad Barſumam delata, ab eodem, ut erat ſigillo munita, ad Pherozem Perſarum Regem tranſmiſſa eſt: idque eo dumtaxat conſilio, ut Rex ſibi caveret. Quum autem Pherozes eam non intelligeret (Syriacè enim conſcripta fuerat,) Gabrieli medico ſuo interpretandum tradidit: qui multa de ſuo in interpretatione adjecit, multa mutavit, quibus Regis iram adversùs auctorem concitatum iri ſciebat. Inter cætera ſubjecit Patriarchæ de ipſo Rege querelas, quem* Regni impii dominum *appellabat. His Pherozes ſuprà quàm dici poteſt commotus, Babuæum confeſtim accerſiri jubet: &, Jampridem, ait, te perduellionis reum de medio tollere cogitabam. Næ tu mea clementia abuſus es, qui talia de me ſcribere & obloqui non dubitaveris. Nunc verò ſi abjurata Chriſtiana religione Magus fias, cuncta quæ temerè auſus es, me tibi condonaturum ſcias; teque inſuper opibus & honoribus à me auctum iri. Cui Patriarcha; Deus*

## NOTA.

1 *Anno* 892. Duplex hic amanuenſis mendum. Primum, *annus* 892. pro 792. ſubſtitutus: nam Acacius Babuæi ſucceſſor anno Græcorum 797. Chriſti 486. ordinatus fuiſſe infrà dicitur. Alterum, *Leonis Imperatoris* nomen pro Zenone appoſitum. Anno enim Chriſti 486. quo id factum contigit, nempè Babuæi vexatio & mors, non Leo, ſed Zeno Romanum Imperium tenebat. Quæ autem fuerint injuriæ de quibus Babuæus expoſtulabat, idem Amrus narrat ſuprà in hæc verba. ونقل الى فيروز ان بابوى الفطرك كان مجوسيا وتنصر فعانده ومانعه من ان يسيم اساقفة او غيرهم فاسام وخالفه وكان قد جمع عنده مالا كثيرا فاخذ الجميع منه وقيده وعذبه وضربه وارماه فى الحبس سبع سنين وجرى على النصارى بسببه من الاذى ما يطول شرحه :

*Delatumque ad Pherozem fuit Babuæum Patriarcham olim Magum fuiſſe; deinde Chriſtianam religionem amplexum. Eum itaque exagitavit, præcepitque, ne Epiſcopos alioſve ordinaret. Contra Babuæus ſpreto Regis juſſu ordinationes peragebat, ingenteſque opes collegerat: quibus Pherozes fiſco addictis, hominem cædi, torqueri, & in carcerem detrudi juſſit: ubi annos ſeptem manſit, quum Chriſtiani ejus cauſa incredibiles vexationes paterentur.*

*Deus, ait, hoc ſcelus avertat, ut à luce ad tenebras tranſeam. Nec enim ego vitam propediem interituram ſempiternæ vitæ anteferam. Quamobrem hominem Rex digito quo anulum geſtabat, ſuſpendi juſſit. Quod & factum eſt, & extra urbem pependit, donec cadaver à quibuſdam Hirtæ incolis depoſitum eſt & ibidem ſepultum, quum inter martyres nomen ejus relatum eſſet. Præfuit annos viginti. Cæterùm Barſumas rei geſtæ certior factus, & Gabrielis fraudem ſubodoratus, ad aulam protinùs advolat, & epiſtolam Patriarchæ ſibi legendam afferri petit. Negavit Gabriel eam exſtare: ab ipſo quippe ſimul atque lecta fuerat, conſciſſam ajebat. Tantam rerum in ea contentarum indignitatem & inſolentiam fuiſſe. At contradixit Barſuma: & ſi quidem, inquit, tu vera enunciabas, epiſtolam utique ad confirmandam dictorum veritatem ſervaſſes. Talia verò poſthæc conſequuta ſunt inter Barſumam & Gabrielis ſectarios, quæ prolixiori narratione egent, quæque ad ſanguinis uſque effuſionem proceſſere.* Hucuſque Amrus, Barſumæ flagitia diſſimulans, totamque culpam in Gabrielem medicum interpretem rejiciens. Contrà Bar-hebræus, Interpretem conatum fuiſſe ſcribit injurioſa verba mutare, quæ in Babuæi epiſtola adversùs Pherozem ſcripta erant. ܦܩܕ

ܦܝܪܘܙ ܘܐܬܩܪܝ ܓܒܪܐ ܣܘܪܝܝܐ

ܕܢܩܪܝܘܗ̇ . ܘܟܕ ܩܪܝܗ̇ ܐܬܦܢܝ ܦܘܫܩܐ

ܕܫܘܚܠܦܗ̇ ܒܪܫܝܥܘܬܐ

ܒܪܫܝܥܘܬܐ ܠܐ ܐܬܡܨܝ .

*Præcepit autem Pherozes* (inquit Bar-hebræus) *ut vir Syrus ad legendam epiſtolam* (cujus exemplar ſuprà deſcripſi) *accerſeretur. Quumque lector omnem operam adhibuiſſet, ut verbum illud* ܪܫܝܥܬܐ impium (quod ad Regnum Pherozis à Babuæo refe-rebatur) *in* ܪܝܫܝܬܐ primarium *mutaret, id tamen efficere nequivit.* Operâ nimirùm Barſumæ Niſibeni, qui Babuæi accuſator erat. Et quidem Bar-hebræi narrationem veroſimiliorem eſſe, ex ipſa Amri confeſſione colligitur, qui in vita Babæi Patriarchæ Acacii ſucceſſoris, Barſumam à Babuæo excommunicatum fuiſſe diſertè ſcribit: id quod ſuſceptas inde inimicitias ſatis declarat. Præterea ex ætate Gabrielis medici liquet, qui non ſub Pheroze, ſed ſub Choſroë Rege Perſarum claruit, ut infrà patebit.

Acacius primus Primatum Orientis, Neſtorianiſmum profeſſus. 1

22. ACACIUS poſt Babuæi obitum ab Epiſcopis Seleuciæ congregatis ordinatus,[1] Barſumæ Niſibeni & Maanæ Perſæ vexationibus Neſtorianam hæreſim profiteri compulſus eſt: nec magno ad id Acacio ſuadendum labore opus fuit: ſocius[2] enim fuerat in ſchola Edeſſena Barſumæ, Maanæ, & Narſetis, ut ſuprà dixi. Quamobrem & Synodum congregavit, in qua Neſtoriana dogmata palàm ſtabilita ſunt. Exinde verò cœpit Neſtorianiſmus in toto Oriente dominari: ſed & ſacrilega Epiſcoporum, Sacerdotum, Diaconorum atque laicorum ipſorum connubia ſcortationeſque paſſim & abſque ullo rubore fiebant, adeò ut per compita viarum & ſuper ſterquilinia projectos ubique infantes cernere eſſet, qui à canibus diſcerpebantur. Huic malo ut occurreret Acacius, ædes exſtruxit, in quibus nothi colligerentur: nutrices præterea mercede conduxit, quæ pueros lactarent. Sub eadem tempora orta eſt Barſumam inter & Narſetem rixa propter con-

NOTÆ.

1 *Ordinatus.* Anno Græcorum, ut ſcribit Amrus, ſeptingenteſimo nonageſimo ſexto.

2 *Socius*, وهو قرابة بابوى وكان بالرها ولما صار بابوى فطركا استدعاه وجعله ملفانا اى معلما بالمداين :

*Is quidem* (de Acacio loquitur Amrus) *Babuæo affinitate conjunctus, ex urbe Edeſſa, ubi morabatur, ſtatim ac Babuæus in Patriarcham electus eſt, arceſſitus ab eo fuit, Doctorque Modainæ,* ideſt, Seleuciæ *conſtitutus.*

concubinam quandam. Narſes Niſibi excedere coactus fuit, & in regionem Carduenſium ſe recipere: ubi quum paululùm reſpiraſſet, carmen edidit, cujus initium ܡܣܟܢ ܙܒܢܐ *Pauper temporis* &c. quo Barſumæ accepta beneficia exprobrat. Mox in locum priſtinum reſtitutus eſt. Atque hæc fuerunt impuri Neſtorianiſmi initia in Oriente. Acacius verò quum regis Perſarum legatione 1 apud Imperatorem Romanorum fungeretur, ab Occidentalibus Epiſcopis reprehenſus eſt, quod Barſumæ Niſibeni, viri ſacrilegi & Babuæi interſectoris ſcelera diſſimularet. Hunc, ajebant, niſi pontificia dignitate dejeceris, noſtræ communionis unàcum ipſo expers eris. Pollicitus eſt ille, ubi in Perſidem rediiſſet, ſententiam depoſitionis in Barſumam ſe laturum. Quod verò ad Neſtorianam hæreſim attinet, cujus ab iiſdem accuſabatur, reſpondit, ſe neque Neſtorium noſſe, neque hæreſim ejus: Xenaiam Orientalium hoſtem illud nomen ipſis affinxiſſe. Quum autem in Orientem regreſſus fuiſſet, reperit Barſumam 2 jamdiù interiiſſe. Ferunt, Sanctimoniales montis Abdini in Eccleſia ipſum aggreſſas, clavibus cellarum intereiſſe. Quidam tumulum ejus in Eccleſia S. Jacobi Niſibi oſtendunt. Succeſſorem Sedis & impietatis habuit Hoſee 3 Metropolitam. Paulò poſt Narſes periit, poſtquam quinquaginta annis Scholam Niſibenam rexiſſet. Viginti annos Edeſſæ commoratus fuerat. In ejus locum Niſibi ſubrogatus fuit Joſeph Huzita ejuſdem diſcipulus quem Sobenſis in catalogo pag. 59. *Videntem* appellat. ܗܘ ܫܚܠܦ ܩܪܝܢܐ ܐܘܪܗܝܐ ܠܘܬ ܡܕܢܚܝܐ ܕܐܝܬܝܗ ܕܢܣܛܘܪܝܢܐ. ܘܐܠܐ ܒܟܠܗ ܙܒܢܐ ܕܢܪܣܝ ܐܝܟ ܡܥܪܒܝܐ ܩܪܝܢ ܗܘܘ. *Hic* (ut obſervat Bar-hebræus) *lectionem Edeſſenam in hanc Orientalem, quam Neſtoriani uſurpant, immutavit; nam toto tempore Narſetis ita legebant, ut nos Occidentales.* Id ſi de Schola Niſibena intelligatur, verum exiſtimo. Cæterùm Chaldæos qui Orientales vocantur, à priſcis temporibus Syriaca vocabula aliter ac Syri Occidentales, protuliſſe, mihi certum eſt; ſuadeturque ex iis vocibus, quæ apud veteres Scriptores Græcè & Latinè è Syriaco ſermone expreſſæ leguntur, ut *Abba*, *Phadana*, cæteraque hujuſmodi, quæ à Syris Maronitis atque Jacobitis diverſimodè pronunciantur.

Barſumæ interitus.

Hoſee Epiſc. Niſibis.

Obitus Narſetis.

Joſeph Huzita.

Anno Græcor. 798. obiit Pherozes Perſarum Rex: eique ſucceſſit Balaſces ejuſdem filius, qui regnavit quatuor annos. Frater Pherozis dicitur apud Joſue Styliten tom. 1. pag. 264. Balaſcen Cavades ejus frater excepit anno Græcorum 801. Nepotem ex fratre appellat Theodorus Lector lib. 2. pag. 566. Conſonat Bar-hebræo Joſue Stylites cit. to. 1. p. 265. ubi Cavadem aſſerit regnum paulò ante iniiſſe, quàm Zeno Imperator obiret: hoc eſt, anno Chriſti 490. ut

NOTÆ.

1 *Legatione*. Pherozis ſcilicet ad Zenonem, quos diſertè nominat Amrus, cauſamque ejus legationis colligere eſt ex Joſue Stylita tom. 1. Bibl. Orient. pag. 263.

2 *Barſumam*. Quum annus obitus Pherozis Perſarum Regis, ſub quo Barſumas velut ferus aper in Eccleſia Orientali debacchatus eſt, in annum Græcorum 797. conferatur, ut infrà Bar-hebræus ſcribit, vel certè paulò ultra annum 808. extendi queat, ut dixi tom. 1. pag. 354. Barſumæ Niſibeni ordinationem ante eum annum contigiſſe oportet. Quamobrem reſtituenda videtur antiqua lectio Codicis Syriaci ms. Vaticani 39. pag. 44. ubi dicitur *Barſuma anno Græcorum 746. ordinatus fuiſſe:* delendaque ea nota, quam cit. tom. pag. 351. appoſui de anno Græcorum 846 nam verum quidem eſt, Scholam Edeſſenam extirpatam fuiſſe anno Græcorum 800. ſed non inde colligitur Barſumam eo anno Edeſsâ ejectum, Niſibin petiiſſe. Sub Rabula circa annum 742. cum ſociis pulſus fuerat, ut dixi ſuprà pag. 402.

3 *Hoſee*. Eliſæum appellat Amrus.

ut ibidem obſervavi. Anno Cavadis nono, qui idem erat Græcorum 810. Chriſti 499. congregati ſunt monachi in cœnobium S. Matthæi,

ܘܣܡܘ ܠܗܘܢ ܩܢܘ̈ܢܐ ܠܥܣܪܝܢ
ܘܬܪܝܢ ܗܢܘܢ ܕܢܛܝܪܝܢ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ
ܒܗܘ ܟܬܝܒܬܐ ܥܬܝܩܬܐ.

*Et Canones duos ſuprà viginti ſibi condiderunt, qui eodem antiquo charactere uſque in præſentem diem aſſervantur.*

Acacii obitum refert Amrus ad annum Græcorum 807. additque de ejus ſcriptis. وعمل ميمرا على الامانة كشف فيه عوير من يعتقد جوهرا واحدا فى المسيح وثلثة امر اخرى فى الصوم.

*Orationem compoſuit de Fide, in qua eorum errores detegit, qui unam in Chriſto ſubſtantiam credunt. Tres prætereà Orationes de Jejunio.*

Babæus.

23. BABÆUS, laicus uxorem filioſque habens, poſt Acacii obitum in Epiſcopum Seleuciæ, ſeù Neſtorianorum Catholicum electus [1], Synodum celebravit, in qua

ܐܣܪ ܒܩܢܘܢܐ ܕܒܬܪܗ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܢܣܒܘܢ ܟܠܗܘܢ ܢܫ̈ܐ ܒܬܪܗ
ܢܫ̈ܐ ܡܟܣܢܝܬܐ. ܘܟܗܢܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܘܩܫܝܫܐ ܕܡܝܬܐ ܘܡܫܬܒܩܐ ܐܢܬܬܗ:
ܢܣܒ ܐܚܪܬܐ. ܟܕ ܚܪܝܫ ܐܣܩܘܦܐ
ܒܛܘܒܬܐ ܡܢ ܟܘܡܪܝܬܐ ܘܙܢܝܘܬܐ:
ܟܠ ܡܢ ܕܢܦܩ ܠܒܪ ܡܢ ܗܢܘܢ ܗܘܐ
ܠܡܫܠܡܢܘܬ ܢܝܫܐ ܩܫܝܫܘܬܗܘܢ
ܘܠܐ ܒܡܘܬܐ ܗܘܐ ܩܒܪܝܐ.

*Sub pœna ſuſpenſionis ſanxit, ut omnes ſui ſucceſſores Catholici uxores ducerent. Itemque ut Epiſcopus & Presbyter, quotieſcumque uxor eorum decederet, aliam e'us loco acciperent. Nimirùm poſtquam a reliquis Chriſtianis in fide ſeparati ſunt, quidquid ipſis libebat ad explendam libidinem palàm abſque pudore ac timore faciebant.* Hæc Barhebræus. Nec diffiteturAmrus tàm flagitioſam Babæi conſtitutionem in ea pſeudo-Synodo factam, in qua addit & latam à Babuæo atque Acacio adversùs Barſumam excommunicationis ſententiam abrogatam fuiſſe. ومن بعد ما اسيم جمع الابا وعمل سنهادوسا وابطل الحروم التى كانت بين بابوى وبرصوما واقاق وامر ان يتزوج خدم البيعة سايرهم القسان والشمامسة ولا يكون بغير زوجة وهو بين العالم ليحفظ نفسه من الوقوع فى الخطية ويكون لكل واحد امراة واحدة ظاهرا جليا كامر الناموس.

*Poſtquam ordinatus eſt*, (inquit) *convocatis in Synodo Patribus excommunicationes ſuſtulit, quæ inter Babuæum, Barſumam & Acacium latæ fuerant, præcepitque, ut cuncti Eccleſiæ miniſtri, tàm Presbyteri, quàm Diaconi, uxores ducerent, nec aliquis eorum qui in ſæculo verſantur, abſque uxore eſſet: ut ſcilicet ſeipſum à peccandi periculo præſervaret: ſed unam unuſquiſque publicè & palàm, juxta legis præſcriptum, uxorem haberet.* En quo hæreſis perducit. Idem Amrus ſubjungit ſub Babæo claruiſſe *Abrahamum* magnum Archimandritam ex Caſcara oriundum, qui in Hiſtoria monachorum Orientalium per Thomam Maragenſem Epiſcopum conſcripta dicitur monaſticam vitam apud Chaldæos primus propagaſſe: ejuſque memorat affinem *Joannem Meſue* celeberrimum medicum, cujus diſputationem cum Zamaſphe Perſarum Rege de reſurrectione mortuorum deſcribit.

Abraham magnus Archimandrita.

Joannes Meſue medicus.

Obiit autem Babæus anno Græcorum, ut notat Amrus, octingenteſimo decimo quarto, quum annis quinque ſediſſet.

24. SI-

NOTA.

1 *Electus*. Anno Zamaſphæ Perſarum Regis quarto Græcorum 809. ut inquit Amrus, qui etiam miraculum in electione impuri hujus ſacrorum Canonum violatoris comminiſcitur.

24. SILA Babæo, uxoratus uxorato ſucceſſit, qui quum filiam ſuam medico Eliſæo deſpondiſſet, huncque ſibi ſucceſſorem deſignaſſet, paulò poſt mortuus eſt.

Amrus Silam ex Babæi Archidiacono in Patriarcham electum ſcribit anno ſextodecimo Cavadis Perſarum Regis, Græcorum 816. obiiſſe autem anno 834. poſtquam duodeviginti annis ſediſſet. Ejus tempore innotuiſſe apud Monophyſitas quidem Jacobum Baradæum; inter Neſtorianos verò Jozachum يوزخ Huzitarum Epiſcopum, qui Cavadem ejuſque filiam à morbo curavit. Cavadem denique anno regni quadrageſimo ſecundo deceſſiſſe, hærede Choſroë Anuſcervano relicto: id quod cum ſupradictis ſtare nequit. Nam ſi anni duodeviginti, quibus Sila ſediſſe dicitur, ad annum ſextum decimum Cavadis addantur, Silæ mors in annum ejuſdem Cavadis trigeſimum quartum incidet: adeoque quum Cavades regnaſſe dicatur annos duos ſuprà quadraginta, non hic temporibus Silæ, ut affirmat Amrus, ſed potiùs Sila ſub Cavade obierit, neceſſe eſt.

Jozachus Epiſ. Huzitarum.

25. 26. ELISÆUS Silæ gener, & NARSES; hic in magna Seleuciæ Eccleſia, ille Cteſiphonte illegitimè ordinatus, uterque ſuæ factionis Epiſcopos viduatis paſtore Eccleſiis inſtituebat. Eliſæus regia auctoritate fretus, Narſem in carcerem conjecit, ubi paulò poſt obiit. Tùm congregati in Synodo Epiſcopi, Eliſæum viventem Narſemque defunctum damnavere. Hæc breviter Bar-hebræus.

Eliſæus & Narſes illegitimi.

Amrus verò ſchiſma illud ſpatio duodecim annorum duraſſe ſcribit; & Narſem quidem à Giavaro جوهر Niſibis Epiſcopo in urbe Modaina ſeù Seleucia, Eliſæum verò in Eccleſia اسبانير *Sbaniræ*, nimirùm Cteſiphonte, à Davide Metropolita مرو Maru ordinatum fuiſſe, contradicentibus utrique Jacobo Metropolita Gandiſapor, Samuele Caſcaræ, & Paulo Huzitarum Epiſcopis.

Giavarus Epiſ. Niſibis, David Epiſc. Maru.

Jacobus Gandiſapor. Samuel Epiſc. Caſcaræ. Paulus Epiſc. Huzitarum.

Pergit idem Bar-hebræus res durante eo ſchiſmate in Perſide geſtas referre. Eodem tempore, inquit, Zamaſphes Pherozis filius Cavadem regno dejecit, poſtquam illud per annos undecim poſt Balaſcem fratrem (patruum vocat Theodorus Lector) tenuiſſet: regnavit autem duobus annis: imò quatuor, ut Agathias lib. 4. ſcribit. Tùm Cavades Græcorum ope in regnum reſtitutus, quum de Neſtorianorum hæreſi flagitiiſque certior factus eſſet, Simeoni [1] Presbytero poteſtatem dedit, ut cunctos ditionis ſuæ Chriſtianos ab ea ſecta revocaret. Erat autem Simeon ܡܢ ܒܝܬ ܐܪܫܡ ܩܪܝܬܐ ܕܥܠ ܓܒ ܣܠܝܩ. *ex Beth-Arſam pago apud Seleuciam ſito*: qui diplomate regio munitus, totam terram Sennaar Perſidemque luſtravit, Orthodoxam fidem reſtituens, Neſtorianamque hæreſim deſtruens. ܘܟܠ ܐܬܪܐ ܕܥܒܪ ܢܣܒ ܟܬܒܐ ܐܝܕܝܐ ܡܢ ܐܪܡܢܝܐ ܘܝܘܢܝܐ ܘܣܘܪܝܝܐ ܕܡܘܕܝܢ ܗܘܘ ܕܢܘܟܪܝܐ ܐܢܘܢ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܢܣܛܘܪܝܢܐ ܘܐܓܪܬܐ ܐܝܬܝ ܚܬܝܡܬܐ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܘܩܪܒ ܐܢܘܢ ܠܡܠܟܐ ܕܝܠܗ. ܘܐܬܦܢܝ ܠܡܠܟܐ ܘܠܘܬ ܐܬܐܫܬܡܥ ܠܗ ܐܦܪܝܣ ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܠܒܘܫܗ ܐܣܝܐ ܗܘ ܡܢ ܡܬܠܗ ܕܒܪܨܘܡܐ: *Quacumque autem pertranſiit, Chirographum ex Armenis, Græcis, Syriſque accepit, profitentibus ſe à fide Neſtorianorum alienos eſſe; literaſque ſubſcriptionibus ſingulorum firmatas ad* Re-

[1] Simeon Beth-Arſamenſis.

NOTA.

1 *Simeoni*. Epiſcopum eum poſteà fuiſſe, teſtatur Dionyſius in Chronico ad annum Græcorum 821. cujus verba retuli tom. 1. pag. 341.

*Regem attulit, qui ſigillo regio eaſdem confirmavit: appellatæque ſunt Codices confeſſionis, & in Eccleſia Tagriti* [1] *urbis repoſitæ, quæ ſola corruptionem Barſumæ evaſerat.* Anno 843. obiit Cavades Pherozis Perſarum Regis filius, quum annos 46. regnaſſet, duobus demptis, quibus Zamaſphes frater regnaverat. Choſroës Anuſcervanus filius ejus ac ſucceſſor anno regni octavo Antiochiam vaſtavit, ejuſque incolas captivos in Perſidem abducens, urbem ܡܚܘܙܐ *Mahuzam* condidit, quam & Antiochiam appellavit. [2] Anno 855. Edeſſam fruſtra obſidens habitatores ejus quotquot ex finitimis pagis ceperat, ſecum in Perſidem duxit. Tùm verò, inquit Bar-hebræus, *multiplicati ſunt in Oriente Orthodoxi*: quo nomine etſi Chalcedonenſes, Monophyſitaſque, acerrimos ſcilicet Neſtorianorum adverſarios deſignare videatur, (neque enim ſolos Monophyſitas Choſroës abduxit, ſed miſtum ex iis & Catholicis populum) quum tamen potior Monophyſitarum, ſaltem ſubſequentibus temporibus, pars fuerit, hos intelligit, quorum factio exinde in Oriente adeò crevit, ut Primatem Neſtoriano Patriarchæ oppoſitum Epiſcopoſque habere cœperit. Contrà Catholicorum, qui Chalcedonenſes & Melchitæ audiebant, numerus paulatim imminutus eſt, paucique admodum in Oriente ſuperfuere, qui Græcorum fidem ritumque ſequerentur. Ii Bagdadi, Amidæ, & in quibuſdam inſignioribus Perſarum Arabumve Regum civitatibus domicilium fixere. Sed ad Monophyſitas ejus temporis regredior, de quibus hæc Bar-hebræus. ܒܬܪ ܟܢ ܕܝܢ
ܗܘܐ ܒܟܠܗ ܡܕܢܚܐ ܕܬܪܝܨܘܬܐ ܣܓܝܐܐ
ܡܢ ܒܪܨܘܡ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܢܨܝܒܝܢ.
ܘܡܠܟܘܗ ܐܬܠܝ ܗܘܐ ܠܘܬ ܦܝܪܘܙ ܡܢ
ܟܠ ܕܝܢ ܘܡܬܡܟܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ ܐܝܕܐ.
ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܗܘܢ ܐܪܥܐ
ܡܫܡܠܝܐ ܕܐܬܪܘܬܐ ܡܢ ܚܢܢ
ܕܢܣܛܘܪܝܘܣ ܒܟܕܢܐ ܡܢ ܬܚܬ
ܘܒܪܡܫܘ ܡܘܫܚܐ ܗܘܐ. ܗܢܐ ܡܢ
ܡܛܠ ܕܒܡܕܢܚܐ ܕܝܢ ܡܠܟܝ ܐܢܬܘܢ
ܗܘ ܕܝܢ ܐܢܫܐ ܥܠܘܗܝ: ܒܡ ܐܝܬ ܠܗ
ܠܡܕܢܚܐ ܐܢܫܐ ܥܠܘܗܝ ܟܪܬܐ ܐܟ
ܢܦܠ ܘܡܫܗ ܒܪܝܫ ܘܐܚܪܢܝܗ
ܡܢ ܦܘܠܓܐ ܠܡܕܢܚܐ ܒܡܘܬܗ
ܒܪܨܘܡܐ ܐܟܐ ܗܘܘܐ
ܘܡܫܒܚ ܘܐܦ ܠܐܪܬܘ.

*Verùm*

## NOTÆ.

1 *Tagriti*. Ejus urbis incolas Barſumæ Niſibeno fortiter reſtitiſſe narrat Bar-hebræus in vita Babuæi. ܘܐܦ ܕܒܥܐ ܠܡܥܠ ܠܬܓܪܝܬ
ܘܐܬܚܡܬܘ ܥܠܘܗܝ ܬܓܪܝܬܝܐ ܘܐܡܝܘ ܕܢܩܛܪܓܘܢ
ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܦܝܪܘܙ ܘܡܬܪܫܝܢ ܘܡܚܝܒܝܢ ܠܗ.
ܘܗܘ ܕܚܠ ܗܦܟ ܡܢܗܘܢ.

*Tagritum quoque* (inquit) *Barſuma ingredi cogitabat. Verùm Tagritenſes in eum inſurrexere, comminati, ſe apud Pherozem Regem flagitia ejus detecturos effecturoſque, ut ab eodem condemnaretur. Quibus ille perterrefactus, ab eis receſſit.* Eadem Barſumæ cum Armeniis contigiſſe, ibidem Bar-hebræus ſcribit. ܘܡܢ ܬܡܢ ܒܟܠܗ ܐܬܪܐ ܕܢܘܗܕܪܐ ܡܫܟܚ
ܘܐܬܟܪܟ ܕܟܠܗ ܠܐܬܪܐ ܕܢܘܗܕܪܐ ܫܡܥܘ ܐܚܝܕܝ ܐܪܡܢܝܐ
ܕܡܬܛܝܒ ܕܢܐܙܠ ܠܐܬܪܘܬܗܘܢ ܫܕܪܘ ܠܗ. ܘܡܘܡܝܢ
ܐܢ ܚܙܝܢ ܠܗ ܡܢ ܡܚܕܐ ܕܐܫܕܘܢ ܕܡܗ. ܘܟܠܝ ܡܢ ܐܪܡܢܝܐ:
ܐܦܢ ܬܚܝܬ ܫܘܠܛܢܐ ܕܦܪܣܝܐ ܗܘܘ ܦܨܝܚܐ.

*Quumque univerſam Nuhadræ regionem obiiſſet, audientes præfecti Armeniorum, ipſum in ſuas terras iter moliri, miſerunt ad eundem, addito jurejurando comminantes, ſe ſanguinem ejus effuſuros, ubi primum eum viderent. Atque ita ab itinere ad Armenios ſuſcipiendo abſtinuit: iique ab ejus hæreſi liberi facti ſunt, etſi ſub Perſarum ditione eſſent.*

2 *Anno* 855. Hanc Edeſſæ obſidionem anno Græcorum 851. contigiſſe, oſtenſum eſt tom. 1. pag. 416.

[1] Cares Epiſc. Sigaræ.

*Verùm nullus erat in Oriente Epiſcopus* ( Monophyſita ) *præter Carem* [1] *Sigaræ Epiſcopum, quem Orthodoxi ex omnibus locis conſulebant, impoſitionem manus ab eo accipientes.*

Chriſtophorus Armeniorum Catholicus.

*Erat autem eo tempore Catholicus Armeniorum Mar Chriſtophorus, vir Sanctus, Syrus genere. Hic quum monachos in cœnobio S. Matthæi iterùm congregatos accepiſſet, illud cœnobium petiit: Quumque virum ex eis caſtum, Garmæum nomine, eidem cœnobio Metropolitam in locum Bar-Sobedæ martyris ordinaſſet, in regionem ſuam regreſſus eſt.*

Garmæus Ep. cœnobii Sancti Matthæi.

Paulus.

27. PAULUS dejecto Eliſæo, ex Archidiacono Eccleſiæ Seleuciæ in Patriarcham Neſtorianorum communibus ſuffragiis electus, annum unum ſedit, quum uxorem, filios, filiaſque haberet.

Amrus, eum Jozachi Huzitarum Epiſcopi Archidiaconum & ſucceſſorem fuiſſe affirmat. Mox Catholicum poſt Eliſæi depoſitionem Modainæ ordinatum, obiiſſe anno ſexto Choſroæ, Græcornm 846. in feſto Palmarum, quum duobus menſibus ſediſſet.

Aba, ſeù Mar-Aba.

28. ABA, quem Neſtoriani addito epitheto *Mar-Abam* communiter vocant, ex Magorum ſecta ad Chriſtianam fidem converſus, Niſibi ſermonem Syriacum didicit: mox Græcæ linguæ amore ductus, Edeſſam petiit, Thomam quendam Jacobitam præceptorem auditurus: quem Alexandriam ſequutus eſt, ibique libris è Græco in Syriacum interpretandis operam dedit. [illegible]

Thomas Edeſſenus Jacobita.

[illegible]

[illegible]

*Atque hi characteres ſunt ætatis Thomæ Heracleenſis* (inquit Bar-hebræus) *qui primam novi Teſtamenti verſionem à Mar Philoxeno Mabugenſi elaboratam emendavit. Verùm annus, quo Aba ordinatus eſt, nimirùm ſub Choſroë Anuſcervano, octo ſuprà ſeptuaginta annis præcedit eum, quo Biblia in Anton Alexandriæ à Thoma emendata ſunt; videlicet, Græcorum nongenteſimum vigeſimum ſeptimum. Alius igitur fortaſſe exſtitit Thomas doctor ante Thomam Heracleenſem:* cujus meminit Hebedjeſu in Catalogo Scriptorum Syrorum pag. 55. Subjungit idem Bar-hebræus de Abæ ætate differens [illegible]

*Præterea ferunt Neſtoriani, Abam cum Joanne quoque Grammatico Tritheita converſatum fuiſſe, ab eoque doctrinam hauſiſſe.* Mox diſputationem ejuſdem cum Choſroë Perſarum Rege deſcribit, Choſroæque mandatum, ut Aba vel Magorum ſectam, vel cæterorum Chriſtianorum religionem, Neſtoriana abjectâ, amplecteretur. Quum utrumque Aba facere detrectaret, ex urbe Seleuciâ Adorbiganum relegatur. Inde inconſulto Rege ad Eccleſiam ſuam reverſus, in carcerem conjicitur, ubi vitam reliquit.

Amro

NOTA.

[1] *Carem*. Mares appellatur in Vita Sergii Patriarchæ, de quo ſuprà pag. 327.

Amro hi Mar-Abæ diſcipuli laudantur. نرسى اسقف الانبار ويعقــوب مطران باجرمى وفولوس مطران نصيبين وحزقيال اسقف الزوابى وقيورى معلم الحيرة ورامبشــوع الملفـان وموسى اسقف الكرخ وبرشبــا اسقــف شاهقـرد وداويد مطران مرو وشوبحالماران اسقــف كسكــر وتومــا الرهــاوى وسرجــيــس ملــفــان حــزة ويــعــقـــوب المــلــفـــان .

*Narſes Anbaræ Epiſcopus: Jacobus metropolita Beth-Garmæ: Paulus* [1] *metropolita Niſibis: Ezechiel Epiſcopus Zuabiæ: Kajura* [2] *Doctor Hirtæ: Ramjeſu Doctor: Moyſes Carchæ Epiſcopus: Barſaba Sciaukerdæ Epiſcopus: David Metropolita Maru: Sciubchalmaranus* [3] *Epiſcopus Caſcaræ: Thomas* [4] *Edeſſenus: Sergius* [5] *Doctor Hazæ: & Jacobus Doctor*. Eum verò in Eccleſia Cochenſi ordinatum ſcribit anno Græcorum 847. & obiiſſe in Hirta ineunte nocte feriæ ſextæ, ſecundæ hebdomadæ Jejunii Dominici, anno Choſroæ Anuſcervani vigeſimo primo, Græcorum octingenteſimo ſexageſimo tertio, poſtquam ſexdecim annis cum menſibus aliquot ſediſſet: vacuam fuiſſe poſt ejus obitum Sedem annis quinque. Denique ſcripta ejus Canoneſque de cælibatu Epiſcoporum his verbis refert. ووضع القوانين الجميلــة المشهورة عنــه وفسر كتب العتيقة والحديثة وعمل كتاب التراجم سريانيا وكتاب التعزية وميامــر كثيــرة ورتــب طقوس البيعة وجمع الابا ومنع من ان يصيــر اسقفا او فطركا من كانت له زوجة البتــه منعــا قاطعا لما كان قد جرى من ملك الفرس فى زمان برصوما مطران نصيبين وغصبه للابا على الزواج .

*Condidit præclaros canones, qui ejus nomen præferunt: interpretatus eſt vetus & novum Teſtamentum: ſcripſit librum Homiliarum Syriacè, & librum Paracleticum, multoſque ſermones. Ordinavit Ritum Eccleſiæ. Congregavit Patres, vetuitque, ne Epiſcopus aut Patriarcha fieret omninò, qui uxorem haberet: nam id inductum fuerat à Rege Perſarum ſub Barſuma Niſibis Metropolita, coactique ab eo fuerant Patres ad nubendum.* Sic Amrus in Pherozem Regem rejicit Barſumæ culpam, qui nupſit & Epiſcopos ad nubendum compulit, ut ſuprà dixi. Eum verò abuſum à Mar-Aba ſublatum negat Bar-hebræus, qui eundem cum Choſroë ſic diſputantem inducit. ܡܠܟܐ ܐܡܪ: ܐܝܟܐ ܡܫܟܚܐ ܕܩܬܘܠܝܩܐ ܐܘ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܢܬܬܐ ܢܩܝܦܬܐ ܕܒܥܝܢܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܢܬܘܢ. ܐܘ ܕܡܝܬܐ ܐܢܬܬܗ ܕܩܠܝܪܝܩܐ ܐܚܪܬܐ ܢܣܒ: ܘܒܬܪ ܐܚܪܬܐ ܐܚܪܬܐ: ܐܝܟ ܕܩܠܝܪܝܩܐ ܕܝܠܟܘܢ ܥܒܕܝܢ. ܩܬܘܠܝܩܐ ܦܢܝ. ܘܐܡܪ ܕܢܫܐ: ܐܢܐ ܠܐ ܐܢܬܬܐ ܐܝܬ ܠܝ ܘܠܐ ܗܘܬ ܠܝ ܡܢ. ܘܩܕܡܝ ܕܝܠܝ ܡܢ ܫܠܝܚܐ ܐܠܗܝܐ ܢܣܒܘ ܠܡܣܒ ܘܐܡܪ: ܕܛܒ ܠܡܣܒ ܐܢܬܬܐ ܡܢ ܕܠܡܬܝܩܕܘ ܒܪܓܬܐ. ܘܩܠܝܪܝܩܐ ܠܘܬ ܕܢܣܒܝܢ ܢܫܐ ܡܢ ܒܬܪ ܐܢܬܐ ܚܕܐ ܒܬܪ ܚܕܐ: ܠܐ ܟܠܗܝܢ.

*Rex ait: ubinam gentium Catholicus aut Epiſcopus mulierem cohabitatricem habet, ut vos habetis? aut mortua Clericus uxore, alteram ducit, & poſt hanc aliam, ut Clerici veſtri faciunt? Catholicus reſpondit. Quod ad feminas ſpectat, en ego mulierem non habeo, neque unquam habui. Mei verò præceſſores ex divino Apoſtolo id uſurparunt ajente, melius eſt nubere, quàm*

NOTÆ.

1 *Paulus*. Vide Hebedjeſu in Catalogo Scriptorum Syrorum, quem Abraham Ecchellenſis edidit, pag. 57.

2 *Kajura*. Cyrum vertit Ecchellenſis in Catalogo Scriptorum Syror. pag. 77. ubi ejus ſcripta recenſet.

3 *Sciubchalmaranus*. Vide Hebedjeſu pag. 89.

4 *Thomas*. De quo Hebedjeſu citat. lib. pag. 55.

5 *Sergius*. Ejus meminit Hebedjeſu in Catalogo pag. 77.

*quàm libidine uri. Quod autem Clerici plures ducant uxores, unam poſt alteram, nihil prohibet.* Hæc à Barhebræo ex Barſumæ aliorumque Neſtorianorum ſententia dicta ſunt; quam à Mar-Aba ex parte correctam fuiſſe, ex Amro & ex praxi Neſtorianorum, quæ uſque in præſentem diem viget, palàm fit. Clerici enim & Presbyteri apud eam ſectam uxores ducunt, etiam poſt ordinationem: non tamen Epiſcopi, aut Patriarcha, qui cœlibatum eadem ratione obſervant, ac cæteri Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopi. De ſcriptis Mar-Abæ conſule Hebedjeſu Sobenſem in Catalogo pag. 33. 51. & 116.

Joſeph.

29. JOSEPH Choſroæ regis operâ, cujus medicus erat, anno Græcorum 863. electus, tribus poſt annis depoſitus fuit, nemine tamen, quoad vixit, propter ejuſdem Choſroæ timorem, in ejus locum ſubſtituto. Synodum celebravit, in qua, teſte Amro, Canones 22. conditi ſunt. Ejus meminit Hebedjeſu in Catalogo pag. 117. Obiit Anbaræ, ut idem Amrus ſcribit, poſtquam novem annos, ex quo depoſitus fuerat, vixiſſet. Sub eo claruere Simeon Epiſcopus Anbaræ, & Moyſes medicus Niſibenus, cujus operâ uſi ſunt Epiſcopi, ut à Choſroë facultatem impetrarent deponendi Joſephum.

Simeon Epiſc. Anbaræ.

Ezechiel.

30. EZECHIEL Mar-Abæ diſciſcipulus, & Pauli Catholici gener, ex Zuabiæ Epiſcopo in Patriarcham poſt Joſephi obitum anno Græcorum, ut ſcribit Amrus, octingenteſimo ſeptuageſimo octavo ordinatus, Synodum habuit, in qua, eodem Amro teſte, Canones 36. conditi ſunt, de quibus vide Hebedjeſu in Catalogo pag. 117. Sub Hormiſda Rege Choſroæ filio, quod Epiſcopos per contemptum cæcos cæcorumque duces appellaſſet, cæcus ipſe factus, duobus poſt annis deceſſit, quum ſediſſet, ut inquit Amrus, annis undecim: qui tamen Choſroëm ſub Jeſujabo Ezechielis ſucceſſore periiſſe memorat.

Jejunii Ninivitici inſtitutio.

Idem Amrus cauſam Jejunii Ninivitici, quod à Syris & Chaldæis celebratur, peſtem fuiſſe ſcribit, quæ ſub Joſepho & Ezechiele in toto Oriente graſſata eſt. Hanc enim indicto eo Jejunio ceſſaſſe affirmat in hæc verba.

ومبب ارتفاع الموت المذكور كان ان مطران باجرمى
واسقف نينوى اتفق رايهما على عمـل البـاعوث
وعرّفا هذا الاب ذلك . فاعجبه وكتب الى ساير
الامصار المشرقية ان يكونوا باسرهم متفقين على
راى واحد ونيّة واحدة ويصومون ويصلّـون ثلثـة
ايـام اولهـا الاثنـين قبل الصيـام الكبير
بعشرين يوم ويطلبون من الله ان يرحمهم ويقبل
سالهم مثلما قبل من اهل نينـوى ويـرفع الموت
عن خلقه وان يكون صيام هذه الثلثـة ايـام
مابدًا طول الزمان فلما عملوا ذلك قبل الله منهم
ورفع الموت . ومن ذلك اليوم سميت صويمة نيناوى
لكونهم قالوا نعمل مثل اهل نينـوى وتخلصـوا
مثل اهل نينـوى برفـع السخـط عنـهـم .

*Cauſa autem, cur prædicta peſtis ſublata fuerit, hæc eſt. Metropolita Beth-Garmæ & Ninives Epiſcopus inter ſe decreverant Rogationes indicerent. Qua de re hunc Patrem* (Ezechielem ſcilicet Patriarcham) *certiorem fecere. Qui conſilium eorum approbans, ad univerſas Orientales regiones ſcripſit, ut omnes concordi animo eſſent, & jejunarent orarentque ſpatio trium dierum, à feria ſcilicet ſecunda, quæ vigeſima eſt ante Jejunium magnum: ac Deum precarentur, ut eorum miſertus, preces ipſorum ſuſciperet, ſicuti Ninivitarum ſuſcepit, averteretque mortem à ſuo populo. Edixit prætereà, ut hoc triduanum jejunium perpetuo obſervaretur. Id quum ii peregiſſent, exaudivit eos Deus peſtemque ſuſtulit. Exinde verò appellatum fuit Jejunium Niniviticum, quoniam dixere, imitemur Ninivitas, & quoniam ſicut Ninivitæ, à flagello liberati ſunt.* Eadem ferè de Jejunio Ninivitico in Officio Chaldæorum, ut infrà ſermo erit.

Denique claros hoſce Viros ſub Ezechiele Amrus laudat: *Danielem* ſcilicet, cognomento الابيل *Abilum*, & *Abimelechum*, qui cœnobium ad portam Niſibis ſitum fundavit: Daniel Abilus. Abimelech.

Jeſujab Bar-Koſra.

davit: & *Jeſujabum* ܝܫܘܥܝܗܒ ܒܪ ܩܘܦܪܐ *Bar-Koſra*, cujus cœnobium in Moſul celebre eſt.

Paulus Perſa.

Bar-hebræus temporibus Ezechielis claruiſſe affirmat *Paulum Perſam*, Iſagoges in Dialecticam auctorem, qui quum Epiſcopatum Perſidis obtinere nequiviſſet, ad Magorum ſectam tranſiit: & *Jacobum Baradæum*. Et hunc quidem metropolitam œcumenicum ordinatum fuiſſe ſcribit à Patriarchis, qui ob ſectam Monophyſiticam in carceribus regiæ urbis incluſi erant: nimirùm ut Monophyſitis Orientis & Occidentis præeſſet: *Baradæum* verò idcircò appellatum ܡܛܠ ܡܣܡܣܢܘܬܐ ܕܠܒܘܫܘܗܝ *propter veſtimentorum ejus ſimplicitatem*. Quum autem in Orientem veniſſet, Achudemem ei regioni Metropolitam præfeciſſe. Ex hoc tempore, inquit, duo cœperunt eſſe in Oriente Primates: alter Neſtorianorum, qui tùm Ezechiel erat, ut ſuprà dixi: Monophyſitarum alter, qui primus Achudemes fuit, unde Barhebræus ipſe initium Catalogi Maphrianorum ſeù Primatum gentis ſuæ ducit, licet reverà neque Achudemes, neque ſucceſſores ejus Kamjeſu & Samuel inter Maphrianos numerari debeant, quum certam Sedem non habuerint; ſed Maruthas primus Jacobitarum Maphrianus ſtatuendus eſt, qui in urbe Tagrito, ut mox dicam, Primatialem Sedem fixit.

Jacobus Baradæus.

Duo Orientis Catholici, hoc eſt Primates. Alter Neſtorianorum, Jacobitarum alter.

# MAPHRIANI, SEU PRIMATES
## *Jacobitarum.*

Achudemes primus Jacobitarum in Oriente Metropolita.

I. ACHUDEMES ܐܚܘܕܐܡܗ quem latinè *fratrem matris ſuæ* dixeris, à Jacobo Baradæo ordinatus fuit Orientis Metropolita anno Græcorum 870. Ferunt, eum à Chriſtophoro Armeniorum Catholico Epiſcopum Arabum anteà initiatum fuiſſe. Quum autem Arabibus Scenitis Evangelium prædicaſſet, plurimos eorum ad Chriſtianam fidem adduxit: multoſque Sacerdotes & monachos inſtituit, quibus duo condidit cœnobia: alterum appellatum ܥܝܢ ܩܢܐ *In-Kena*, apud Tagritum urbem alterum cognomento ܓܘܝܟܬܐ *Gavicatha*. Sed & in ipſa Tagrito plures Magos convertit, quos inter puerum quendam ex regia Perſarum ſtirpe, quem baptiſmatis ſacro fonte tinctum Georgium appellavit. Quamobrem indignatus Perſarum Rex, Achudemæ caput amputari juſſit feria ſexta, die 2. Auguſti, anno Græcorum 886. Cadaver à fidelibus in Eccleſia Mahuzæ ſepultum fuit.

Kamjeſu ſecundus Jacobitarum in Oriente Metropolita.

II. KAMJESU ܩܡܝܫܘܥ qui latinè *ſurrexit Chriſtus* interpretatur, tertio poſt Achudemæ cædem anno, quum Choſroës Anuſcervanus, qui eundem interfici juſſerat, anno Græcorum 889. periiſſet, ejuſque filius Hormiſda ipſi ſucceſſiſſet, Metropolita Orientis ordinatus, plures diverſis locis Epiſcopos conſecravit, qui Jacobiticam ſectam adversùs Neſtorianos ſuſtinerent. Nam pauci admodum ejus ſectæ ſupererant Antiſtites; in cœnobio autem S. Matthæi poſt Garmæi Metropolitæ obitum, quem Catholicus Armeniorum, ut ſuprà dixi, ordinaverat, ſucceſſit Tobias, quem vivens Garmæus initiaverat. Tobias ſucceſſorem ſibi conſecravit ܝܫܘܥ ܙܟܐ *Jeſu-Zacham*. Huic *Sahada* ܣܗܕܐ ſucceſſit. Sahadæ *Simeon*: Simeoni denique

Epiſcopi Niniveſ & cœnobii S. Matthæi, Garmæus, Tobias, Jeſu-Zacha, Sahada, Simeon, & Chriſtophorus.

Obitus Ezechielis Catholici Neſtorianorum.

nique *Chriſtophorus*, qui ſub Marutha vivebat, ut mox dicam. Diebus autem Hormiſdæ Perſarum Regis obiit Ezechiel Neſtorianorum Catholicus, ut ſuprà dixi.

Jeſujab Arzunita Catholicus Neſtorianorũ.

31. JESUJABUS Arzunitidis Epiſcopus Ezechielem excepit, anno Græcorum, ut ſcribit Amrus, octingenteſimo nonageſimo ſecundo. Sedit annos quindecim. Quumque Naamanem Arabum Chriſtianorum Regem adiiſſet, ut eum ſi fieri poſſet, ad ſuam ſectam è Jacobitica pertraheret, operam perdidit, obiitque in tabernaculis Maaddenorum. Cadaver in cœnobio *Hendæ* هند Naamanis filiæ conditum. Ejus diebus duo monaſteria exſtructa ſunt: Alterum ܕܣܥܝܕ *Saidi* apud Moſul; alterum ܕܡܢܨܘܪ *Manſoris* in regione Ninives. Hormiſda verò quum annos duodecim regnaſſet, à Perſis interemptus fuit: eique Chofroes filius, cognomento ܐܒܪܘܝܙ *Abruizus* ſucceſſit anno Græcorum 901. Regnavit autem annis 38. cujus temporibus Jeſujabus Catholicus deceſſit, anno, ut vult Amrus, nongenteſimo ſeptimo. Idem Amrus ſcribit Jeſujabum legatione Hormiſdæ ad Heraclium Imp. functum, pacem inter utrumque ſtatuiſſe: Naamanem verò Alamundari, ſeù Monderi Regis Arabum filium, non à Jacobitis, ut Bar-hebræus aſſerit, ſed à Neſtorianis Simeone Hirtæ & Sabarjeſu Loſciumæ Epiſcopis atque Jeſuzacha monacho à dæmonio liberatum & baptizatum. Anno autem Epiſcopatus quarto eundem Jeſujabum coacta Epiſcoporum Synodo Canones 22. condidiſſe: Scripſiſſe prætereà diverſa opera, ut expoſitionem Liturgiæ, interpretationem Pſalmorum, Homilias, & Epiſtolas, de quibus conſule Sobenſem in Catalogo p.63.&116. Sub eo denique claruiſſe:

Simeon Epiſc. Hirtæ. Sabarjeſu Epiſ. Loſciumæ. Jeſuzacha monachus.

مار اليا صاحب دير سعيد بالموصل وهو بناه وربن برعيتا وربن جيورجيس رفيقه ومار يوحنا صاحب عمر الخل ومار باباى النصيبينى ومار يونان عبد المجوسى وربن شهروى وربن سابور وربن باعوث ومار يعقوب صاحب دير باعابا وابا يونان دبرطورا وديره بجبل سنجار.

*Mar* Eliam *fundatorem cœnobii Saidi in Moſul*, *Raban* Baritam, *Raban* Georgium *ejus ſocium*, *Mar* Joannem *fundatorem cœnobii Anchalæ*: *Mar* Babæum *Niſibenum*: *Mar* Jonam *Abdalmagi*: *Raban* Siroëm: *Raban* Saporem: *Raban* Bautham: *Mar* Jacobum *fundatorem cœnobii Beth-Abe*: & *Abbatem* Joannem *Bar-Tura fundatorem cœnobii in monte Singaræ*: quorum geſta vide apud Thomam Moragenſem Epiſcopum in hiſtoria Monaſtica Orientis Cod. Syr. 13. lib. 1. ad calcem hujus tomi.

Sabarjeſu Patriarcha Neſtorianorum.

32. SABARJESU ex pago ܦܝܪܘܙܒܕ *Pherozebad* regionis Beth-Garmæ, anno Græcorum 915. ordinatus, Choſroëm Abruizum arma adversùs Romanos ad ulciſcendam Mauricii Imperatoris ſoceri ſui cœdem moventem ſequutus eſt, & in expugnatione Daræ deceſſit, octavo Epiſcopatus anno.

Thomas Maragenſis in Hiſt. Monaſtica Orientis lib. 1. cap. 25. refert, Sabarjeſu anno Choſroæ 14. Niſibi deceſſiſſe, Choſroëm verò anno ſequenti Daram expugnaſſe. Eadem ferè apud Amrum, qui notat eum ex Loſciumæ in Beth-Garme Epiſcopo conſecratum Catholicum feria 5. majoris hebdomadæ anno Græcorum 909. obiiſſe verò feria prima, die 18. Septembris, anno Græcorum 917. Choſroæ 15. ætatis ſuæ ſupra octogeſimum. Cadaver in cœnobio ab ipſo exſtructo in oppido جدان *Gedan* conditum. Ejus geſta continentur in Carmine, quod in ejuſdem feſto canitur Dominica I. Octobris, ut in Cod. Amid. 1. fol. 473. Clari ſub eo Viri celebrantur ab eodem Amro *Raban Zena*, *Gregorius* ex Epiſcopo Caſcaræ Niſibenus Metropolita, *Jeſujab* cœnobii conditor, & *Gebruna* fundator دير القارة *monaſterii Karæ*.

Zena Monachus. Gregorius Ep. Niſibis. Jeſujab Archimandrita. Gebruna Archimandrita.

GRE-

Gregorius Patriarcha Neſtorianorum.

33. GREGORIUS ex Caſcara, Eccleſiæ ܡܠܟܣ *Molikenſis* in Mahuza Doctor, permiſſu Sirinæ uxoris Choſroæ Regis, & operâ Abrahæ medici Niſibeni, ut Amrus ſcribit, anno Græcorum 918. vel juxta Barhebræum, anno 923. in Patriarcham ordinatus fuit, quum Sabarjeſu quidem ejus præceſſor Bar-hadbeſciabam monachum montis Saaran ſucceſſorem ſibi deſignaſſet; Choſroës verò Gregorium Niſibis metropolitam eligi juſſiſſet. Quamobrem in Caſcarenſem Gregorium ejuſque ordinatores Rex indignatus, cunctos ditionis ſuæ Chriſtianos vexare cœpit, ſed Patriarcham præſertim ejuſque diſcipulos, qui ob flagitioſam quam ducebant vitam, ſummum præceptori ſuo dedecus conflaverant. Obiit autem Gregorius quarto Epiſcopatus anno, Græcorum juxta Amrum nongenteſimo vigeſimo primo, juxta Bar-hebræum nongenteſimo vigeſimo ſeptimo. Cadaver Seleuciæ ſepultum. Poſt ejus obitum diſcipulos comprehendi juſſit Choſroës ſuppliciiſque affici, donec relictam à Gregorio auri ſummam prodidere: Chriſtianis prætereà mandavit, nequem Catholicum eligerent. Vacavit itaque Sedes, quoad Choſroës vixit; annis nimiùm juxta Bar-hebræum duodeviginti, vel ut Amro placet, ſeptemdecim. Eandem vicaria poteſtate rexere Mar-aba Archidiaconus, & Babæus magnus Archimandrita: idque ex conſilio, ut ſcribit Thomas Maragenſis in citat. Hiſtor. Monaſt. lib. 1. cap. 27. Cyriaci metropolitæ Niſibis, Jonadabi Adiabeni, & Gabrielis Epiſcopi Oppidi Seleuciæ, qui Patriarchalis Eccleſiæ regimen Babæo commiſere. Babæi ſcripta recenſet Sobenſis in Catalogo pag. 85. Ejuſdem aſceticum opus in Centurias Evagrii exſtat Cod. ms. Syr. 10. in Catal. ad calcem hujus tomi.

Bar-had-beſciaba monachus.

Mar-aba Archidiaconus. Babæus Archimandrita.

Cyriacus Epiſc. Niſibis. Jonadab Epiſc. Adiabenus. Gabriel Epiſc. oppidi Seleuciæ.

Sub Gregorio claruiſſe teſtatur Bar-hebræus *Gabrielem* Singarenſem Jacobitam, Choſroæ Regis medicum acerrimum Neſtorianorum hoſtem: cujus ſuprà meminit Amrus in vita Babuæi Patriarchæ; immani tamen cum anachroniſmo, ut obſervavi pag. 406.

Gabriel Singarenſis medicus Jacobita.

Kamjeſu verò Jacobitarum in Oriente Metropolita, poſtquam annum unum ſuprà triginta ſediſſet, obiit decrepita ætate, anno Græcorum nongenteſimo vigeſimo.

Obitus Kamjeſu Metropolitæ Jacobitarum.

III. SAMUEL quinto poſt Kamjeſu mortem anno, qui erat Græcorum vigeſimus quintus ſuprà nongenteſimum, ordinatus, quum decem annos Jacobitis Orientis præfuiſſet, obiit anno Græcorum 935.

Samuel Jacobitarum in Oriente Metropolita.

Sub eo claruit *Marutha* monachus ex pago ܫܘܪܙܩ *Sciurzak* regionis Nuhadræ: qui primùm quidem habitavit in cœnobio ܢܪܕܘܣ *Nardi*, ubi monachus ac Presbyter initiatus eſt: mox Callinicum perrexit, cœnobium S. Zachæ petens, in quo annos viginti tranſegit. Inde in montem Edeſſæ migravit, ut literis operam daret: quibus quum ſatis inſtructus eſſet, ad monaſterium ſancti Matthæi ſe contulit, ibique Ritus & Canones ordinavit. Denique quum res gentis ſuæ in aula Perſarum Regis poſt mortem Gabrielis medici in deterius abirent, Cupham Arabiæ urbem, quàm Syri ܥܩܘܠܐ *Akulam* appellant, profectus, in cella Raban Saporis commoratus eſt.

Marutha monachus ac Presbyter.

34. JESUJAB ſecundus, duodevigeſimo poſt Gregorii Neſtorianorum Patriarchæ obitum anno ordinatus eſt in urbe Seleucia, anno Græcorum 937. Arabum 7. Hæc Bar-hebræus. Verùm quum Gregorius anno 927. obiiſſe dicatur, mendum in epocha ordinationis Jeſujabi, vel vacationis Sedis ineſſe oportet. Amrus Jeſujabum ſcribit duobus poſt annis ex بلد *Baladæ* Epiſcopo Catholicum conſecratum; ſediſſe autem annos 19. & obiiſſe in oppido Gedan. Poſt Choſroæ mortem ineunte regnum Siroë ejus filio, qui Cavades appellatus

Jeſujab Gadalenſis, Patriarcha Neſtorianorum.

latus

latus fuit, ordinationem Jeſujabi contigiſſe auctor eſt Thomas in Hiſt. Monaſt. lib. 1. cap. 35. ubi eum *Gadalenſem* vocat ex ܓܕܠܐ *Gadala* Arabiæ pago: quem in Moſulenſi ditione ſitum teſtatur Amrus.

Idem Thomas lib. 2. à cap. 4. ad 10. geſta Jeſujabi referens, eum à Siroë Rege pro pace cum Romanis facienda allegatum ſcribit: quæ Bar-hebræus paulò aliter narrat in hæc verba:

ܘܗܘܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܗܢܐ ܡܙܕܗܝܢܐ
ܙܢܬܐ ܟܠ ܡܘܠܦܢܐ ܘܚܘܕܬܐ ܕܣܟܘܠܐܣ
ܘܒܣܡܟܝ ܗܘܐ ܘܐܣܩܦ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܡܫܪܐ ܘܐܫܬܕܪ ܐܝܟ ܐܝܙܓܕܐ ܠܘܬ ܡܠܟܐ
ܕܪܗܘܡܝܐ ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ. ܘܟܕ
ܐܬܒܥܝ ܡܢܗ ܗܝܡܢܘܬܐ: ܢܩܦ ܐܝܟ
ܝܘܢܝܐ ܚܘܝ ܘܐܬܩܒܠ. ܘܫܡܥܘ
ܒܢܝ ܡܪܥܝܬܗ ܘܐܬܟܫܠܘ ܘܓܡܪܘܗ
ܠܫܡܗ ܡܢ ܬܘܪܬܐ. ܘܟܕ ܐܬܐ ܠܒܝܬ
ܡܦܩܒܪܘܢܐ ܘܠܐ ܫܠܡ ܠܝܘܢܝܐ.
ܡܛܠ ܕܡܠܟܐ ܡܥܕܪ ܗܘܐ ܠܗ:
ܠܐ ܐܫܟܚܘ ܕܢܟܣܘܢܝܗܝ ܐܠܐ
ܩܒܠܘܗܝ ܘܐܗܦܟܘܗܝ ܠܫܡܗ.

*Hic Catholicus omnem operam adhibuit, ut literas promoveret, deſtructaſque Scholas reſtitueret: probos etiam Epiſcopos ordinavit: & à Perſarum Rege ad Imperatorem* [1] *Romanorum allegatus fuit. Quumque de fide interrogatus eſſet, Græcorum ſe religionem ſequi ſimulavit, ſuſceptuſque eſt. Quod ubi ſubjecti ei populi audierunt, ob mutatam ab eo fidem offenſi, nomen ejus ex Canone expunxere. Sed facta poſtmodùm ab eo Apologia, quod Græcis haudquaquam conſenſiſſet, & quia Rex eum adjuvabat, contradicere ei nequivere. Eum itaque ſuſceperunt, iterùmque nomen ipſius proclamatum fuit.* Exſtat increpatoria ad eum Barſumæ Epiſcopi Suſæ epiſtola, ex qua hoc fragmentum deſcribit Bar-hebræus. ܘܐܟܣܐ

Barſuma Epiſc. Suſæ.

ܐܠܘܠܐ ܠܬܠܬܝܗܘܢ ܢܗܝܪܐ ܕܥܕܬܐ
ܓܕܦܬ ܠܕܝܘܕܘܪܘܣ ܘܬܐܕܘܪܘܣ
ܘܢܣܛܘܪܝܘܣ ܘܩܒܠܬ ܠܩܘܪܝܠܠܘܣ
ܘܐܡܪܬ ܠܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܡܪܝܡ: ܠܐ ܫܒܩܝܢ ܗܘܘ ܝܘܢܝܐ
ܠܡܩܪܒܘ ܩܘܪܒܢܐ ܥܠ ܡܕܒܚܝܗܘܢ.
ܐܝܢܐ ܡܦܩܒܪܘܢܐ ܐܝܬ ܠܟ ܠܘܬ
ܗܢܘܢ ܕܩܐܡ ܐܢܬ ܒܪܝܫܗܘܢ
ܘܝܬܒ ܐܢܬ ܒܟܘܪܣܝܗܘܢ.

*Niſi tria Eccleſiæ luminaria, nempè Diodorum, Theodorum ac Neſtorium damnaſſes, & Cyrillum ſuſcepiſſes, eamque vocem*, Dei genitrix Maria, *protuliſſes; haudquaquam tibi permiſiſſent Græci, ut Liturgiam ad eorum Altaria celebrares. Ecquam igitur ad eos Apologiam producis, quibus præes, & quorum Sedem occupas?* Verùm in Hiſtoria Thomæ Maragenſis citat. lib. 2. cap. 6. non Jeſujabus Patriarcha, ſed *Sabaduna* ܣܒܕܘܢܐ Arjunæ Garmæorum urbis Epiſcopus à Neſtoriana ſecta ad orthodoxam fidem converſus fuiſſe dicitur: neque Amrus ſimile quid de Jeſujabo prodit. Subjungit Bar-hebræus de eodem Jeſujabo. ܘܠܒܬܪܗ ܙܒܢ ܗܘ ܡܠܟܐ

Sabaduna Ep. Arjunæ.

ܘܢܦܩ ܐܝܫܘܥܝܗܒ ܐܝܟ ܩܘܣܛܢܛܝܢܐ ܐܝܙܓܕܐ.
ܡܩܒܠܘ ܘܐܝܬܝܘܗܝ ܠܘܬܗ ܠܐܝܣܛܐ
ܠܡܠܟܘܬܗ. ܘܢܩܦ ܘܠܐ ܟܕ ܡܫܬܡܠܝܢ
ܠܗܘܢ: ܐܠܐ ܡܕܝܢܬܐ ܦܩܘܣܐ
ܠܡܬܦܢܝܘ ܠܐܬܪܗ.

*Item*

NOTA.

1 *Imperatorem*. Heraclium ſcilicet, non *Zenonem*, ut perperàm ſcribit Amrus.

*Item compulit eum Rex, ut uxorem, ſicut alii Catholici, duceret: qui mulierem, quam juvenis habuerat, arceſſivit & apud ſe commorari fecit, ſimulans quidem ſe ab ejus conſortio abſtinere, & quod ob* Regis *præceptum cum illa cohabitaret.*

Mahometus pſeudopropheta. Saidus princeps Nagranenſium.

Per idem tempus, inquit Barhebræus, innotuit Mohammad Arabum pſeudopropheta, quem vulgò Mahometum dicimus. Hunc Saidus Nagranenſium Chriſtianus princeps cum Jeſujabo Patriarcha adiit, oblatiſque ingentibus donis fœdus Chriſtianos inter & Arabas utriuſque ſectæ ſtabiliri poſtulavit. Annuit Mahometus, deditque diploma, quo Chriſtianos Arabibus commendabat, nimirùm ut eos ab hoſtibus tuerentur, nec ad bellum procedere, aut fidem legemve mutare compellerent; tributa verò à Sacerdotibus & monachis exigi omninò vetuit; à laicis verò pauperibus nummos quatuor, à divitibus nummos duodecim dumtaxat. Ut prætereà Chriſtianis fas eſſet Eccleſias inſtaurare, qua in re Arabum quoque operam adjungi voluit. Denique ut Chriſtianis tàm maribus, quàm feminis deſervire in domo Arabum liceret, citra ullam Religionis injuriam. Eadem Amrus in vita Jeſujabi: additque Arabum imperium ſub eo cœptum fuiſſe anno Græcorum 935. Perſarumque regnum circa ea tempora deſiiſſe, poſtquam annis 385. duraſſet.

Scripta Jeſujabi Gadalenſis.

Opera Jeſujabi recenſet Sobenſis in Catalogo pag. 63. quibus Amrus hæc addit: وعمل كتـــاب الرووس فى توبــيخ الخايفين على المذهب وكتاب فى الاسامي والاشيا المتفقة فى الكتابــة مختلفــة فى اللفظ والمتفقــة فى اللفظ مختلفــة فى المعــنى وكــتــاب اســرار البيــعــة اثــنى وعشــرون مســالــة وجــواب. *Compoſuit librum in capita diviſum, quo hæſitantes in fide reprehendit. Alterum de nominibus ac rebus, quæ ſcripturâ quidem conveniunt, ſed voce differunt: deque iis, quæ voce conveniunt, & ſenſu differunt. Tertium de Sacramentis Eccleſiæ, in duas ſuprà viginti interrogationes totidemque reſponſiones diſtributum.*

Uchama Archimandrita. Sabarjeſu Kokenſis. Abda. Chodahes. Hormiſda. 1 2 3 4

Ejus temporibus claruere, eodem Amro teſte, Raban *Uchama* 1 Comenſis cœnobii in regione Amadia fundator. *Sabarjeſu* 2 Kokenſis. Mar *Abda*. Raban *Chodahes* 3 خداهي. Et *Hormiſda* 4 Perſa.

Maruthas primus Maphrianus, qui in urbe Tagrit Sedem fixit.

IV. MARUTHAS cujus ſuprà memini, primus fuit, qui Primatialem Jacobitarum Orientalium Sedem in urbe Tagrito, ſeù Martyropoli, fixit. Id quum ſit fundamentum hiſtoriæ Maphrianorum, quæ cum Perſarum Regum Chronologia conjuncta eſt, placet ab origine deſcribere. Anno Græcorum 939. Choſroës Abruizus Perſarum Rex cæſus fuit. Cavades 5 ejus filius regnum anno uno poſt ipſum tenuit. Ardaſcirus ſeù Artaxares Cavadi patri ſucceſſit: quo paulò poſt ſublato, Siroës 6, unus ex regni optimatibus, ſumma rerum potitus, pacem cum Ro-

NOTÆ.

1 *Uchama*. Ejus cœnobium in Beth-Zabda fuiſſe, teſtatur Thomas in hiſt. Monaſt. Orientis lib.1. cap.14.

2 *Sabarjeſu*. De eo Carmen exſtat Cod. Amid. 7. tom.1. Bibl. Orient. pag.582. *Kokenſis* autem, vel *Cuchenſis* dicitur, quod cœnobium in urbe قوق *Kok*, vel *Cuch* condidit; quæ tamen alia eſt à *Coche* [illegible] pago apud Seleuciam & Cteſiphontem ſito, de quo vide Cellarium to. 2 pag. 721. Vitam Sabarjeſu ſcripſit Thomas in hiſtor. Monaſt. lib.2. cap.17.

3 *Chodahes*. Ejus meminit Thomas in cit. hiſt. lib.2. cap.14. Carmen de eodem legitur in laudato Cod. Amid. 7.

4 *Hormiſda*. Encomium ejus cum Sabarjeſu habes loc. cit.

5 *Cavades*. Siroam quoque appellatum fuiſſe teſtatur Thomas Maragenſis in hiſt. monaſt. lib. 1. cap. 35. ubi Choſroæ cædem, Siroiſque inaugurationem fusè deſcribit. Amrus in Vita Jeſujabi Gadalenſis, poſt Siroëm regnaſſe ſcribit Ardaſcirum ejus filium, deinde موران Moranam Siroæ ſororem, à qua ſcribit Jeſujabum ad Imperatorem Romanorum pro pace allegatum fuiſſe: idque ſub initium ordinationis Jeſujabi, quam anno Græcorum 934. contigiſſe affirmat.

6 *Siroes*. Communis fert opinio Siroëm fuiſſe Choſroæ filium, non unum aliquem ex optimatibus.

Romanis fecit, poſtquam urbes quaſcumque Perſæ occupaverant, & Daram ipſam iis reſtituiſſet. Anno igitur Græcorum 940. quum pax inter utrumque Imperium firmata fuiſſet, Athanaſius Jacobitarum Patriarcha, cognomento Camelarius [1] Joannem Diaconum diſcipulum ſuum ex Beth-Elaja ܒܝܬ ܐܠܝܐ pago oriundum ad Regem Perſarum propter domeſtica negotia allegavit. Qui ubi ad cœnobium S. Matthæi, cui Chriſtophorus Metropolita Adæuſque Archimandrita præerant, advenit, cœnobitas præſideſque rogavit, ut cum Patriarcha & Occidentalibus convenirent. Annuerunt illi: & Chriſtophorus quidem Metropolita Epiſcopis quatuor finitimarum urbium, Georgio ſcilicet Sigaræ, Daniele Nuhadræ, Gregorio Beth-Raman, & Jazdephane Sciaharzul congregatis, tres ejuſdem cœnobii præſtantes monachos eligens, nempe Marutham, cujus ſuprà facta eſt mentio, Aitallaham, & Acham, unàcum Joanne Patriarchæ Diacono laudatiſque Epiſcopis Athanaſium adiit, rogaturus, ut quempiam eorum Orienti Primatem conſecraret. Athanaſius homines perhumaniter quidem excepit: verùm poſtulatis eorum ſatisfacere recuſavit:

Chriſtophorus Epiſc. S. Matthæi.
Adæus Archimandrita Sancti Matthæi.

Georgius Epiſ. Sigaræ.
Daniel Epiſc. Nuhadræ.
Gregorius Ep. Beth-Raman.
Jazdephanes Epiſc. Sciaharzul.

ܡܛܠ ܕܢܡܘܣܐ ܕܐܬܬܣܝܡ ܒܩܢܘܢܘܗܝ
ܕܢܝܩܝܐ ܕܡܐ ܕܢܚ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܪܒܐ
ܕܡܕܢܚܐ. ܗܢܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܕܢܚܝܐ
ܢܩܝܡܘܢ ܠܗܘܢ ܪܫܐ ܘܐܒܐ ܓܘܢܝܐ.

*Nam Synodi Nicænæ canone definitum eſt, ut defuncto Metropolita magno Orientis, ipſi Orientales Epiſcopi caput ſibi patremque communem ordinarent.* Ii igitur Epiſcopi Orientales Marutham eligentes, Metropolitam magnum in urbe Tagrito eum ordinarunt, univerſam Orientalem ejus ſectæ Eccleſiam ipſi committentes, facienteſque poteſtatem, ut idem Metropolitam cœnobii S. Matthæi inſtitueret, qui ſuprà cæteros Epiſcopos, & infrà ipſum Maphrianum Sedem haberet. Ad hæc Aitallaham urbis Gumal, quæ in regione Maragæ ſita eſt, & Acham Pheroz-Saporis Epiſcopos initiarunt. Quibus peractis Maphrianus, & Metropolita Cœnobii cum ſex illis Epiſcopis in Orientem regreſſi ſunt. ܘܦܣܩܘ

Aitallaha Epiſ. Gumal.
Acha Epiſc. Pheroz-Sapor.

ܡܢ ܡܬܚܘܡܐ ܠܫܘܠܛܢܗ ܕܡܦܪܝܢܐ
ܘܡܦܪܝܢܐ ܕܬܓܪܝܬ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ
ܥܪܒܝܐ. ܫܝܓܪ. ܡܥܠܬܐ.
ܘܐܪܙܘܢ. ܓܘܡܠ. ܘܒܝܬ ܪܡܢ
ܘܗܝ ܒܝܬ ܪܙܝܩ. ܟܪܡܐ.
ܓܙܪܬܐ ܕܩܪܕܘ. ܢܘܗܕܪܐ.
ܦܪܘܙܫܒܘܪ. ܫܗܪܙܘܠ. ܥܪܒ
ܕܝܢ ܟܪܝܣܛܝܢܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ
ܛܥܠܒܝܐ ܘܛܝܝܐ. ܠܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ
ܕܝܢ ܕܕܝܪܐ ܚܕܐ ܒܠܚܘܕ.

*& ordinaverunt* 12. *Diœceſes ſub poteſtate Maphriani Tagritenſis. Nimirùm* 1. *Arabiæ.* 2. *Sigaræ.* 3. *Maaltæ.* 4. *Arzuni.* 5. *Gumal.* 6. *Beth-Raman, quæ & Beth-Razich.* 7. *Charmæ.* 8. *Gozartæ Carducæ.* 9. *Nuhadræ.* 10. *Pheroz-Sapor.* 11. *Sciaharzul.* 12. *Arabum Chriſtianorum, qui ſunt Taalabenſes Scenitæ. Metropolitæ autem cœnobii* S. Matthæi *unam tantùm Ninives Diœceſim aſſignarunt.* Maruthas ea dignitate auctus, Tagritum petiit, quam urbem novis exſtructis cœnobiis & eccleſiis exornavit. Quumque ejus temporibus regnum Perſarum in Saracenos translatum eſſet, ipſe arcem Tagritenſem ultro iis aperuit, nequid detrimenti cives cape-

Epiſcopatus ſubjecti Maphriano Jacobitarum.

NOTA.

2 *Camelarius.* Vixit ab anno Græcorum 900. ad annum 942. ut ex Bar-hebræo dixi ſuprà à pag. 333.

caperent. Quamobrem Jacobitarum numerus in Perſide mirificè auctus eſt. Sed & ingens Edeſſenorum multitudo, qui in eam provinciam captivi abducti fuerant, domicilium in Segeſtana & Choraſana fixere: quibus Maruthas duos Epiſcopos præfecit: alterum Segeſtanæ: Haruuæ alterum. Anno Græcorum 960. die 2. Maii, Sabbato, idem Maruthas ex hac luce migravit, quum annos viginti ſediſſet. Cadaver in majori Eccleſia, quam is in Arce exſtruxerat, conditum.

Mareme Arzunenſis, Patriarcha Neſtorianorum.

35. MAREME Jeſujabum excepit ſub Maruthæ tempora: anno Græcorum, ut vult Amrus, nongenteſimo quinquageſimo octavo. Hic in Arzunitide natus, literis in Schola Niſibena operam dedit. Mox in cœnobio ſancti Abrahæ religioſam vitam profeſſus, ad Epiſcopatum Ninives primùm promotus eſt, deinde Metropolita Gandiſapor renunciatus, demùm ad Catholici dignitatem, ut mox dixi, aſcendit. Obiit in oppido Gedan ſub Othomano Chalipha, poſtquam tres annos ſediſſet. Sanxit, ut Sacerdotes cingulo veſtem conſtringerent. Ejus temporibus claruit Malech-Jeſu ملكيشوع cœnobii Hadethenſis fundator.

Malech-jeſu Archimandrita.

Jeſujab Adiabenus, Patriarcha Neſtorianorum.[1]

36. JESUJAB Adiabenus[1] ex Schola Niſibena, ubi cum Gregorio ejuſdem urbis Metropolita, ſtudiorum curriculum emenſus fuerat, Ninives Epiſcopus, deinde Moſulenſis Metropolita, demùm poſt Maremæ obitum Catholicus ordinatus eſt, quinto Othomani Caliphæ anno, ut ſcribit Amrus, qui idem erat Græcorum 962. Hic, teſte Bar-hebræo, Jacobitis reſtitit, ne in urbe Moſul Eccleſiam ædificarent. Exagitatus autem à Præſide Modainæ ſeù Seleuciæ, in cœnobium S. Jacobi in Beth-Abe[2] ſeceſſit, ubi obiit[3] ſepultuſque fuit, anno Græcorum 971. poſtquam annis 9. menſibus 3. ſediſſet. Morienti adfuere, ut idem Amrus refert, Elias[4] Metropolita Maru, Jazdephanes Caſcaræ Epiſcopus, Iſaac Metropolita Niſibis, Sergius Epiſcopus Hirtæ, & Moyſes Epiſcopus Ninives. Florebant ſub ejus tempora Raban Kamjeſu[5], & Daniel[6] Mariæ filius, & Sergius qui Gandiſaporis Epiſcopatum ſpatio annorum 45. tenuit. Scripta Jeſujabi recenſet Sobenſis in Catalogo p. 64. & 116. quorum potior pars exſtat in Codicibus Syriacis Vaticanis 27. 28. 29. 39. Volumen Epiſtolarum ejus quas Epiſcopus, Metropolita, & Patriarcha ſcripſit, ab amiciſſimo Andrea Scandar ex Meſopotamia nuper allatum eſt Cod. 16. in Catalogo, qui ad calcem hujus Tomi ſubjicitur. Amrus nonnulla Jeſujabi opera laudat his verbis: ثم انه اصرف عنايته في اقامة العلم وطكس القنقيت لدور السنة على ما هى عليه الان ووضع ميامر ومداريس تقال في الصلوات

2
3
4 Elias Epiſc. Maru.
Jazdephanes Epiſ. Caſcar.
Iſaac Epiſc. Niſibis.
Sergius Epiſc. Hirtæ.
Moyſes Epiſc. Ninives.
5
6
Kamjeſu Archimandrita.
Daniel Mariæ f.
Sergius Epiſc. Gandiſapor.

NOTÆ.

1 *Adiabenus*. Quam Syri ܚܕܝܐܒ *Adiab*, eam Arabes حزه *Hazam* dicunt. Quare Jeſujabus apud Amrum الحزى *Hazenſis*, apud Bar-hebræum ܚܕܝܐܒܝܐ *Abiabenus* appellatur. Fallitur verò idem Amrus, dum Hazam cum Arbela unam eandemque facit, inquiens: ايشوعيب الحزى كان من بلد حزة المعروفة باربل. *Jeſujabus Hazenſis ex regione Hazæ, quæ Arbela dicitur*. Nam Adiabene quidem regio eſt, Arbela verò ejuſdem regionis urbs primaria, ut liquet ex Plinio lib. 6. cap. 13.

2 *Beth-Abe*. Thomas lib. 1. hiſt. monaſt. cap. 15. & 21. monaſterium illud à Bar-hadbeſciaba conditum, & à Jacobo auctum fuiſſe affirmat. Neſtoriani Arabicè ſcribentes, ex *Beth-Abe* ܒܝܬ ܐܒܐ faciunt *Ba-Abe* باعابا ut ex Beth-Garme, Bagerme: ex Beth-Zabda, Bazabda: & cætera hujuſmodi: quod rectè obſervavit Renaudotius tom. 2. Lit. Orient. pag. 271.

3 *Obiit*. Jeſujabi geſta obitumque deſcribit Thomas lib. 2. hiſt. monaſt. cap. 11. & 12.

4 *Elias*. Ejus opera recenſet Sobenſis in catalogo pag. 67.

5 *Kamjeſu*. Pauli ſucceſſor fuit in Præfectura cœnobii Beth-Abe, ut refert Thomas lib. 2. hiſt. monaſt. cap. 1.

6 *Daniel*. Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcripſit, teſte Sobenſi in catalogo pag. 109.

الصلوات وكتاب الريشا وكتاب هوفخ حوشابا
اعنى عكس الادا وكتاب الترجمة
وكتاب فى الوعظ والعدلان .

*Deinde promovendis ſcientiis operam dedit, ordinavitque Officium per anni circulum, uti nunc ſe habet: ſermones etiam, hymnoſque compoſuit, qui inter Preces recitantur; nec non librum in capita diſtinctum* (Adhortationum ſcilicet ad novitios, de quo Sobenſis loc. cit.) *& librum de converſione cogitationum: & de Interpretatione: & Conciones.*

Denha Jacobitarum Maphrianus.

V. DENHA Marutham excepit, cujus ordinationem in hæc verba deſcribit Bar-hebræus. ܒܬܪܗ ܕܢܚܐ.
ܗܘܐ ܬܠܡܝܕܐ ܕܡܪܝ ܡܪܘܬܐ ܡܦܪܝܢܐ :
ܟܕ ܐܦ ܡܫܡܠܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܨܒܐ ܗܘܐ
ܠܡܬܪ ܐܬܢܣܝܘܣ ܪܒܗ. ܘܩܡ ܬܐܘܕܘܪܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ. ܗܢܐ ܐܬܟܫܦ ܘܢܣܡܘܟ
ܡܦܪܝܢܐ ܠܡܕܢܚܐ ܐܝܟ ܕܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܡܣܡܟ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ
ܠܚܒܫܝܐ. ܘܟܬܒ ܐܓܪܬܐ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܘܪ̈ܝܫܢܐ ܘܡܕܢܚܝܐ ܟܕ ܐܪܦܝ ܠܗܘܢ
ܘܡܦܝܣ ܠܗ ܡܕܢܚܝܐ. ܘܟܬܒ ܘܐܫܪܪ
ܠܗܘܢ ܩܝܡܐ ܒܝܕ ܐܓܪܬܐ
ܣܘܣܛܛܝܩܝܬܐ ܘܣܗܕܘܬܐ ܕܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ
ܡܥܪ̈ܒܝܐ ܕܟܕ ܢܫܢܐ ܦܛܪܝܪܟܐ :
ܡܦܪܝܢܐ ܢܣܝܡ ܐܝܕܐ ܥܠ ܗܘ ܕܓܒܝܐ ܗܘ
ܠܗܘܢ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܕܠܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܡܦܪܝܢܐ ܠܐ ܡܬܩܝܡ: ܗܟܢܐ ܕܠܐ
ܡܦܪܝܢܐ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܗܝܕܝܢ ܬܓܪ̈ܝܬܝܐ
ܐܝܬܝܘܗܝ ܠܕܢܚܐ ܬܠܡܝܕܗ ܘܩܪܒܘܗܝ
ܠܬܐܘܕܘܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܡܦܪܝܢܐ ܠܬܓܪܝܬ
ܘܠܟܠܗ ܡܕܢܚܐ ܐܣܪܗ.

Joannes Patriarcha.

*Eodem anno, quo Maruthas Maphrianus, deceſſit & Joannes Patriarcha Athanaſii præceptoris ſui ſucceſſor: eumque Theodorus Patriarcha excepit, qui Maphrianum Orienti ordinare deſiderans, quomodo Patriarcha Alexandriæ Abiſſinis Metropolitam inſtituit, literas hac de re ad Epiſcopos & primates Orientis dedit, poſtquam eos ſibi conciliaſſet eorumque conſenſum habuiſſet. (Namque fœdus cum ipſis ſanxerat literis Syſtaticis & Epiſcoporum Occidentalium teſtimoniis firmatum, quod quum Patriarcha deceſſiſſet, Maphrianus Electo manum imponeret: & ſicuti abſque Patriarcha Maphrianus, ſic abſque Maphriano Patriarcha haudquaquam eligeretur.) Tùm verò Tagritenſes Denham diſcipulum Mar Maruthæ elegerunt & ad Patriarcham Theodorum adduxere, Qui cum Tagrito univerſoque Orienti Maphrianum ordinavit.* Porrò Denha quum annos 10. ſediſſet, obiit die 3. Novembris. Cadaver juxta Marutham in Eccleſia Arcis conditum.

Theodorus Patriarcha.

Georgius Patriarcha Neſtorianorum.

37. GEORGIUS Jeſujabi diſcipulus, ex Moſulano Epiſcopo Adiabenus Metropolita, deinde poſt Jeſujabi obitum Patriarcha ordinatus eſt eodem anno (ut inquit Thomas Maragenſis in hiſt. monaſtica lib. 2. cap. 16.) quo Haſanus filius Ali Saracenis imperare cœpit, Græcorum ſcilicet, ut notat Amrus, nongenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Hic, ut idem Thomas narrat lib. cit. c. 13. & 14. Codahæ Archimandritæ operâ Georgios duos, Niſibenum ſcilicet & Boſtrenſem, ob præreptum iis Patriarchatum ſibi infenſos reconciliavit. Quumque viſendæ Diœceſeos cauſa urbes pagoſque & cœnobia luſtraſſet, delatus apud Saracenorum Ameram, quod ingentem auri ſummam in eo circuitu congeſſiſſet, tormenta & carceres ſuſtinere maluit, quàm ſacram pecuniam Ameræ prodere. Quamobrem indignatus Ameras, ut ſcribit Bar-hebræus, plures Eccleſias in Akulæ & Hirtæ regionibus ſolo æquari juſſit. Obiit autem Georgius vigeſimo Epiſcopatus anno, quum Bar-jeſu Maphrianus Jacobitis præeſſet. Ejus ſcripta recen-

Georgius Epiſ. Niſibis.
Georgius Epiſ. Boſtrorum.

recenſet Sobenſis in catalogo pag. 69. Claruere ſub eo Mar [1] شوبحالماران Sciubchalmaran, & Mar Aphnimaran [2] انيماران fundator cœnobii Zapharanenſis in ditione Moſulana. Ejuſdem temporibus Joannes medicus Epiſcopus ܕܒܝܬ ܙܘܐܙܝܟ *Beth-Vazich*, quum fornicationis accuſatus fuiſſet, virilia ſibi amputavit, quam ob rem, teſte Bar-hebræo, damnatus depoſituſque fuit.

Sciubchalmaran. Aphnimaran.

Barjeſu Jacobitarum Maphrianus.

VI. BARJESU ܒܪ ܝܫܘܥ à Severo Bar-Maſche Patriarcha anno Græcorum 980. Maphrianus ordinatus eſt, poſtquam ea dignitas ad decennium vacaſſet. Eccleſiam in urbe Tagrito in honorem SS. Martyrum Sergii & Bacchi ædificavit. Obiit die 17. Decembris anno Græcor. 995. Epiſcopatus decimo quinto. Cadaver in Eccleſia Arcis ejuſdem urbis ſepultum.

Joannes Marthæ f. Patriarcha Neſtorianorum.

38. JOANNES ܒܪ ܡܪܬܐ *Marthæ filius*, ex Metropolita Gandiſaporis poſt Georgii obitum in Patriarcham Neſtorianorum electus eſt anno ſecundo Jazidi filii Maviæ Arabum Regis, ut notat Bar-hebræus: qui idem erat annus Græcorum, teſte Amro, nongenteſimus nonageſimus tertius. Verùm quum Dionyſius citatus ſuprà pag. 104. Jazidum ſcribat anno Græcorum 988. regnum iniiſſe, anno verò 992. periiſſe, ſequitur Joannem anno Græcorum 990. non 993. initiatum fuiſſe. Quid? quod Thomas Maragenſis lib. 2. hiſt. monaſt. cap. 16. Georgium Joannis præceſſorem eodem anno ſedere cœpiſſe teſtatur, quo regnum Arabum auſpicatus eſt Haſanus filius Ali, eodemque anno quo ille, obiiſſe. Atqui Haſanus, quem alii Hoſainum vocant, unàcum Abbaſo fratre à Jazido Maviæ filio juxta accuratos Arabicæ hiſtoriæ Scriptores, quos laudavi cit. pag. 104. cæſus fuit anno Hegiræ 60. qui anno Chriſti 679. die 12. Octobris inchoatus eſt, idemque in annum Græcorum 990. competit. Amrus igitur annos Hegiræ 60. cum anno Græcorum 933. quo Epocha illa inchoata eſt, conjunxit nulla habita ratione undecim vel duodecim dierum, quos ex ſingulis annis Arabicis detrahere oportuit, ut Epocha Græcorum cum Hegira Mahometana convenire poſſet. Monachum egerat Joannes in cœnobio Saporis, quod in regione Huzitarum ſitum eſt, unàcum Iſaaco Suſæ poſtmodùm Epiſcopo. Ubi autem Patriarcha renunciatus eſt, ut à morbo, quo affligebatur, levaretur, in patriam ſe deportari juſſit: in urbem ſcilicet Gandiſapor. Quumque iter aggreſſus fuiſſet, in Matotha ܡܬܘܬܐ oppido obiit ibique ſepultus fuit, anno Epiſcopatus ſecundo. Vacavit Sedes, teſte Amro, annis duobus. Id quod ex Bar-hebræo confirmari videtur, qui de Joannis obitu deque Ananjeſu ordinatione hæc ſcribit: Iſaac Ep. Suſæ.

ܘܟܕ ܫܡܫ ܫܢܝܢ ܬܪܬܝܢ ܐܬܢܝܚ ܝܘܚܢܢ
ܘܩܡ ܚܠܦܘܗܝ ܚܢܢܝܫܘܥ ܪܒܐ : ܘܒܗ
ܒܫܢܬܐ ܗܝ ܕܝܘܢܝܐ ܬܫܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ
ܘܚܡܫ ܡܝܬ ܒܪܝܫܘܥ ܡܦܪ.

*Deceſſit Joannes, poſtquam duobus annis præfuiſſet: eique ſuffectus fuit Ananjeſu magnus. Eodem autem anno, hoc eſt, Græcorum* 995. *obiit Barjeſu* &c. nimirùm ab anno 992. quo mortuus eſt Joannes, vacavit Sedes uſque ad annum 995. quo Ananjeſu in locum ejus ſuffectus fuit, & quo Maphrianus Jacobitarum Barjeſu deceſſit.

ANAN-

N O T A.

1 *Sciubchalmaran.* Vox Syriaca, quæ interpretatur, *gloria Domino noſtro.* De ejus operibus conſule Sobenſem pag. 88.

2 *Aphnimaran.* Latinè interpretatur, *convertit Dominus noſter.* Eccleſiaſticam ejus hiſtoriam laudat Thomas Maragenſis cit. lib. 1. cap. 32. Vide Sobenſem in Catalogo pag. 87.

Ananjeſu Patriarcha Neſtorianorum.

39. ANANJESU Joannem excepit anno Græcorum 995. ut mox dixi; vel ut Amro placet, anno 997. Bar-hebræus qui Ananjeſu ordinationem cum obitu Bar-jeſu ſuprà conjunxit, eandem anno Hegitæ 67. peractam infrà notat, quum de Abrahamo Maphriano Barjeſu ſucceſſore agit, in hæc verba. [illegible]

*Poſt Joannem Marthæ filium Ananjeſu in Catholicum electus eſt ordinatuſque Seleuciæ anno Arabum ſexageſimo ſeptimo*, qui menſe Julio anni Græcorum 996. inchoatus fuit. Duos in Patriarchatu æmulos habuit: Jeſujabum ſcilicet Boſtrenſem Metropolitam, & Joannem Archiepiſcopum Niſibenum. Sed à Jeſujabi contradictione ſtatim ſe expedivit, ut refert Amrus: nam hominem in carcerem conjici curavit, quod abſque Epiſcoporum & fidelium ſuffragiis ſeipſum in Patriarchalem Sedem intruſiſſet, & quod eandem ſine Ordinatione regeret: inde tamen liberum poſtea dimiſit, quum ille oblato ſupplici libello, obedientiam Ananjeſu exhibuiſſet. Non ita comprimere potuit Joannis factionem, qui Saracenorum Regis potentia fretus, ipſum Ananjeſu Sede dejecit. Rem in hæc verba narrat Bar-hebræus, quam & Amrus breviter indicat. [illegible]

Jeſu-jab Epiſc. Boſtrenſis.

Joannes cognomento Leproſus, ex Metropolita Niſibis, Antipatriarcha Neſtorianorũ.

[illegible]

*Offendiculum Ananjeſu fuit Joannes Metropolita Niſibis, qui Leproſus appellatur: idque hanc ob cauſam.*

*Quum*

*Quum Abdulmalechus Meruani filius Arabum Rex in terram Sennaar adveniſſet, Ananjeſu ſalutaturus eum obviam proceſſit, preceſque ei de more exhibuit. Abdalmalechus Patriarcham interrogavit, de religione Arabum quid ſentiret. Ille verò quoniam promptus erat ad reſpondendum: Regnum eſt, inquit, quod gladio ſtetit, non Fides, quæ divinis miraculis confirmatur, ut ſunt hæc Chiſti, & illa vetus Moyſis. Quare iratus Rex, linguam ejus abſcindi juſſit. Verùm quidam pro eo interceſſere, eumque liberum dimiſere. Nihilominus præcepit Meruanus, ut in conſpectum ſuum non amplius admitteretur. Hinc Joannes Leproſus, cujus ſuprà memini, occaſionem nactus eſt, ſua deſideria perficiendi. Optimates itaque donis ſubornans, librum* 1 *patris ejus accepit: qui arceſſitum Ananjeſu, veſte Pontificia & Baculo Paſtorali exuit, eaque Joanni tradens, hunc Seleuciam miſit ubi ab Epiſcopis ad id coactis ordinatus fuit. Joannes autem quum Ananjeſu in carcere paucis diebus detinuiſſet, eundem cum duobus diſcipulis ſuis ad quoddam montis* 2 *monaſterium miſit. Ii verò ad faſtigium montis adductum, præcipitem inde egerunt. Et exiſtimarunt quidem illum jam extinctum fuiſſe. At ſupervenientes Paſtores quum eum adhuc ſpirantem vidiſſent, ad ſua mapalia deportarunt curaruntque. Qui reſumptis viribus, ad cœnobium Joannis* 3 *in regione Moſulana ſitum receſſit, ibique habitavit. Interim Joannes, qui impoſitum à Præſide graviſſimum tributum in ſe ſuſceperat, quum ſolvendo impar eſſet, in carcerem detruſus, ibi periit* 4 *Tùm Ananjeſu Sedi ſuæ reſtitutus, eundem per annos* 14. *rexit, & mortuus eſt*: in cœnobio ſcilicet Jonæ prophetæ, quod apud Niniven ſitum eſt, ut notat Amrus, anno Græcorum milleſimo decimo: qui de ejuſdem Cadavere hæc addit. ومن بعد ستمايــة وخمسين سنة انفتح الناووس الذى كان التابوت فيه وظهر جسده وهو منظورا كانه نايما وبادر الى رويته عالم كثير من اهل الموصل وشاهدناه باعيننا مع الحاضرين والى الان كلمن يقصد ان يراه ويتبارك منه فذلك له مباح ومن يشك فى ذلك فليمض يبصره ويصدق . *Sexcenteſimo autem & quinquageſimo poſt anno quum tumulus in quo Arca erat, apertus fuiſſet, apparuit corpus ejus incorruptum, inſtar dormientis, multique ex Moſulanis ad hoc ſpectaculum confluxere. Nos quoque ex numero eorum fuimus, qui propriis ipſum oculis ſpectarunt, & uſque in præſentem diem qui eum videre ejuſque benedictione frui deſiderat, liberam*

NOTÆ.

1 *Librum.* Deſideratur aliquid in Textu: qui ex Amro planus eſt: ait enim Joannem ab rege Abdalmalecho diploma Patriarchatus obtinuiſſe, in hæc verba. وعرف يوحنا مطران نصيبين المعروف بالابرص باسياميد هذا الاب فغلظ عليه ولم يدخل تحت طاعته ولم يزل يتوصل الى ان اخذ توقيع عبد الملك ابن مروان بعزل حنانيشوع وتمليكه ازمة النصارى . *Quum Joannes Metropolita Niſibis, cognomento Leproſus, de ordinatione hujus Patris certior factus fuiſſet, ægrè id ferens, obedientiam ei exhibere noluit: nec deſtitit omnem operam adhibere, donec mandatum Abdalmalechi Meruani filii impetravit, de Ananjeſu deponendo, ſeque Chriſtianis præficiendo &c.*

2 *Montis.* Facinus diſcipulorum Joannis ſilet Amrus.

3 *Joannis.* Jonæ prophetæ cœnobium appellat Amrus: qui de Joannis Niſibeni intruſione hæc ſubjungit. واخذ الابا بقوة السلطان وقهرهم على اسياميده واساموه بالكره سنة اربع وسبعين للهجرة بعد سبع سنين من رياسة حنانيشوع . *Regia manu Patres ad ordinandum ſe compulit: qui coacti ordinarunt eum anno Hegiræ 74. qui idem ſeptimus erat à præfectura Ananjeſu.*

4. *Periit.* Joannis interitum aliter narrat Amrus in hæc verba. ثم ان الابرص هرب من الديون التى عليه ومات فى قرية من قرى الكوفة ودفن بها ومدة تغلبه كانت سنة وعشرة شهور *Leproſus verò propter æs alienum fugit, obiitque in quodam vico Cuphæ urbis, ibique ſepultus eſt. Spatium intruſionis ejus, annus fuit cum decem menſibus.*

*ram habet facultatem. Qui verò ambigit, vadat, videat, & credat.* Ex quibus verbis (ut hoc factum, quod ex cauſis naturalibus abſque ullo miraculo contingere potuit, Scriptori concedamus) Amri ætas colligitur, quem, ſi vera ſunt quæ hic narrantur, vixiſſe oportet circa annum Græc. 1660. Chriſti 1349.

Opera Ananjeſu recenſet Sobenſis in Catalogo pag. 71. de quibus hæc idem Amrus. وعمل مبعة واربعين

ترجاما وكتاب الميامر وكتاب المراسلات وكتاب
التعزية واربع كتب فى تفسير فصول الانجيل
وشرحها . وله على كل فصل بمفرده موعظة
وعذلان يليق به ووضع عشرين قانونا فى
المحاكمات وفى كل قانون منها عدة قوانين .

*Compoſuit ſeptem ſuprà quadraginta Interpretationes* (Conciones nimirùm ſeù Homilias) *& librum Sermonum: & librum Epiſtolarum, & librum de conſolatione* (hoc eſt, Orationes Paracleticas de Defunctis) *& quatuor libros de expoſitione ſectionum Evangelii, quarum unamquamque ſingulari homilia & appoſita interpretatione dilucidat: denique viginti Canones edidit de Judiciis, ſub unoquoque Canone plures complectens.*

Ejus ætate claruere teſte Amro:

مركيس دودا من الدوقرة بارض كشكر ويوحنا
الديلمى صاحب دير الكرسى ومار يوحنا
الازرق اسقف الحيرة ;

Sergius Duda. Joannes Dilamita. Joannes Azrak Epiſc. Hirtæ. *Sergius Duda ex Dokra in Territorio Caſcaræ, & Mar Joannes Dilamita fundator cœnobii, ubi Sedes eſt: & Mar Joannes Azrak* (cæruleus) *Epiſcopus Hirtæ*: quorum meminit Sobenſis in Catalogo pag. 87. & Thomas Marageuſis lib. 2. hiſt. monaſt. cap. 23. & ſeqq. Addit Bar-hebræus

Simeon Taibutha. Simeonem cognomento *Taibutham*, de quo hæc in vita Abrahæ Maphriani. ܘܒܝܘܡܬܗ ܐܬܝܕܥ ܗܘܐ

ܫܡܥܘܢ ܛܝܒܘܬܗ : ܗܢܐ ܐܣܝܐ ܗܘܐ
ܡܝܬܪܐ ܘܪܚܡ ܠܕܘܒܪܐ ܕܝܪܝܘܬܐ .

ܘܒܫܡ ܕܡܟܬܒܢܘܬܗ ܐܬܩܪܝ :

*Ejus diebus vivebat Simeon Taibutha. Hic medicus egregius erat, & monaſticam profeſſionem adamavit. Ex libri verò ab ipſo editi titulo,* (Taibuta, ideſt, Gratia) *appellatus fuit.* Laudatur à Sobenſi in Catalogo pag. 87.

Jejunii Virginum inſtitutio. Denique ſub Ananjeſu Patriarcha Jejunium Virginum reſtitutum fuiſſe, auctor eſt idem Bar-hebræus, qui cauſam illius deſcribit in hæc verba:

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܬܚܕܬ ܨܘܡܐ ܕܒܬܘܠܬܐ
ܕܨܝܡܝܢ ܡܕܢܚܝܐ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܒܬܪ
ܥܐܕ ܕܢܚܐ . ܡܬܐܡܪܐ ܕܥܒܕ ܐܠܡܠܟ
ܒܪ ܡܪܘܐܢ ܟܕ ܐܫܬܡܥ ܠܗ ܥܠ
ܫܘܦܪܐ ܕܢܫܐ ܕܚܝܪܬܝܐ : ܫܕܪ ܠܗܘ
ܡܕܒܪܢܐ ܕܐܬܪܐ ܕܢܓܒܐ ܟܠܗܝܢ
ܒܬܘܠܬܐ ܘܢܫܕܪ ܠܘܬܗ . ܘܟܕ
ܝܕܥܬ ܟܪܣܛܝܢܘܬܐ ܘܨܡܬ ܬܠܬܐ ܘܒܥܬ
ܐܝܟ ܚܕܐ ; ܐܬܚܢܢܘ ܒܬܫܡܫܬܐ
ܟܠܗܘܢ ܠܐܠܗܐ ܘܪܚܡ ܘܬܠܬܐ ܟܕ
ܡܛܐ ܫܠܝܚܐ ܗܘ ܡܢ ܡܠܟܐ ܘܢܕܒܪ
ܡܢܗܝܢ ܕܢܐܬܐ . ܘܫܡܥܘ ܕܡܝܬ
ܡܠܟܐ ܗܘ ܒܫܢܬܐ ܗܝ ܘܫܠܡ ܐܦܣܩܘܦܐ
ܘܒܬܘܠܬܗܝܢ ܓܠܝܬ ܕܐܬܦܨܝ ܠܗܘ
ܒܢܦܫܗܝܢ ܟܠܗ ܨܘܡܐ ܘܒܥܘ ܠܟܠܢܫ
ܘܡܢܛܪܝܢ ܠܟܠܢܫ . ܘܟܠܗ ܡܕܢܚܐ
ܐܦ ܟܠ ܐܢܫ ܝܘܡܐ . ܘܡܢ ܗܝܕܝܢ ܡܕܢܚܝܐ
ܕܢܨܘܡܘܢ ܨܘܡܐ ܗܢܐ . ܘܐܫܬܠܡ ܐܢܘܢ
ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܐܚܝܕܝܢ ܗܘܐ ܘܥܐܕܝܢ
ܒܬܘܠܬܐ ܘܐܬܩܪܝ ܨܘܡܐ ܗܢܐ
ܒܫܘܡܠܝܗ ܕܡܕܢܚܝܐ :

*Eodem tempore Jejunium Virginum inſtauratum eſt, quod jejunant Orientales tribus poſt feſtum Epiphaniæ diebus. Ferunt, Abdalmalechum Meruani filium quum de pulchritudine mulierum Hirtenſium audiiſſet, ad præſidem ejus loci miſiſſe, ut cunctas vir-*

*virgines viro aptas eligeret. Qui juſſis obtemperans, eas in ædes ſuas congregare cœpit. Tùm Chriſtiani univerſi in Eccleſiam confluentes, jejunium & orationem adhibuere, Dominum enixè deprecantes, ut indignationem ab eis averteret. Tertia igitur die quum Joannes eorum Epiſcopus* (Azrak nimirùm, cujus ſuprà mentio facta eſt) *Evangelium legeret, Abdalmalechi interitum, quem in ſpiritu noverat, populo annunciavit. Prædictionem ſparſus paucis poſt diebus rumor confirmavit. Exinde cœperunt fideles hoc Jejunium celebrare. Alii narrant, Abravizum* (Choſroem nimirùm Perſarum Regem) *Virgines illas quæſiſſe: ejuſque diebus in Oriente Jejunium illud reſtitutum ſcribunt.*

*De Jejunio Ninivitarum & Virginum.*

Reſtitutum, inquit Bar-hebræus: nam illud olim apud Chaldæos in uſu fuiſſe, mox interruptum, demùm reſtitutum, narrat Elias Damaſcenus Neſtorianorum Epiſcopus in Nomocanone Cod. ms. Arabico 37. in catalogo librorum manuſcriptorum, quem ad calcem hujus Tomi ſubjiciam: ubi Reſponſum Joannis Neſtorianorum Patriarchæ ad Abulabbaſi interrogationem de eodem Virginum, deque Ninivitarum Jejunio deſcribit in hæc verba. تشاجر قوم مع ابى العباس الفضل بن مليمان فى امر الصوم المعروف بنينوى فى ايام هذا الصوم فى سنة تسعين ومايتين للعرب وذلك فى سنة الف ومايتين واربعة عشر للاسكندر فى احد عشر من كانون الثاني فكتب ابو العباس الى ابينا يوحنا الجاثليق ذكرنا الله بصلواته يساله عن العلة فى صوم نينوى والعلة فى صوم العذارى وكانت نسخة المسايل والجواب على ما قد بيّن فى هذا الكتاب. وهذه المسلة . ما العلة اعز الله ابانا الجاثليق فى الصيام الثلثة الايام المعروفة بصوم نينوى واجراها مجرا الصوم الكبير . والذى جرى فى امر نينوى وامر يونس على الناموس العتيق ولسنا ابنا البيعة ماخوذين بالناموس العتيق . ومن امر بذلك من الابا ومن حتم به . فقد كان اعلمنى شيخ لنا انت عليه ماية سنة وكسر منذ شبته بثلثين سنة انه وساير اصحابنا بكشكر كانوا لا يصوموا نينوى وياكلون اللحم فيها الخ . الجواب فى ذلك . اول ما نقول انا اجبنا عما سالت بالعربية لان كتابك ورد بالعربية وليقف عليه من شاجرك بلا حاجة الى واسطة مترجم بما نكتب به . واما قولك اسعدك الله ان ابنا البيعة ليسوا ماخوذين بالتمسك بالناموس العتيق فقد صدقت فى ذلك وليس انما نصومها لان سببها ذلك السبب لان الاسم الواقع عليها مستعار والسبب الحقيقى هو ما نشرحه كان اسعدك الله فى زمان من ا رسنة السالفة حدث فى بلاد باجرمى موت حارف اتى على الاكثر فى ذلك البلد فى ا رع مـ ة وكان عليهم اسقف بـ . سـ ، حفظ الله البيعة بصلواته فجمع رعيته ا البـاعوث وشجعهم وقال لهم ان كان الله عز وجل برحمته رحم اهل نينوى وكشف عنهم ما اجراه على لسان نبيه يونس الخ فاحرى ان يرحمنا ونحن شعبه المومنين به وبمسيحه وروحه المقرونة على الحق والصدق فسمعت هذه الرعيه ما امرها به الاسقف واجتمعوا وعملوا الباعوث على احسن ما يكون من عمل مثله من فطام الاطفال والاغنام ولبس المسوح مما اثر ذلك باقيا الى وقتنا هذا فدفع الله ذلك عنهم . فلما ولى مار طيموثاوس الجاثليق حفظنا الله بصلواته امر بعمل هذا الباعوث فاتخذوا اصحابنا منذ ذلك الوقت الى هذا وقتنا سنّة اجروها مجرى الفرض عليهم الخ واسم هذا الباعوث صوما دغزيرتا ܘܗܘ ܕܒܥܘܬܐ ولو دنينوايا ܩܠܗ ܘܕܡܫܡܫܢܐ . وانما جرى ذكر نينوى لما قدمنا ذكره لمشاكلة الموعد والانذار بالافات الحادثة وما لحق القوم اجمعين من خلاص ما تخوفوه . فمن تعمد اكل اللحم فيها الزمناه مايجب على من تعمد اكل اللحم فى الصوم الكبير . المسلة فى صوم العذارى وما العلة اعز الله ابانا فى صيام الثلثة ايام المعروفة بصوم العذارى وهل صومها حتم على جميع ابنا البيعة ويجب على من صامها ان يتمها فى ترك اللحم وغيره مقام الصوم الكبير ام لا ومن رسم ذلك من الابا وهل هو واجب ام غير واجب . الجواب عن هذه المسلة . السبب فى هذا الصوم ان كان حدث بالحيرة فى يوم الدنح نارا اشتعلت فى البيعة واهل الحيرة مجتمعين واقبلت تحرق الة القدس وخدمة المذبح ولا تقرب احدا

احدا من الناس وكان ذلك على عهد حننيشوع المنفلج كان بالحيرة وصار من بعد ذلك جاثليق وهو صاحب التراجيم فانذر الجماعة وقال ان هذا ادب من الله ادبنا برحمته ورافته فان نحن رجعنا والا رجعت النار علينا وعملوا الباعوث في مثل هذا الوقت ثم لم تزل تعمل مدة ثم اغفلت وحدث بعد مدة باهل الحيرة في مثل هذا الوقت علل في ابدانهم من اورام غليظة وفساد الابدان حتى احتاجوا ان يعملوا هذا الباعوث. واحيوا السنة فيه مدة. ثم اغفل ايضا حتى حدث ما كان في ايام يوحنا الازرق صلواته على البيعة كلها من مطالبة ملك من الملوك الذي لا يمكن ذكره على عهد العرب بان تحمل اليه من عذارى اهل الحيرة اربعين جارية يكونون في خدمته يفرق بينهم وبين ابائهم فاستاجل هذا القديس المرسول ثلثة ايام فقام الاسقف وجماعة اهل الحيرة فعملوا باعوث بالصلوة والتخشع والتضرع على المسوح والرماد واكفلوا الصوم فلما كان في اليوم الثالث من الباعوث في وقت يقرا الانجيل نعس الاسقف من التعب والصوم فاوحى اليه ان المطالب بالعذارى قد قبض في ذلك اليوم بدمشق. فقطع الانجيل وبشر اهل الحيرة المجتمعين معه كانوا يسمعون الانجيل ثم استتم الانجيل وعمل الرازين في ذلك اليوم وفي يوم يتلوه شكر الله وانصرف القوم مستبشرين بما انكشف عنهم من هذا البلا فتمسكوا بهذه الثلثة الايام وحفظوها مثل تلك الثلثة المعروفة بنينوى اذ كانت العلتين واحدة والباعوثين واحد والسبيل فيهما واحد في الحمية من اكل اللحم والزهومة.

*Contenderunt quidam cum Abulabbaſo Alphadlo Salomonis filio de Jejunio, quod Ninivitarum appellatur; idque ejuſdem Jejunii tempore accidit anno Arabum ducenteſimo nonageſimo, Græcorum milleſimo ducenteſimo decimo quarto, die undecima Januarii. Scripſit autem Abulabbaſus ad patrem noſtrum Joannem* 1 *Catholicum, cujus precibus à Deo adjuvemur, ſciſcitans eum de cauſa Jejunii Ninivitici, deque cauſa Jejunii Virginum. Hoc autem exemplar eſt interrogationum & reſponſionis, prout in hoc libro demonſtratur.* INTERROGATIO. *Quænam cauſa eſt, Pater Catholice à Deo honorande, jejunii trium dierum, quod Niniviticum appellatur, quodque inſtar Jejunii magni* (quadrageſimalis) *obſervatur? Nam factum illud Ninives & Jonæ prophetæ ad legem veterem ſpectat: nos autem Eccleſiæ filii quum ſimus, veterem legem obſervare nequaquam tenemur. Quis verò Patrum illud inſtituit, aut induxit? Senem enim quendam ex noſtris centenario majorem memini me vidiſſe, quum annum ætatis trigeſimum agerem, qui dixit mihi, tam ipſum, quàm univerſos Caſcaræ incolas Jejunium illud Niniviticum negligere, nec in eo ab eſu carnium abſtinere &c.* RESPONSIO. *Arabicam tuis quæſitis reſponſionem idcircò damus, quia quem ad nos miſiſti libellum, Arabicè ſcriptus erat, utque per ſeipſum & abſque interpretis operâ qui tibi his de rebus contentionem movit, reſcriptum noſtrum conſulere valeat. Quod de filiis Eccleſiæ ais, vir præſtantiſſime, eos nimirùm ad legis veteris obſervationem nequaquam teneri, id quidem verum eſt. Nos tamen iis diebus non eam ob cauſam jejunamus, etſi id nomen Jejunio per translationem impoſitum ſit, ſed ob hanc aliam, quam tibi nunc exponimus. Contigit aliquando, in priſcis ſcilicet temporibus, peſtilens morbus, quo plerique regionis Beth-Garmæ habitatores ſtatim atque afficiebantur, animam exhalabant. Sabarjeſu* 2 *ejus loci Epiſcopus, cujus pre-*

## NOTÆ.

1 *Joannem*, cognomento ܒܪ ܥܝܣܐ *Bar-Iſa*, ܒܪ ܚܓܝܪܐ *Bar-Haghbire*, & ܒܪ ܐܒܓܪܐ *Bar-Abgare*, cujus infrà mentio fiet.

2 *Sabarjeſu*. In Officio Chaldæorum Cod. Amid. 1. pag. 581. tom. 1. Bibl. Orient. eadem Jejunii Ninivitici cauſa aſſignatur fol. 101. in hæc verba. [illegible]

*precibus Eccleſiam Deus cuſtodiat, quum gregem ſuum ad ſupplicationem publicam convocaſſet, eum adhortatus eſt, inquiens: ſi Deus optimus maximus Ninivitarum miſertus, intentatam per os prophetæ ſui Jonæ pœnam ab eis avertit &c. quanto magis noſtri miſerebitur, qui populus ejus ſumus, credimuſque in eum & in Chriſtum ejus, & in Spiritum ejus veracem? Paruit ergo populus ille mandatis Epiſcopi: factoque conventu, ſupplicationem qua majori potuit pietate celebravit, eos æmulatus, qui pueros pecudeſque olim ablactantes, ciliciis corpora cinxere. Cujus rei memoria ad noſtram uſque ætatem perducta eſt. Et Deus quidem flagellum illud ab eis hoc pacto amovit. Cæterùm quum ad Catholici dignitatem Mar Timotheus, cujus precibus nos muniat Deus, aſcendiſſet, præcepit, ut hæc ſupplicatio fieret: quam ex eo tempore uſque in præſentem diem tamquam ſacram legem noſtri retinuere &c. Hujus autem ſupplicationis nomen non eſt* ܨܘܡܐ ܕܢܝܢܘܝܐ JEJUNIUM NINIVITARUM, *ſed* ܨܘܡܐ ܕܦܘܩܕܢܐ JEJUNIUM INDICTIONIS.

*Verùm Ninives mentio facta eſt propter rationem quam ſuprà adduxi, & propter ſimilitudinem comminationis & prædicationis: idem enim ferè utrobique flagellum impendit, à quo liberati ſunt. Qui igitur carnem iis diebus comedit, ejuſdem criminis pœnas ab eo poſcimus, acſi carnem in Jejunio majori manducaverit.* INTERROGATIO *de Jejunio Virginum. Venerabilis in Deo Pater: Ecquænam cauſa eſt Jejunii trium dierum, quod Jejunium Virginum appellatur? Tenentur ne cuncti Eccleſiæ filii illud obſervare, & à carnium eſu cæteriſque abſtinere, quibus in Jejunio majori abſtinent? Quis verò Patrum id inſtituit? Denique neceſſarium eſt, nec ne?* RESPONSIO. *Cauſa hujus Jejuni hæc fuit. In Eccleſia Hirtæ quum ingens populi multitudo in feſto Epiphaniæ conveniſſet, incendium contigit, quo ſacra quidem ſupellex & paramenta Altaris abſumpta ſunt, nemo tamen ex circumſtantibus læſus fuit. Idque temporibus Ananjeſu Doctoris Hirtæ, qui poſtmodùm ad Catholici dignitatem evectus eſt, idemque Homiliarum auctor audit. Quamobrem populum pro concione adhortans: Hoc, inquit, flagello nos Deus miſericorditer & pro ſua clementia punivit, ut ad ipſum convertamur: alioquin ignis in nos revertetur. Fecerunt igitur ſupplicationem, quam eodem recurrente die per aliquot annos proſequuti ſunt; mox intermiſere. Poſt hæc accidit iiſdem illis diebus in regione Hirtæ morbus, quo corpora affecta tumeſcebant & corrumpebantur. Rursùs itaque ad hanc ſupplicationem provocatum fuit, quæ legis locum aliquandiù habuit, donec iterùm ex negligentia interrupta*

ܥܠܬܐ ܐܚܪܬܐ ܡܢ ܒܥܘܬܐ ܐܫܬܡܥܝܗ̇ ܗܘܐ ܕܠܘܬܢ
ܩܕܡܝܬܐ ܡܢ ܥܠܬܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܡܟܟܘܬܐ ܕܢܝܢܘܝܐ
ܕܐܬܪܗܛܬ ܡܢ ܟܪܘܙܘܬܗ ܕܝܘܢܢ ܢܒܝܐ. ܬܢܝܢܬܐ
ܡܘܬܢܐ ܕܒܢܐ ܕܟܢܫ ܡܬܩܪܐ. ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܐܬܪܐ
ܗܘܐ: ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܒܗ ܟܠ ܕܐܬܪܐ ܕܝܠܢ: ܒܝܘܡܝ ܡܪܝ
ܣܒܪܝܫܘܥ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܒܝܬ ܣܠܘܟ ܡܕܝܢܬܐ ܟܕ ܡܨܠܐ.

*Item Rogationis cauſam breviter accipe. Prima cauſa fuit ſupplicatio illa Ninivitarum, quæ tunc facta eſt propter prædicationem Jonæ prophetæ. Cauſa altera, peſtis, quæ tuber vulgò appellatur, contigitque in regno Perſarum in noſtris hiſce regionibus ſub Mar* SABARIESU *Epiſcopo oppidi Beth-Seleuciæ: qui quum oraret, audivit Angeli vocem dicentis: Indicite jejunium, & facite ſupplicationem, & auferetur à vobis peſtilentia.* Quæ cum ſuprà dictis pag. 413. conveniunt. Nam qui Amro *Metropolita Beth-Garme* dicitur, is Sabarjeſu fuit, oppidi Beth-Seleuciæ in regione Garmæorum ſiti Epiſcopus. Verùm quod ibidem Amrus de Ezechiele Patriarcha ſubjungit, eum ſcilicet indictum à Sabarjeſu Jejunium approbaſſe, id narrationi Eliæ Damaſceni repugnare videtur, qui Ninivitici jejunii approbationem ad Timotheum Patriarcham refert. Ezechiel autem obiit anno Græcorum 888. & Timotheus ordinatus fuit anno 1091. ut infrà ex eodem Amro patebit. Niſi dicatur Timotheus interruptum Jejunium edicto publico reſtituiſſe, ſicuti Jejunium Virginum juxta eundem Eliam ab Ananjeſu inſtitutum, à Joanne Azrak reſtitutum fuit.

*pta eſt, uſque ad tempora Joannis Azrak, cujus preces toti Eccleſiæ proſint. Tùm verò præcepit quidam Regum Arabum, cujus nomen ſub eorundem regno prodere non licet, ut quadraginta ſelectæ ex Hirta Virgines ad ipſum adducerentur, à parentibus ſuis ſeparandæ, ejuſque miniſterio deputandæ. Inducias trium dierum hic ſanctus à legato popoſcit, quibus unàcum Hirtæ populo ſupplicationem in cinere & cilicio faciens, orationi & deprecationi Jejunium adjunxit. Tertia autem ſupplicationis die quum Evangelium legeretur, dormitanti ex nimio labore ac jejunio Epiſcopo revelatum fuit, Damaſci eodem die interiiſſe, qui Virgines poſtulabat. Interrumpens itaque Evangelium, populo viſionem annunciavit. Mox perſoluta Evangelii lectione, ſacramenta eodem die confecit: die verò ſequenti gratias Deo egit. At populus quod flagellum illud evaſiſſet, gaudens, tres illos dies non ſecùs atque Niniviticos colere cœpit: & jure quidem merito: quum eadem utrobique cauſa fuerit, eadem ſupplicatio, eademque ratio prohibendi carnium lacticiniorumque uſum.* Hucuſque Joannes Patriarcha apud Eliam Damaſcenum: qui licet quoad eas quas obtrudit Angelicas revelationes fidem non mereatur, cauſam tamen tempuſque inſtitutionis utriuſque illius Jejunii apud Syros celeberrimi, accuratè fideliterque deſcribere videtur: ut merito ex hac ratione confutandi ſint recentiores nonnulli, qui in Artziburio Armeniorum, (quod idem cum Jejunio Ninivitico Syrorum eſt) errores hæreſeſque comminiſcuntur.

Joannes Leproſus, Patriarcha Neſtorianorum illegitimus.

40. JOANNES LEPROSUS, ex Epiſcopo كدنى *Cadnæ*, Archiepiſcopus Niſibenus: deinde in Patriarchatum ſub Ananjeſu intruſus, ſedit annum unum cum menſibus decem. Obiit in quodam Cuphenſis regionis vico:

ولاجله منع الحجاج من ترتيب
فطركا وبقى الكرسي خاليا اربعة عشر سنة .

*Ejuſque cauſa Hagiagius Patriarcham fieri prohibuit: Vacavitque Sedes annis quatuordecim*, ut ſcribit Amrus: nempè poſt obitum Ananjeſu, qui contigit Anno Græcorum 1010. uſque ad annum 1025. quo Saliba-Zacha, ut mox dicam, ordinatus eſt.

David Maphrianus Jacobitarum.

VIII. DAVID poſt Abrahæ obitum, quum Patriarchalis Jacobitarum Sedes vacua eſſet, ab Orientalibus Epiſcopis in Maphrianum Tagriti & Orientis ordinatus fuit. Sexto poſt menſe ab Epiſcopis Occidentalibus ad electionem novi Patriarchæ evocatus, ibi diem clauſit. Vacavit poſt eum Sedes Tagritenſis ſex annis: quo tempore cœnobii S. Matthæi Metropolita erat Joannes ſenex. qui à cœnobitis rogatus, ut Paſtores Eccleſiis Orientis præficeret, negavit ſibi hanc poteſtatem eſſe: ſed adhibendam, ait, apud Patriarcham novum ab ipſis operam, ut Maphrianus in locum Davidis crearetur, ad quem earum Eccleſiarum cura, regimenque jure ſpectabat. Hac reſponſione offenſi cœnobitæ, de Joanne Epiſcopatu dejiciendo cogitare cœperunt. Scriptis igitur ad Patriarcham literis, Joannem inquiunt ſenio confectum à regimine cœnobii ſe ſpontè ſubduxiſſe: Succeſſorem proinde poſtulant, qui ejus locum impleret. Patriarcha verbis eorum deceptus, Epiſcopum ad ipſos mittit, quem ii cum incredibili pompa in cœnobium deduxere.

Joannes Epiſc. cœnobii S. Matthæi.

Joanne in monaſterium ܒܝܬ ܥܘܪܒܐ Beth-Urba, quod apud Tagritum urbem ſitum eſt, ſecedente, peſtilens morbus cœnobitas corripuit, è quibus viri octoginta ſpatio unius hebdomadæ extincti ſunt. Tùm verò novus ille Epiſcopus relicto cœnobio ad Patriarcham regreſſus eſt; monachi autem agmine facto Joannem adeunt, veniam poſtulantes: qui benedictione quidem eos donavit; non tamen adduci potuit, ut in monaſterium cum ipſis rediret.

Joannes Senex, Maphrianus Jacobitarum.

IX. JOANNES cognomento ܣܒܐ *Senex*, poſtquam cœnobii S. Matthæi cu-

curam, ut mox dixi, abjeciſſet, congregatis in urbe Tagrito ſex Epiſcopis, in Maphrianum Orientis initiatus, ſedit annum cum dimidio. Ordinavit tres Epiſcopos. Obiit die 2. Januarii (anno Græcorum 999. ut ex infrà dicendis liquet.) Cadaver in Eccleſia SS. Sergii & Bacchi conditum.

Denha ſecundus, Maphrianus Jacobitarum.

X. Denha hujus nominis ſecundus anno Græcorum 999. die 13. Martii ab Epiſcopis Orientalibus ordinatus, Eccleſiam Achudemæ nuncupatam Tagriti ædificavit, quam inter Catholicas ejus urbis tertiam eſſe voluit. Nam duas alias in eadem urbe Maruthas & Barjeſu Maphriani, ut ſuprà dictum eſt, exſtruxerant. Per id tempus Jacobitis Patriarcha præerat Julianus, qui Tagritenſem Eccleſiam cum Antiochena ejuſdem ſectæ conciliare volens, Epiſcopos & optimates Orientis, nequidquam reclamante Denha Maphriano, per literas induxit, ut ſublato ſchiſmate ad unitatem redirent. Cauſa ejus ſchiſmatis hæc fuerat: quod ſcilicet Patriarcha abſque Orientalium conſenſu, ut monachis S. Matthæi morem gereret, Metropolitam in locum viventis Joannis conſecraverat. Peracta ea unione, in Denham quæſitum fuit, qui Patriarchæ ſubmittere ſe detrectabat: & Synodus quidem decrevit, eo amoto Bacchum Akulæ Epiſcopum Orienti præficiendum eſſe. Denha verò quum in cœnobio Kenſerinenſi per duos annos manſiſſet, ab Elia Juliani ſucceſſore in Sedem ſuam reſtitutus eſt: quam tenuit univerſim annis quadraginta. Obiit autem die 19. Octobris anno Græcorum 1039. Cadaver in exſtructa ab ipſo nova Eccleſia ſepultum.

Julianus Patriarcha Jacobitarum.

Bacchus Epiſc. Akulæ.

Elias Patriarcha Jacobitarũ.

Saliba-Zacha Patriarcha Neſtorianorum.

41. Saliba-Zacha, quem latinè *Crux vicit* interpreteris, in oppido Pherozis, quod *Carchane* ܟܪܟܢ appellatur, in regione ܛܝܪܗܢ *Tirhanenſi* natus, poſt Ananjeſu in Patriarcham Neſtorianorum Seleuciæ electus fuit, anno Græcorum, ut affirmat Amrus, milleſimo vigeſimo quinto: idque operâ Sabarjeſu Metropolitæ Niſibis, qui eum Epiſcopatu Anbaræ à Joanne Leproſo Antipatriarcha dejectum, perhonorificè exceperat ſuumque Vicarium conſtituerat. Sanxit ejuſdem Joannis nomen ex Diptychis expungi; quos autem ille Epiſcopos inſtituerat, iterùm conſecravit; eos verò, qui ab Ananjeſu ordinati & à Leproſo depoſiti fuerant, relato in Diptycha ejuſdem Ananjeſu nomine, dignitati ſuæ reſtituit. Sedit annos quatuordecim. Obiit anno Græcorum 1039. Sub eo claruere, Amro teſte, *Georgius* fundator cœnobii Maru, ejuſque affinis Raban Joannes; *Bocht-jeſu* fundator cœnobii Hadathæ, & *Stephanus* cœnobii Segeſtanæ.

Sabarjeſu metrop. Niſibis.

Georgius.

Joannes.
Bocht-jeſu.
Stephanus.

Paulus Maphrianus Jacobitarum.

XI. Paulus Presbyter cœnobii ܩܢܘܫܟܐ *Canoſciæ*, quod in ditione Sigaræ ſitum eſt, poſt Denhæ obitum ab Athanaſio Patriarcha in Maphrianum ordinatus, Tagritenſes cæteroſque Orientales inter ſe, & cum Occidentalibus conciliavit. Obiit anno Græcorum 1068. die 5. Martii, quum ſediſſet annis 29. Cadaver in Eccleſia Arcis ſepultum. Sub eo mortui ſunt duo Patriarchæ, Athanaſius ſcilicet & Joannes: & ſecundo poſt hujus obitum anno creatus fuit Georgius: anno nimirùm Græcorum 1070. ut ſuprà dictum eſt pag. 340. quibus verbis Bar-hebræus Iſaacum & Athanaſium Sandalenſem, qui ante Georgium Jacobitis præfuere, tamquam illegitimos Patriarchas omittit.

Phetion Patriarcha Neſtorianorum.

42. Phetion in regione Garmæorum natus, ex Epiſcopo Tirhanæ ad Patriarchæ dignitatem in urbe Seleucia admodùm juvenis, anno Græcorum, ut notat Amrus, milleſimo quadrageſimo ſecundo evectus, ſtrenuam operam promovendis ſtudiis navavit, adeò ut in ſchola, quam ipſe fundaverat, quadringenti Scholares numerarentur. Obiit anno Hegiræ 123. quum ſediſſet annos

unde-

undecim: vel, ut Amro placet, annos decem cum menſibus quinque.

Jacobus Arabs. Paulus Epiſc. Anbaræ. Joannes Epiſc. Hadathæ. Sabarjeſu. Gregorius Ep. Haran. Joannes Epiſc. Buazichæ.

Claruere per id tempus, eodem Amro teſte, *Jacobus* Arabs: *Paulus* Anbaræ Epiſcopus: *Joannes* Hadathæ Epiſcopus: *Sabarjeſu* fundator cœnobii واسط Vaſetæ: *Gregorius* Epiſcopus Haran, & *Joannes* Epiſcopus البوازيج *Buazichæ*, uterque Chimicæ artis peritus.

Aba Patriarcha Neſtorianorum.

43. ABA, quem Amrus *Mar-Abam*, Bar-hebræus autem ܐܒܐ ܒܪܝܟ ܨܒܝܢܗ *Abam* 1 *Brich-Sebiane* appellat, in urbe Caſcara, vel ut idem Amrus teſtatur, in دوقرة Dokra ditionis Caſcarenſis loco natus, anno Arabum 124. Græcorum 1053. Phetioni ſubſtitutus eſt. Ejus nomen in Catalogo Salomonis Boſtrenſis deſideratur: legitur tamen in Carmine Syriaco, quod edidi pag. 389. num. 36. in hæc verba:

ܘܡܪܝ ܐܒܐ ܟܘܡܪܐ ܓܡܝܪܐ
ܕܣܡ ܦܘܫܩܐ ܐܝܟ ܢܗܝܪܐ :

*Mar-Aba perfectus pontifex, qui clariſſimas edidit Interpretationes.* Nam, ut Bar-hebræus ſcribit,

ܡܗܝܪ ܗܘܐ ܒܟܬܒܐ ܥܕܬܢܝܐ
ܘܒܡܠܝܠܘܬܐ ܐܦ ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܬܗ
ܒܟܬܒܐ ܥܣܝܩ ܗܘܐ :

*Doctus erat in libris Eccleſiaſticis & in Dialectica: cunctoſque ſuos dies in evolvendis Codicibus expendebat.* Bar-hebræo conſonat Sobenſis, qui p. 70. Catalogum librorum ejus recenſens:

ܐܒܐ ܟܫܟܪܝܐ ܐܝܬ ܠܗ ܦܘܫܩܐ ܕܟܠܗ
ܐܓܪܬܐ ܘܦܘܫܩܐ ܕܡܠܝܠܘܬܐ
ܟܠܗ ܕܐܪܣܛܘܛܠܝܣ :

*Aba Caſcarenſis*, inquit, *habet commentaria cum Epiſtolis, & elucidationem in totam Dialecticam Ariſtotelis.* Quæ Sobenſis verba ideò retuli, ne hunc Abam cum altero cognomine confundas, cujus ſcripta idem Sobenſis paucis interjectis commemorat, inquiens: ܐܒܐ ܒܪ ܒܪܝܟ ܨܒܝܢܗ ܣܡ ܟܬܒܐ ܕܐܣܛܪܛܝܓܝܐ ܗܘ. *Aba Bar-Brich-Sebianeh compoſuit librum de militia &c.*

Anno Epiſcopatus ſexto quum Clerici in Scholam Ædeſque Patriarchales manum injeciſſent, Seleuciâ relictâ cœnobium apud Caſcaram ſitum petiit. Amrus ſubſtitutos ab eo Seleuciæ narrat Sciaadoſtum Tirhanæ, & Milleſium Zuabiæ Epiſcopos: ipſumque Abam in cœnobio Vaſetæ apud Caſcaram per annum commoratum, Cupham deinde & Hirtam migraſſe. Hinc expunctum è Diptychis à Seleucienſibus ejus nomen, nec ante reſtitutum fuit, quàm Seleuciam repetiit: ubi obiit annos decem ſuprà centum natus, quum decennium ſediſſet. Vacavit Sedes, Amro teſte, duobus annis. Sub Aba deſiit regnum Chalipharum in Palæſtina, cœpitque Abbaſidarum in Oriente anno Arabum 129.

Sciaadoſt Epiſc. Tirhanæ. Milleſius Epiſc. Zuabiæ.

Surinus Patriarcha Neſtorianorum illegitimus.

44. SURINUS Niſibis primùm, deinde Halavanæ Metropolita, anno Græcorum 1065. feria 5. majoris hebdomadæ regiâ manu Sedem invaſit, cunctis reclamantibus. Eodem anno Dominica poſt Aſcenſionem Domini depoſitus fuit, & à Jacobo Patriarcha in ejus locum ſuffecto Boſtrenſis Metropolita renunciatus. In Catalogo Salomonis tamquam illegitimus ad calcem rejicitur, cjuſque loco præter Jacobum, de quo mox ſermo erit, alter ejuſdem nominis Patriarcha, qui numquam exſtitit, perperàm obtruditur.

Jacobus Patriarcha Neſtorianorum.

45. JACOBUS ex Metropolita Gandiſaporis in Patriarcham anno 1065.

NOTA.

1 *Abam Brich-Sebiane.* Nomen compoſitum ex tribus hiſce vocibus Syriacis, *Aba*, *Brich*, & *Sebiane*: quod latinè interpretatur, *Pater, benedicta voluntas ejus.*

1055. ordinatus eſt, poſtquam chirographum dediſſet de ſacris Canonibus exactè obſervandis. Sedit annos 19. è quibus novem in carcere tranſegit. Obiit anno Græcorum 1084. Sub eo Neſtoriani Eccleſiam in urbe Tagrito ædificarunt anno Arabum 150. operâ Salibazachæ Epiſcopi Tirhanenſis,& permiſsu Pauli Jacobitarum Maphriani, poſtquam hic Niſibenſem Eccleſiam à Neſtorianis olim uſurpatam, ſectæ ſuæ reſtituendam apud Cyprianum [1] ejus urbis Metropolitam curaſſet. In ea autem perſecutione qua Jacobus Patriarcha juſſu Abugiaaphari Chaliphæ in carcere incluſus eſt, *Iſrael* medicus, Amro teſte, pro chriſtiana religione occubuit. Idem Amrus narrat, Anno Saphahi Chaliphæ tertio octo viros ſuprà cœmeterium ſtantes apud Damaſcum apparuiſſe. Locum hodieque oſtendunt indigenæ, qui eos cum Pueris Epheſi, quos *Dormientes* vocamus, confundunt.

Saliba-Zacha Epiſc. Tirhanæ.

[1] Cyprianus Metropolita Niſibis.

Iſrael medicus.

XII. JOANNES BIONITA ܒܝܘܢܝܬܐ cœnobii S. Matthæi monachus, in Synodo Epiſcoporum Orientalium, in monaſterio Canoſciæ ditionis Sigaræ propter Jonam Gulmargæ ܓܘܠܡܪܓ Antiſtitem habita, in Maphrianum electus, ad Georgium Patriarcham allegatus fuit, ut conſecrationis munus ab eo acciperet. Tagritum reverſus, eundem Jonam, qui decretum Synodi ſpernebat, damnavit. Per id tempus Georgius Jacobitarum, Theodoritus Græcorum, & Jacobus Neſtorianorum Patriarchæ in carcerem juſſu Caliphæ Bagdadenſis propter diverſas accuſationes conjecti fuere, quos Cyprianus Niſibis Neſtorianorum Metropolita dimitti curavit, poſtquam Iſæ medici literas, quibus vitam Chaliphæ in manu ſua poſitam jactabat ut munera à Chriſtianis pro liberatione ſuorum Patriarcharum extorqueret, eidem Chaliphæ oſtendiſſet. Nam indignatus in Iſam Chalipha, ejus quidem bona fiſco addixit, Patriarchas verò libertate donavit: nono ſcilicet poſtquam incluſi fuerant anno, ut dictum eſt ſuprà pag. 341. in vita Georgii Jacobitarum Patriarchæ, & affirmat hìc Bar-hebræus in vita Jacobi Neſtorianorum Catholici: idque non ſub eodem Chalipha, qui eos includi juſſerat, ſed ſub ſucceſſore, ut liquet ex cit. pag. 341. Georgius itaque è carcere dimiſſus, quum Tagritum veniſſet, cognitâ Joannis Maphriani cauſa, quem Tagritenſes multorum criminum accuſabant, reum deprehenſum depoſuit, ejuſque loco Joſephum ordinavit, cui Joannes paucis menſibus ſupervixit.

Joannes Bionita, Maphrianus Jacobitarum.

Jonas Ep. Gulmargæ.

Georgius Patriarcha Jacobitarum.

Theodoritus Patriarcha Græcorum.

Jacobus Patriarcha Neſtorianorum.

Iſa medicus.

46. ANANJESU hujus appellationis ſecundus, in Garmæorum regione natus, ex Epiſcopo *Dokukæ* ܕܩܘܩܐ quam *Loſciumam* Amrus appellat, operâ Iſæ medici & pharmacopolę in Patriarcham Seleucię ordinatus, Mohdio Chalipha anno Arabum, ſecundùm Amrum, centeſimo quinquageſimo ſeptimo. Obiit quarto Epiſcopatus anno. Veneno ſublatum refert Amrus, quod cœnobium Dokræ à Tauſenſis tyrannide exemiſſet. Idem Amrus annum Arabum 157. quo hunc Patriarcham ordinatum dixi, cum anno Græcorum 1085. conjungens, Timotheum ei ſucceſſiſſe teſtatur anno Græcorum 1091. Verùm ex lapideo monumento, quod præcones ab eo ad vaſtum Sinarum regnum miſſi erexere, liquet, ipſum anno Græcor. 1092. quo ea inſcriptio facta eſt, in vivis fuiſſe. Vide quæ ſuprà notavi in margine pag. 255. & ſeqq. Sub ejus tempora cla-

Ananjeſu ſecundus, Patriarcha Neſtorianorum.

NOTA.

1 *Cyprianus*. Ejus opera recenſet Sobenſis in Catalogo pag. 63.

clari memorantur *Cyrus*, & *Jezuzacha*.

Timotheus Patriarcha Neſtorianorum.

47. TIMOTHEUS Epiſcopus *Bagas* [1] ܒܓܫ, quam Thomas lib. 4. hiſt. monaſt. cap. 3. ܒܝܬ ܒܓܫ *Beth-Bagas* appellat, poſt Ananjeſu obitum quum Synodus tres candidatos propoſuiſſet, ipſum ſcilicet, & Thomam Epiſcopum Caſcaræ, & Ephræmum Metropolitam Gandiſaporis; ſubornatis ſcholaſticis Seleuciæ ordinatus eſt anno Græcorum, ut inquit Amrus, milleſimo nonageſimo primo. Quod ægrè ferens Caſcarenſis, congregatis Bagdadi in cœnobio S. Phetionis tredecim Epiſcopis, in Timotheum ſententiam anathematis & depoſitionis tulit dominica tertia quadrageſimæ. Viciſſim Timotheus Thomam cum ſuis excommunicavit: atque ita in duas factiones ſciſſi ſunt Neſtoriani, donec Thomas cum Timotheo reconciliatus fuit, hac tamen conditione, ut manum ipſi priùs imponere voluerit, orationem Sacramentalem ſuper eum recitans, perinde acſi ordinatio ejus irrita fuiſſet. Id Amrus ab Ephræmo Gandiſaporis, non à Thoma Caſcaræ factum ſcribit. Porrò Timotheus ea qua dixi ratione in Patriarchatu confirmatus, ad uniendum ſibi Epiſcopos ditionis Perſarum animum applicuit. Metropolitam ii habebant, qui ſe Catholico Seleuciæ nequaquam ſubjectum affirmabat: ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܬܠܡܝܕܐ ܕܬܐܘܡܐ ܫܠܝܚܐ ܚܢܢ ܘܠܝܬ ܠܢ ܡܕܡ ܥܡ ܟܘܪܣܝܐ ܕܡܪܝ ܐܘܣ: *Aiebant enim: nos Thomæ Apoſtoli diſcipuli ſumus, & nihil nobis cum Sede Maris commune eſt.* Præterea *veſtibus albis utebantur, inſtar Presbyterorum ſæcularium, & carnes comedebant uxoreſque ducebant.* ܚܘܪܐ ܠܒܫܝܢ ܗܘܘ ܐܝܟ ܩܫܝܫܐ ܥܠܡܝܐ ܘܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܒܣܪܐ ܘܢܣܒܝܢ ܗܘܘ ܢܫܐ. Timotheus igitur quum eos ſibi ſubjeciſſet, Metropolitam Simeonem nomine, iis præfecit, ܘܐܩܝܡ ܥܠܝܗܘܢ ܘܠܐ ܢܐܟܘܠ ܒܣܪܐ ܘܠܐ ܢܣܒ ܘܡܐܢܐ ܚܘܪܐ ܕܥܡܪܐ ܒܠܚܘܕ ܢܠܒܫ. ܘܐܦܣ ܠܗ ܕܗܘ ܢܣܪܚ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܘ ܢܫܡܠܐ ܐܝܟ ܘܠܐ ܢܣܢܩܘܢ ܕܢܐܙܠܘܢ ܠܘܬ ܩܬܘܠܝܩܐ ܠܡܬܩܕܫܘ ܐܝܟ ܫܪܟܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܗܕܐ ܥܝܕܐ ܩܝܡܐ ܗܘܬ ܥܕܡܐ ܠܗܪܟܐ ܠܝܘܡܐ ܕܝܘܡܢܐ. *Cui injunxit, ne carnem comederet, neve nuberet, utque albis laneis tantùm uteretur: permiſitque ei, ut electos Epiſcopos ipſe conſecraret, ne ſcilicet inſtar Epiſcoporum cæterarum Diœceſeon opus haberent adeundi Catholicum propter conſecrationem: quæ quidem conſuetudo uſque in præſentem diem viget.* Hæc Bar-hebræus: ſubjungit deinde Joſephi Metropolitæ Maru flagitia, qui quum in nefando crimine deprehenſus fuiſſet, à fide chriſtiana deficiens, Mahometanæ ſectæ nomen dedit, Chriſtianoſque apud Chalipham variis criminationibus vexavit. Ejuſdem Joſephi meminit Thomas Maragenſis lib. 4. hiſt. monaſt. cap. 5. & 7. ubi eum refert unà cum Salomone Hadathæ Epiſcopo auſum fuiſſe Roſtamum quendam Honitæ Epiſcopum ad Metropolim Arbelæ transferre, vivente Jeſujabo, quem Timotheus Patriarcha ei urbi Metropolitam ordinaverat; Roſtamo verò miſerè extincto, Salomonem quidem pœnitentia ductum abdica-

Simeon Metropolita Perſidis.

Joſeph Metropolita Maru, apoſtata.

Salomon Epiſ. Hadathæ. Roſtamus Epiſ. Honitæ.

NOTA.

1 *Bagas. Urbs eſt in montibus Adiabeneſita*, ut hic affirmat Bar-hebræus.

cato ſponte Epiſcopatu monaſticam vitam amplexum fuiſſe; Joſephum autem ejurata Chriſtiana religione multum negotium Neſtorianis apud Mahometanos faceſſiiſſe. Amrus in vita Timothei utrumque nominat, Joſephum ſcilicet & Salomonem, quos Ephræmi partes adversùs Timotheum unàcum Sergio Maaltæ Epiſcopo ſtrenuè adjuviſſe teſtatur. Salomonem laudat Sobenſis in Catalogo pag. 98. ubi ejus ſcripta recenſet. Ut verò ad Timotheum regrediar, quum annos tres ſuprà quadraginta menſeſque ſeptem ſediſſet, obiit anno Arabum ducenteſimo quarto, vel ut Amrus ſcribit, ducenteſimo quinto, Græcorum 1134. Præfuit Neſtorianis ſub quinque Chaliphis, Mohdio ſcilicet, Hadio, Raſcido, Amino, & Mamone. Cadaver Bagdadi in cœnobio

Sergius Epiſc. Maaltæ.

ܟܠܝܠܝܫܘܥ *Chalil-jeſu*, quod teſte Salomone Boſtrenſi, ipſe exſtruxerat, conditum. Scripta ejus à Sobenſi laudantur in Catalogo pag. 71. de quibus hæc Bar-hebræus. ܗܘ ܕܝܢ

ܟܬܒ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܣܡ ܘܡܐܡܪ̈ܐ ܕܥܠ ܥܐܕ̈ܐ
ܡܪ̈ܢܝܐ ܕܟܠܗ ܫܢܬܐ. ܘܦܘܫܩܐ
ܕܬܐܘܠܘܓܘܣ. ܘܟܬܒܐ ܕܐܣܛܪܘܢܘܡܝܐ.
ܘܟܬܒܐ ܕܕܪ̈ܫܐ ܕܐܫܬܥܝ ܥܡ
ܓܘܪܓܝܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܠܢ.

*multos libros compoſuit, & homilias de feſtis dominicis per anni circulum, & expoſitionem Theologi, & librum de Aſtronomia, & librum Diſputationum, quas habuit cum Georgio noſtro Patriarcha*, (nimirùm Jacobitarum.) Amrus Synodum ab eo congregatam teſtatur, in qua Canones octo ſuprà nonaginta de Judiciis Eccleſiaſticis conditi. Idem Bar-hebræus ſub Timotheo claruiſſe ſcribit Jobum Edeſſenum Philoſophum, qui è Jacobitica ad Neſtorianam ſectam tranſiit. Thomas Maragenſis lib. 5. hiſt. monaſt. cap. 4. 7. 10. & 14. miſſos ab eodem Timotheo refert ad prædicandum Barbaris Evangelium Subchaljeſu, Jaballaham, Cardagum, Eliam & Narſetem Epiſcopos, ut ſuprà notavi pag. 256.

Job Edeſſenus.

XIII. JOSEPH à Georgio Patriarcha in locum Joannis Maphriani, ut ſuprà dixi, ordinatus, paucis poſt menſibus deceſſit.

Joſeph Maphrianus Jacobitarum.

XIV. SARBELIUS ܣܪܒܝܠ Epiſcopus *Carſabachæ* ܟܪܣܒܟܐ, à Cyriaco Patriarcha Georgii ſucceſſore, poſtquam is Tagritenſes cum Matthæanis conciliaſſet, ad Maphriani dignitatem evectus, eandem poſt aliquot annos ſpontè dimiſit, in cellula quadam, quam Carſabachæ exſtruxerat, ſeſe includens.

Sarbelius Maphrianus Jacobitarum.

XV. SIMEON Cyriaci Patriarchæ diſcipulus in Bediæ pago natus, Sarbelium excepit: quem idem Cyriacus propter Tagritenſium quorundam & Philoxeni Niſibis Epiſcopi accuſationes deponere coactus fuit.

Simeon Maphrianus Jacobitarum.

Philoxenus Epiſ. Niſibis.

XVI. BASILIUS Baladenſis Simeoni à Cyriaco ſubſtitutus, decimo Epiſcopatus anno ex urbe Tagrito in patriam ſeceſſit, ut Mahometanorum vexationes declinaret. Anno Græcorum 1129. quum Dionyſius Telmaharenſis in locum Cyriaci electus fuiſſet, Baſilius in Synodo adſuit, ut manum ei imponeret. Tagritenſes verò, quoniam is ex Balada oriundus erat, apud Epiſcopos Occidentales egerunt, ut Callinici Epiſcopus Theodoſius, qui & Barſuma, ex familia Cyriaci eorum civis, electum ordinaret. Anno 1141. obiit Baſilius, in cœnobio Hanikitarum, quod extra Baladam ſitum eſt, ſepultus.

Baſilius Maphrianus Jacobitarum.

Theodoſius Ep. Callinici.

48. JOSUE *Bar-Nun* in Beth-gabare vico ad Tigrim inter Niniven & Moſul ſito natus, Abrahami claudi unàcum Timotheo & Abu-Noë [1] auditor

Joſue Bar-Nun Patriarcha Neſtorianorum.

[1] Abu-Noë.

NOTA.

[1] *Abu-Noë*. Cujus ſcripta refert Sobenſis in Catalogo pag. 99.

ditor fuit. Deinde in Schola Seleuciæ magiſterium adeptus, tranſacto menſe ad cœnobium Abrahæ ſe contulit, ibique monaſticam vitam profeſſus, ſcribendis libris operam dedit, & in id potiſſimùm incubuit, ut opera Timothei Patriarchæ quondam condiſcipuli ſui confutaret. Orta autem ipſum inter & cœnobitas rixa, Bagdadum petiit, ibique in domo Georgii Meſue aliquot menſes egit, Joannem ejus filium docens. Mox ad monaſterium Eliæ in urbe Moſul ſitum profectus eſt, ubi annos triginta manſit, donec Timotheus Patriarcha deceſſit. Hæc Amrus. Bar-hebræus verò pro cœnobio Eliæ *Saidi* monaſterium habet, ubi Joſue annos duodequadraginta commoratum teſtatur. Mortuo autem Timotheo, electus fuit in Synodo Joſue Bar-Nun anno [1] Arabum 205. qui Græcorum, juxta Amrum, 1135. reſpondet; idque operâ Gabrielis fil. Bochtjeſu & Michaëlis medicorum Mamonis Chaliphæ, nec non Jacobi & Vehebæ ſcribarum ejuſdem. Aderant inter cæteros Patres Zacharias Epiſc. Caſcàræ, Jonas Epiſc. هراة *Haræ*, Cyriacus Epiſc. خانيجار *Chanigiaræ*, Sergius Archidiaconus, & Gabriel diſcipulus Timothei. Joſue autem in eadem Synodo Canones 130. condidit, interrogationeſque & reſponſiones 70. Bar-hebreus refert Timotheum morti proximum, quum interrogatus fuiſſet, quemnam ſibi dignum ſucceſſorem judicaret, reſpondiſſe: nemo Joſue Bar-Nun dignior eſt, etſi is mihi ſemper contradixerit. Scripta ejus recenſet Sobenſis in Catal. pag. 73. Diſputationem cum Papa Presbytero Jacobita de Incarnatione Verbi habitam memorat Bar-hebræus in vita Baſilii Maphriani. Obiit anno Græcorum 1139. ætatis 84. quum annos 4. ſediſſet, ſepultus in cœnobio Calil-jeſu, quod *cœnobium Catholici* (nimirùm Timothei) appellatur.

Georgius Meſue.

Joannes Meſue.

Gabriel filius Bochtjeſu.

Michaël medicus.

Zacharias Epiſc. Caſcaræ.

Jonas Ep. Haræ.

Cyriacus Epiſc. Chanigiaræ.

49. GEORGIUS Maragenſis, vel ut Amro placet, in Carcha natus, cognomento ابن الصباح *Ebn-Alſiach*, monachum egit in cœnobio Jacobi in Beth-Abe, cui & Archimandrita præfuit. Deinde à Timotheo ordinatus Metropolita Gandiſapor, quæ Elamitarum Metropolis eſt, exactis in Archiepiſcopatu annis viginti, Gabrielis & Michaëlis medicorum operâ poſt Joſue obitum in Patriarcham electus eſt anno ætatis centeſimo [2] Arabum 210. Græcorum 1141. Obiit ſeptimo poſt anno, in cœnobio Caliljeſu ſepultus.

Georgius Patriarcha Neſtorianorum.

50. SABARJESU quem Salomon in Catalogo *Ananjeſu* appellat, Nuhadræ natus, in cœnobio Abrahæ quum monachum egiſſet, à Joanne Metropolita Niſibeno Epiſcopus Haran ordinatus, deinde à Timotheo Patriarcha Archiepiſcopus Damaſcenus, demùm poſt Georgii obitum Catholicus renunciatus fuit anno Arabum ducenteſimo decimo ſeptimo, Græcorum ſecundùm Amrum milleſimo [3] centeſimo quadrageſimo ſexto. Inſtauravit cœnobium S. Phetionis in urbe Bagdado, quod & Catholicorum Sedem eſſe voluit. Obiit anno ſecundo Motaſemi [4] Chaliphæ, Græcorum 1150. quum annis quatuor ſediſſet. Cadaver in cœnobio Catholici ſepultum. Sub eo deceſſit Mamon Chalipha, ortaque eſt inter Mahometanos ridicula quæſtio de Alcorano, creatus ne, an increatus ſit.

Sabarjeſu Patriarcha Neſtorianorum.

51. ABRAHAM in Marga ditionis

Abraham Patriarcha Neſtorianorum.

NOTÆ.

1 *Anno Arabum* 205. qui Græcor. 1131. non 1135. reſpondet. Is enim inchoatus fuit die 17. Junii anni Chriſti 820. qui idem eſt ac annus Græcorum 1131.

2 *Arabum* 210. Græcorum non 1141. ſed 1136. qui erat Chriſti 285.

3 *Græcorum* 1146. Imò 1141. qui erat Chriſti 832. quo annus Hegiræ 217. die 6. Febr. inchoatus.

4 *Motaſemi*. Hic regnum iniit anno Hegiræ 218. Chriſti 833. Græcorum 1144. ac proinde ſecundus ejus annus non in annum Græcorum 1150. ſed 1145. incidit. Vide Pagium ad an. Chriſti 833. num. 14.

nis Moſulanæ pago natus, ex monacho cœnobii Beth-Abe Epiſcopus Hadathenſis, deinde Catholicus ordinatus eſt anno Arabum 222. Sedit annos 12. cum menſibus 10. Obiit Hirtæ, ibique in cœnobio Jazdephanæ ſepultus. Sub eo graviſſima in Chriſtianos perſecutio excitata fuit à Motuacchelo Chalipha, idque non anno Hegiræ 245. ut perperàm ſcribit Amrus, quo Sergius, non Abraham Neſtorianis Patriarcha præerat, ſed anno 235. quo idem Abraham, ut ex dictis liquet, Hirtam fugit ibique mortuus eſt.

Daniel Maphrianus Jacobitarum.

XVII. DANIEL à Dionyſio Patriarcha in locum Baſilii Maphriani anno Græcorum 1141. ordinatus, obiit Niſibi anno 1145. poſtquam annos quatuor ſediſſet. Cadaver in urbem Tagritum translatum, & in Eccleſia Achudemæ conditum.

Theodoſius Patriarcha Neſtorianorum.

52. THEODOSIUS in regione Garmæorum natus, Epiſcopus Anbaræ primùm, deinde Metropolita Gandiſapor, demùm poſt Abrahæ obitum Catholicus ordinatus eſt Dominica Jejunii 5 anno Arabum ducenteſimo trigeſimo octavo, Græcorum juxta Amrum milleſimo [1] centeſimo ſexageſimo quinto. Idem Amrus refert, Bochtjeſum [2] Gabrielis filium, Joannem [3] Meſve, & Iſraelem Tiphurenſem medicos eligi curaſſe in Patriarcham primùm Joannem Metropolitam Damaſci, deinde Michaëlem Epiſcopum Huzitarum, mox Epiſcopum Caſcaræ, demùm Jeſudadum [4] Epiſcopum Hadathenſem, quorum tamen nemo ordinari potuit ob diverſas, quæ ordinationis tempore iis ſupervenere infirmitates. Tùm verò Theodoſius conſecratus eſt, qui anno Græcorum 1170. obiit, quum annos 5. cum tribus menſibus ſediſſet. Cadaver in cœnobio Catholici conditum. Bar-hebræus id contigiſſe ſcribit die 6. Octobris anno Græcorum, qui ſuprà, biennio poſtquam Theodoſius è carcere evaſerat. Nam Motuacchelus Chalipha, inquit, quum in Bochtjeſum medicum ſuum indignatus eſſet, eumque bonis omnibus ſpoliaſſet, (id factum anno Hegiræ 244. narratur in hiſtoria Dynaſtiarum pag. 171.) Sergii cujuſdam medici Ariani ſuggeſtione Theodoſium quoque Patriarcham tamquam Romæorum exploratorem in carcerem detrudi juſſit, ubi ad triennium manſit: nimirùm uſque ad interitum Motuaccheli, qui eodem Bar-hebræo teſte in hiſtoria Dynaſtiarum pag. 170. anno Hegiræ 247. contigit. Eadem de infelici Bochtjeſu medici exitu tradit Amrus in Vita Abrahæ Patriarchæ ad annum Hegiræ 245. quo & motam à Motuacchelo in Chriſtianos perſecutionem, ut ſuprà dictum eſt, teſtatur. Verùm in hac narratione uterque auctor ſibi repugnat, dum Theodoſium, quem annis quinque ſediſſe ſcribunt, ab anno tamen Hegiræ 238. quo Epiſcopatum iniit, ad annum 249. qui erat ſecundus ab interitu Motuaccheli, vixiſſe affirmant. Deinde quum Amrus dicat, Bochtjeſum ordinationis Theodoſii auctorem fuiſſe, non igitur is ſub Abrahamo Patriarcha, ſed ſub Theodoſio à Motuacchelo bonis ſpoliatus fuit, ut rectè hìc obſervat Bar-hebræus.

1

2 Bochtjeſu fil. Gabr.

3 Joannes Meſve. Iſraël Tiphuren.

Joannes metr. Damaſci.

4 Michaël Epiſc. Huzitarum.

Jeſudadus Ep. Hadathæ.

Sergius medicus Arianus.

XVIII.

NOTÆ.

1 *Græcorum* 1165. imò 1163. qui fuit Chriſti 852. quo annus Hegiræ 238. die 23. Junii inchoatus.

2 *Bochtjeſum*. Ejus mentio in hiſt. Dynaſt. pag. 154. & 171.

3 *Joannem Meſve*. Alius eſt à cognomine medico Abrahæ Archimandritæ affini, cujus ſuprà memini pag. 408. Hunc autem laudat Abulpharagius in hiſt. Dynaſtiarum frequenter: videlicet pag. 153. 154. 159, 163. 164. 167. 168. 172. & multa quidem opera de re medica reliquit, de quibus vide Herbelotium.

4 *Jeſudadum*. Ejus opera recenſentur à Sobenſi pag. 99. ubi Ecchellenſis Syriacam vocem [illegible] *Diloh-dducto*, qua ſignificatur Jeſudadum *ejuſdem loci*, hoc eſt, Hadathæ Epiſcopum eſſe (nam de Salomone Hadathenſi ſermo proximè habitus fuerat,) perperàm latinè vertit *Diladructa*, quaſi id Jeſudadi cognomentum, vel patria fuerit.

Thomas Maphrianus Jacobitarum.

XVIII. THOMAS Tagritenſis, monachus in monte Edeſſæ in cœnobio Severi, à Dionyſio Telmaharenſi Patriarcha in Maphrianum ordinatus, quum in urbem Tagritum veniſſet, Georgium Behrinenſem ܕܒܚܪܝܢ Epiſcopum damnavit, quod Charmæ Diœceſim uſurpaſſet. Charmenſes ܟܪܡܝܐ Georgii partes tuiti, Maphrianum à præſide includi in carcere curarunt. Inde octo poſt menſibus innocens declaratus Thomas exiit: Georgius verò ad extremum à Chriſtiana fide defecit. Obiit Thomas Sabbato [1] die 8. Maji, anno Græcorum milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo, poſtquam annis tredecim ſediſſet.

Georgius Behrini, & Charmæ Epiſcopus, apoſtata.

Baſilius ſecundus, qui & Lazarus Stylita, Maphrianus Jacobitarum.

XIX. BASILIUS hujus appellationis ſecundus, Lazarus Stylita anteà dictus, in Columna Beth-Batin ditionis Haran habitavit, donec à Joanne Patriarcha, qui Dionyſium Telmaharenſem excepit, die 3. Septembris anni Græcorum 1159. in Eccleſia S. Thomæ Tagritenſium, in Caphartuta ſita, ordinatus fuit. Decimo Epiſcopatus anno contentio ipſum inter & Patriarcham Joannem graviſſima exarſit: adeò ut Tagritenſes nomen Patriarchæ è diptychis expunxerint, & Baſilius Maphrianus tres ipſis Epiſcopos, Callinici ſcilicet, & Haran, & Rheſinæ, amotis quos Patriarcha ordinaverat, inſtituerit. Reſque eò devenit, ut Synodum uterque in ſua ditione coëgerit, in qua alter alterum depoſuit. Tandem causâ eorum ad Motuacchelum Chalipham delatâ, Patriarcha victor evaſit, quumque Tagritum veniſſet, Melchiſedechum in locum Baſilii Maphrianum clam ordinavit. Baſilius verò Tagrito Niſibin digreſſus, alterum Joanni Patriarcham ſubrogare cogitabat, operâ præſertim occidentalium quorundam Epiſcoporum qui Joannem oderant: ſed morte præventus, id conſilium ad exitum perducere nequivit. Obiit autem Niſibi, Sabbato [2] die 17. Octobris, anno Græcorum 1180. poſtquam annis viginti cum menſe ſediſſet. Duravit ſchiſma ad undecim annos, quod morte utriuſque Maphriani, Baſilii ſcilicet & Melchiſedechi, ſublatum fuit: Nam Melchiſedechus quadrageſimo ab obitu Baſilii die deceſſit. 2

Melchiſedech Maphrianus Jacobitarum.

XX. MELCHISEDECH ex *Ephræmia* ܐܦܪܝܡܝܐ ditionis *Tel-Aphar* ܬܠ ܥܦܪ pago, à Joanne Patriarcha, ut mox dixi, adversùs Baſilium Maphrianum metu Tagritenſium in nova ejus urbis Eccleſia clàm ordinatus, quum Baſilius alterum Patriarcham inſtituere decreviſſet, ab eodem Joanne evocatus fuit, ut relicta Tagritenſi Diœceſi ad alteram transferretur. Hoc enim pacto animum Baſilii delinire ſatagebat. Sed pax per utriuſque Maphriani mortem firmata eſt, quæ contigit ineunte anno Græcorum 1180. quo Synodum Orientalium & Occidentalium Epiſcoporum in urbe Caphartuta Joannes indixit. Octo Canones in ea Synodo conditi, qui ad Patriarcham & Maphrianum ſpectant: ut ſcilicet Maphrianus primum à Patriarcha locum ſuprà omnes Pontifices Occidentales obtineat, utque ipſe electo Patriarchæ manum imponat. Abſolutus præterea Baſilius cum ſociis, & quos Callinici, Haran & Rheſinæ Epiſcopos conſecraverat, ad alias vacuas Sedes translati.

Synodus Caphartutæ.

Sergius Patriarcha Neſtorianorum.

53. SERGIUS metropolita Niſibis ex Garmæorum regione oriundus, Theodoſium excepit anno Græcorum 1171. die 21. Auguſti, vel, ut

NOTÆ.

1 *Sabbato*. Non anno Græcorum 1158. ſed 1157. qui erat Chriſti 846. dies octava Maii in Sabbatum incidit.

2 *Die 17. Octobris*. Mendum in numero. Nam anno Græcorum 1180. qui erat Chriſti 868. dies 17. Octobris in feriam quartam, non in Sabbatum incidit.

ut ſcribit Amrus, Julii. Ejus tempore claruere *Honainus* [1] filius Iſaac, & *Iſraël* Tiphurenſis, medici Neſtoriani, de quibus hæc Bar-hebræus in vita Melchiſedechi Maphriani.

Honain filius Iſaac. Iſraël Tiphurenſis.

ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܐܫܬܘܕܥ ܗܘܐ ܚܢܝܢ
ܐܣܝܐ. ܘܗܘܬ ܠܗ ܒܥܠܕܒܒܘܬܐ
ܥܡ ܐܝܣܪܐܝܠ ܛܝܦܘܪܝܐ ܘܐܟܠ
ܩܪܨܘܗܝ ܠܘܬ ܡܬܘܟܠ ܚܠܝܦܐ
ܘܐܡܪ ܕܨܠܡܐ ܣܓܕ ܗܘ ܐܝܣܪܐܝܠ
ܒܒܝܬܗ ܘܡܟܬܪܐ: ܘܒܫܡܐ ܒܠܚܘܕ
ܡܫܝܚܝܐ ܗܘ. ܘܫܕܪ
ܚܠܝܦܐ ܘܒܨܘܗܝ ܠܒܝܬܗ
ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܘܐܫܟܚܘ ܒܗ ܐܝܩܘܢܐ
ܕܡܪܬܝ ܡܪܝܡ ܘܐܝܬܝܘܗ ܩܕܡ
ܚܠܝܦܐ. ܘܚܢܝܢ ܐܡܪ ܕܗܢܐ ܗܘ ܨܠܡܐ
ܨܠܡܐ ܕܐܡܪܬ ܡܩܕܡ. ܘܐܝܣܪܐܝܠ
ܐܡܪ. ܐܢ ܨܠܡܐ ܗܘ ܪܘܩ ܒܗ. ܘܠܐ
ܐܬܡܪܚ ܗܘ ܚܢܝܢ ܕܢܪܘܩ ܒܗ
ܒܐܝܩܘܢܐ. ܘܫܕܪ ܚܠܝܦܐ ܘܐܝܬܝܘܗ
ܠܩܬܘܠܝܩܐ ܘܫܐܠܗ ܡܛܠ
ܐܝܩܘܢܐ ܐܢ ܡܩܒܠܝܢ ܠܗ ܐܘ ܠܐ:
ܘܐܢ ܡܩܒܠܝܢ: ܡܢܐ ܚܝܒܐ
ܠܡܢ ܕܪܩ ܒܗ. ܘܩܬܘܠܝܩܐ ܐܡܪ
ܕܠܐ ܨܠܡܐ ܗܝ ܐܠܐ ܨܘܪܬܐ ܕܐܡܗ ܕܡܪܢ
ܗܝ. ܘܫܡܬܗ ܚܠܝܦܐ. ܘܐܚܪܡܗ
ܘܦܪܫܗ ܡܢ ܟܢܘܫܬܐ ܕܟܪܣܛܝܢܐ.

2 *Per id*[2] *tempus vivebat Honainus medicus, qui ob inimicitias, quas cum Iſraële Tiphurenſi habebat, hunc apud Motuacchelum Chalipham accuſavit, inquiens: Idolum* [3] *adorat Iſraël, quod domi tenet, & nomine tenus Chriſtianus eſt. Miſit itaque Chalipha qui domum Iſraëlis perquirerent, inventamque apud eum Imaginem Deiparæ, ad ipſum Chalipham attulere. Tùm Honainus, hoc, inquit, revera idolum eſt, de quo ſignificavi. Cui Iſrael, ſi idolum eſt, exſpue in ipſum. Honainus verò in Imaginem exſpuere non eſt veritus. Tùm Chalipha arceſſitum Catholicum interrogavit de Imagine, admitteret ne eam, an rejiceret: & ſi quidem admitteret, cujus pœnæ reum judicaret, qui in eam exſpuiſſet. Ad hæc Catholicus: nequaquam idolum eſt, reſpondit, ſed imago Matris Domini noſtri, quam ſi quis Chriſtianus contempſerit, excommunicari eum oportet. Chaliphæ itaque juſſu Catholicus Honainum excommunicavit, & à cœtu Chriſtianorum ſegregavit.* Idem factum paulò aliter narratur in hiſtoria Dynaſtiarum pag. 173. tangiturque ab Amro in vita Sergii Catholici his verbis: وجرى لحنين وابن الطيفوري ما جرى. *contigitque factum Honaini, & filii Tiphurenſis.* Subjungit Bar-hebræus diſputationem Sergii Patriarchæ cum Sergio medico Ariano coram Chalipha, ex qua Arianus ille victus receſſit, & tamquam à Chriſtiana religione prorsùs alienus, ſententiâ ipſorum Mahometanorum quorum in Alcorano Chriſtiani in Conſubſtantialem Trinitatem credere dicuntur, declaratus eſt. Eundem medicum teſtatur Auctor, Eccleſiam in urbe Bagdado pro ſectæ ſuæ hominibus à Neſtorianis abſtuliſſe. Porrò Sergius

Imaginum cultus apud Neſtorianos.

Arianorum reliquiæ in urbe Bagdado.

NOTÆ.

1 *Honainus.* Operum ejus catalogum texit Sobenſis pag. 73.

2 *Per id tempus.* Non utique ſub Sergio Neſtorianorum Patriarcha, qui ut ex dictis ſuprà liquet, poſt Motuaccheli Chaliphæ obitum ſedere cœpit; ſed ſub Theodoſio Sergii præceſſore, qui temporibus Motuaccheli vivebat. Bar-hebræus loco non ſuo hoc factum refert.

3 *Idolum.* Nota, Honainum in Græcorum ditione hæreſim Iconoclaſtarum, quæ tùm maximè vigebat, hauſiſſe. Nam ex urbe Bagdado eum in Græcorum terras ſe recepiſſe, teſtis eſt Bar-hebræus in hiſt. Dynaſt. pag. 172.

gius Patriarcha quum annis 12. præfuiſſet, obiit anno Motamedi Chaliphæ tertio, Græcorum 1183. idque Dominica ſecunda poſt feſtum Crucis, die 21. Septembris, ut notat Amrus, qui addit, eundem inſtauraſſe cœnobium Jonæ, hoſque Epiſcopos ordinaſſe: videlicet Sabarjeſu Senæ, Cajumam Tirhanæ, Joannem Tirhanæ in locum Cajumæ ad Archi-Epiſcopatum Niſibenum tranſlati, Iſraelem Caſcaræ, Joannem Narſetis filium Anbaræ, Joannem Baladenſem Maru, Stephanum Halavanæ, Hachimam Ocbaræ, Emmanuelem Zuabiæ, & Enos, qui eidem Sergio ſucceſſit, Moſul. Cadaver in cœnobio Catholici ſepultum. Vacavit Sedes annis 4. cum menſibus octo: imò *quatuor*, quum Enos menſe Januario anni 1188. ordinatus ſit, ut ex dicendis infrà patebit. Sub eo vixere teſte eodem Amro, *Zacharias* martyr, & *Maria* الاهوازية *Huzita*.

Sabarjeſu Epiſ. Senæ. Cajuma Tirhanæ: deinde Niſibis. Joannes Tirhanæ. Iſrael Caſcaræ. Joannes Narſ. fil. Anbaræ. Joannes Maru. Stephanus Halavanæ. Hachima Ocbaræ. Emmanuel Zuabiæ. Enos Moſul.

Zacharias martyr. Maria Huzita.

XXI. SERGIUS monachus cœnobii ܕܥܠܘܟ *Aluch*, anno Græcorum 1183. in Eccleſia S. Thomæ Tagritenſium Callinici ſita, Maphrianus ordinatus, quum ad Synodum, quæ anno 1189. pro ordinatione Ignatii Patriarchæ habita eſt, ab Epiſcopis Occidentalibus invitatus non fuiſſet, ejuſdem Ignatii nomen prædicari in Oriente vetuit. Duravit hoc ſchiſma Orientales inter & Occidentales, donec Maphrianus in vivis fuit. Sed & Maphrianum inter atque Tagritenſes orta eſt contentio propterea quod Eliſæo & Barhadbeſciabæ Epiſcopis illegitimè ordinatis diœceſes attribuiſſet: ii enim quod ab Epiſcopo S. Matthæi ordinati eſſent, à Joanne Patriarcha & à Baſilio Maphriano ſuſpenſi fuerant, eorumque loco Melchiſedech Maphrianus alios Epiſcopos inſtituerat. Quamobrem Tagritenſes nomen Sergii è diptychis expunxere. Ille verò quum annis undecim ſediſſet, obiit die 11. Novembris.

Sergius Maphrianus Jacobitarum.

54. ENOS Beth-garmæ natus, ex Metropolita Moſul in Patriarcham Dominica poſt Epiphaniam Domini an. Hegiræ 263. Græcor. 1188. ordinatus eſt, poſtquam ipſum inter & Iſraelem Caſcaræ Epiſcopum contentio de Primatu per annos quatuor duraſſet. Obiit die 31. Maii Dominica poſt Aſcenſionem Domini, anno Hegiræ 270. Græcorum 1195. quum annos ſeptem, menſes quatuor, dieſque undeviginti ſediſſet.

Enos Patriarcha Neſtorianorum.

55. JOANNES Narſetis fil. in oppido Gedan regionis Garmæorum natus, poſt Enos ex Anbaræ Epiſcopo in Patriarcham conſecratus fuit anno Hegiræ 271. Græcorum 1196. (die 14. Novembris, ut inquit Amrus, Dominica tertia dedicationis Eccleſiæ ſub Motamedo Chalipha.) Paulus Metropolita Gandiſapor manum ei impoſuit, legente ſuper ipſum Evangelium Gabriele Metropolita Boſtrenſi. Kajumam Niſibis, & Joannem Perſidis, depoſitos Epiſcopos & in ordinem Presbyterorum redactos, abſolvit & in priſtinam dignitatem reſtituit. Septimo ab ejus ordinatione menſe direptum fuit à Mahometanis cœnobium Calil-jeſu, quod Catholici nuncupatur. Quamobrem ex urbe Bagdado in cœnobium Vaſetæ ſe contulit, ubi quinque annis moratus eſt. Deinde Bagdadum reverſus, in loco quem دار الروم *Ædes Romæorum* appellant, Sedem fixit: ibique dies clauſit ineunte feria prima quæ Natalem Domini ſubſequuta eſt anno Hegiræ 279. Græcorum 1203. (Chriſti 891.) poſtquam annos octo ſediſſet. Cadaver in Diaconio ejuſdem loci juxta Saporem Epiſcopum Gandiſapor conditum. Vacavit Sedes menſibus ſex & diebus viginti.

Joannes Narſetis fil. Patriarcha Neſtorianorum.

Paulus Metropolita Gandiſapor.

Gabriel Metropolita Boſtren.

XXII. ATHANASIUS, qui & Sergius, patria Tagritenſis, monachus in cœnobio Severi, quod in monte Edeſſæ ſitum eſt, quarto poſt ordinationem Theodoſii Patriarchæ die, ab eodem Theodoſio in urbe Amida feria quarta, die 8. Februarii, anno Græcorum 1198. ordinatus fuit, ſublato

Athanaſius qui & Sergius, Maphrianus Jacobitarum.

lato ſchiſmate, quod à Sergio præceſſore inductum fuerat. Sed aliud longè pernicioſius Haſſaſſinitæ per id tempus invexere. Erant ii unàcum Gubenſibus à Cyriaco, Dionyſio & Joanne Patriarchis propter famoſam quæſtionem de iis Liturgiæ verbis, *Panem cœleſtem frangimus*, excommunicati. In apertum itaque ſchiſma prorumpentes, Zebinam ejuſdem Joannis diſcipulum in Patriarcham ſibi conſtituunt: Zebina Pheraam ܦܪܥܐ Metropolitam ܕܚܣܝܣܢܝܬܐ Haſſaſſinitidis ordinat. Hic Bar-Naſicham ܒܪܢܣܝܟܐ Moyſis Barcephæ diſcipulum Moſul Epiſcopum inſtituit. Ut verò Eccleſiam in urbe Tagrito ſuæ ſectæ addiceret, Zebina Vizirum, hoc eſt, ejus civitatis Proregem adiit. Verùm Athanaſii Maphriani opera repulſam tulit. Obiit autem Athanaſius die 27. Decembris, anno Græcorum 1215. feria 3. quum annis 17. ſediſſet. Cadaver Tagriti in Eccleſia SS. Sergii & Bacchi ſepultum. Vacavit Sedes annis 8. Sub eo claruit Moyſes Barcepha Epiſcopus Beth-Raman, de quo dixi ſuprà pag. 127. & 218.

Zebina Patriarcha Haſſaſſinitarum.
Pheraa Metropolita Haſſaſſinitidis.
Bar-Naſicha Epiſc. Moſul.
Moyſes Barcepha.

56. JOANNES Theodoſii Patriarchæ ex fratre nepos, Metropolita Moſul, poſt obitum Joannis filii Narſetis, quum ad electionem novi Patriarchæ cum aliis Epiſcopis conveniſſet, rogatus ut ſermonem ad populum die Dominica Pentecoſtes haberet, homiliam Sancti Gregorii Theologi de Spiritu Sancto, cujus initium, *Pauca de hoc feſto agamus*, ſine additione aut detractione recitavit. Quamobrem à populo dignus Catholici dignitate acclamatus, anno Arabum 280. Græcor. 1204. die 15. Julii feria prima, Seleuciæ ordinatus fuit, Motadedo Chalipha: eodemque die Eliam ex Hieroſolymorum Epiſcopatu evexit ad Archiepiſcopatum Damaſci, Marcum ex Beth-Baghas ad Rajæ, Jeſujabum ex Suſæ ad Halavanæ, & Theodorum ex Cherdæ كردى ad Gandiſapor: Joannem denique filium Bochtjeſu in ſuum locum Moſul Metropolitam creavit, & Theodorum fratris ſui filium Loſciumæ Epiſcopum. Sedit Bagdadi in Ædibus Romæorum annis quinque cum diebus quinquaginta quinque. Obiit apoplexia correptus feria 6. die 8. Septembris anno Hegiræ 286. Græcorum 1209. Cadaver in Ædibus Romæorum in Eccleſia B. Mariæ ſepultum. Vacavit Sedes annum unum.

Joannes Theodoſii nepos Patriarcha Neſtorianorum.
Elias Metropolita Damaſci.
Marcus Metrop. Rajæ.
Jeſujab Metrop. Halavanæ.
Theodorus Metrop. Gandiſapor.
Joannes filius Bochtjeſu, Metrop. Moſul.
Theodorus Epiſc. Loſciumæ.

57. JOANNES, Iſa patre Bagdadenſi natus, cognomento ܒܪ ܐܒܓܪܐ *Bar-Abgare*, ſeù ܒܪ ܚܓܝܪܐ *Bar-Haghire*, ideſt ابن الاعرج *Claudorum filius*, feria 5. poſt Dominicam ſeptimam Apoſtolorum ex Epiſcopo Zuabiæ in Patriarcham ordinatus eſt anno Hegiræ 287. Græcorum 1211. Theodoſio Metropolita Gandiſaporis, quem Theodorum Bar-hebræus appellat, & Joanne filio Bochtjeſu Metropolita Moſulano nequidquam in contrarium reluctantibus. In ipſa ordinationis ſuæ die Abrahamum diſcipulum ſuum Zuabiæ Epiſcopum conſecravit: præſentibus Theodoſio & Joanne prædictis, nec non Theodoro Metropolita Beth-Garmæ, (quem idem Bar-hebræus ob fornicationis crimen paulò poſt dignitate amotum, & Mahometanum demùm factum ſcribit) Emmanuele Metropolita Halavanæ, Joſepho Metropolita Bardaæ, Jeſujabo Epiſcopo Ocbaræ, & Bochtjeſu Epiſcopo Tirhanæ. Obiit quinto Epiſcopatus anno, Hegiræ ſcilicet 292. Græcorum 1216.

Joannes filius Iſa cognomento Bar-Abgare, ſeù Bar-Haghire, Patriarcha Neſtorianorũ.
Abraham Epiſc. Zuabiæ.
Theodorus metrop. Beth-garmæ.
Emmanuel metrop. Halavanæ.
Joſeph metrop. Bardaæ.
Jeſujab Epiſc. Ocbaræ.
Bochtieſu Ep. Tirhanæ.

58. ABRAHAM, hujus nominis tertius, cognomento ܐܒܪܙܐ *Abraza*, Garmæus genere, opera Abdallæ Simeonis filii, qui in Aula Chaliphæ ſecretarium agebat, ex Epiſcopo Maragæ die 10. menſis tertii anni Hegiræ 292. in Catholicum electus eſt. Anno 300. Joannem Græcorum Metropolitam, quem E-

Abraham Patriarcha Neſtorianorum.

lias

lias ejuſdem gentis Antiochenus Patriarcha Bagdadum allegaverat, ea urbe excedere coëgit, quum à Mahometanis diploma obtinuiſſet, ut adductus Bagdadum Elias chirographo proprio ſe ſuoſque ſucceſſores ad has conditiones adigeret. [illegible]

*nimirùm non licere in poſterum Catholico aut Metropolitæ Græco in urbe Bagdado permanere, aut Sedem figere: ſed eum identidem Epiſcopum aliquem eò deſtinare debere, qui Græcos inibi commorantes viſitet eorumque neceſſitatibus conſulat, deinde in regionem ſuam regrediatur.* Obiit anno Hegiræ 325. quum annis 32. ſediſſet. Et quidem, ut Bar-hebræus notat, vir erat auri mirum in modum cupidus, ita ut unius anni ſpatio tres Metropolitas Niſibi ordinarit, ex quibus bis centum & ſeptuaginta millia [illegible] *nummorum* extorſit. Quamobrem à ſuis exteriſque ſummo odio habebatur: ac præſertim ab ejus ſectæ ſcribis, qui in Aula Viziri plurimum pollebant. Ejuſdem tempore inducta fuit apud Neſtorianos conſuetudo celebrandi Liturgiam veſpertinis horis Sabbati & Dominicæ Jejunii quadrageſimalis, teſte eodem Bar-hebræo, qui hanc ejus conſuetudinis cauſam fuiſſe refert. [illegible]

Liturgia veſpertinis horis apud Neſtorianos in Dominicis & Sabbatis Quadrageſimæ celebratur.

*Uſque ad ejus tempora omnibus Sabbatis & Dominicis jejunii quadrageſimalis hora tertia Neſtoriani more cæterarum Chriſtianarum gentium, Oblationem offerebant, & unuſquiſque domum ſuam abibat reficiebaturque. Quum autem de quibuſdam ei ſignificatum fuiſſet, quod Dominica die acceptâ Oblatione, inde egreſſi, in quodam horto lautum convivium inſtruxiſſent; interdixit Catholicus, Dominicis & Sabbatis per diem fieri Oblationem, ſed veſpertinis horis eam celebrari juſſit: juſſumque hujuſmodi in omnibus ubique regionibus publicari voluit. Atque ita innovatus fuit hic mos, quem Neſtoriani hodieque retinent.*

XXIII. THOMAS STYLITA, qui in monte Edeſſæ morabatur, à Joanne Curzachelenſi Patriarcha poſt Athanaſii Maphriani obitum anno Græcorum 298. ordinatus, quarto poſt menſe in urbe Tagrito deceſſit, in Eccleſia Achudemæ ſepultus. Vacavit Sedes annis duobus.

Thomas Stylita, Maphrianus Jacobitarum.

XXIV. DENHA Presbyter ſecularis, ab eodem Joanne Curzachelenſi Patriarcha menſe Octobri anno Hegiræ tercenteſimo ordinatus, obiit anno 320. die 18. Julii, quum ſediſſet annis viginti & Epiſcopos undecim ordinaſſet. Cadaver in Eccleſia Achudemæ Tagriti conditum.

Denha Maphrianus Jacobitarum.

XXV. BASILIUS Diaconus ſecularis, Niſibi natus, anno Hegiræ 325. exeunte Novembri Maphrianus initiatus, deceſſit Sabbato die undecima Auguſti anno Hegiræ 349. in Ec-

Baſilius ſecundus, Maphrianus Jacobitarum.

cleſia Achudemæ ſepultus. Ordinavit Epiſcopos duodecim.

Emmanuel Patriarcha Neſtorianorum.

59. EMMANUEL monachus cœnobii Joſeph in urbe Balada ſiti, operâ Abulhaſani Scribæ anno Hegiræ 326. Seleuciæ in Patriarcham Neſtorianorum ordinatus fuit; idque *feria 6. die 13. Februarii anno Græcorum* 1249. ut ſcribit Amrus. Verùm eo anno, qui erat Chriſti 938. non dies 13. ſed 16. Februarii in feriam ſextam incidit. Manus ei impoſuit Lucas Metropolita Moſul.

Lucas Metropolita Moſul.

Obiit die 14. Aprilis (non 17. ut perperàm apud Amrum) anno Hegiræ 349. (hoc eſt, Chriſti 960.) ineunte Dominica ſexta Jejunii quadrageſimalis, quum annis 23. ſediſſet: nimirùm inchoatis, non abſolutis. Hinc Amrus emendandus, qui ſcribit, Emmanuelem ſediſſe annos 22. menſes 9. dieſque 20. Sedit dumtaxat annos 22. menſeſque duos, qui à die 16. Februarii ad 14. Aprilis fluxere. Cadaver in ædibus Romæorum, ubi novam Eccleſiam extruxerat veteremque inſtaurarat, conditum. Sub eo laudantur ab eodem Amro Ebedjeſu monachus cœnobii Der-Kenæ, & Ebn-Senan, & Ebn-Sagiala medici.

Cyriacus qui & Horanus Maphrianus Jacobitarum.

XXVI. CYRIACUS, qui & شمعوّل *Horanus*, Presbyter Eccleſiæ Tagritenſium in urbe Niſibi ſitæ, à Patriarcha Abrahamo in urbe Alepo exeunte menſe Auguſto anno Hegiræ 351. in Maphrianum ordinatus, obiit Tagriti die 27. Februarii anno Hegiræ 369. poſtquam annis 18. ſediſſet, Epiſcopis quatuordecim ordinatis. Cadaver in Eccleſia SS. Sergii & Bacchi ſepultum. Sub eo Philoxenus Adorbiganæ Epiſcopus in ſtupro cum muliere Mahometana deprehenſus à Chriſtiana fide defecit.

Philoxenus Epiſcopus Adorbiganæ.

Iſrael Patriarcha Neſtorianorum.

60. ISRAEL in oppido Gedan natus, magiſtrum egit in ſchola S. Maris Apoſtoli, deinde monachum in cœnobio Sabarjeſu in Vaſeta: demùm ad Epiſcopatum Caſcaræ evectus, anno ætatis nonageſimo feria 5. die 29. Maii, anno Hegiræ 350. Græcorum 1273. (Chriſti 962.) in Patriarcham ordinatus eſt, præſentibus Abdelmeſſia metropolita Baſſoræ, Georgio Moſul, & Joanne Halavanæ. Obiit eodem anno die 17. Septembris feria tertia (imò *quarta*) quum dies centum decem (non 106. ut ſcribit Bar-hebræus) ſediſſet. In ædibus Romæorum in Eccleſia Patriarchali ſepultus. Vacavit Sedes, inquit Amrus, annum cum diebus quadraginta (imò, *menſes ſeptem*, *dieſque quinque*, ut ex dicendis patebit.)

Ebedjeſu Patriarcha Neſtorianorum.

61. EBEDJESU ex oppido Gedan ditionis Garmæorum, Epiſcopus Maaltæ & Nuhadræ, quum Phetion quidam Presbyter ſecularis ſubornato Mahometano præſide invadere Sedem cogitaſſet, ab Epiſcopis qui tantumdem Præſidi obtulerant, ne Phetionem conſecrare cogerentur, per ſortem electus fuit feria quarta poſt feſtum Reſurrectionis Dominicæ die 22. Aprilis anno Græcorum 1274. Hegiræ 352. Nam quatuor Epiſcoporum nomina in ſchedulis ſcripta erant, nempe Ebedjeſu hujus, & Georgii metropolitæ Gandiſapor, qui Iſraelis æmulus fuerat, & Georgii alterius metropolitæ Moſul, & Jeſu-Rachmæ ايشوعرحمه metropolitæ Beth-Garmæ. Auditor fuerat Naſichæ diſcipuli Barcephæ: inſtituitque, ut Symbolum Nicænum & Oratio Dominica, quæ ab iis qui intra cancellos Altaris & ab iis qui extra, alternatim per verſus canebantur, ſimul ab omnibus & uno tenore, more Jacobitarum, recitarentur. Obiit feria quarta, die 2. Junii, anno Hegiræ 376. Græcorum 1297. (*Chriſti* 986.) ætatis 88. quum Epiſcopos 134. ordinaſſet, anniſque 23. cum menſe diebuſque undecim ſediſſet. Amrus decem menſes ſuprà annos 23. ei attribuit: nimirùm lunari epocha uſus. Vacavit Sedes, eodem Amro teſte, annum cum menſibus octo diebuſque viginti. Imò, *menſes decem*, *dieſque quindecim*, ut mox patebit.

XXVII.

Joannes Damaſcenus, Maphrianus Jacobitarum. XXVII. JOANNES qui & ܕܝܢܪܐ ܒܪ ܝܫܘܥ *Dinara Bar-Jeſu*, parentibus Tagritenſibus Damaſci natus, ex Diacono Presbyter & Maphrianus ordinatus eſt à Joanne Sarighta Patriarcha in urbe Germanicia, quæ & Marhas, die 7. Auguſti anno Hegiræ 370. (Græcorum 1291. Chriſti 980.) Obiit Bagdadi die 18. Aprilis anno Græcorum 1299. quum annos ſeptem, menſeſque octo, & dies undecim (non *annos 6. cum menſibus* 6. ut ſcribit Bar-hebræus) ſediſſet. Cadaver Tagritum translatum, in Eccleſia Achudemæ conditum fuit. Vacavit Sedes tres circiter annos.

Mares Patriarcha Neſtorianorum. 62. MARES ܒܪ ܛܘܒܝܐ *Bar-Tobi*, in urbe Moſul natus, ejuſdem loci monaſterio præfectus, deinde Perſidis metropolita, Chaliphæ juſſu in Patriarcham ordinatus fuit Dominica ſexta Quadrageſimæ, die 20. (imò, 17.) Aprilis, anno Hegiræ 377. Græcorum 1298. (*Chriſti* 987.) à metropolitis Ananjeſu Gandiſapor, Georgio Moſul, Neſtorio Beth-Garmæ, Joanne Halavanæ, aliiſque ſeptemdecim Epiſcopis. Hic primus fuit, qui diploma Patriarchatus à Chalipha poſtulavit. Et quidem vir erat ſacræ eruditionis rituumque Eccleſiaſticorum omninò rudis: plurimos autem Archiepiſcopos, & Epiſcopos ordinavit, quos inter Salomonem ex Epiſcopo Zuabiæ metropolitam Perſidis inſtituit: Joſephum ex Epiſcopo Hirtæ metropolitam Baſſoræ: Jeſujabum ex Epiſcopo Hadathæ metropolitam Moſul: Sabarjeſu ex Epiſcopo Anbaræ metropolitam Gandiſapor: Abrahamum ex Epiſcopo Sciaharzur, metropolitam Baſſoræ poſt Joſephi obitum: Joannem ex Epiſcopo Senæ, metropolitam Perſidis poſt ejus loci Antiſtitis obitum: Jaballaham ex Epiſcopo Maaltæ, metropolitam Niſibis: Ebedjeſu ex Epiſcopo Aſpahan, metropolitam Maru: Joſue Vaſcetenſem Epiſcopum Caſcaræ: Eliam ex Epiſcopo Baladæ, metropolitam Bardaæ: Jeſujabum Guaſi filium ex Archidiacono metropolitam Damaſci: Abrahamum Adli filium monachum cœnobii Jonæ, metropolitam Haræ: Joannem Hirtæ Epiſcopum: Sabarjeſu Buazichæ Epiſcopum: Simeonem Sigaræ Epiſcopum: Eliam Anbaræ Epiſcopum: & Maraname Napharæ Epiſcopum. Obiit anno Hegiræ 390. Græcorum 1311. Sabbato, die 18. (imò 16. non 28. ut ſcribit Bar-hebræus) Decembris: qui erat annus Chriſti 999. quum annos duodecim menſeſque octo ſediſſet. Bar-hebræus & Amrus annos 14. ei attribuunt: lunares ſcilicet, eoſque incompletos. Cadaver in Ædibus Romæorum in loculo ad latus Altaris depoſitum. Vacavit Sedes annum unum.

Ananjeſu metropolita Gandiſapor. Georgius metropolita Moſul. Neſtorius metropolita Beth-Garmæ. Joannes metr. Halavanæ. Salomon metr. Perſidis. Joſeph metr. Baſſoræ. Jeſujab metr. Moſul. Sabarjeſu metropolita Gandiſapor. Abraham metropolita Baſſoræ. Joannes metr. Perſidis. Jaballaha metr. Niſibis. Ebedjeſu Maru. Joſue Ep. Caſcaræ. Elias Bardaæ. Jeſujab Damaſci. Abraham Haræ. Sabarjeſu Buazichæ. Simeon Sigaræ. Elias Anbaræ. Maraname Napharæ.

Ignatius Bar-Chichi Maphrianus Jacobitarum. XXVIII. IGNATIUS, qui & *Marcus* ܒܪ ܟܝܟܝ *Bar-Chichi*, ex Archidiacono Moſulanæ Tagritenſium Eccleſiæ in Maphrianum ab Athanaſio Salachenſi Patriarcha in cœnobio Bared die 19. Februarii anno Græcorum 1302. ordinatus, poſtquam annis 25. ſediſſet Epiſcopoſque quatuordecim creaſſet, in adulterio deprehenſus, Mahometanam ſectam Bagdadi amplexus eſt: cujus ſceleris pœnitentiam egiſſe fertur, ut ex Syriaco ejus carmine colligitur, cujus

Syriacum ejus Carmen.

initium: ܡܫܬܘܬܐ ܕܥܘܠܐ ܒܢܟܠ ܣܛܢܐ

ܟܪܙ ܒܫܘܠܗ : ܘܙܡܢ ܥܡܡܐ ܘܪܘܐ

ܘܠܫܪܒܬܐ ܟܠܗܝܢ ܕܠܫܢܐ :

*Iniquitatis convivium fraude ſua Diabolus paravit, ad quod nationes omnes genteſque vocavit invitavitque*: ubi hæc de ſuo lapſu: ܩܪܒ ܕܐܬܦܫܛ

ܚܘܪܐ ܘܫܘܬܦܐ ܘܡܠܟܐ ܕܢܦܫܗ .

ܘܟܠܗ ܡܠܟܐ ܘܫܪܐ ܒܫܘܬܦܐ

ܘܫܡܥܬ ܠܗ . ܟܪܒ ܠܗ ܫܡܫܐ

ܘܐܬܛܫܝܬ ܡܢ ܚܫܟܐ : ܘܩܒܠܬ

ܘܝܠܝ ܕܫܪܪܐ ܕܚܒ ܠܚܠܡܘܬܗ:

*Væ mihi, qui veritate relicta ſomnium dilexi. Somnium deficit, & veritas ſtat, meque condemnat. Sol juſtitiæ ex meis cogitationibus occidit, & nox turpitudinis ſuis me tenebris obvolvit*. Et paucis interjectis:

ܚܕܝ ܒܝ ܡܪܝ ܟܢܫܐ ܡܫܒܚܐ
ܕܫܡܝܢܐ: ܕܟܠܗܘܢ ܚܕܝܢ ܥܠ ܚܕ
ܚܛܝܐ ܕܬܐܒ ܘܡܬܚܢܢ:

*Lætifica in me Domine glorioſos Cœleſtium cœtus, qui ſimul gaudent ſuper uno peccatore pœnitentiam agente*. Anno Hegiræ 392. feria ſecunda hebdomadæ ſecundæ Quadrageſimæ Mahometani Eccleſiam Jacobitarum Bagdadi ſitam flammis devoverunt; direptis etiam Neſtorianorum ejuſdem urbis Eccleſiis cœnobiiſque. Anno 394. Ignatius Maphrianus Bagdadum petiit, ut eandem inſtauraret: ubi cùm à Jacobitis, tùm à Neſtorianis perhonorificè exceptus fuit: idque propter hominis eruditionem, & propter patruum ejus

Eccleſia Jacobitarum Bagdadi à Mahometanis incenditur.

Thomam ܒܙܙܐ *Bezzam* Petri filium, qui in ea civitate plurimum apud principes infideles pollebat. Quamobrem Joannes Neſtorianorum Patriarcha invidiâ motus, à Chalipha edictum procuravit, quo cavebatur:

ܕܩܐܬܘܠܝܩܐ ܕܢܣܛܘܪܝܢܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ
ܢܗܘܐ ܠܗ ܡܘܬܒܐ ܐܡܝܢܐ ܒܒܓܕܕ.
ܘܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܝܥܩܘܒܝܐ
ܒܬܓܪܝܬ ܢܬܒ. ܘܟܠ ܐܡܬܝ
ܕܣܢܝܩܐ ܠܒܓܕܕ: ܢܐܬܐ ܘܢܣܥܘܪ ܒܢܝ
ܥܡܗ ܘܢܗܦܘܟ ܠܒܝܬ ܡܘܬܒܗ.

*Ut ſolus Neſtorianorum Catholicus Sedem Bagdadi perpetuò figeret: Jacobitarum verò metropolita Tagriti ſederet: ſed quotieſcumque id neceſſitas poſtularet*, Bagdadum *peteret*, *ſuoſque populares viſitaret*, *deinde ad ſuam Sedem ſe reciperet*. Anno Hegiræ 398. die 19. menſis octavi, obiit Iſa Zaraæ filius, filii Iſaac, filii Marci, Philoſophus Jacobita Bagdadenſis: cujus extant libri quinque: ſex autem è Syriaco in Arabicum tranſtulit de Dialectica & Medicina: natus autem fuit Bagdadi menſe undecimo, anno Hegiræ 331. de quo vide ejuſdem Bar-hebræi hiſtoriam Dynaſtiarum pag. 222.

Iſa Zaraæ filius Jacobita.

63. Joannes Epiſcopus Senæ, deinde Metropolita Perſidis, poſt Maris obitum, ſubornato Behaddaule Scirazi principe, ab Epiſcopis ad id coactis in Catholicum Seleuciæ ordinatus eſt die 5. menſis duodecimi anno Hegiræ 391. hoc eſt, ut ſcribit Amrus, feria prima, die 26. Octobris, anno Græcorum 1313. (Chriſti 1001.) Obiit anno Hegiræ, ſecundùm Bar-hebræum, quadringenteſimo, paulò poſt feſtum Epiphaniæ: ſecundùm Amrum, tertio ſuprà quadringenteſimum, qui erat Græcorum 1324. (Chriſti 1012.) die 2. Decembris, feria tertia. Cadaver in Eccleſia Sedis conditum. Sub eo Turci Neſtorianam ſectam amplexi ſunt operâ Ebedjeſu Metropolitæ Maru, qui hæc apud Bar-hebræum ad Joannem Patriarcham ſcripſiſſe dicitur. ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ

Joannes Patriarcha Neſtorianorum.

Turci chriſtiana fide à Neſtorianis imbuuntur.

ܕܥܒܕܝܫܘܥ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܡܪܘ
ܚܙܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܩܘܪܩܣܝܢ ܐܬܝܒ
ܠܛܘܪܟܝܐ. ܘܡܠܟܐ ܘܟܡܐ ܘܡܠܟܘܬܐ
ܕܒܝܬܐ ܐܬܘܬ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܡܫܝܚܝܬܐ
ܘܒܥܘ ܡܢ ܕܡܠܟ ܕܢܗܘܐ
ܚܙܘ ܡܢ ܛܘܪܐ ܘܡܠܠ ܘܐܬܕܘܗ: ܕܢܦܠ
ܡܢ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ ܡܫܝܚܐ ܘܦܠܚ ܒܗܘܢ
ܘܠܐ ܐܘܪܚܐ ܕܢܐ ܡܫܘ ܘܦܩܕ ܐܢܐ ܠܟ
ܢܡܘܣ: ܐܢܐ ܠܟ ܒܝܬܡܐ ܫܡܝ
ܡܢ ܩܘܕܫܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܠܐ ܬܕܘܩܝܢ
ܐܢܫ ܕܫܡܫܐ: ܐܢܐ ܡܫܘܝܐ ܐܢܐ ܠܟ
ܘܠܐ ܠܡܕܒܪ ܘܠܓܠܐ. ܘܡܢ ܐܡܠܘܟ ܘܗܘܐ
ܐܡܪܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܡܫܢܐ: ܘܗܘܐ

ܘܐܦܘܗ

ܘܐܦܩܗ ܠܦܫܝܛܘܬܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܗܦܟ ܠܡܫܟܢܐ
ܠܡܫܟܢܘܗܝ : ܩܪܐ ܠܬܓܪ̈ܐ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ
ܕܬܡܢ ܗܘ̈ܘ ܘܫܐܠ ܐܢܘܢ ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܟܕ ܐܡܪܘ ܠܗ ܕܠܐ ܡܫܬܡܠܐ ܒܪܢܫܐ . ܘܗܘ ܕܝܢ
ܐܠܐ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ . ܠܐ ܡܫܬܡܠܐ ܒܪܢܫܐ .
ܘܢܣܒ ܡܢܗܘܢ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܘܗܘܐ ܡܣܓܕ
ܠܗ ܟܠܝܘܡ . ܘܗܫܐ ܫܕܪ ܠܘܬܝ
ܕܐܙܠ ܠܘܬܗ : ܐܘ ܐܫܕܪ ܠܗ ܟܗܢܐ
ܕܢܥܡܕܝܘܗܝ . ܘܥܠ ܨܘܡܐ ܫܐܠܢܝ ܘܐܡܪ
ܕܠܒܪ ܡܢ ܒܣܪܐ ܘܚܠܒܐ ܡܐܟܘܠܬܐ ܠܝܬ
ܠܢ : ܐܝܟܢܐ ܢܨܘܡ . ܘܐܡܪ ܕܐܝܬ
ܡܐܬܝܢ ܐܠܦܝܢ ܕܗܝܡܢܘ ܥܡܗ . ܘܟܬܒ
ܠܗ ܩܬܘܠܝܩܐ : ܕܢܫܕܪ ܬܪܝܢ ܩܫܝܫܐ
ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܢܣܒܘܢ ܥܡܗܘܢ ܬܘܩܢܐ ܕܡܕܒܚܐ
ܕܢܐܙܠܘܢ ܘܢܥܡܕܘܢ ܠܟܠܗܘܢ . ܘܢܠܦܘܢ
ܐܢܘܢ ܥܝܕ̈ܐ ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܘܒܨܘܡܐ ܡܪܝܐ
ܢܬܟܠܘܢ ܡܢ ܒܣܪܐ . ܘܚܠܒܐ ܒܠܚܘܕ
ܢܫܬܘܢ . ܐܢ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܨܘܡܐ ܠܐ
ܡܫܬܟܚܐ ܒܐܬܪܗܘܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ .
ܠܐ ܡܫܬܟܚܝܢ ܒܐܬܪܗܘܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ .

*Per idem tempus ſcripſit Ebedjeſu Metropolita Maru, unius ex civitatibus Choraſanæ ad Catholicum* Joannem *in hæc verba. Rex populi, qui Berita appellatur, hoc eſt, Turcorum interiorum Orientem inter & Septentrionem habitantium, quum in excelſo regionis ſuæ monte aliquando venaretur, in medium immenſæ nivis progreſſus, à via aberravit. Quumque ſalutis ſpem abjeciſſet, quemdam Sanctum in viſione ſibi apparentem vidit, hæc ad ipſum ajentem. Si credis in Chriſtum, ego tibi viam monſtrabo, ne hìc pereas. Promiſit Rex, ſe ovem in chriſtiano ovili futurum: ille verò dirigens eum, in planam viam reduxit. Reverſus itaque in ſua tabernacula, Chriſtianos mercatores inibi commorantes arceſſivit, de fide cum iis quærens. Quum verò ab iis accepiſſet, niſi Baptiſmo hominem perfici non poſſe, Evangelium quidem ab eiſdem accepit, cui cultum quotidie exhibet; nunc autem legatum ad me miſit, ut ipſum adirem, aut Sacerdotem deſtinarem, qui eum baptizaret. De Jejunio verò me interrogavit, inquiens: præter carnem & lac nullus nobis cibus ſuppetit: quomodo ergo jejunabimus? Demùm ſubjunxit: ad ducenta millia eos eſſe, qui cum ipſo credidere. Ad hæc Catholicus Metropolitæ ſic reſcripſit: ut ſcilicet duos Presbyteros Diaconoſque mitteret & cum ipſis paramenta Altaris, qui eò profecti, quotquot crediderant baptizarent, docerentque eos Ritus Chriſtianorum, utque in Jejunio dominico ab eſu carnis abſtinerent; permittentes eis ut lac dumtaxat biberent, ſiquidem cibi quadrageſimales in eorum regione, ut ajunt, non exſtant.* Turcorum Chriſtianorum mentio infrà occurret, ubi de Jaballaha Catholico, qui ex eadem gente genus duxit. Porrò de eodem Joanne Patriarcha ſubjungit Bar-hebræus, virum fuiſſe non modò ſectæ Jacobiticæ inimicum, ut ex dictis in Vita Ignatii Maphriani liquet; verùm etiam Neſtorianis ipſis odioſum, propterea quod Saporem diſcipulum ſuum flagitiis & impudicitiis addictum & ſæpè à Bagdadenſibus accuſatum, adduci nunquam potuit, ut reprehenderet aut damnaret; Neſtorium verò Beth-Garmæ metropolitam, qui eam Eccleſiam per annos quadraginta rexerat, à ſuo grege ſtatim ac delatus eſt, Epiſcopatu dejecit. Quamobrem Ali filius Iſæ qui & David Abul-Hoſain egregius ejus ſectæ medicus, cujus liber de medicina ܬܕܟܪܐ *Tadchara*, hoc eſt, *Memoriale* inſcriptum exſtat, Neſtoriana ſecta relicta, fidem Græcorum amplexus eſt. Florebant per id tempus Abu-Ali Haſanus Saheli filius, & Abulpharagius Abdalla

David Abulhoſain, qui & Ali filius Iſa, medicus.

Abu-Ali Haſanus.

Abulpharagius Benattibus.

la Ebn-attibus Presbyter, uterque Eccleſiaſtica eruditione & philoſophicis ſtudiis clarus.

Joannes Bar-Nazul Patriarcha Neſtorianorum.

64. JOANNES cognomento ܒܪ ܢܙܘܠ *Bar-Nazul*, vel, ut Amrus habet, filius *Nazuch* نازوك, Maaltæ natus, à Mare Tobi filio Epiſcopus Hirtæ ordinatus, poſt Joannis obitum in Patriarcham renunciatus eſt menſe quinto anni Hegiræ quadringenteſimi tertii, qui reſpondet menſi Novembri anni Græcorum 1324. Chriſti 1012. qui quidem annus in margine notatus legitur Syriaco ſermone apud Amrum his verbis:

ܘܒܫܢܬ ܝܘܢܝ̈ܐ ܐܠܦ ܘܥܣܪܝܢ

ܘܐܪܒܥ ܫܢܝ̈ܢ ܕܝܘܢܝ̈ܐ :

*anno Græcorum* 1024. verùm in corpore perperàm dicitur reſpondere *anno Hegiræ* 401. *feria quarta, die* 19. *Novembris*. Nam primùm annus Hegiræ 401. non anno Græcorum 1024. ſed anno 1021. inchoatus fuit die 14. Auguſti feria ſecunda: deinde eo anno dies 19. Novembris in Dominicam, non in feriam quartam incidit. Contrà anno Hegiræ 403. Græcorum 1324. dies 19. Novembris in feriam quartam competit.

Emmanuel Gandiſapor.

Manum ei impoſuit Emmanuel Metropolita Gandiſapor, præſentibus duobus aliis Metropolitis, ac duodecim Epiſcopis. Ipſe verò plures ea die Diaconos ordinavit, &

Gabriel Moſul.

Gabrielem ex Epiſcopo Arzunenſi Metropolitam Moſul creavit. Sed & Epiſcopos depoſitos dignitati ſuæ reſtituit, alioſque ex una Sede in alteram abſque ulla neceſſitate tranſtulit. Obiit juxta Barhebræum, Sabbato anno Hegiræ 411. die 9. Julii, hoc eſt, Græcor. 1331. Chriſti 1020. quum annos octo ſediſſet: ſecundùm Amrum, anno Hegiræ 410. Græcorum 1333. Sabbato die 28. Julii, quum ſeptem annos, decem menſes, dieſque viginti ſediſſet. Sed mendum in numeris eſt. Nam anno Hegiræ 410. neque annus Græcorum erat 1333. neque dies 28. Julii in Sabbatum incidit. Cadaver in Ædibus Romæorum ad dexteram Altaris conditum. Abulpharagio Benattibo amanuenſi uſus eſt, teſte Amro.

Jeſujab filius Ezechielis Patriarcha Neſtorianorum.

65. JESUIAB Ezechielis filius ex Schola Sancti Maris ad Epiſcopatum ܟܘܣܪܐ *Koſræ* evectus, ſub Alkadero Chalipha Patriarchatum invaſit Dominica tertia Annunciationis, ſeù Jejunii Nativitatis, anno Hegiræ 411. Manum ei impoſuere Metropolitæ Moſul, Beth-Garmæ, & Halavanæ, præſentibus duodecim Epiſcopis, legente ſuper eum Evangelium Epiſcopo Anbaræ. Obiit anno Hegiræ 416. menſe quarto, (hoc eſt, menſe Julio anni Chriſti 1025. Græcorum 1336. non 1338. ut perperàm ſcribit Amrus) quum annis quatuor menſibuſque ſex ſediſſet, in Eccleſia Sedis in Ædibus Romæorum ſepultus.

Elias I. Patriarcha Neſtorianorum.

66. ELIAS hujus appellationis primus, in oppido Gedan natus, Epiſcopus Tirhanæ, tertio ab obitu Jeſujabi anno, quum trium nomina in ſchedulis ſcripta eſſent, ejus nimirùm & Ezechielis Epiſcopi Naamaniæ النعمانية, & Abu-Saidi ابوسعيد archimandritæ cœnobii Eliæ, ſorte electus fuit Dominica tertia Apoſtolorum (hoc eſt, ſecunda poſt Pentecoſten) die 16. Junii anno Græcorum 1339. (Chriſti 1028.) qui erat menſis quintus anni Hegiræ 419. non dies ſeptima menſis tertii, ut apud Bar-hebræum legitur. Poſtquam Seleuciæ de more ordinatus eſt, Bagdadum ad Ædes Romæorum regreſſus, ibi Sedem fixit.

وعمل كتابا مقتصرا باجتماع الابا فيه قوانينا
في الفرايض والاحكام الدينية وعمل كتاب اخر
مقتصرا ايضا اثنان وعشرون بابا في اصول الدين
ووضع قدامى المذبح وهو الذى زاد في كاروزة الرمش
الطويلة على تذكار ابائنا واخوتنا وهو ايضا رتب
السجدة يوم الفنطيقوسطي وعملها ببيعة العتيقة.

*Scripſit libellum in Synodo Patrum*, (inquit Amrus) *Canones complectentem de Statutis & Judiciis*;

*Alte-*

*Alterum quoque libellum in capita 22. diviſum de fundamentis fidei. Sed & Dedicationem Altaris compoſuit: addiditque ad longiorem Veſperarum proclamationem, commemorationem Patrum & Fratrum noſtrorum. Denique Adorationem in die Pentecoſtes inſtituit, eandemque in Eccleſia vetere uſurpavit.* Vide Sobenſem de ejus ſcriptis pag. 112. & 118. Obiit Sabbato poſt Aſcenſionem Domini die 6. Maii, anno Hegiræ 440. Græcorum (juxta Amrum) 1360. (Chriſti 1049.) quum annos 21. ſediſſet. Cadaver in Ædibus Romæorum conditum. Sub eo deceſſerunt Elias Metropolita Niſibis auctor libri Seſſionum, & Abdalla Abulpharagius Benattibus Presbyter.

Elias Metrop. Niſibis.

Athanaſius, qui & Abdelmeſſias, Maphrianus Jacobitarum.

XXIX. ATHANASIUS, qui & *Abdelmeſſias*, Diaconus Edeſſenus, poſtquam Ignatius Maphrianus à Chriſtiana religione defecit, ab Orientalibus ad Joannem Abdonis filium Patriarcham adductus, Presbyter & Maphrianus ab eodem ordinatus eſt, antequam is Byzantium juſſu Nicephori Imperatoris traheretur; ideſt, ante annum Græcor. 1340. Dionyſium Patriarcham, qui & Haje, Joannis ſucceſſorem, profugum & Tagriti ſub ſpecie monachi latitantem perhumaniter excepit, & ab Epiſcopis, qui ejus ordinationem improbabant, proclamari curavit. Obiit anno Græcorum 1352. quum annis quatuordecim ſediſſet & Epiſcopos novem creaſſet.

Baſilius Maphrianus Jacobitarum.

XXX. BASILIUS Tagritenſis Cavadæ filius, ab Orientalibus Epiſcopis anno Græcorum 1357. quo Sedes Patriarchalis ejus ſectæ poſt Dionyſii obitum vacabat, in Maphrianum ordinatus eſt. Anno 1360. Occidentales Joannem qui & Theodorus, filium ſororis Joannis Abdon in Patriarcham elegerunt, Maphriano & Orientalibus ad Synodum minimè invitatis, propterea quod electionem Maphriani uſque ad Patriarchæ ordinationem differre noluiſſent. Joannes tamen Baſilium per literas ad concordiam vocare non deſtitit, donec Gozartæ habito ſimul colloquio pax Orientales inter & Occidentales inſtaurata eſt, confirmatumque quod antea definitum fuerat, ne ſcilicet Patriarcha ſine Maphriano, neve Maphrianus ſine Patriarcha ordinaretur. Baſilius verò quum annis 13. ſediſſet, obiit anno Græcorum 1370. Vacavit Sedes annis 6.

67. JOANNES, Targalo طرغلو Bagdadenſi patre natus, ab Elia Epiſcopus Koſræ renunciatus, poſt ejus obitum anno Hegiræ 441. Dominica tertia Annunciationis, ſeù Jejunii Nativitatis Domini in Patriarcham ordinatus eſt. Turcis primùm, deinde Choraſanitis Bagdadum invadentibus, in Dorkenam ſemel iterumque ſeceſſit: mox ad eandem urbem regreſſus, cellam Patriarchalem, quam Ædes Romæorum appellabant, à Barbaris direptam inſtauravit: ibique diem clauſit anno Hegiræ 449. Græcorum 1368. (Chriſti 1057.) quum ſeptem annis cum menſibus aliquot ſediſſet. Cadaver ibidem conditum. Vacavit Sedes annis 3.

Joannes Patriarcha Neſtorianorum.

68. SABARJESU cognomento زنبور *Zanbur*, Beth-Garmæ natus, e Schola S. Maris Metropolita Niſapor, ſeù ut Amrus ſcribit, Gandiſapor renunciatus, operâ Abuſaidi Aſpahanenſis in Patriarcham ordinatus eſt feria prima, die 23. (imò 25.) Auguſti, anno Græcorum 1373. Juxta Amrum, anno Græcorum 1374. Dominica tertia Æſtatis. Eadem die Machicham Salomonis filium Tirhanæ Epiſcopum inſtituit; Jaballaham verò ex Maaltæ Epiſcopatu ad Moſulanum Archiepiſcopatum evexit. Decrevit præterea, ut Metropolita Niſibis in electione Patriarchæ ſuffragium haberet: idque in gratiam Ebedjeſu Aredi filii ejus urbis Metropolitæ. Obiit anno Græcorum 1383. die 3. Aprilis: juxta Amrum, die 17. ejuſdem menſis: poſtquam annos decem ſediſſet. Cadaver in Ædibus Ro-

Sabarjeſu Patriarcha Neſtorianorum.

Machica Epiſ. Tirhanæ - Jaballaha Metrop. Moſul.

Ebedjeſu Metropolita Niſibis.

Romæorum ſepultum. Vacavit Sedes annis 2. cum menſibus ſeptem.

Ebedjeſu Patriarcha Neſtorianorum.

69. EBEDJESU Moſulanus, ܥܒܕܝܫܘܥ ܒܪ ܐܪܩܕܝ *Arcdi filius*, ex metropolita Niſibis in Patriarcham electus fuit anno Græcor. 1376. (*Chriſti* 1074.) die 23. Novembris feria prima, præſentibus Georgio metropolita Baſſoræ, Jaballaha metropolita Beth-Garmæ, & Abdelmeſſia metropolita Halavanæ. Machicham poſt Jaballahæ obitum ex Thiranæ Epiſcopo metropolitam Moſul conſtituit. Obiit anno Græcorum 1401. (*Chriſti* 1090.) die 2. Januarii, feria quarta, quum annis 15. ſediſſet: in Ædibus Romæorum Bagdadi ſepultus. Vacavit Sedes, juxta Bar-hebræum annis viginti: juxta Amrum, annis duobus. Sed Bar-hebræus fallitur, ut ex infrà dicendis patebit.

Georgius Metropolita Baſſoræ. Jaballaha Metropolita Beth-Garmæ. Abdelmeſſias Metrop. Halavanæ.

Joannes, qui & Saliba, Maphrianus Jacobitarum.

XXXI. JOANNES, qui & *Saliba*, monachus cœnobii S. Gabrielis, in pago Severino natus, ſexto ab obitu Baſilii anno, à Baſilio Patriarcha in cœnobio Cartaminenſi Maphrianus ordinatus eſt anno Græcor. 1386. Niſibenâ Diœceſi ad Primatum Orientis adjectâ, confirmatiſque pactis, ne ſcilicet Occidentales abſque Maphriani præſentia & conſenſu Patriarcham eligerent. Moſulanam in urbem profectus, Timotheum qui & Sogdes, metropolitam cœnobii S. Matthæi inſtituit. Mox Bagdadum, dein Tagritum, viſitandæ diœceſeos cauſâ, ſe contulit. Dionyſium Patriarcham, qui & Marcus Archimandrita cœnobii Bared, adversùs Abdonem Sedis invaſorem ſtrenuè adjuvit, effecitque, ut in cœnobio Zarnukæ quod apud Melitinam juxta fluvium ſitum eſt, uſque ad obitum ſecurus habitaret. Athanaſium quoque ejus ſucceſſorem, qui & Abulpharagius, Bagdadum deduxit, eique diploma Patriarchatus à Chalipha obtinuit. Anno Græcorum 1400. Tagritenſis Eccleſia, quæ Achudemæ appellatur, ab Arabibus direpta eſt. Quamobrem Joannes Tagrito Moſulum abiit, ibique in Eccleſia Sancti ܙܝܢܐ Zainæ annos undecim moratus eſt. Obiit anno Græcorum 1417. die 2. Martii, feria 6. quum ſediſſet annum unum ſuprà triginta. Cadaver in eadem Eccleſia conditum. Vacavit Sedes annis 6. cum menſibus quinque.

Timotheus Ep. cœnobii S. Matthæi.

70. MACHICHA Salomonis Bagdadenſis filius, Tirhanæ primùm Epiſcopus, deinde metropolita Moſul, demùm Patriarcha ordinatus eſt, juxta Amrum, anno Græcorum 1403. Dominica quarta poſt Reſurrectionem Domini; præſentibus Jeſujabo metropolita Niſibis, qui manum ei impoſuit, Marco metropolita Baſſoræ, & Joanne metropolita Halavanæ. Bar-hebræus Eliam Machichæ ſucceſſorem omittens, annos quidem quibus Machicha ſedit, vacationi Sedis tribuit; qui verò Eliæ debentur, eos ad Machicham perperàm refert. Quamobrem hunc inauguratum ſcribit anno Hegiræ 504. & obiiſſe anno 528. Porrò Machicha ſtatim atque Patriarchatum iniit, rixam habuit cum nonnullis Bagdadenſibus de Oratione Dominica. Nam Ebedjeſu ejus præceſſor inſtituerat, ut binis quibuſque Precibus oratio *Pater noſter* intermiſceretur. At Machicha antiqui Ritus tenax, omitti orationem Dominicam juſſit, & priſtinum morem ſervari. Quod filiis Vaſetenſis, primoribus Bagdadenſium Neſtorianorum, adeò diſplicuit, ut Patriarcham veluti hæreticum conviciis proſcindere palàm auſi ſint. Is verò edito de fide ſua libello, homines excommunicavit. Obiit juxta Amrum anno Græcorum 1421. Hegiræ 504. (non 502.) qui erat Chriſti 1110. quum ſediſſet annos 17. menſes quinque, dieſque quatuor. Cadaver in Eccleſia Deiparæ in Ædibus Romæorum ſepultum.

Machicha Patriarcha Neſtorianorum.

Jeſujab metropolita Niſibis. Marcus metropolita Baſſoræ. Joannes metr. Halavanæ.

71. ELIAS hujus appellationis ſecundus, Mokli Moſulani filius, ex metropolita Moſul & Adjabenæ, poſt Machichæ obitum in Patriarcham

Elias ſecundus, Patriarcha Neſtorianorum.

cham communibus ſuffragiis electus eſt Dominica tertia poſt Reſurrectionem Domini die 16. Aprilis, anno

Sabarjeſu metrop. Niſibis.
Joannes metr. Halavanæ.
Sabarjeſu Epiſ. Ocbaræ.
Joannes Epiſc. Koſræ.
Ebedjeſu Epiſ. Aſpahan.
Ebedjeſu Epiſ. Themanon.
Moyſes Epiſc. Adramæ.
Ananjeſu Epiſ. Beſtadaræ.
Ebedjeſu Epiſ. Urmiæ.

Græcorum 1422. Aderant Sabarjeſu metropolita Niſibis, qui manum ei impoſuit: Joannes metropolita Rajæ & Halavanæ: Sabarjeſu Epiſcopus Ocbaræ, qui Sedis cuſtos erat: Joannes Epiſcopus القصر والنهر وانات Koſræ & Naharvanæ: Ebedjeſu Epiſcopus Aſpahani: Ebedjeſu alter Epiſcopus ثمانون Themanon: Moyſes Epiſcopus ادرمه Adramæ: Ananjeſu Epiſcopus بشتدر Beſtadaræ: & Ebedjeſu Epiſcopus ارمى Urmiæ: nec non ingens multitudo Presbyterorum, Diaconorum, & principum

Aminaddaule.
Abulhaſanus.

laicorum, quos inter Archiatri Aminaddaule, & Abulhaſanus Hebetalla Saedi filius, cognomento Ebn-Tal-

Zacharias Ep. Anbaræ.
Sabarjeſu Epiſ. Caſcaræ.
Emmanuel Ep. Naamaniæ.

mid. Ordinavit Zachariam monachum cœnobii Saidi, Epiſcopum Anbaræ & هيت Haitæ: Sabarjeſu filium Abu-Hile Epiſcopum Caſcaræ & Vaſetæ: Emmanuelem cœnobii Patriarchalis archimandritam, Epiſcopum النعمانية والنيل وبادرايا Naamaniæ & Nili & Badrajæ: & Sa-

Sabarjeſu Epiſ. Beth-Bagas.
Thomas metr. Beth garmæ.
Joannes metr. Gandiſapor.

barjeſu monachum Epiſcopum Beth-Bagas: Thomam autem Gandiſaporis metropolitam ad Eccleſiam Beth-garmæ tranſtulit: & Joannem ex Halavana ad Gandiſapor: & Baladæ Epiſcopum ad Urmiam. Obiit anno Græcorum 1443. Sabbato, die 17. Octobris, quum ſediſſet annis 21. menſibus 7. & diebus 20. Cadaver

عند الباصلوت فى بيعة السيدة بدار الروم

*in Oratorio Eccleſiæ Deiparæ in Ædibus Romæorum* juxta Emmanuelem Catholicum conditum. Omittitur à Bar-hebræo, ut ſuprà notavi.

Dionyſius, qui & Moyſes, Maphrianus Jacobitarum.

XXXII. DIONYSIUS, qui & Moyſes monachus, ab Athanaſio Patriarcha anno Græcorum 1423. in Feſto Migrationis Deiparæ Maphrianus ordinatus, primus fuit, qui Fidei profeſſionem coram Patriarcha emiſit. A Sogde metropolita cœnobii S. Matthæi, & Abulpharagio Moſulano Presbytero, qui Abuſciacherum quendam Tagritenſem Presbyterum ad Maphriani dignitatem evehere nequidquam conati fuerant, Ninive, Niſibi, finitimiſque locis excedere coactus, Tagritum deſtructam urbem petiit, quam permiſſu Chaliphæ novis ædificiis ornavit. Mortuo Athanaſio, qui Matthæanos monachos cum ipſo conciliaverat, Joannem Maudianam Patriarcham in ejus locum ordinavit. Mox Hieroſolymam profectus, contentionem cum Mardenſi Epiſcopo habuit. Inde Gozartam Cardoam regreſſus, Turabdinenſi quodam ei urbi Epiſcopo præfecto, Niniven & cœnobium S. Matthæi adiit. Et Ni-

Zacchæus Epiſ. Arzuni.
Barbutela metropolita cœnobii S. Matthæi.

nives quidem Eccleſiam Zacchæus Arzuni Epiſcopus invaſerat. Barbutela verò cœnobii Archimandrita ſubornato Moſulano præſide Maphrianum compulit, ut ſe ejuſdem loci metropolitam inſtitueret. Per id tempus in locum Joannis Patriarchæ Joſue electus fuit, cui idem Maphrianus Amidæ manum impoſuit. Anno 1453. Bagdadum petiit, ubi ab Neſtorianorum Patriarcha Ebedjeſu perhumaniter exceptus, paucis poſt diebus obiit feria tertia, (imò, quarta) die 17. Junii, quum ſediſſet annis triginta, & Patriarchas duos, novemque Epiſcopos ordinaſſet. Cadaver Tagritum translatum, in Eccleſia S. Georgii ſub Altari Barſumæ, quod ipſe exſtruxerat, ſepultum. Anno Græcorum 1454. feria

Choſroës Presbyter Edeſſenus.

prima, die 13. Decembris obiit *Choſroës* Edeſſenus, Presbyter ac monachus cœnobii Behenam in Beth-Guba, qui Perſis in Syriam irrumpentibus, Maragam abductus, ibidem ſcriptioni librorum operam dedit: ܘܗܐ ܢܛܝܪܝܢ ܟܬܒܘܗܝ
ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ ܒܢܝܢܘܐ :

*Et ecce ejus libri*, ut inquit Barhebræus, *uſque in præſentem diem Ninive conſervantur*.

Barſuma Patriarcha Neſtorianorum.

71. BARSUMA in Zebedæa ditionis Niſibenæ loco natus, ex Epiſcopo Themanon poſt Eliæ obitum in Patriarcham ordinatus eſt feria prima,

ma, die 5. Auguſti, anno Græcorum 1445. Hegiræ 528. Joannes metropolita Niſibis manum ei impoſuit, præſentibus Joanne altero metropolita Moſul, Ebedjeſu metropolita Beth-Garmæ, cum octo Epiſcopis, quos inter Sabarjeſu Vaſetæ Epiſcopus munus Archidiaconi in ea ordinatione exercuit. Obiit Sabbato die undecima Januarii anno Græcorum 1447. Hegiræ 530. quum annum menſeſque quinque & dies viginti (imò ſex) ſediſſet. Cadaver Bagdadi in Eccleſia Sabarjeſu Catholici ſepultum. Ordinavit Joannem Sarchaſæ سرخس urbis in interioribus Orientis partibus Epiſcopum, de quo Jahia Sarchaſenſis apud Amrum Salomoni Geſlunenſi filio ſororis Sabarjeſu metropolitæ Caſgar كاشغر miraculum narrat ſanati ſigno crucis muti.

Joannes metr. Niſibis. Joannes metr. Moſul. Ebedjeſu metr. Beth-Garmæ. Sabarjeſu Epiſ. Vaſetæ. Joannes Epiſc. Sarchaſæ. Sabarjeſu metropolita Caſgar.

72. EBEDJESU Mokli Moſulani filius ex metropolita Beth-Garmæ Patriarcha ordinatus eſt feria prima die 13. Novembris anno Græcorum 1450. Hegiræ 533. (*Chriſti* 1138.) manum ei impoſuit Joannes metropolita Niſibis, præſentibus Joanne metropolita Moſul, Ebedjeſu metropolita Perſidis, cæteriſque Epiſcopis. Obiit feria 3. die 25. Novembris, anno Græcorum 1459. (*Chriſti* 1147.) quum annis 9. diebuſque 12. ſediſſet: in Eccleſia Deiparæ in Ædibus Romæorum ſepultus.

Ebedjeſu Patriarcha Neſtorianorum. Joannes metr. Niſibis. Joannes metr. Moſul. Ebedjeſu metr. Perſidis.

73. JESUJAB Baladenſis, Zebedeæ Inſulæ (ſeu Hirtæ, ut ſcribit Barhebræus) Epiſcopus, operâ Abumanſuri Archiatri Dominica ſecunda dedicationis Eccleſiæ anno Græcorum 1460. Hegiræ 542. (*Chriſti* 1148.) in Patriarcham ordinatus, metropolitas novem, Epiſcopoſque quadraginta conſecravit. Obiit nonagenariò major, Dominica poſt Aſcenſionem Domini die 25. Maii anno Græcorum 1486. Hegiræ 570. quum annos 26. menſeſque quinque ſediſſet: in Eccleſia Sabarjeſu, quæ سوق الثلثا *tertius vicus* ſeu *regio* appellatur, ſepultus. Sub eodem obiit Aminaddaule Ebn-Talmid: item martyrium paſſi ſunt Franci, quorum corpora in Eccleſia Sabarjeſu inter utrumque Chorum condita: denique eodem quo Jeſujabus anno mortui ſunt Mahometanorum Chalipha Judexque, nec non Daniel Judæorum Bagdadenſium princeps.

Jeſujab Patriarcha Neſtorianorum. Franci Martyres.

73. ELIAS hujus appellationis Tertius, cognomento ابو حليم *Abu-Halim*, Maipherkini natus, ex metropolita Niſibis in Patriarcham ordinatus eſt Dominica tertia poſt Epiphaniam anno Græcorum 1487. Hegiræ 571. manum ei impoſuit Joannes metropolita Gandiſapor. Ædes Romæorum & cœnobium S. Maris in Dor-Kena inſtauravit. Titum Kokenſis monaſterii præfectum, metropolitam Moſul & Adjabenæ creavit. Jaballaham verò ex Mardæ Epiſcopo metropolitam Niſibis inſtituit: Joannem ex Moſul Epiſcopo metropolitam همدان Hamdanæ: Joannem alterum ex Epiſcopo اخلاط Chalatæ, metropolitam Caſgaræ: Sabarjeſu denique Geſlunenſem ex Epiſcopo قيمر Kimaræ eidem Joanni defuncto metropolitam Caſgaræ ſubſtituit. Multa Syriacè & Arabicè ſcripſit, quorum Catalogum Sobenſis pag. 118. texit. Exſtant ejus Homiliæ Syriacæ to. I. Biblioth. Orient. p. 581. & 583. Arab. in Cod. Vat. 47. qui anno martyrum (imò *Hegiræ*) 959. ſub Simeone Patriarcha Orientis ſcriptus eſſe dicitur. Obiit feria 5. die 12. (non tertia, ut perperàm apud Bar-hebræum legitur) Aprilis, anno Græcorum 1501. Hegiræ 586. quum annum ætatis ageret ſexageſimum ſecundum cum menſibus duobus diebuſque ſeptemdecim. Sedit annos 14. menſes 2. dieſque 19. In Eccleſia Sabarjeſu juxta Jeſujabum Catholicum ſepultus.

Elias III. Patriarcha Neſtorianorum. Joan. metr. Gandiſapor. Titus metr. Moſul, & Adiab. Jaballaha metr. Niſibis. Joan. metr. Hamdanæ. Joan. metr. Caſgaræ. Sabarjeſu metrop. Caſgaræ.

XXXIII. IGNATIUS, qui & *Lazarus* Haſani Presbyteri Ebræ ܥܒܪܐ caſtri regionis Gubæ filius, monachus cœnobii Sergii, ab Athanaſio Bar-Chetre Patriarcha in cœnobio Aaron Sigaræ Maphrianus ordinatus

Ignatius qui & Lazarus Maphrianus Jacobitarum.

tus eſt anno Græcorum 1454. quum Arabici ſermonis ignorantiam ad vitandam eam dignitatem nequidquam allegaſſet. Melitinæ, Amidæ, Moſuli, in cœnobio S. Matthæi, & Bagdadi à Jacobitis, ab Ebedjeſu Neſtorianorum Patriarcha, & à Mahometanis Principibus perhonorificè exceptus, quum in Eccleſia S. Thomæ Bagdadi in loco quem *Muchul* ܡܘܩܘܠ vocant, tres Diaconos ordinaſſet, Tagritum repetiit, ubi Arabicam linguam brevi didicit. Anno 1463. Athanaſium Patriarcham in caſtro Zaidi commorantem adiit, rogaturus, ut cœnobium ſancti Matthæi, cujus metropolita per id tempus obierat, ad ſuam, hoc eſt, Maphriani juriſdictionem adjiceret: Niniven enim, cœnobium illud, & Tagritum urbem in unam Maphriani Diœceſim conjungi deſiderabat. Contrà Tagritenſes veriti, ne is in urbe Ninive, aut in cœnobio Sedem figeret, antiqua Eccleſiarum jura ſervari poſtulabant. Athanaſius inductum à Cyriaci Patriarchæ tempore morem, metropolitam ſcilicet Ninives Cœnobiique à Maphriano diverſum conſtituendi, infringi vetuit. Et hæc quidem Patriarchæ ſententia fuit. Ignatius verò nihil intentatum reliquit, ut conſilium ſuum ad exitum perduceret. Quum itaque ad Synodum à Joanne Mardæ Epiſcopo anno Græcorum 1464. convocatam acceſſiſſet, ejuſdem Joannis operâ, additis Moſulanæ urbis Præſidis mandatis, Ninivitas cœnobitaſque compulit, ut ſibi tamquam eorum metropolitæ obedientiam exhiberent. Atque ita Moſulanam Diœceſim, qua cœnobium & Ninive continebantur, Tagritenſi copulavit: quam poſteà unionem idem Athanaſius Patriarcha in Synodo anno 1466. in cœnobio Barſumæ coacta confirmavit, ut dictum eſt ſuprà pag. 362. Hic Bar-hebræus ordinem deſcribit, quo Matthæani cœnobitæ aliique ſubjecti oppidani Maphrianum excepere: quem ad ſua uſque tempora exactè obſervari teſtatur. Primùm, inquit, Ignatius in Cœnobium perrexit: deinde ſuperiorem Danielis pagum, quem ܒܝܬ ܕܢܝܐܝܠ ܥܠܝܬܐ Syri appellant, petiit: ubi mulam dono accepit: mox *Beth-Cudidam* ܒܝܬ ܟܘܕܝܕܐ demùm Bartelam ܒܪܛܠܝ. Anno 1466. Mahometani Gozartæ Cardoæ apud Oratorium Jacobitarum turrim cum fano ſectæ ſuæ excitarunt. Ignatius verò duo Oratoria extruxit: alterum in Bartela, Bagdadi apud Eccleſiam S. Thomæ alterum. Anno 1470. Abraham quidam Presbyter, qui repudiata uxore alteram duxerat, à Maphriano ſacerdotio dejectus, eundem apud Arabas Moſulanos accuſavit, quod Mahometanorum filias Chriſtianis viris matrimonio conjungi præciperet. Calumniam confirmare ſatagebat ex reſponſiva ejuſdem Maphriani epiſtola, qua Preſbyteris Tel-aphar pagi conſulentibus de filia cujuſdam Apoſtatæ, quam Chriſtiana mater fideli viro deſponſaverat, an in Eccleſia de more benedici deberet, nec ne; ipſe in hanc ſententiam reſcripſit: Niſi puella ſectam Mahometanam amplexa ſit, benedicatur. Moſulani puellam in carcerem detrudunt, mortemque comminantur, niſi ad patris ſectam tranſiret. Maphrianum præterea exquiſitis ſuppliciis afficiunt, quod talia adversùs Mahometanos conſuluiſſet. Quadrageſimo die quum infelix ille Presbyter ſubitanea morte periiſſet, uterque liber è carcere dimittitur; & Puella quidem Hieroſolymam profecta, monaſticum habitum induit: Maphrianus verò Niniven ſe recepit, cujus incolæ Jacobitæ tercentum denarios Præſidi pro ejus redemptione perſolverant. ܘܫܠܡܘܗܝ ܕܢܫܐ ܗܘܬ ܡܬܩܒܪܐ ܠܥܕܬܐ ܒܢܫܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܫܠܡ ܩܢܘܡܐ ܕܝܢ ܥܡܪܐ ܠܕܝܪܐ.

ܘܠܗ ܡܐܡܪܐ ܐܚܪܢܐ ܡܥܠܝܐ ܒܩܠܐ ܕܡܪܝ ܒܠܝ ܕܒܫܢܐ ܘܕܘܪܫ ܐܦܪܝܡ ܘܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ.

*Qua de re*, (inquit Barhebræus) *elegantiſſimum carmen metro Mar Balæi edidit Mar Michaël magnus Patriarcha: aliaque duo carmina religioſiſſimus Jacobus Barſalibi, alterum ſcilicet metro Mar Ephræm, metro Mar Jacobi alterum.* Anno 1472. idem Maphrianus à Gemaleddino Moſuli Viziro ad Georgium Iberorum Regem allegatus fuit pro redemptione captivorum Mahometanorum, quos ille è ditione Arabum abduxerat. Anno 1475. quum cœnobium Barſumæ peteret, apud Anchalum ܐܢܫܠ regionis Niſibenæ vicum feria 5. die 14. Junii deceſſit. Cadaver cum cimeliis in cœnobium Ananiæ à diſcipulis deportatum fuit. Sedit annum unum ſupra viginti.

Joannes Sarugenſis, Maphrianus Jacobitarum.

XXXIV. JOANNES SARUGENSIS, cœnobii Jacobi in monte Edeſſæ inſtaurator & archimandrita, anno Græcorum 1476. die 6. Novembris, feriâ 6. ab Athanaſio Barchetre Maphrianus ordinatus, anno 1478. Michaeli Patriarchæ, qui Athanaſium excepit, manum impoſuit. Eodem anno mortuo Timotheo Arabum Epiſcopo, Abujaſerum monachum, ejuſque diſcipulum Rahedum Epiſcopos inſtituit: & huic quidem diœceſim ܘܕܝܪܐ ܕܥܪܒܝܐ ܘܒܠܕ ܘܕܝܪܐ ܘܕܡܥܠܩ Arabum, & Baladæ, & cœnobii Moallak attribuit, impoſito ei Joannis nomine; Abujaſero verò ܠܬܠܥܦܪ ܘܐܒܘܡܪܝܡ Tel-Aphar, & Abu-Mariæ. Anno 1482. quum Noraddinus Zanghæus Damaſci dominus in urbe Moſul moraretur, Curdi in cœnobium ſancti Matthæi invaſere, Matthæo archimandrita & Denha Incluſo interfectis. Anno ſequenti Arabes Gozartæ Cardoæ, productis falſis inſtrumentis, cœnobium apud eam urbem ſitum uſurparunt, Baſilio ܡܪܩܝܢܐ *Marciano* ejuſdem loci Epiſcopo in carcerem detruſo. Gaziræi Jacobitæ Epiſcopum ſuum ſoluto pretio è carcere ſolvi, cœnobiumque ſibi reſtitui curarunt.

Timotheus Epiſ. Arabum. Abujaſerus Ep. Tel-Aphar. Joannes Rahedus Epiſ. Arabum.

Baſilius Marcianus Epiſc Gozartæ Cardoæ.

Anno 1489. diſſidium Maphrianum inter & Patriarcham Michaelem ortum eſt propter Haſſaſſinitas, qui à Cyriaci Patriarchæ ævo propter illa Liturgiæ verba, *Panem cœleſtem frangimus*, ab Eccleſia Jacobitica ſeparati fuerant, & ſub Joanne Maphriano reconciliari poſtulabant. Quum enim ii Michaelem adiiſſent, rogarunt, ut Epiſcopum ſibi ordinaret. Et quamvis Michaël poſtulata eorum rejeciſſet, inquiens, eos ſub Maphriani poteſtate conſtitutos Epiſcopo minimè indigere; Maphrianus tamen ægrè ferens, quod ad Patriarcham confugiſſent, palam & ubique eos ſuſceptoreſque eorum anathematizare cœpit. Michael miſſis ad Joannem duobus monachis, hominem reprehendit, quod talia in Haſſaſſinitas effutiret. Cyriacus, ajebat, & Dionyſius Telmaharenſis omnem operam adhibuere, ut eos conciliarent, nec tamen potuere: tu verò volentes repellis, & accedentes rejicis. Joannes verò non modò in ſua pertinacia perſtitit, verùm & legatos Patriarchæ malè habuit: adeò ut apertum etiam ſchiſma moliretur. Quod quum ejus Diœceſani acriter reprehendiſſent, eique ut Patriarchæ ſubjaceret ſuaſiſſent, is Michaëlem adire veniamque ab eo petere propoſuit. At Michaël rem in Synodo definiendam affirmans, Maphrianum in conſpectum ſuum admittere noluit. Coacta itaque in cœnobio Barſumæ Synodo Maphrianus cum ſuis Epiſcopis adſuit, datoque chirographo ſubjectionem Patriarchæ promiſit: atque ita cum eo reconciliatus fuit uſque ad annum Græcorum 1499. quo abdicata ſponte dignitate in cœnobium montis Edeſſæ ſe contulit. Sed paulò poſt muta-

Diſſidium propter Haſſaſſinitas.

ta

ta ſententia, eundem Patriarcham rogavit, ut ſuam ſibi dignitatem reſtitueret: qua recuperata, Niniven petiit: quumque ſuper tectum magnæ Eccleſiæ Beth-Cudidæ aliquando dormiret, inde lapſus, periit menſe Auguſto anni Græcor. 1499. Hegiræ 584. (Id factum anno ſequenti narratur ab eodem Bar-hebræo in 2. Par. hujus Chronici, ut dixi pag. 368.) Cadaver ad cœnobium S. Matthæi translatum. Sedit annos 45.

Jaballaha Patriarcha Neſtorianorum.

74. JABALLAHA hujus nominis Secundus, Kajumæ Moſulani filius, Maipheractæ primùm Epiſcopus, deinde Metropolita Niſibis, demùm poſt Eliæ tertii obitum Sedem Patriarchalem invaſit recepto in ſe ſeptem millium aureorum tributo Principi Bagdadenſi quotannis ſolvendo. Ordinatus eſt Dominica tertia Apoſtolorum, hoc eſt, poſt Pentecoſten, anno Græcorum 1501. Manum ei impoſuit Elias metropolita Beth-Garmæ. Ædibus Romæorum relictis, ubi præceſſores Bagdadi habitare conſueverant, Sedem fixit in Eccleſia B. Mariæ, quæ Syris ܒܫܘܩܐ ܬܠܝܬܝܐ *in tertio vico*, Arabibus العقبة *Alukaba* appellatur: ibique obiit ſepultuſque fuit feria 2. die 31. Januarii anno Græcor. 1533. Hegiræ 618. die 16. menſis undecimi, poſtquam annos 31 menſeſque ſeptem ſediſſet. Ordinavit Metropolitas 18. & Epiſcopos 37. Sub eo martyrium ſubiit, Amro teſte, Ebedjeſu cognomento ابو الغنايم Abulganajem, feria 6. die 20. Decembris anno Græcor. 1518. Hegiræ 604. die 27. Gemadi prioris.

Elias metrop. Beth-Garmæ.

Ebedjeſu Abulganajem.

Sabarjeſu Patriarcha Neſtorianorum.

75. SABARJESU Jaballahæ ex fratre nepos, ab eodem Nuhadræ Epiſcopus, deinde Hazæ (*hoc eſt, Adiabenæ*) & Arbelæ Metropolita ordinatus, in Patriarcham conſecratus eſt feria prima, die 31. Julii anno Græcorum 1533. præſentibus Ebedjeſu metropolita Gandiſapor, Salomone [1] metropolita Baſſoræ, Joſepho metropolita Moſul, Sabarjeſu filio Meſſiæ metropolita Dokukæ, Jeſujabo Malchonis metropolita Niſibis, Elia Sciariti Epiſcopo Ocbaræ, & Narſete Epiſcopo Tirhanæ. Obiit feria 2. die 15. Junii anno Græcorum 536. Hegiræ 622. die 8. menſis ſexti, in Eccleſia Akabæ ſepultus: quum annos 2. menſes 10. dieſque 18. ſediſſet.

Ebedjeſu metrop. Gandiſapor.

[1] Salomon metrop. Baſſoræ.

Joſeph metrop. Moſul.

Sabarjeſu metrop. Dokukæ.

Jeſujab metr. Niſibis.

Elias Epiſcop. Ocbaræ.

Narſes Epiſc. Tirhanæ.

76. SABARJESU, Meſſia patre Bagdadenſi natus, ex metropolita Dokukæ & Beth-Garmæ in Patriarcham ordinatus fuit Dominicâ in Albis die 26. Aprilis anno Græcorum 1537. Hegiræ 623. die 12. menſis 4. Obiit Sabbato die 20. Maii anno Græcorum 1567. Hegiræ 654. die 23. Rabii poſterioris: quum ſediſſet annos 30. cum diebus 20. Cadaver in Eccleſia SS. Sergii & Bacchi ſepultum.

Sabarjeſu Meſſiæ fil. Patriarcha Neſtorianorum.

XXXV. GREGORIUS, qui & Jacobus, Michaëlis Patriarchæ ex fratre nepos, inſcius Orientalibus Dominica poſt Epiphaniam anno Græcorum 1500. ab eodem Michaële Maphrianus in locum Joannis Sarugenſis ordinatus, ſoluta ingenti pecuniæ ſumma ab infideli Moſul principe vix obtinuit, ut Sigaræ, Chaboræ, & Niſibi præeſſet. Nam Matthæani cœnobitæ cum Ninivitis, Moſulanis & Tagritenſibus convenerant, ut *Charimum Maſcæ filium* ܟܪܝܡ ܒܪ ܡܫܩܐ cœnobii S. Matthæi monachum ex urbe Tagrito oriundum à quatuor Epiſcopis Orientalibus, Ignatio ſcilicet, qui & Gabriel Joannis Epiſcopo Urmiæ ܐܘܪܡܝ in Adorbigana, Joanne qui & Rahed Epiſcopo Arabum, Saliba Epiſcopo ejuſdem cœnobii, & Baſilio qui & Matthæus,

Gregorius qui & Jacobus, Maphrianus Jacobitarum.

Ignatius Epiſc. Urmiæ.

Joannes Epiſc. Arabum.

Saliba Epiſc. cœnobii S. Matthæi.

Baſilius Epiſc. Bagdad.

N O T A.

1 *Salomone*. Ejus ſcripta recenſet Sobenſis in Catalogo pag. 121. iſque eſt, ex quo ſeriem Patriarcharum Chaldæorum deſcripſi pag. 387.

thæus, Epiſcopo Bagdadi, in Maphrianum eligi & ad Patriarcham conſecrationis cauſa adduci curarent. Quum autem Gregorium à patruo ordinatum accepiſſent, oblata Moſulano Præſidi duplo majori quam is dederat, pecunia, ei quidem ingreſſum urbis Moſul Niniveſque & Cœnobii interdixere; Charimum verò in cœnobio Sancti Matthæi Sabbato ante Dominicam Palmarum ejuſdem anni Græcorum 1500. Hegiræ 585. Maphrianum ordinarunt, impoſito Dionyſii nomine. At Gregorius annuum tributum duorum millium aureorum in ſe recipiens, Dionyſium anno Hegiræ 586. feria 2. die 10. menſis ſexti in carcerem detruſum, vigeſimo tertio poſt die veſtibus Pontificiis in Eccleſia Moſul exui, deinde in regionem Maipheractæ & Hatachæ relegari fecit: atque ita quum totum ſibi Orientem ſubjeciſſet, fratremque ſuum JoſueLabeonem poſt Michaëlis Magni obitum Patriarcham Occidenti præfeciſſet, obiit in Hael caſtro montis Sigaræ die 12. Octobris anno Græcorum 1526. Cadaver in cœnobium S. Matthæi translatum. Ædificavit cellam Maphriani apud majorem Bartelæ Eccleſiam. Ejus & Dionyſii cauſa ſchiſma in Oriente duravit uſque ad utriuſque obitum. Dionyſius autem obiit die 24. Decembris anno Græcorum 1515. Hegiræ 600. in majori Maipheractæ Eccleſia ſepultus.

Dionyſius, qui & Charimus Maſeæ fil. Maphrianus Jacobitarum.

XXXVI. IGNATIUS, qui & *David* monachus, diſcipulus Barſumæ cognomento *Taphſis*, anno Græcorum 1526. quum Michaël junior Patriarcha qui & Joſue Labeo, & Gregorius Maphrianus ejus frater obiiſſent, à Joanne Patriarcha, qui & Joſue Scriba, in Maphrianum ordinatus die 27. Julii ejuſdem anni urbem Moſul ingreſſus eſt. Tertio poſt anno Tagritum petiit, Jacobitas ejus urbis inviſurus: à quibus cum incredibis lætitiæ ſignificatione exceptus eſt, Evangelia cruceſque præferentibus hymnoſque Syriacè atque Arabicè concinentibus. Quod quum Mahometani ægrè ferrent, Maphrianus quidem juſſu Chaliphæ Bagdadenſis in carcerem conjectus fuit; Tagritenſes verò multam viginti millium aureorum perſolverunt. Tagrito aufugiens, Niniven regreditur, ubi à Simeone Bartelæ principe exagitatus, Chaboram pergit, deinde in cœnobium Barſumæ, Joannem Patriarcham ſalutaturus, à quo Melitinæ urbis Epiſcopatu auctus, ad biennium ibi moratus eſt, donec Joannes in vivis fuit. Mortuo autem Joanne anno Græcorum 1553. ipſe Ignatius in Patriarcham electus fuit, ut dixi à pag. 371. quod tùm primùm contigit, ut Maphrianus ſcilicet Orientalium ad dignitatem Patriarchæ Occidentalium eveheretur.

Ignatius, qui & David, Maphrianus Jacobitarum.

XXXVII. DIONYSIUS, qui & *Saliba* Capharſaltenſis, ab eodem Ignatio ſtatim atque in Patriarcham renunciatus eſt, ex Epiſcopo Gozartæ Maphrianus ordinatus, quum anno Græcorum 1542. adversùs Curdos in terram Capharſaltenſium invadentes armatus procederet, lanceà confoſſus menſe Septembri occubuit. Cadaver in eodem loco ſepultum.

Dionyſius, qui & Saliba Maphrianus Jacobitarum.

XXXVIII. JOANNES, qui & *Aaron Bar-Maadani*, ex metropolita Mardæ ab Ignatio Patriarcha Maphrianus Tagriti Orientiſque anno Græcorum 1543. ordinatus, quum in urbe Ninive ad quinquennium manſiſſet, Bagdadum petiit anno 1548. ubi Carmen Syriacum metro dodecaſyllabo de S. Aaron compoſuit. Anno 1554. die 3. Auguſti Joſephum Mardenſem monachum Epiſcopum Gozartæ Cardoæ inſtituit, impoſito Gregorii nomine. Anno ſequenti à Moſulanis & Ninivitis invitatus, poſt ſuſceptam Hieroſolymitanam peregrinationem, ægrè tandem adduci potuit, ut ad eos reditum faceret. Præfuit Orienti ad viginti annos. Anno 1564. poſt obitum Ignatii adversùs Dionyſium cognomento Angur Patriarcha renuncia-

Joannes, qui & Aaron Bar-Maadani Maphrianus Jacobitarum.

Greg. qui & Joſeph Epiſc. Gozartæ.

Saliba Ep. Alephi.

ciatus eſt, operâ Salibæ metropolitæ Alepi, ut dixi pag. 377. ſeditque uſque ad annum 1574. quo deceſſit. Ejus temporibus claruere Bagdadi Archiatri fratres, Thomæ filii, Sciamſoddaule, Tagiddaule, & Fechroddaule, qui Athanaſium Simeonem Bar-ſummana Epiſcopum Bagdadi, Joannis Maphriani æmulum, excedere urbe coëgerunt & in Hadatha oppido dies claudere. Floruit & Jacobus, qui & Severus ܒܪ ܫܟܟܘ *Bar-Sciacco*, aliàs ܒܪ ܥܣܘ Bar-Eſau, Epiſcopus in cœnobio S. Matthæi, qui ſub Joanne Barzugbi monacho Neſtoriano cœnobii Beth-Koke regionis Arbelæ, Grammaticam & partem Dialecticæ didicit; ſub Camaloddino autem Jonæ filio Philoſopho Moſulano Philoſophica Arabum Scriptorum opera evolvit: Scripſitque librum, cui *Dialogi* titulum fecit, ſed & alia plura opera, quæ in Moſulani Præſidis poteſtatem venerunt. Obiit autem anno Græcorum 1542. quum ad Ignatium Patriarcham proficiſceretur: nimirùm paulò poſtquam librum Theſaurorum, de quo dixi pag. 237. abſolviſſet. Cadaver ad cœnobium S. Matthæi translatum.

Athanaſius Bar-Summana, Ep. Bagdad.

Jacobus, qui & Severus, Epiſc. cœnobii Sancti Matthæi.

Joannes Zugbi Neſtorianus.

Ignatius, qui & Saliba Edeſſenus, Maphrianus Jacobitarum.

XXXIX. IGNATIUS, qui & *Saliba* Edeſſenus, Gregorii Bar-hebræi condiſcipulus, anno 1557. Epiſcopus Alepi, aſſumpto Baſilii nomine conſecratus, Joannem Bar-maadani adversùs Dionyſium Angur in Patriarcham inaugurari curavit anno 1564. à quo viciſſim Maphrianus Orientis proclamatus fuit, impoſito Ignatii nomine, ut dixi p. 377. Anno 1569. quum Dionyſius operâ Barhebræi in Syria Patriarchalem dignitatem recuperaſſet, ipſe Saliba Tripolim ſecedens, ibidem obiit feria 4. die 12. Junii ejuſdem anni. Vacavit Sedes ad ſexennium. Anno 1573. invadentibus in Aſſyriam Mogulorum copiis, ex urbibus Moſul, Ninive, adiacentibuſque locis ingens Jacobitarum multitudo Arbelam ſe recepit, ubi operâ Denhæ Neſtorianorum ejuſdem loci metropolitæ Eccleſia ſub nomine S. Behenami cum Epiſcopio & monachorum hoſpitio excitata eſt.

Jacobitarum Colonia Arbelæ.

Machicha Neſtorianorum Patriarcha.

77. MACHICHA in *Gugabad* جوغباد ditionis Niſibenæ loco natus, ex Metropolita Niſibis in Patriarcham ordinatus eſt Dominica quinta Quadrageſimæ anno Græcor. 1568. Adfuerunt ordinationi Elias metropolita Gandiſapor, ſeù Elamitidis, & Denha metropolita Arbelæ, qui competitores ejus fuerant: nec non Ebedjeſu metropolita Moſul: Emmanuel Epiſcopus Arzuni: Joannes Epiſcopus Maipherkin: Elias Epiſcopus Heſnæ: Simeon Epiſcopus دشت Deſtæ: Gabriel Epiſcopus Haphton حفتون: Maraname Epiſcopus بادارون Beth-Daronæ: Jeſujab Epiſcopus Nuhadræ: Jaballaha Epiſcopus Suſæ شوش: Jeſujab Epiſcopus حظيرة Chadiræ, qui Archidiaconi munere functus eſt: & Simeon Epiſcopus Buazichæ. Anno poſt Hulachus Mogulorum Tartarorumque Rex devicto Chalipha Bagdadum expugnavit feria 2. die 4. Februarii anno Græcorum 1569. Hagiræ 656. die 28. Moharrami: qui Machichæ ad habitandum Ædes Chaliphæ dedit, quas دار الدويدار *ædes Duidari* appellant: in quibus novam is Eccleſiam exſtruxit. Obiit autem Sabbato poſt Dominicam in Albis die 18. Aprilis anno Græcorum 1576. Exequias celebrarunt Simeon metropolita Moſul, Emmanuel Epiſcopus Tirhanæ, Brichjeſu Epiſcopus Vaſetæ الواسط, Joannes Epiſcopus Suſæ, Joannes Epiſcopus كمول Camulæ, unàcum Presbyteris & populo Bagdadenſi. Cadaver die ſequenti in nova Eccleſia in Ædibus Duidari conditum.

Elias metrop. Gandiſapor.
Denha metrop. Arbelæ.
Ebedjeſu metrop. Moſul.
Emmanuel Ep. Arzuni.
Joannes Epiſc. Maipherkin.
Elias Ep. Heſnæ.
Simeon Epiſc. Deſtæ.
Gabriel Epiſc. Haphton.
Maraname Ep. Beth-Daronæ.
Jeſujab Epiſc. Nuhadræ.
Jaballaha Epiſ. Suſæ.
Jeſujab Epiſc. Chadiræ.
Simeon Epiſc. Buazichæ.

Simeon metr. Moſul.
Emmanuel Ep. Tirhanæ.
Brichjeſu Epiſ. Vaſetæ.
Joannes Epiſc. Suſæ.
Joannes Epiſc. Camulæ.

Denha Patriarcha Neſtorianorum.

78. DENHA ex oppido, quod رستاق *Roſtakum* appellant, metropolita Arbelæ, Hazæ, & هودون Hodonæ, ſeptimo poſt obitum Machichæ menſe in Patriarcham ordinatus eſt Dominica tertia conſecrationis Eccleſiæ die 15. Novembris anno Græco-

Elias metrop. Gandiſap. Simeon metr. Moſul. Elias metrop. Beth-Garmæ. Joannes metr. Adorbiganæ. Emmanuel Ep. Tirhanæ. Brichjeſu Epiſ. Buazichæ. Saliba-Zacha Epiſ. Chalatæ. Brichjeſu Epiſ. Vaſetæ. Joannes Epiſc. Camulæ. Jeſu-denah Ep. Mardæ. Maraname Ep. Beth-Dial. Jeſu-Zacha Ep. Bagas. Ebedjeſu Epiſ. Maaltæ. MelechjeſuEp. Nuhadræ. Simeon Epiſc. Telę &c. Matthęus Ep. Daſenę.

corum 1577. Adfuere Elias metropolita Gandiſapor, qui ipſum ordinavit: Simeon metropolita Moſul, Elias metropolita Beth-Garmæ: Joannes metropolita Adorbiganæ: Emmanuel Epiſcopus Tirhanæ, qui Archidiaconi munus geſſit: Brich-jeſu Epiſcopus Buazichæ: Saliba-Zacha Epiſcopus اخلاط Chalatæ: Brichjeſu Epiſcopus Vaſetæ: Joannes Epiſcopus Camulæ: Jeſu-denah Epiſcopus Mardæ: Maraname Epiſcopus باديل Beth-Dial: Jeſuzacha Epiſcopus Bagas: Ebedjeſu Epiſcopus Maaltæ: Melech-jeſu Epiſcopus Nuhadræ: Simeon Epiſcopus التل وبربري Telæ & Barbariæ: & Matthæus Epiſcopus داسن Daſenæ. Habitavit in Ædibus Chaliphæ ad Tigrim ſitis, quas Hulachus Machichæ conceſſerat. Obiit feria 2. ineunte Jejunio Quadrageſimæ, die 24. Februarii, anno Græcorum 1592. quum ſediſſet annos 16. menſeſque tres. Cadaver in nova Eccleſia in Ædibus Chaliphæ apud Machicham conditum: unde poſteà menſe Martio anno Græcorum 1607. Hegiræ 695. die 24. Rabii poſterioris, feria 5. quum Mahometani Chriſtianos ex Ædibus Chaliphæ ejeciſſent, ad Eccleſiam سوق الثلثة *vici tertii* nuncupatam, unàcum corpore Machichæ translatum eſt, ibique feria ſexta conditum. Vacavit Sedes menſes octo. De eo vide quæ ex Bar-hebræo recitavi pag. 251. 255. & 257.

Jaballaha Patriarcha Neſtorianorum.

79. JABALLAHA ex genere Turcorum in regione الخطا Catajæ natus, metropolita تنكت Tanchet, octavo poſt Denhæ obitum menſe operâ Aſuti Ameræ juſſuque Abakæ Tartarorum Regis in Patriarcham inauguratus eſt die Dominica Octobris, cujus Antiphona ܢܥܘܠ ܒܬܘܕܝܬܐ *ingrediamur in confeſſione*, anno Græcorum 1593. Adſuere Maraname metropolita Gandiſapor, qui eum ordinavit: Jeſu-Zacha metropolita Niſibis: Moyſes metropolita Arbelæ: Gabriel metropolita Moſul: Elias metropolita Beth-Garmæ: Abraham metropolita Hieruſalem: Jeſu-Sabran metropolita Tanchet: Brichjeſu Epiſcopus Tirhanæ, qui Archidiaconi munere functus eſt: Ananjeſu Epiſcopus Chalatæ: Simeon Epiſcopus Baladæ, & جصلونه Geslunæ: Jeſudenah Epiſcopus Maipherkin: Georgius Epiſcopus Maaltæ: Simeon Epiſcopus Telæ & Barbariæ: Saliba-Zacha Epiſcopus Beth-Daronæ: Joſeph Epiſcopus سلماس Salmaſæ: Gabriel Epiſcopus Roſtakæ: Abraham Epiſcopus اشنو Aſnochæ: Matthæus Epiſcopus Daſenæ: Joannes Epiſcopus Suſæ: Emmanuel Epiſcopus Heſnæ: Simeon Epiſcopus Arzuni: & Cyriacus Epiſcopus سقطرا Socotoræ. Obiit Sabbato exeunte, ante Dominicam tertiam conſecrationis Eccleſiæ, die 13. Novembris, anno Græcorum 1629. Hegiræ 717. die 7. menſis Romadani, quum annos 37. ſediſſet. Cadaver in Eccleſia S. Joannis, quam is ædificaverat, conditum: inde ad monaſterium S. Michaëlis in regione Arbelæ translatum, poſtquam Mahometani Eccleſiam illam cum contiguo cœnobio occupaſſent. Vacavit Sedes menſibus 3. & diebus 8. Exſtruxit amplum cœnobium apud Maragam urbem: viditque octo Mogulenſium Reges: nimirùm Abakam, Achmedem, Argonem, Chichatum, Bajedum, Kazanum, Charabandam, & Abu-Saidum hujus filium. Sub eo claruit Ebedjeſu metropolita Sobæ, & Armeniæ, Catalogi auctor, qui eidem Jaballahæ librum *Margaritarum* nuncupavit.

Maraname metrop. Gandiſap. Jeſu-Zacha metr. Niſibis. Moyſes metr. Arbelę. Gabriel metr. Moſul. Elias metrop. Beth-Garmę. Abraham metrop. Hieruſalem. Jeſu-Sabran metr. Tanchet. Brichjeſu Epiſ. Tirhanę. Ananjeſu Epiſ. Chalatę. Simeon Epiſc. Baladę & Geſlunæ. Jeſudenah Ep. Maipherkin. Georgius Epiſ. Maaltæ. Simeon Epiſc. Telæ & Barbariæ. Saliba-Zacha Epiſcop Beth-Daronæ. Joſeph Epiſc. Salmaſę. Gabriel Epiſc. Roſtakę. Abraham Epiſ. Aſnochę. Matth. Epiſc. Daſenę. Joannes Epiſc. Suſę. Simeon Epiſc. Arzuni. Cyriacus Epiſ. Socotorę.

Ebedjeſu Sobenſis.

Timotheus Patriarcha Neſtorianorum.

80. TIMOTHEUS anno Græcorum 1629. menſe Februario in Patriarcham Neſtorianorum ordinatus eſt.

Appendix ad Catalogum Patriarcharũ Neſtorianorum ex diverſis Codicibus.

Atque hic deſinit Catalogus Patriarcharum Chaldæorum Amri, Salomonis, Eliæ, & Anonymi. Barhebræus in tertia parte Chronici Syriaci ſeriem eorum Patriarcharum uſque ad ordinationem Jaballahæ perducit, ut dixi pag. 257. In Vita Athanaſii Jacobitarum Maphriani ad annum Græcor. 1671. Chriſti 1360. fit mentio DENHÆ Neſtorianorum

Denha Patriarcha Neſtorian.

Pa-

Patriarchæ, qui Dioſcori Bar-Kainæi partes adversùs eundem Athanaſium ſuſtinuiſſe dicitur. Sequentium Patriarcharum nomina ex manuſcriptis Vaticanis eruta accipe.

Simeon Patriarcha.

SIMEON anno Græcor. 1789. die 29. Novemb. *Ex Cod. Syr. Vatic. 32. fol. 240.* SIMEON anno Græcorum 1801. Thomam & Joannem Epiſcopos in regionem Malabar miſit. Obiit anno 1813.

Elias Patriarcha.

ELIAS eodem anno Simeoni ſuccedit. Anno ſequenti Jaballaham, Denham, & Jacobum Epiſcopos in regionem Malabar mittit. Obiit anno 1815.

Simeon Patriarcha.

SIMEON Eliæ ſuccedit eodem anno 1815. *Ex Cod. Syr. 5. Catalogi qui ad calcem hujus Tomi ſubjicitur.*

Simeon Patriarcha & Jeſujab Metropolita.

SIMEON Patriarcha, & Jeſujab metropolita ejus frater, menſe Octobri anno Græcorum 1842. *Cod. Syr. 1. ad calcem hujus Tomi.*

Simeon Patriarcha.

SIMEON anno Græcorum 1850. *Ex Cod. ms. Collegii Maronitarum quem citavi tom. 1. pag. 524.*

Jeſujab Metropolita.

JESUJAB metropolita & adminiſtrator Sedis vacantis, die 19. Octobris anno Græcorum 1850. *Ex Cod. Amidenſi 1. quem citavi tom. 1. pag. 581.*

Simeon Mama Patriarcha.

SIMEON Mama obiit anno Græcorum 1862. Chriſti 1551. *Vide tom. 1. pag. 524.*

Joannes Sulaka Patriarcha orthodoxus.

Quo tempore à Chaldæis orthodoxis electus fuit JOANNES SULAKA, *tom. 1. pag. citat. & ſeqq.*

Abdjeſu Patriarcha orthodoxus.

Deinde ABDJESU anno Græcorum 1865. Chriſti 1554. *Tom. 1. à pag. 536.*

Ahatalla Patriarcha.

AHATALLA ſucceſſit Abdjeſu, *tom. 1. pag. 538.*

Simeon Denha Patriarcha.

SIMEON DENHA poſt Ahatallam, qui relicta Amida, ubi præceſſores ejus Sedem fixerant, in provinciam Zeinalbech ſeceſſit in finibus Perſidis ſitam. *Tom. 1. cit. pag. 538.* Ormi, ſeù Urmia urbs appellatur, ubi is reſedit, *in montanis Perſiæ* (inquit Naironus in Evopl. Par. 1. pag. 19.) *ad Armeniæ majoris confinia*, ubi ſucceſſores ejus, aſſumpto SIMEONIS nòmine, commorari uſque in præſentem diem conſueverunt.

Simeon alter Patriarcha.

SIMEON alter poſt Denham, qui vivebat anno Chriſti 1617. quo Elias alter Neſtorianis Patriarcha Bagdadi præerat, teſte Strozza in Præfatione ad diſputationem de Chaldæorum dogmatibus, *citata pag. 538. tom. 1.*

Simeon Bar-Mama Patriarcha Neſtorianus.

Neſtoriani verò poſt Simeonis Mamæ obitum anno Græcorum 1862. adversùs Joannem Sulakam elegerunt SIMEONEM BAR-MAMAM, qui eundem Sulakam à Mahometanis interimi curavit, ut *notavi tom. 1. pag. 531.*

Elias Patriarcha.

Bar-Mamæ ſucceſſit ELIAS, cujus unàcum Jeſujabo Sobæ, Armeniæ & Mardæ metropolita mentio fit die 2. Julii anno Græcorum 1871. *in Cod. Amid. 7. tom. 1. Biblioth. pag. 583.* Hic Simeonem Denham ex Aſſyria in provinciam Zeinalbech excedere coëgit: atque ex eo tempore uſque in præſentem diem duo Neſtorianorum Patriarchæ eſſe cœperunt, alter Simeonis nomine in Ormi in montanis Perſidis, alter Elias appellatus, Eliæ cujus ſuprà memini, ſucceſſor, qui in Aſſyria Bagdadi, ſeù Babyloniæ olim reſidebat; nunc verò in cœnobio S. Hormiſdæ ſeù Hermetis haud procul à Moſul, *teſte Nairono Evopl. pag. 18.*

Duo Neſtorianorum Patriarchæ: alter Simeon nomine in Perſidis confiniis, alter Elias appellatus in Aſſyria.

Elias Patriarcha.

ELIAS alter ex eadem familia, cujus mentio Fideique Profeſſio anno Græcorum 1897. menſe Decembri habetur *in Cod. Arabico ms. Vatic. 156. & 157.*

Elias Patriarcha orthodoxus.

ELIAS, qui ſub Paulo V. orthodoxam fidem amplexus eſt anno Græcorum 1921. Chriſti 1610. *Vide tom. 1. pag. 543.*

Elias Patriarcha.

ELIAS Maruagi filius Neſtorianus anno Græcorum 1993. menſe Septembri Hegiræ 1093. ex *Cod. Syriac. 19. ad calcem hujus tomi.*

Elias Patriarcha.

ELIAS anno Græcorum 2013. 2014. 2018. & 2024. qui Neſtorianis hodieque præeſt ex *Codicibus Syriacis 6. 11. 15. 17. 20. & 21. ad calcem hujus tomi.*

Patriarcha Chaldæorum Catholicorum ab Innoc. XI. Summo Pontifice inſtitutus.

Denique quum ſub Innocentio XI. operâ Miſſorum Apoſtolicorum Epiſcoporumque nonnullorum ejus gentis, plures in provincia Amidenſi ad Catholicam fidem ex hæreſi Neſtoriana tranſiiſſent, idem Summus Pontifex conſtituit illis novum Patriarcham Catholicum,

Joſeph I. Patriarcha.

JOSEPHUM nomine, qui Sedem Amidæ, vulgò *Charamit*, ſeù *Diarbechir*, fixit, *Naironus in Evopl. pag. 19.*

Joſeph II. Patriarcha.

JOSEPH hujus nominis ſecundus ejuſdem diſcipulus circa annum Chriſti 1700. ſpontè abdi-

Joſeph III. Patriarcha.

cantem excepit. Tertius ejuſdem appellationis JOSEPHUS Catholicam Chaldæorum Eccleſiam hodieque regit.

Notitia Epiſcopatuum Orientis ex Amro.

Amrus & Elias Catalogo Patriarcharum ſubjungunt Tabulam Sedium Metropolitanarum & Epiſcopalium eidem Patriarchæ Orientis ſubjectarum: quas hìc in gratiam eruditionis Eccleſiaſticæ ſtudioſorum deſcribere juvat.

*Tabula Amri.*

اما مطارنة فطرك المشرق وكراميهم . فاولهم مطران جنديسابور وهو صاحب اليمين والذى يسيم الفطرك بانفاق الابا والمومنين . ب مطران نصيبين . ج مطران البصرة . د مطران الموصل واثور . ه مطران اربل وحزة . و مطران باجرمى . ز مطران حلوان . ح مطران فارس . ط مطران مارو . ى مطران هرة . يا مطران قطربة . يب مطران الصين . يج مطران الهند . يد مطران بردع . يه مطران دمشق . يو مطران الرى وطبرستان . يز مطران الديلم . يح مطران سمرقند . يط مطران الترك . ك مطران حلح . كا مطران سجستان . كب مطران اورشليم . كج مطران خان بالق والفالق . كد مطران تنكت . كه مطران كاشغار والنواكت . وكل واحد من هولاى المطارنة له اساقفة . فمنهم من له اثنى عشر اسقفا ومنهم من له ستة . والذى هم اصحاب الاختيار واسياميذ الفطرك هم سبعة . مطران جنديسابور والبصرة والموصل واربل وباجرمى وحلوان ومطران نصيبين وهو الثاني .

*Hi ſunt metropolitæ Patriarchæ Orientis, eorumque Sedes.* 1. *Metropolita Gandiſapor, qui primas tenet, & Patriarcham ordinat, conſentientibus Patribus atque fidelibus.* 2. *Metropolita Niſibis.* 3. *Metropolita Baſſoræ.* 4. *Metropolita Moſul & Athur* (hoc eſt, Ninives.) 5. *Metropolita Arbelæ & Hazæ* (*ſeù* Adjabenæ.) 6. *Metropolita Beth-Garmæ.* 7. *Metropolita Halavanæ.* 8. *Metropolita Perſidis.* 9. *Metropolita Maru.* 10. *Metropolita Haræ.* 11. *Metropolita Katrabæ.* 12. *Metropolita Sinarum.* 13. *Metropolita Indiarum.* 14. *Metropolita Bardaæ.* 15. *Metropolita Damaſci.* 16. *Metropolita Rajæ & Tabreſtanæ.* 17. *Metropolita Dilumitarum.* 18. *Metropolita Samarkandæ.* 19. *Metropolita Turchiſtanæ.* 20. *Metropolita Halahæ.* 21. *Metropolita Segeſtanæ* (quæ ſequuntur uſque ad num. 25. ad marginem adnotata ſunt.) 22. *Metropolita Hieruſalem.* 23. *Metropolita Chan-Balek & Phalek.* 24. *Metropolita Tanchet.* 25. *Metropolita Chaſemgaræ & Nuachethæ. Et quidem unuſquiſque horum Metropolitarum ſubjectos habet Epiſcopos, alius duodecim, & alius ſex. Qui verò ad electionem & ordinationem Patriarchæ jus habent, ſeptem ſunt: nempè Metropolita Gandiſapor, & Baſſoræ, & Moſul, & Arbelæ, & Beth-Garmæ, & Halavanæ, & Metropolita Niſibis, qui ſecundas tenet.*

Notitia Epiſcopatuum Orientis ex Elia Metropolita Damaſci.

*Tabula Eliæ Metropolitæ Damaſci.*

اما اساقفة هوفركيا الجاثليق . اسقف كشكر . اسقف الطيرهان . اسقف دير هرقل . اسقف الحيرة . اسقف الانبار . اسقف السن . اسقف عكبرا . اسقف الراذان . اسقف نفر . اسقف القصرا . اسقف بادرايا باكسايا . بطل وصار هذا الكرسى لاسقف كشكر . اسقف عبد اسى . اسقف البوازيخ . اما اساقفة هوفركيا جنديسابور وهو الناظر . اسقف كرخ لادن والسوس . اسقف الاهواز . اسقف تسر . اسقف مهرجان قدق . اما اساقفة هوفركيا نصيبين . اسقف بلد . اسقف باقردى . اسقف ارزن . هوفركيا البصرة . اسقف دستهسان . اسقف نهر المراه . هوفركيا الموصل . اسقف بانهدرا . اسقف بابغاش . اسقف داسن . اسقف نينوى . اسقف الحديثه . اسقف الباديه . هوفركيا باجرمى . اسقف شهرقدت . اسقف دقوقا . اسقف البوازيخ . نقل عن هوفركيا باجرمى وجعل فى هوفركيا الجاثليق . اسقف دراباد . اسقف خانيجار ولاشوم . هوفركيا الشام . اسقف حلب . اسقف بيت المقدس . اسقف منبج . اسقف المصيصه . اسقف طرسوس وملطيه . هوفركيا الرى . اسقف جرجان . هوفركيا هراه . اسقف سجستان . هوفركيا مرو . اسقف ديرحدس . اسقف دمادوت . اسقف دعبرسناى . هوفركيا ارمينيه . هوفركيا قيد .

قنن . مطران فارس اساقفته . اسقف شيراز . اسقف اصطخر . اسقف سابور . اسقف كرمان . اسقف دراجرد . اسقف ميران . اسقف مرمديت . اسقف مقوطرا . مطران بردعة اساقفته . مطران حلوان اساقفته . اسقف الدينور . اسقف همذان . اسقف نهاوند . اسقف الكرج .

*Nomina Epiſcoporum Provinciæ* 1 *Patriarchæ. Epiſcopus Caſcaræ. Epiſcopus Tirhanæ. Epiſcopus Dair-Heraclii. Epiſcopus Hirtæ. Epiſcopus Anbaræ. Epiſcopus Senæ. Epiſcopus Ocbaræ. Epiſcopus Radani. Epiſcopus Napharæ. Epiſcopus Koſræ. Epiſcopus Badarajæ Bacſajæ: ſuppreſſus poſteà, & ad Epiſcopatum Caſcaræ adjunctus. Epiſcopus Abdaſæ. Epiſcopus Buazichæ.* Nomina Epiſcoporum provinciæ Gandiſapor, qui præſes eſt. *Epiſcopus oppidi Ledan & Suſæ. Epiſcopus Huzitarum. Epiſcopus Teſræ. Epiſcopus Mahargan-Kadak.* Nomina Epiſcoporum provinciæ Niſibis. *Epiſcopus Baladæ. Epiſcopus Bakerdæ. Epiſcopus Arzuni.* Provincia Baſſoræ. *Epiſcopus Deſteſanæ. Epiſcopus Nahar-al-marah.* Provincia Moſul. *Epiſcopus Nuhadræ. Epiſcopus Bagas. Epiſcopus Daſenæ. Epiſcopus Ninives. Epiſcopus Hadathæ. Epiſcopus Badiæ.* Provincia Beth-Garmæ. *Epiſtopus Sciaharkadtæ. Epiſcopus Dakukæ. Epiſcopus Buazichæ, quæ poſteà ad Diœceſim Patriarchæ tranſlata eſt. Epiſcopus Darabadæ. Epiſcopus Chanigiaræ & Laſciumæ.* Provincia Damaſci. *Epiſcopus Alepi. Epiſcopus Hieruſalem. Epiſcopus Manbegæ. Epiſcopus Mopſveſtiæ. Epiſcopus Tarſi & Malatiæ.* Provincia Rajæ. *Epiſcopus Gergianæ.* Provincia Haræ. *Epiſcopus Segeſtanæ.* Provincia Maru.

## NOTA.

1 *Provinciæ Patriarchæ.* In Pontificali Chaldæorum Cod. Amid. V. inter Epiſc. Provinciæ Patriarchalis ordo hic præſcribitur.

[illegible]

*Poſtquam Patriarcha viduatam moriens Eccleſiam reliquit, conveniunt Sacerdotes, Epiſcopi, & fidelis plebs, hoc eſt medici & ſcribæ, qui in urbe Pacis Bagdado commorantur. Tùm arceſſunt Epiſcopum Caſcaræ, ſi quidem in vivis eſt: ipſe enim eſt caput Epiſcoporum provinciæ magnæ & Patriarchalis, idemque dexteram Patriarchæ tenet, ejuſque Sedem vacantem cuſtodit. Quod ſi mortuus eſt, arceſſunt Epiſcopum Zebæ. Et ſi hic non adſit, Epiſcopum Hirtæ & Akulæ. Quo abſente, Epiſcopum Pheroz-Sapor, quæ & Anbara. Et hoc abſente, Epiſcopum Napharæ: atque ita unum poſt alterum, donec ad Epiſcopum Koſræ deveniant. Quumque is advenerit, ſedet in Patriarchio, omniaque munia Patriarchatus implet, præter ordinationem Epiſcoporum, & excepto quod Baculum non tenet, nec mitra utitur. Exactis autem tribus menſibus ſcribere debet ad cunctos Epiſcopos & Metropolitas, ut in urbem Pacis adveniant: quorum ſi quis morbo, aut aliqua infirmitate impeditus fuerit, ſuffragium ſuum propria manu ſcriptum per eos qui adveniunt Epiſcopos mittat. Metropolitarum autem unuſquiſque ſecum adducere debet tres Epiſcopos ex ſua Provincia.* Cætera deſcripſi tom. 1. p. 11. Atque hunc ritum ordinaſſe dicuntur Mar-Aba Patriarcha, Gabriel Metropolita Baſſoræ, & Cyprianus Metropolita Niſibis.

ru, *Epiſcopus Dair-Hannes*. *Epiſcopus Damaduthæ*. *Epiſcopus Daabar-Sanaiæ*. Provincia Armeniæ (ad Niſibenam adjuncta erat tempore Ebedjeſu.) Provincia Kandæ (fortaſſe *Samarkandæ*.) Epiſcopi ſubjecti Metropolitæ Perſidis, *Epiſcopus Sciraz*. *Epiſcopus Aſtachar*. *Epiſcopus Sapor*. *Epiſcopus Caramaniæ*. *Epiſcopus Drangerdæ*. *Epiſcopus Siran*. *Epiſcopus Marmadit*. *Epiſcopus Socotoræ*. Provincia Bardaæ. Sub Metropolita Halavanæ, *Epiſcopus Dinur*. *Epiſcopus Hamdanæ*. *Epiſcopus Nehauand*. *Epiſcopus Georgianorum*. Alias fuiſſe Chaldæorum, ſeù Neſtorianorum Epiſcopales Sedes, ex iis, quæ in Vitis Patriarcharum ſuprà adnotavi, colligere licet. Nunc ad Seriem Maphrianorum Jacobitarum regredior.

Gregorius Abulpharagius, qui & Bar-hebræus, Maphrianus Jacobitarum.

XL. GREGORIUS ABULPHARAGIUS, qui & *Bar-hebræus*, Chronici hujus Auctor, ab Ignatio Joſue Patriarcha anno Græcorum 1575. feria 1. die 19. Januarii Maphrianus ordinatus, obiit anno Græcorum 1597. nocte feriæ 3. die 30. Junii. Cadaver ex urbe Maraga, ubi deceſſit, in cœnobium S. Matthæi deportatum, ibique conditum. Vacavit Sedes annis duobus. Geſta ejus partim ex ipſo, partim ex Barſuma ejuſdem fratre ac ſucceſſore fusè deſcripſi à pag. 248. ad pag. 274.

Quæ ſequuntur Maphrianorum Vitæ, ab anonymis adjectæ ſunt.

Gregorius, qui & Barſuma Saphi, Barhebræi frater, Maphrianus Jacobitarum.

XLI. GREGORIUS, qui & *Barſuma* ܒܪܨܘܡܐ ܨܦܝ ܒܪ ܥܒܪܝܐ ܙܥܘܪܐ *Saphi Bar-hebræus junior*, ſenioris Abulpharagii frater, à Philoxeno Patriarcha in cœnobio Barſumæ anno Græcorum 1599. in feſto S. Thomæ Maphrianus ordinatus, deceſſit in Bartela caſtro vigeſimo Epiſcopatus anno. Cadaver in tumulo fratris conditum in cœnobio S. Matthæi quod in monte ܐܠܦܦ Elphephio ſitum eſt. Vacavit Sedes annis novem. Ignatium Bar-Vahib, qui & Bader Zache, Patriarcham recipere noluit, donec mortem Philoxeni Nemrod reſcivit.

Gregorius, qui & Matthæus, Maphrianus Jacobitarum.

XLII. GREGORIUS qui & *Matthæus* Annæ Bartelenſis filius archimandrita cœnobii S. Matthæi, ab Orientalibus ad Ignatium Bar-Vahib Patriarcham in cœnobium Ananiæ apud Marden ſitum adductus, ibidem anno Græc. 1628. Maphrianus ordinatus eſt. Diſſidium ipſum inter & Iſmaëlem Magedum Patriarcham exortum fusè deſcripſi pag. 383. Tabrizum urbem bis viſitavit, ubi à Sciacro Sciarapho nobili Jacobita perhonorificè exceptus, Bartelenſibus, Moſulanis, & Maſudo Amecræ ܕܡܝܟܪܬܐ Carmeliſæ domino charus fuit. Sedit annos 28. ordinavitque Epiſcopos duos, quorum alterum cœnobio S. Sergii in monte Sajo (quod معلق *Moallak* appellant) & urbi Sigaræ præfecit; alterum Maaræ ܡܥܪܐ, & Niſibi, & Gozartæ Cardoæ. Obiit in cœnobio S. Matthæi ineunte menſe Januario anni Græcorum 1656. ad occidentalem altaris partem contrà Arcam S. Matthæi ſepultus. Vacavit Sedes anni viginti.

Athanaſius, qui & Abraham, Maphrianus Jacobitarum.

XLIII. ATHANASIUS, qui & *Abraham*, Iſmaëlis Patriarchæ Syncellus, ab eodem anno Græc. 1676. feria 2. ineunte menſe Octobri in feſto S. Adæi Apoſtoli Maphrianus initiatus eſt. Monachum egerat ſub Cyrillo Haæ Epiſcopo in cœnobio

Cyrillus Epiſc. Haæ.

Crucis, quod ſupra ܚܐܡ Haam urbem ſitum eſt, anno ætatis decimo ſeptimo. Inde quinto poſt anno ad cœnobium ܢܛܦܐ Nataphæ apud ܙܦܪܢ Zapharanum haud procul ab urbe Marde ſe contulit: demùm ab Iſmaële Patriarcha ad Syncelli, & Maphriani dignitatem evectus fuit: idque poſt obitum *Dioſcori Jacobi* ܒܪ ܩܝܢܐ *Barkainæi*, hoc eſt, *fuſoris filii*, ejus Sedis invaſoris. Erat

Dioſcorus, qui & Jacobus Bar-Kainæus, Epiſ. Damaſci, deinde Maphrianus illegitimus.

is

is ex Hatacha [illegible] urbe ſuprà Maipheractam ſita oriundus; Damaſci autem Epiſcopatum tenuit uſque ad annum Græcorum 1671. quo Iſmaëlem Patriarcham in cœnobio S. Jacobi Doctoris ſuprà monaſterium Ananiæ commorantem adiit, rogaturus, ut Maphrianum Orientis ſe crearet. Quumque Patriarcha id fieri ſine Orientalium conſenſu fas eſſe negaret, ipſe oblata Salecho Mardæ domino quadraginta millium nummorum ſummâ ſubornatiſque Amera Matthæo, Denha Neſtorianorum Patriarcha, & Clero populoque oppidi Carmeliſæ, ad cœnobium Sancti Matthæi contendit, cujus monachi Maphrianum eum proclamarunt. Rem notatu dignam narrat Auctor in hæc verba. [illegible]

Denha Patriarcha Neſtorianorum.

[illegible]

*His itaque Bar-Kainæus aſſumptis, in cœnobium S. Matthæi aſcendit, ut à monachis Maphrianus ordinaretur: rem admirandam & à ſæculo inauditam! à monachis ſcilicet Maphrianum ordinari. Nihilominus Bar-Kainæus ad id monachos compulit: extractoſque è Sacrario Paſtorales Patrum Baculos, ſingulis monachis diſtribuens, huic quidem ajebat: Tu locum Patriarchæ imple: alteri verò, tu eſto pro tali Epiſcopo. Atque ita ex monachis quendam conſtituit Patriarcham, alios Epiſcopos, & alios Lectores & Cantores, conculcato Chriſtiano Canone, ſpretaque Eccleſiaſtica conſuetudine. Quum verò Officium chirotoniæ inchoare vellent, occurrit eis Ordinatio Diaconorum, quam ſuper eum recitarunt, quum nemo inter ipſos eſſet, qui Patrum ordinationem ab ordinatione Diaconorum diſcerneret. Sic igitur eum initiarunt, imò vitiarunt, (rem illegitimam & maxima reprehenſione dignam) & Gregorii nomen ſibi ipſe impoſuit. Quamobrem cunctorum Orientalium odium incurrit:* ob illegitimam ſcilicet ejus ordinationem obſtrepentium, quos inter & Joannes Presbyter Denhæ Presbyteri filius, qui Carmeliſæ Eccleſiam regebat, publicè hominem traducens, nullo pacto, ajebat, adducar, ut Dioſcorum, quem Joſeph Beeza, & David monachi conſecrarunt, Maphrianum admittam, niſi prius ab uno aliquo Patriarcha impoſitionem manus acceperit. Baſilium [1] itaque Ciliciæ Patriarcham Dioſcorus adiit, com-

NOTA.

1 *Baſilium*. Is Michaëli ſecundo Patriarchæ Ciliciæ ſucceſſit, ut dixi pag. 383. Philoxeni autem nomen gerebat, quum Damaſci Epiſcopus eſſet.

commendatitiis Ameræ Matthæi, Denhæ Neſtorianorum Catholici, & monachorum S. Matthæi literis munitus: à quo die 29. Junii in feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli anni Græcorum 1672. retento Gregorii nomine ordinatus, Bartelam petiit: inde Joannis Presbyteri præfati operâ ab Haſano Matthæi Ameræ fratre ejectus, Tagritum primùm, mox Bagdadum ſeceſſit, ubi orta ipſum inter & juriſperitos quoſdam Mahometanos de rebus fidei controverſiâ, interemptus eſt. Cadaver igni combuſtum, & in Euphratem fluvium projectum. Atque hic fuit Bar-Kainæi exitus. Athanaſius verò poſt ejus interitum, ut mox dixi, initiatus, quum Moſul, Bartelam, Carmeliſam, cœnobium Sancti Matthæi, Tagritum, Bagdadum, & Arbelam luſtraſſet, ordinatis ubique Diaconis & Presbyteris, anno Græcorum 1700. deceſſit. Sedit annos 24. Sub eo cœnobium S. Matthæi à Curdis direptum fuit anno Græcorum 1680. feria 1. die 25. Auguſti: & ſex poſt annis Eccleſia Arbelæ corruit. Vacavit Sedes annis 15.

Baſilius, qui & Behenam Hedlenſis, Maphrianus Jacobitarum.

XLIV. BASILIUS, qui & *Behenam*, in ܚܕܠܐ Hedla pago natus, quum ſub Jacobo Stylita in Turri quadam apud Severinum vicum monachum egiſſet, ab Ignatio qui & Abraham Bar-Garib Patriarcha, anno Græcorum 1715. Maphrianus ordinatus, eidem Ignatio anno 1723. ſubſtituitur, ut dixi pag. 384.

Dioſcorus, qui & Behenam Arabs, Maphrianus Jacobitarum.

XLV. DIOSCORUS, qui & *Behenam* ܥܪܒܝܐ *Arabs*, cognomento ܫܚܬܝ *Sciatti*, à Baſilio Behenamo Patriarcha anno Græcorum 1726. in Maphrianum ordinatus eſt. Obiit anno 1728. Vacavit Sedes an. 5.

Baſilius, qui & Barſuma Maadanenſis, Maphrianus Jacobitarum.

XLVI. BASILIUS, qui & *Barſuma* Maadanenſis in tribus cœnobiis, Abel ſcilicet in regione Maadan, Jacobi Incluſi apud Salacham, & Ananiæ haud procul à Marde monachum egit: deinde à Baſilio Behenamo Patriarcha, qui eo Syncello uſus fuerat, anno Græcorum 1733. Maphrianus ordinatus, obiit anno 1766. Cadaver in cœnobio Gubæ conditum.

Cyrillus, qui & Joſeph Bar-Niſan Maphrianus Jacobitarum.

XLVII. CYRILLUS, qui & *Joſeph Bar-Niſan*, ex Epiſcopo Damaſci & Emeſæ ab Ignatio Chaleph Patriarcha in Maphrianum anno Græcorum 1769. ordinatus, paucis poſt diebus deceſſit, ut dixi pag. 385. Nulla ejus mentio in vitis Maphrianorum.

Baſilius, qui & Azizus, Maphrianus Jacobitarum.

XLVIII. BASILIUS, qui & *Azizus* ܥܙܝܙ filius ſororis Chalephi Patriarchæ, in urbe ܣܥܪܕ *Seered*, natus, Joſue monachi ac Presbyteri cœnobii Cartaminenſis diſcipulus, anno Græcorum 1782. Maphrianus renunciatus, obiit feria 1. die 10. Septembris anni Græcorum 1798. Cadaver in cœnobio Gubæ ſepultum. Vacavit Sedes annis 2.

Noë Libaniota, Maphrianus Jacobitarum.

XLIX. NOE Libaniota, ex Epiſcopo Emeſæ ab Ignatio Bar-Sila Patriarcha anno Græcorum 1800. Maphrianus ordinatus, poſt ejuſdem obitum anno 1805. ad Patriarchæ dignitatem evectus eſt. Vacavit Sedes annis 2.

Abraham Maphrianus Jacobitarum.

L. ABRAHAM in caſtro quod ܩܠܥܐ ܕܐܬܐ *arcem Attæ* vocant, natus, à Noë Patriarcha anno Græcorum 1807. in cœnobio Zapharanenſi Maphrianus ordinatus eſt. Anno 1805. quum Ignatius Maſudus Turabdinenſium Patriarcha abdicaſſet, ſublato ſchiſmate quod ab anno 1675. inductum fuerat, unus cunctis Jacobitis Patriarcha præfuit Noë, de quo ſuprà dixi. Anno 1807. feria 1. die 5. menſis Canun in Eccleſia Severini pagi in regione ܗܝܬܡ Haitamæ ab eodem Noë in locum Georgii Epiſcopi cœnobii S. Matthæi nuper defuncti initiatus fuit Stephanus Severinita ejuſdem Georgii diſcipulus.

Stephanus Epiſcopus.

Huc-

Hucuſque Auctor Appendicis ad tertiam partem Chronici Bar-hebræi.

## CAPUT XLIII.

## *Dioſcorus Epiſcopus Inſulæ Cardoæ: Bar-Kainæus: Severus Canſarini, & Joannes Saba.*

I. Dioſcorus Ep. Inſulæ Cardoæ.

DIOSCORUS, qui & Gabriel Bartelenſis, monachus cœnobii Sancti Matthæi, à Gregorio Bar-hebræo Maphriano Epiſcopus Gozartæ, ſeù Inſulæ Cardoæ ordinatus eſt feria 1. die 25. Novembris anni Græcorum 1597. Chriſti 1285. poſtquam ea Eccleſia per obitum Joannis Epiſcopi ad quinquennium vacaſſet, ut ex eodem Bar-hebræo dixi p. 256. & 262. Scripſit *Anaphoram*, quam edidit Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 492. Initium, ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܡܣܬܓܕ ܡܢ ܟܠ ܐܢܫ. *Domine Deus, qui adoraris ab omnibus.* Eandem cum Bar. Kainęi atque Severi Anaphoris laudat cl. Stephanus Edenenſis c. 7. de hæreticis Liturgiarum auctoribus nu. ult. in hæc verba

Dioſcorus Bar-Kainæus. Severus Epiſc. Canſarini.

ܥܒܕܘ ܐܢܦܘܪܐ ܐܚܪܢܝܬܐ ܗܘܘ ܕܝܘܣܩܘܪܘܣ
ܕܓܙܪܬܐ ܡܢ ܕܣܘܝܪܘܣ ܕܩܢܫܪܝܢ
ܘܝܘܚܢܢ ܣܒܐ ܘܡܢ ܒܪ ܩܝܢܝ
ܕܝܘܣܩܘܪܘܣ ܕܓܙܪܬܐ ܘܫܪܟܐ.

*Item exſtant aliæ Anaphoræ, præter enumeratas, quas compoſuere Dioſcorus Inſulæ Cardoæ, Bar-Kainæus, Severus Canſarini &c.*

Porrò Bar-Kainæus Maphrianum Jacobitarum egit anno Græcorum 1671. ut dixi pag. 461. & Severus claruit ſub Joanne Patriarcha, cognomento Sedrarum, circa annum Græcorum 950. ut dixi pag. 335.

II. Joannes Saba, Epiſcopus cœnobii S. Matthæi.

Idem Edenenſis in eod. cap. nu. 19. laudat Anaphoram Joannis Sabæ in hæc verba: ܝܘܚܢܢ ܣܒܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܡܬܝ. ܠܗ ܩܘܪܒܐ ܕܪܝܫܗ: ܚܘܒܐ ܡܫܡܠܝܐ ܕܠܘܬܟ ܘܕܠܘܬ ܚܕ̈ܕܐ: *Joannes Saba Epiſcopus cœnobii Sancti Matthæi, habet Liturgiam, cujus initium*, Charitatem perfectam erga te & erga alterutrum. Vixit autem hic Joannes circa annum Chriſti 990. de quo vide, quæ ex Bar-hebræo retuli pag. 429.

## CAPUT XLIV.

## *Daniel Presbyter.*

I. Daniel Presbyter, auctor Nomocanonis.

DANIEL Presbyter, Bar-hebræo æqualis, Nomocanonem ſcripſit, de quo hæc Abr. Ecchellenſis in Indice ad calcem Eutychii Alexandrini Vindicati. *Daniel Doctor Syrus Jacobita, concinnavit Breviarium, ſeù Epitomen Conſtitutionum Eccleſiæ Jacobitarum Arabica lingua:* Continet capita ſeptemdecim. الباب الاول فى الكنيسة 1. *De Eccleſia* فى العماد 2. *De Baptiſmo* فى القربان 3. *De Euchariſtia* فى الاصوام والاعياد والصلوات 4. *De Jejuniis, & Feſtis, & Orationibus* فى تجنيز الاموات 5. *De exequiis Defunctorum* فى مراتب الكهنوت 6. *De Ordinibus Sacerdotii* فى الاملاك والتزويج 7. *De ſponſalibus & matrimonio* فى الوصايا 8. *De teſtamentis* فى قسمة المواريث 9. *De diviſione hæreditatis* فى البيع والشرى 10. *De venditione & emptione* فى الرهن 11. *De pignore* فى الشركة 12. *De ſocietate* فى الوديعة 13. *De depoſito* فى العارية 14. *De mutuo & commodo* فى الهبات 15. *De donationibus* فى الوقف 16. *De legato* فى الكباير 17. *De peccatis*. Ubi Bar-hebræi opus, inſcriptum *Epitome Canonum*, de quo ſuprà à p. 299. in compendium redi-

redigens, his verbis librum abſolvit:

فهذا ما سمح به الخاطر من اختصار بعض ابواب القوانين البيعية والاحكام العالمية ومن اراد الاستقصا في ذلك فعليه بمطالعة كتاب الهدايا لشيخنا المفريان ٭

*Atque hæc ſummatim ex Canonibus Eccleſiaſticis & Judiciis ſecularibus decerpſi. Qui verò plura noſſe deſiderat, conſulat librum directionum Doctoris noſtri Maphriani*: nimirùm, Gregorii Bar-hebræi.

II. Alia Danielis opera ex David Emeſeno.

Sed & alia ejuſdem Bar-hebræi opera Danielem interpretatum eſſe, vel in compendium redegiſſe, teſtatur David Emeſenus ad calcem ejuſdem Nomocanonis, qui olim ad cl. Ecchellenſem pertinuit, nunc autem penes me eſt, in hæc verba.

قال داود الحمصي ان ملة السريان قد كان فني عملها وعلومها الى ان ظهر المطران يوسف بن غريب وله كتب مصححة وكذلك الربان يشوع بن حبرون وبعدهم الشيخ المرحوم دانيال وله من المصنفات كتب عدة وهم كتاب ايتيقون وكتاب اوصر رازى وكتاب اصول الدين . وكتاب صمحى مختصر . وكتاب ايساغوجى مختصر وكتاب هدايا وهو هذا وغيرهم .

Joſeph Bar-Garib metropolita. Joſue Ben-Hebron.

*Syrorum gens, inquit David Emeſenus, operibus & doctrinis caruit, donec floruit Joſephus Bar-Garib metropolita, qui exactos libros edidit: deinde Raban Joſue Ben-Hebron: quos ſubſequutus eſt Daniel Presbyter claræ memoriæ, qui plura opera compoſuit: nimirùm librum Ethicorum: & librum Theſauri myſteriorum: & librum de fundamentis fidei: & compendium libri Splendorum: & Epitomen libri Iſagoges: & hunc librum Directionum: & alios præterea libros.*

III. Canones Joannis Patriarchæ.

Subjunguntur in eodem Codice Canones ſex ſuprà viginti de diverſis, auctore Joanne Patriarcha, quos idem David Emeſenus deſcripſit.

# CAPUT XLV.

## *Ignatius, qui & Joſeph Bar-Vahib, Patriarcha Jacobitarum.*

I. Ignatius, qui & Joſeph Bar-Vahib, Patriarcha.

JOSEPH Vahibo Mardenſi patre, unde cognomentum Bar-Vahib traxit, quum adhuc ſecularis eſſet, *Bader Zache* appellatus, ex Epiſcopo Mardæ in Patriarcham Jacobitarum, aſſumpto Ignatii nomine, Kalendis Januarii anno Græcorum 1604. Chriſti 1293. electus fuit. Obiit die 19. Aprilis anno Græcorum 1643. Chriſti 1332. ut dixi pag. 382. ubi Tractatum ejus de Alphabeto Syriaco deque Vocibus laudavi.

II. Ejus Anaphora & expoſitio Miſſæ.

Scripſit *Anaphoram*, cujus exemplar exſtat in Cod. Nitr. 4. fol. 61. & in Cod. Nitr. 5. fol. 21. Initium:

ܐܠܗܐ ܟܣܝܐ ܘܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ :

*Deus abſcondite & incomprehenſibilis.* Prodiit Latinè per Renaudotium tom. 2. Lit. Orient. pag. 528. Ejuſque meminit Auctor Catalogi Anaphorarum apud Schultingium tom. 3. pag. 106. num. 39. licet in anno Chriſti de more hallucinetur, his verbis: *Beder*, ideſt, *Nicolai Zachi filii Vetrib* (*imò* Vahib) *Chaldaice compoſita* Anaphora *in monaſterio Zapharanenſi anno à nativitate Domini milleſimo trigeſimo quinto*: imò 1305. De eadem hæc Edenenſis nu. 8. de Hæreticis Liturgiarum Auctoribus:

ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܗܘ ܝܘܣܦ ܒܪ ܘܗܝܒ ܥܒܕ ܦܘܫܩܐ ܠܩܘܪܒܢܐ ܘܐܢܦܘܪܐ ܕܪܫܗ . ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܟܣܝܐ ܘܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ :

*Ignatius, qui & Joſeph Bar-Vahib, edidit Expoſitionem Miſſæ, & Liturgiam,*

*giam, cujus initium: Domine Deus potens & incomprehenſibilis.* Verùm quæ his verbis incipit Anaphora, non hujus Ignatii eſt, ſed Philoxeni Mabugenſis, ut liquet ex Codd. Nitrienſibus 4. fol. 216. & 5. fol. 185. & ex Renaudotio tom. 2. pag. 310.

# CAPUT XLVI.

## *Ignatius Behenam, Patriarcha Jacobitarum.*

I. Ignatius Behenamus ex Maphriano Patriarcha Jacobitarum.

IGNATIUS, qui & Behenamus cœnobii Cartaminenſis monachus, in Hedla Bartelenſis ditionis pago natus, ab Ignatio Bar-Garib anno Græcorum 1715. impoſito Baſilii nomine Maphrianus ordinatus, eidem Ignatio anno 1723. Patriarcha ſubſtitutus eſt. Obiit anno Græcorum 1766. quum tres ſuprà quadraginta annos ſediſſet, ut dixi pag. 384. & 385. De ejus in Patriarcham electione, hæc ſcribit Auctor Appendicis Par. 3. Chronici Syriaci. [illegible]

[illegible]

*Quum Mar Baſilius Maphrianus, qui & Behenam Hedlenſis, Hieroſolymam anno* 1722. *petiiſſet ibique ad annum ſequentem manſiſſet, obiit Patriarcha Mar Ignatius, qui & Abraham Bar-Garib, anno* 1723. *& in cœnobio Mar Ananiæ apud Marden ſepultus fuit. Congregati itaque ad celebrandum ejus exequias Epiſcopi, inito conſilio de communi Patre ſibi conſtituendo, accedentibus Diœceſanorum ſuffragiis, elegerunt Behenamum Arabem virum juſtum & ſenem benedictum & venerabilem, virtutibus præclarum, & jejuniis, vigiliis atque orationibus inſignem. Quumque iidem Diœceſani Soltanum Mardæ adire cogitarent, ut ipſum de peracta electione certiorem facerent, electumque, antequam Maphrianus ex Hieroſolymorum regione regrederetur, in Patriarcham ordinarent: ( nullum enim de proximo Maphriani adventu rumorem accceperant, moſque* [1] *erat, ut vel Maphrianus in Patriarcham conſtitueretur, vel quemcumque is idoneum judicaſſet, ordinaret: ) quum, inquam, Diœceſani ſimul congregati, electum Epiſcopum Dioſcorum Behenamum Arabem conſecrare pararent, en Maphrianus ex improviſo Hieroſolymis advenit, qui neque Patriarchæ Abrahæ Bar-Garib mortem, neque cauſam conventus Epiſcoporum perſpectam habebat. Tùm verò Epiſcopi & Diœceſani attoniti, & ex præſentia Maphriani rubore ſuffuſi confuſique, noverunt ejus adventum ex divina diſpoſitione ordinatum eſſe, ne ſcilicet in Eccleſia Dei ſchiſma fieret: quoniam ab antiquis temporibus Sedes Patriarchalis Patri noſtro Maphriano deſtinata erat. Confeſtim itaque fideles utrumque electum coram Soltano Mardæ ſtatuerunt, ut quem is vellet, præficerent. Soltanus verò quum Maphrianum intuitus eſſet, juvenem aſpectu decorum & ſermone gratum, alterum verò ſenem conſpexiſſet fractis viribus & infirmo corpore, ad Diœceſanos converſus: hic quidem, inquit, ſenex eſt morti proximus, iſte verò juvenis corpore ſano: eum igitur vobis Patriarcham conſtituere volo. Quibus verbis res definita eſt: deditque Soltanus Patriarchæ novam veſtem honoris cauſa, præcipiens ut abirent eumque ordinarent. Itaque eodem quo Bar-Garib mortuus eſt, anno, Græcorum ſcilicet* 1723. *Behenamum Maphrianum in Patriarcham conſtituerunt, impoſito ei Ignatii nomine: quod cœtui gentique noſtræ* ( hoc eſt, Jacobitarum ) *gaudium & lætitiam peperit. Dioſcorus verò Arabs, qui & Behenamus Sciatti, paulò poſt, hoc eſt, anno* 1726. *ab eodem Patriarcha Behenamo Hedlenſi Maphrianus Orientis inauguratus fuit.*

Idem

NOTA

1 *Mos erat*. Sequioris ſcilicet ævi, quando Maphriani nil aliud fere eſſe cœperunt, quàm deſignati Patriarcharum ſucceſſores. Non ita priſcis temporibus, quibus in electione quidem Patriarchæ ejuſque ordinatione exigebatur Maphriani ſuffragium & præſentia; non tamen ad Patriarchæ dignitatem is transferri ſolebat, ut ex ſuprà dictis liquet. Ignatius David Maphrianus, teſte Bar-hebræo, primus fuit, qui anno Græcorum 1533. Patriarchalem Sedem occupavit. Vide quæ notavi pag. 454.

II. Ejus geſta, & ſcripta.

Idem Auctor de geſtis ſcriptiſque Behenami hæc ſuprà adnotarat.

[illegible]

*Mortuo Maphriano Athanaſio, qui & Abraham, quum Sedes Orientis annis 15. vacaſſet, anno Græcorum* 1715. *præfatus Behenamus Hedlenſis ad Maphriani dignitatem vocatus eſt. Erat is alumnus ſacri Cœnobii Cartaminenſis, ubi monachum egit, & quidem cum fama caſtitatis, modeſtiæ, virtutumque omnium, nec non ſingularis doctrinæ, eruditionis, atque prudentiæ &c. Incluſerat autem ſeipſum in Sena Longini magiſtri Mar Baſſi Martyris, quæ Turris Gehennæ appellatur, ſuprà Aſpen & infrà Hedlam pagum, unde ipſe oriundus erat, ſita: ubi dulcia de ſeipſo deque tempore ſuo carmina conſcripſit. Edidit & carmen de Mar Saba martyre, poſtquam ab Ignatio Abrahamo Bar-Garib Maphrianus ordinatus eſt. Præceptorem habuit Jacobum monachum & Stylitam, ſenem benedictum & ſanctum, qui in Turri apud Severinum pagum incluſus quum eſſet, à maledictis Curdis Beth-Garudæ noctu interemptus fuit. Profectus itaque in Orientem Maphrianus hic Behenamus, propter doctrinam ſuam proboſque mores perhonorificè exceptus eſt: ſcripſitque Carmen de S. Behenamo, aliaque plura Carmina orationeſque de diverſis: ſed & elegantem in Eccleſia Anaphoram reliquit ordine Alphabetico elaboratam, inſtar ejus, quam Mar Michaël magnus compoſuit:* Cujus meminit Auctor Catalogi Liturgiarum apud Schultingium num. ult. his verbis: *Behenam Patriarchæ Antiocheni* Anaphora *Chaldaicè compoſita Damaſci anno à nativitate Domini* 1430.

Carmina diverſa.

Carmen de S. Saba martyre.

Carmen de S. Behenamo martyre.

Anaphora.

# CAPUT XLVII.

## *Joannes, qui & Ananias Xenajas Patriarcha Jacobitarum.*

I. Joannes Ananias Xenajas Patriarcha.

ANANIAS Xenajas Silæ filius, ab Ignatio Chalepho Epiſcopus Amidæ, impoſito *Joannis* nomine, ordinatus, eidem anno Græcorum 1795. in Patriarchatu ſucceſſit. Obiit anno 1804. ut dixi pag. 386.

II. Ejus Anaphora.

Scripſit *Anaphoram*, cujus meminit Schultingius num. 38. licet in ætate Auctoris hallucinatus ſit, inquiens: *Joannis Ignatii Patriarchæ Antiocheni* Anaphora *Chaldaicè compoſita, anno à nativitate Domini* 1023. Exſtat in Cod. Nitr. 4. fol. 102. Initium: ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܘܡܪܐ ܕܟܠ *Deus Pater & Dominus univerſorum.*

# CAPUT XLVIII.

## *Noë Patriarcha Jacobitarum.*

I. Noë Patriarcha Jacobitarū.

NOE in Bacupha montis Libani oppido anno Græcorum 1762. Chriſti 1451. natus, à Joanne Bar-Sila ex Epiſcopo Emeſæ & Jacobitarum in Phœnicia commorantium anno Græcorum 1801. Maphrianus initiatus, quarto poſt anno eidem Joanni in Patriarcham ſubrogatus fuit, ut ſuprà dixi pag. 386.

II. Ejus Carmina Syriaca.

Exſtant ejus *Carmina Syriaca* LXVIII. in Cod. 45. tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 616. ex quibus annum nativitatis ejuſdem collegi.

III. Orationes de Fide Jacobitarum, & Homilia de B. Virgine, Arabicè.

Arabicè ſcripſit tres illas *Orationes*, quarum ſuprà memini pag. 67. ubi de Jacobo Baradæo: nimirùm, *Catecheſim*, ſeù Tractatum de fide Jacobitarum: *Encomium in Jacobitas*, quod ſermo de Fide Syrorum inſcribitur: & *Homiliam de Annunciatione B. Virginis*. Id colligo ex Codice trigeſimo Catalogi, quem ad calcem hujus tomi ſubjicio, ubi fol. 133. hæc Noë de ſeipſo adnotat:

ܫܠܡ ܐܝܟ ܕܐܫܟܚܬ. ܨܠܘ ܥܠ
ܚܘܣܪܢܝ. ܒܝܘܡ ܚܕܥܣܪ ܒܢܝܣܢ ܝܘܡ
ܬܠܬܐ ܒܫܒܐ ܒܫܥ̈ܐ ܬܫܥ. ܫܢܬ
ܐܦܝܛ ܝܘܢܝܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܒܪܘܝܐ ܐܬܟܬܒ
ܒܝܕ ܢܘܚ ܚܛܝܐ :

*Explicit, ut reperi. Orate pro mea ruditate. Die undecima Aprilis, feria tertia, hora nona, anno Græcorum* 1819. *in urbe Beræa exaravit Noë peccator.* Fol. verò 142. compoſitæ à ſe Homiliæ de Annunciatione B. Virginis titulum hunc præfigit.

ܡܐܡܪܐ ܕܥܒܕ ܢܘܚ ܒܡܘܨܠ
ܫܢܬ ܐܦܓ ܘܠܘܩܒܠ ܗܢܘܢ
ܕܟܦܪܝܢ ܕܡܪܝܡ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܘܠܐ ܡܥܕܝܢ ܥܐܕܐ
ܕܣܘܒܪܗ ܡܫܒܚܐ.

*Homilia, quam Noë in urbe Moſul anno Græcorum* 1803. *habuit, adversùs eos, qui Mariam Dei genitricem eſſe negant, nec feſtum glorioſæ Annunciationis celebrant.* Initium,

بسم الاب البسيط والابن الوسيط
والروح الفارقليط الخ.

*In nomine Patris ſimplicis, & Filii mediatoris, & Spiritus Paracliti &c.* Atqui hæc Homilia eadem eſt ac illa, quæ Jacobo Baradæo unàcum duabus præcedentibus Orationibus in ms. Codice Collegii Maronitarum perperàm tribuitur, ut nuper collatione facta didici: idem quoque hujus ac illarum duarum ſtylus eademque phraſis unum eundemque Noë Auctorem eſſe arguit. Quod ideò notatum hìc volui, quia pag. 68. à Baradæo quidem Orationes illas rejeci,

jeci; quis tamen earum auctor eſſet, in dubio reliqui.

IV. Breviarium Chronici.

In eodem Codice 30. *fol.* 138. idem Noë res in Oriente, ac præſertim in Meſopotamia geſtas ad ſuam uſque ætatem, hoc eſt, ad annum Græcorum 1807. Chriſti 1496. breviter deſcribit in hæc verba:

فقد زعموا المورخون ان من هبوط ادم ابو البشر الى سنتنا هذه وهى الف وثمانماية وسبعة يونانية سنة الف وتسعماية وسبعة وثمانين . شيث ولده سنة الف وتسعماية وتسعة وستين . ارتفاع حنوخ الى الفردوس وظهور علم النجوم خمسة الاف وثمانماية وثمانين . طوفان نوح اربعة الاف وخمساية وسبعين . ابراهيم الخليل ثلثة الاف وخمساية وتسعة وثلاثين . موسى الكليم ثلثة الاف ومايتين واثنين وسبعين . داود النبى الفين وخمساية وثمانية وثلثين . سليمان ولده الفين واربعماية وتسعة وسبعين . اسكندر ذو القرنين الف وثمانماية وسبعة . ولادة سيدنا يسوع المسيح الف واربعماية وثمانية وتسعين . صعوده الى السما الف واربعماية وخمسة وستون . ولادة محمد تسعماية وخمسين . هجرته تسعماية وواحد . وفاته وخلافة ابوبكر ثمانماية وخمسة وثمانين . وفاته وخلافة عمر ثمانماية واربعه وثمانين . مقتله وخلافة عثمان ثمانماية وخمسة وسبعين . قتله وخلافة على ثمانماية وثلاثة وستين . ظهور معاوية ابن ابى سفيان اول دولة بنى امية ثمانماية وسبعه وخمسين . ظهور ابو مسلم الخراساني وابتدى دولة بنى العباس اولهم السفاح سبعماية وسبعة عشر . عمارة بغداد الجديدة بايام المنصور ابن العباس ستماية وخمسة واربعين . جلوس الملك جلال الدين السلجوقى اول ملك السلجوقية اربعماية وثمانية واربعين . ظهور دولة بنى ارتق اربعماية واثنين وثلاثين . تملك نجم الدين الذى غازى ماردين اربعماية واحد وثلاثين . عمارة سور ماردين مايتين وخمسة وثمانين . حدوث الزلزلة وهدمة اخلاط وارجيش مايتين واحد وخمسين . ظهور جنكزخان اول ملوك المغل مايتين وخمسة واربعين . جلوس هلاكوخان واخذ بغداد وقتل الخليفة المستعصم مايتان وخمسة وثلاثين . وبها حاصر ماردين وما اخذها . غرقة بغداد وتوفى اويس بيك ووقوع الوبا والغلا بماردين ودياربكر ماية وثمانية وستين . توفى بيوم خواجا وتولى قرا محمد وتحكم تمور بيك على بلاد العجم ماية واثناعشر . نزول تمور بيك الى العبار خلف قرا محمد ماية وعشرة . نزول تمور بيك الى بغداد واخذها وطلع الى ديار بكر واخذ قلاع الزرقية وامد وماردين ماية وثلثة . دخول تمور بيك الى الكرك وغزاها ونزل الشام وسباها ورجع الى ديار بكر وخرب ماردين ستة وتسعين . حدوث الزلزلة وخربت اماكن كثيرة اثنين وتسعين . كسر امير عثمان الحكم على امد وقتل الملك الطاهر صاحب ماردين ووزيره الحاج فياض تسعين . تملك الامير قرا يوسف ماردين وقلعتها وجدد سورها ثمانية وثمانين . قتل السلطان فرج بمصر وتملك امير عثمان قلعة كماك سبعة وثمانين . وقعة امير عثمان وامير يوسف على قلعة ارغنين ورجع امير يوسف واخذ سعرد وبعد شهرين اخذها امير عثمان وسلمها لصاحبها تسعة وسبعين . ظهور الامير شاهروك ونزل الامير اسكندر الى الجزيرة ثم عاد اخذ تبريز خمسة وسبعين . غزا امير اسبهان الموصل واربل اثنين وسبعين . عقد السلطان الاشرف جسر الخشب بمدينة الحصن سبعة وستين . تملك امير عثمان ماردين وقلعتها خمسة وستين . حاصر سلطان مصر امد وما اخذها ومضى اليه السلطان الاشرف الحصنى وقتل بالطريق وتولى ولده الكامل ثلاثة وستين . حدوث الزلزلة وهدمة اخلاط والجبال اثنين وستين . وبها توفى امير عثمان . تملك ولده سلطان حمزة الايل وكسر اسبهان تسعة وخمسين . توفى سلطان حمزه ابن امير عثمان اثنين وخمسين . وبها تملك جهانكير امد وماردين وتوفى اسبهان . اخذ جهانشاه بغداد من ابن الخمار تسعة واربعين . حدوث الوبا بالحصن وامد وماردين سبعة واربعين . حاصر رستم بيك ابن طرخان امد وماردين وما اخذهما خمسة واربعين . حاصر حسن بيك الحصن وما اخذها احد واربعين . كسر حسن بيك لرستم ابن طرخان وقتله على امد تسعة وثلاثون . تملك حسن بيك اربعة وثلاثون . كسر حسن بيك الجهانشاه وقتله ثمانية وعشرون وبها توفى جهانكير . تملك حسن بيك تبريز واعمالها سبعة وعشرون . حدوث الوبا بماردين والحصن ستة وعشرون وبها تملك حسن بيك الجزيرة .

الجزيرة . توفى سلطان حمزة ابن جهانكير خمسة وعشرين . حاصر حسن بيك البيرة ثلاثة وعشرين . وبها حارب لسلطان الروم . دول حسن بيك الكرك تسعة عشر . وبها قتل محمد بيك ابن حسن بيك . وبها توفى حسن بيك . قتل سلطان خليل ابن حسن بيك ثمانية عشر . وبها جلس يعقوب بيك على تخت السلطنة . قتل الباش بالرها ستة عشر . حدوث الوبا بالحصن والجزيرة والموصل وبغداد اربعة عشر . وقوع الوبا بتبريز تسعة . توفى ابراهيم بماردين سبعة . توفى يعقوب بيك ويوسف وسلجوك خاتون وبقية البيندورية وغازى وصوفى خليل خمسة . جلوس رستم بيك على التخت اربعة . وبها سليمان بيك قتل باسنقر ابن يعقوب بيك ثلاثة . هربت نور على بيك سنتين .

*Secundùm ſupputationem Annaliſtarum, à lapſu Adæ primi parentis uſque in præſentem annum Græcorum milleſimum octingenteſimum ſeptimum fluxere anni [1] ſex mille nongenti octoginta ſeptem. Seth ejus filius natus eſt anno [2] abhinc ſexies milleſimo nongenteſimo ſexageſimo nono. Henoch in Paradiſum translatus eſt, & ſcientia Aſtronomiæ innotuit anno ab hinc quinquies milleſimo [3] octingenteſimo octavo. Diluvium Noë anno [4] quater milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo. Abraham Amicus Dei anno ter milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono. Moyſes colloquii divini particeps anno ter milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. David Propheta anno bis milleſimo quingenteſimo trigeſimo octavo. Salomon eius filius anno bis milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono. Alexander bicornis anno [5] milleſimo octingenteſimo ſeptimo. Natus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus anno [6] milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octavo. Aſcendit in cœlum anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto. Mohammed natus anno ab hinc nongenteſimo quinquageſimo. Hegira ejus, ſeù fuga, anno [7] ab hinc nongenteſimo primo. Obiit eique ſucceſſit Abu-Bacr anno [8] octingenteſimo octogeſimo quinto. Obiit eique ſucceſſit Omarus anno 884. (imò 862.) Cæſus fuit eique ſucceſſit Othmanus anno 875. (imò 852.) Periit eique ſucceſſit Ali anno 863. (imò 841.) Imperavit Mavias filius Abi-Sophiani, primus Chalipharum Ommiadùm [9] anno 857. Innotuit Abu-Maſalmas Choraſanita, cœpitque imperium Abbaſidarum, quorum primus fuit Saphahus, [10] anno 717. Bagdadum ædificatum ſub Almanſore Abbaſida [11] anno 645. Imperare cœpit Rex Gelaleddinus Salgiukenſis primus Regum Salgiukenſium, anno 448. Cœpit regnum Artakidarum anno 432. Regnare cœpit Negemaddinus, qui Marden expugnavit, anno 431. Mœnia Mardæ ædificata ſunt anno 285. Contigit terræmotus, quo Chalata & Argiſa corrue-*

NOTÆ.

1 *Anno* 6987. Juxta communiorem Syrorum opinionem ab Adam ad annum Græcorum 1807. Chriſti 1496. quo Noé Patriarcha ſcribebat, anni ſupputantur 6996. Græci recentiores annos octo præterea addunt.

2 *Anno* 6969. Imò 6866. qui erat juxta Vulgatam centeſimus trigeſimus Adæ, idemque ab anno 6996. quo Noë ſcribebat, ſex milleſimus octingenteſimus ſexageſimus ſextus.

3 *Anno* 5808. Imò 6039. qui in annum ab Adam 957. competit, quo Noë translatus eſt.

4 *Anno* 4570. Imò 5340. qui erat annus ab orbe condito 1656. atque ita ex Textu Sacræ Scripturæ emendandæ ſunt ſequentes ſupputationes.

5 *Anno* 1807. quo ſcilicet Auctor ſcribebat & ad quem ſequentes anni referendi ſunt.

6 *Anno* 1498. Imò 906. ſed Auctor ſequitur opinionem Syrorum ſcribentium Chriſtum natum anno Græcorum 309.

7 *Anno* 901. Imò 874. qui additus ad annum Græcorum 933. quo fuga Mahometi contigit, efficit annum 1807. quo Auctor ſcribebat.

8 *Anno* 885. Imò 864. ut dixi pag. 102.

9 *Anno* 857. Imò 836. qui in annum Græcorum 971. Chriſti 660. competit, quo Mavias ſublato Ali, ejuſque filiis, regnum Arabum ſolus obtinuit.

10 *Anno* 717. Imò 747. qui erat Græcorum 1060. Chriſti 749. Hegiræ 132. quo initium imperii Abbaſidarum.

11 *Anno* 645. Imò 734. qui erat Græcorum 1073. Chriſti 762. Hegiræ 145. quo juxta Abulpharagium & Elmacinum conditum fuit Bagdadum.

*ruerunt, anno* 251. *Imperare cœpit Gianchiz-Chan primus Regum Mogulenſium, anno* 245. *Regnare cœpit Hulachus-Chan, qui Bagdadum expugnavit & Moſtaſemum Chalipham interfecit,* [1] *anno* 235. *Eodem anno Hulachus Marden urbem irrita obſidione cinxit. Anno* 168. *exundantibus aquis Bagdadum ſubmerſum fuit: Obiit Aves-Bech: contigitque peſtis & fames Mardæ, & in Diar-Bechir,* (hoc eſt, in regione Amidæ.) *Anno* 112. *obiit Biram Chovagia: præfuit Kara Mohammad: regnavitque Timur-Bech* (quem Tamerlanum appellant) *in regione Perſarum. Anno* 110. *idem Timur irrupit in Abaram, manuſque conſeruit cum Kara Mohammad. Anno* 103. *idem Bagdadum expugnavit: in regionem Diar-Bechir invaſit, & arces Zarkiam, Amidam Mardenque occupavit. Anno* 96. *idem invaſit in Charcham, depopulatus eſt Damaſcum, reverſuſque in Diar-Bechir, Marden deſtruxit. Anno* 92. *contigit terræmotus, quo plura loca corruerunt. Anno* 90. *Emir Othmanus profligavit exercitum Giachami apud Amidam, periitque Rex Daherus Mardæ dominus unàcum Phiad ejus Viziro. Anno* 88. *Emir Kara Joſeph Marden cum arce obtinuit, ejuſque muros inſtauravit. Anno* 87. *Pharagius Rex in Ægypto periit: & Emir Othmanus arcem Camachum obtinuit. Anno* 79. *commiſſum eſt prælium inter Emir Othmanum & Emir Joſephum apud arcem Arganinum: reverſus autem Emir Joſeph occupavit Seered urbem, quam Emir Othmanus altero poſt menſe ereptam, domino ſuo reſtituit. Anno* 75. *innotuit Emir Sciaharuch: deſcenditque Emir Scander in Geziram, & Tabrizum occupavit. Anno* 72. *Emir Aſpahanus Moſul & Arbelam expugnavit. Anno* 67. *Rex Aſraphus ligneum pontem in urbe Heſna fecit. Anno* 65. *Emir Othmanus Marden cum arce obtinuit. Anno* 63. *Rex Ægypti Amidam irrita obſidione cinxit: Quum autem Rex Aſraphus Heſnenſis adversùs eum procederet, obiit in itinere, eique filius Chamelus ſucceſſit. Anno* 62. *accidit terræmotus, quo Chalata & Gabala corruerunt. Eodem anno obiit Emir Othmanus. Anno* 59. *Rex Hamza Othmani filius Ailam occupavit, & Aſpahanum fudit. Anno* 52. *idem Hamza obiit. Eodem anno Giahanchirus Amidam Mardenque occupavit: eodemque Aſpahanus obiit. Anno* 49. *Giahanſciah Bagdadum filio Chammari eripuit. Anno* 47. *accidit peſtis Heſnæ, Amidæ, & Mardæ. Anno* 45. *Roſtamus Bech Tarchani filius Amidam & Marden irrita obſidione cinxit. Anno* 41. *Haſanus Bech Heſnam fruſtrà obſedit. Anno* 39. *Haſanus Bech Roſtamum Tarchani filium apud Amidam fudit interfecitque. Anno* 34. *Haſanus Bech imperavit. Anno* 28. *idem Haſanus Giahanum Regem fudit occiditque. Eodem anno obiit Giahanchirus. Anno* 27. *idem Haſanus Tabrizum ejuſque ditionem occupavit. Anno* 26. *contigit peſtis Mardæ & Heſnæ. Eodem anno Haſanus Geziram obtinuit. Anno* 25. *obiit Hamza Rex filius Giahanchiri. Anno* 23. *Haſanus Birtam obſedit. Eodem anno cum Imperatore Romæorum ſigna contulit. Anno* 19. *Haſanus Charcham ingreſſus eſt. Eodem anno periit Mohammad Bech, filius Haſani: eodemque obiit Haſanus Bech. Anno* 18. *cæſus fuit Soltanus Chalilus Haſani filius. Eodem anno imperavit Jacobus Bech. Anno* 16. *occiſus fuit Baſcius in urbe Edeſſa. Anno* 14. *contigit peſtis Heſnæ, Geziræ, Moſuli & Bagdadi. Anno* 9. *accidit peſtis Tabrizi. Anno* 7. *obiit Ibrahimus Mardæ. Anno* 5. *obiere Jacobus Bech, & Joſephus, & Salgiuch-Chaton, cum cæteris Binduritis, & Galavi, & Sophi-Chalil. Anno* 4. *imperavit*

*ravit*

NOTA.

1 *Anno* 235. Imò 232. qui erat Græcorum 1569. Hegiræ 656. Chriſti 1258. quo juxta Amrum citatum pag. 455. Bagdadum ab Hulacho expugnatum fuit.

*ravit Roſtamus Bech. Anno* 3. *Solimanus Bech interfecit Baſonkorum Jacobi Bech filium. Anno* 2. *fugerunt Navari* (hoc eſt, Arabes,) *qui Principi Ali obtemperabant*. Hucuſque Noë. Atque hic Secundo Tomo Bibliothecæ Orientalis finis eſto.

# FINIS.

AD-

# ADDENDA, ET CORRIGENDA.

PAGINA 9. *columna* 1. *linea* 15. *ad illa verba*, Dioſcorus quidam cognomento Ebn-Dhau Jacobitarum Hieroſolymis degentium Epiſcopus, *hanc notam appone*. In Codice ms. Arabico XL. quem æqualis Dioſcoro Moyſes Ataſtia Presbyter Jacobita exaravit, ut ex Catalogo ad calcem hujus Tomi ſubjecto liquet, hic Dioſcorus *Damaſci Epiſcopus* appellatur, Sedemque in cœnobio S. Moyſis apud eandem urbem habuiſſe dicitur. Quia tamen Jacobitis omnibus in Phœnicia & Palæſtina diſperſis præerat, ab Edenenſi *Epiſcopus Hieroſolymorum* meritò vocatur.

*Pag.* 54. *col.* 1. *lin.* 22. *poſt ea verba*, in Biblioth. Medicea, *adde*: & in Codice Syriaco ms. 23. in Catalogo, qui ad calcem hujus Tomi ſubjicitur.

*Pag.* 54. *col.* 2. *lin.* 13. *ad ea verba*, Canſarinum urbem, *adde hanc Notam*. Iſmaël Abulpheda in Tabulis chorographicis Cod. Vatic. Arab. ms. 65. fol. 68. monet ejus urbis nomen ſic proferendum eſſe: قنسرين *Kennaſrin*; eam autem ab urbe Alepo مرحلة واحدة صغيرة *ſtationem unam parvam* diſtare. Vide Geographiam Nubienſem Climate 4. Par. 5. Syris dicitur ܩܢܫܪܐ *Kenneſre*, & ܩܢܫܪܝܢ *Kenneſrin*, quod *Nidum Aquilarum* latinè interpreteris.

*Pag.* 63. *col.* 2. *verſ.* 12. *dele ab iis verbis*, nec minus nugantur Jacobitæ &c. *& hæc ſubſtitue*. Nec minus nugatur Noë Jacobitarum Patriarcha in ms. Codice &c. dum fol. 46. Jacobi ſui geſta & obitum his verbis refert &c. *Auctorem illius Operis eſſe Noë, deprehendi ex Cod. ms. Arabico XL. in Catalogo ad calcem hujus Tomi.*

*Pag.* 68. *col.* 2. *lin.* 15. *dele*, id quod &c. *& hæc ſubſtitue*. Id quod recentiorem Baradæo auctorem arguit: *nimirùm Noë Libaniotam Jacobitarum Patriarcham, quem oſtendi cap. ult. pag.* 468. *hanc Homiliam, nec non Cathecheſim & Encomium in Jacobitas, cujus ſuprà memini, edidiſſe. Quamobrem quod ſubjungitur ibidem lin.* 26. *auctorem ſcilicet Encomii* circa ſæculum duodecimum floruiſſe, *ſic emendandum*, ſæculo decimo quinto floruiſſe.

*Pag.* 70. *col.* 1. *lin.* 44. *dele*, ſubrogavit, *& lege* ſubrogare voluit. *Nam Jacobus Baradæus, ut ex Barhebræi chronico pag.* 331. *dixi, poſtquam ſententiam depoſitionis in Paulum tuliſſet, ad cœnobium Romani in Ægypti finibus ſitum unàcum Epiſcopis & Archimandritis Syris ſe contulit, ut Petrum in locum Pauli Patriarcham crearet. Sed conſilium ſuum, morte præventus, ad exitum perducere nequivit. Eo verò defuncto, Epiſcopi & Archimandritæ Petrum crearunt.*

*Pag.* 92. *col.* 2. *lin.* 34. *ad calcem adde*: vel religionis causâ ea prætermiſſa, aut deniquc ut minio deſcriberentur, locum vacuum relictum. *Vide quæ in idem argumentum diſſerui pag.* 200.

*Pag.* 94. *col.* 1. *lin. ult. poſt ea verba*, retuli pag. 23. *adde*: Lectiones pro hebdomada Paſſionis ex eadem verſione habentur in pervetuſto ac elegantiſſimo Evangeliorum Codice Bibliothecæ Barberinæ. Eadem à Jacobo Edeſſeno recenſetur in Onomaſtico Cod. Syr. XXII. Catalogi, qui ad calcem hujus Tomi ſubjicitur. Laudatur paſſim &c.

*Pag.* 116. *col.* 2. *lin.* 36. *ad ea verba*, circa annum Chriſti 790. *hanc notam adjice*. Cyriacum Patriarcham anno Chriſti 793. menſe Auguſto ordinatum fuiſſe, teſtatur Bar-hebræus in

Chronico citatus à nobis pag. 342. Quamobrem quum in Libro, qui Fides Patrum inſcribitur, fol. 240. ad eum directa legatur Epiſtola Synodica Joannis quadrageſimi octavi Patriarchæ Alexandrini, vel hunc anno Martyrum 502. Chriſti 786. mortuum eſſe fieri nequit; nondum enim eo anno Cyriacus in Patriarcham creatus fuerat: aut mendum in anno ordinationis Cyriaci apud Bar-hebræum irrepſit.

*Ibid. col.* 2. *lin.* 25. *dele ea verba*, anno à Nativitate Domini 58. fortaſſe 758. *& hæc ſubſtitue*, fortaſſe 808. *nam, ut dixi pag.* 342. *&* 343 *Cyriacus electus fuit anno Chriſti* 793. *obiitque anno* 817.

*Pag.* 119. *col.* 1. *lin.* 28. *poſt ea verba*, loco infrà citando, *adde*. Quem tamen hac in re hallucinatum fuiſſe conſtat ex Chronico Bar-hebræi, (*quod citavi pag.* 347.) ex quo liquet, Joannem Darenſem in vivis fuiſſe anno Chriſti 837. quo Dionyſius Telmarenſis Patriarcha chronicon ſuum eidem Darenſi nuncupatum ſcribebat.

*Pag.* 124. *col.* 1. *lin.* 4. *poſt ea verba*, ut infrà dicam, *adde*. Bar-hebræus in chronico (*citatus pag.* 346.) hunc Philoxenum à Dionyſio Patriarcha anno Græcorum 1140. Chriſti 829. dignitate Epiſcopali dejectum affirmat.

*Ibidem col.* 1. *lin.* 32. *poſt ea verba*, mare tranquillitatis, *adde*. Philoxenum Mabugenſis Xenajæ ex ſorore nepotem pag. 89. commemoravi ex Actis Collationis Severianos inter & Catholicos habitæ Conſtantinopoli ſub Juſtiniano Imp. ſed ille Dulichii, non Bagdadi Epiſcopus fuit, ut ibidem legitur.

*Ibid. col.* 2. *lin.* 13. *poſt ea verba*, & alteram pag. 415. *adde*. Ejuſdem Tractatus de Baptiſmo laudatur fol. 126. Cod. Syr. 31. Catalogi, quem ad calcem hujus Tomi ſubjicio.

*Ibid. col.* 2. *lin.* 21. *dele ab iis verbis*, Michaeli quinquageſimo tertio &c. *uſque ad*, ut in Chronico Orientali pag. 131. *& hæc ſubſtitue*. Æqualis fuit Michaëli quinquageſimo ſexto Coptorum Patriarchæ, ad quem Synodicam ſcripſit mox citandam. Obiit autem Michaël anno martyrum 625. hoc eſt, Chriſti 909. poſtquam annos 28. ſediſſet, teſtibus Severo Aſmonæorum Epiſcopo in Hiſtoria Patriarcharum Alexandriæ, & Petro Ebnarrahebo in Chronico Orientali per Ecchellenſem edito. *Hunc locum emendavi pag.* 349. *col.* 1.

*Pag.* 125. *col.* 1. *ad calcem adde*. Syntagma medicum ejuſdem Theodoſii laudatur in Chronico Bar-hebræi, cujus memini pag. 349. Id fortaſſe eſt, quod cum Arabica interpretatione habetur Cod. Syr. ms. XXXV. Catalogi, qui ad calcem hujus Tomi ſubjicitur.

*Ibidem col.* 2. *dele totum paragraphum primum*, *& hæc ſubſtitue*. Dionyſius hujus nominis ſecundus, in Serie Patriarcharum Jacobitarum apud Barſalibæum ſeptuageſimus nonus, Theodoſium excepit eodem tempore, quo Michaël quinquageſimus ſextus Coptis præerat. Sedit annos 13. obiitque die 18. Aprilis anno Græcorum 1220. Chriſti 909. quo & præfatus Michaël deceſſit, ut ex Chronico Bar-hebræi liquet. *Hunc locum emendavi pag.* 349.

*Pag.* 126. *col.* 2. *lin.* 14. *dele ea verba*, ſub Coſma Alexandrino LIV. & Joanne Antiocheno LXXX. circa annum Chriſti 854. &c. *& hæc ſubſtitue*. Sub Coſma Alexandrino LVIII. & Joanne Antiocheno LXXX. circa annum Chriſti 920. &c. *Nam Coſmas Alexandrinus LIV. non Joanni Antiocheno LXXX. æqualis fuit, ſed Joanni LXXVI. qui ſedit ab anno Chriſti* 846. *ad annum* 874. *Idem autem Coſmas ab anno Martyrum* 568. *ad annum* 576. *hoc eſt, ab anno Chriſti* 852. *ad annum* 860. *Coptis præfuit, & fortaſsè ad prædictum Joannem LXXVI. Synodicam aliquam ſcripſit. Verùm quæ in Tractatu de Fide Patrum exſtat epiſtola Coſmæ ad Joannem, non Coſmæ quinquageſimi quarti eſt ad Joannem ſeptuageſimum ſextum, ſed Coſmæ quinquageſimi*

*ſimi octavi ad Joannem octogeſimum, ut demonſtravi pag.* 348. *col.* 2.

*Pag.* 131. *col.* 1. *ad calcem adde*. Alias nonnullas Barcephæ Homilias è Syriaco Arabicas fecit Moyſes Ataſcia Presbyter Jacobita, quæ exſtant Cod. Arab ms. 40. in Catalogo ad calcem hujus Tomi: videlicet, *De S. Cruce*: *De Aſcenſione Domini*: & *de Pentecoſte*: ubi Syriacum Barcephæ nomen Arabicè ſic reddit موسى الحجر *Moyſes à Lapide*, eumque per ſummam inſcitiam مفريان *Maphrianum*, hoc eſt, Primatem Orientis appellat. Denique Barcephæ geſta, Operumque Catalogum, ex Barhebræi chronico, & ex Cod. Syr. 32. qui ad calcem hujus Tomi recenſetur, retuli pag. 218. & 219.

*Ibid. col.* 2. *lin.* 18. *poſt ea verba*, ſediſſe dicitur, *adde*. Atque hæc ſententiam Dionyſii Barſalibæi ſequutus ſcripſi, qui in Serie Patriarcharum Jacobitarum inter hunc Dionyſium & Baſilium, unum dumtaxat Joannem Patriarcham collocat, ut liquet ex pag. 325. At Bar-hebræus in Chronico citatus pag. 350. duos ante Dionyſium Tertium cognomines Joannes commemorat, quorum alterum ab anno Græcorum 1247. ad annum 1267. alterum ab hoc anno ad 1269. ſediſſe ſcribit; Dionyſium autem, de quo hìc ſermo eſt, ab anno Græcorum 1269. ad 1272. Syris Jacobitis præfuiſſe. Ex quo patet Dionyſium non Joanni, ad quem Macarius Coptorum Patriarcha Synodicam dedit, ſucceſſiſſe, ſed alteri, qui Theophani Macarii ſucceſſori æqualis erat, ut ex Hiſtoria eorum Patriarcharum colligitur.

*Pag.* 140. *col.* 2. *lin.* 16. *dele ab iis verbis*, An verò is noſter Joannes ſit, *uſque ad*, ex Dionyſii chronico obſervavi.

*Ibid. lin.* 42. *poſt ea verba*, de qua nos infrà, *adde*. Joannem Bar-Vehebun, qui & Theodorus, ejus Anaphoræ auctorem eſſe, deprehendi ex Cod. 32. Catalogi qui ad calcem hujus Tomi ſubjicitur, *ut notavi pag.* 216.

*Pag.* 141. *col.* 1. *lin.* 34. *pro Athanaſio ſexto* Quintum *ſubſtitue ſic*. Athanaſius quintus hujus nominis Patriarcha Jacobitarum, in Serie Barſalibæi octogeſimus ſextus, Dionyſii, Abrahæ, & Joannis Sarighæ ſucceſſor, æqualis fuit Philotheo &c. *Emendavi hunc locum pag.* 352.

*Ibidem col.* 2. *lin.* 16. *dele Dionyſii nomen tàm in corpore, quàm in margine, & hæc ſubſtitue*. Eique fol. 302. præmittitur altera Synodica ejuſdem Philothei ad eundem Athanaſium, ex qua &c. *Nullus enim Dionyſius Antiochenus ſub Philotheo Alexandrino exſtitit, ut notavi pag.* 352. *quod adhuc confirmatur ex ejuſdem Synodicæ epocha, quæ ſcripta eſſe dicitur anno Martyrum* 703. *hoc eſt, Chriſti* 987. *quo non Dionyſius, ſed Athanaſius Jacobitis præerat, ut ex Chronico Bar-hebræi oſtenditur*.

*Pag.* 142. *col.* 2. *lin.* 7. Baſilius Tiriæ Epiſcopus, *Fortaſſe* Turabdini, *aut* Tirhanæ, *quorum locorum frequens mentio in Hiſtoria Patriarcharum Jacobitarum & Neſtorianorum*.

*Pag.* 143. *col.* 2. totum Cap. XXVII. in quo de Joanne Barſuſan agitur, poſtponi debet Capitibus XXVIII. XXIX. & XXX. in quibus de Joanne Abdon, de Dionyſio, & de altero Joanne Abdon, qui ante Barſuſan vixere, ut ex Chronico Barhebræi liquet à pag. 352.

*Ibid. col.* 2. *lin.* 32. *dele ab iis verbis*, Atqui Joannes Abdon, *uſque ad pag.* 144. ex typographorum oſcitantia obrepſit, *& hæc ſubſtitue*. Atqui ex Chronico Bar-hebræi (*citato pag.* 355.) liquet Joannem Bar-Suſan obiiſſe anno Græcorum 1384. Chriſti 1073. *Falſum eſt quod ibi de ætate Barſuſan affirmavi, eam nimirùm ultrà annum Chriſti* 1010. *extendi non poſſe: Item falſum eſt, eum Joanne Abdone priorem fuiſſe. Hæc emendavi pag.* 356. *Errandi occaſionem dedit Series Barſalibæi, in qua num.* 93. *recenſetur Joannes Abdon Epiſcopus Synnadæ, quem quum eundem eſſe ac Joannem Abdonem magnum exiſtimaſſem, Barſuſan in eadem ſerie nonage-*

*nageſimum primum Abdoni præmiſi. Verùm ex Bar-hebræi Chronico errorem hunc emendavi pag.* 357.

*Pag.* 145. *col.* 1. *lin.* 4. *dele ea verba*, Eadem de ſale & oleo quæſtio iterùm mota fuit, *& hæc ſubſtitue*: Hæc de ſale & oleo quæſtio mota fuit. *Semel enim mota fuit ſub Joanne Barſuſan Antiocheno & Chriſtodulo Alexandrino.*

*Ibid. lin.* 40. *dele ea verba*, Fuit autem hic Joannes à Barſuſan diverſus, ut cap. ſequenti oſtendam. *Imò unus idemque fuit, ut oſtendi pag.* 356.

*Ibidem col.* 2. *lin.* 4. *dele ab iis verbis*, Joannes hujus nominis decimus, *uſque ad*, poſt Baſilium Joannis Barſuſan ſucceſſorem, *& hæc ſubſtitue*. Joannes hujus nominis octavus, in ſerie autem Barſalibæi octogeſimus ſeptimus Jacobitarum Patriarcha, cognomento Abdon, poſt Athanaſium Salachenſem, & ante Dionyſium quartum &c. *ut emendavi pag.* 353.

*Pag.* 146. *col.* 1. *lin.* 34. *dele priores quinque ſuprà viginti Notæ lineas ab iis verbis*, Fallitur Michael, *uſque ad*, Michaelis errorem ſequutus, *incluſivè. Et hæc ſubſtitue.* Is eſt Athanaſius hujus appellationis quintus cognomento Salachenſis, in ſerie Barſalibæi octogeſimus ſextus, de quo ſuprà dixi à pag. 141. Joannes cognomento Colzomita in vita Chriſtoduli, *& cætera, ut in nota. Emendavi pag.* 353.

*Pag.* 147. *col.* 2. *lin.* 37. *dele ea Notæ verba*, ut ſuprà vidimus.

*Ibid. lin.* 51. *dele ab iis Notæ verbis*, Baſilio autem, *uſque ad*, Jacobitarum locus, *& hæc ſubſtitue*. Baſilio autem & Dionyſio non poſt Joannem Abdonem, ſed poſt cognominem Barſuſan in ſerie Patriarcharum Jacobitarum locus, *ut liquet ex Chronico Bar-hebræi pag.* 356. *&* 357.

*Pag.* 148. *col.* 2. *dele Notam, quæ iis verbis incipit*, quum in Patriarcham electus fuit, *ut emendavi pag.* 353.

*Pag.* 150. *col.* 2. *lin.* 45. *dele ab iis Notæ verbis*, Is fuit Joannes, *uſque ad finem, & hæc ſubſtitue*. Is fuit Joannes in ſerie Barſalibæi octogeſimus nonus, Abdonis ex ſorore, vel ut alii ſcribunt, ex fratre nepos, cujus binæ ad Chriſtodulum Synodicæ exſtant apud Paulum Ebn-Regia in libro de Fide Patrum, ut infrà dicam.

*Pag.* 152. *col.* 1. *lin.* 31. *dele ab iis verbis*, Dionyſius Quintus, *uſque ad*, Jacobitarum Patriarcha, *& hæc ſubſtitue.* Dionyſius Quartus Patriarcha. Dionyſius hujus nominis Quartus cognomento Haje, in ſerie Barſalibæi octogeſimus octavus Jacobitarum Patriarcha, Abdonis ſucceſſor, ſedebat anno Martyrum 751. &c. *ut emendavi pag.* 354.

*Pag.* 153. *col.* 1. *lin.* 12. *dele titulum & initium Capitis XXX. & hæc ſubſtitue*. Joannes IX. Patriarcha. Joannes hujus appellationis nonus, in ſerie Barſalibæi octogeſimus nonus Jacobitarum Patriarcha, Joannis Abdonis ex fratre, vel ut alii malunt, ex ſorore nepos, Theodorus antea appellatus, Dionyſium de quo ſuprà dixi, excepit, eique ſectæ præfuit &c.

*Ibid. lin.* 38. *dele ab iis verbis*, Reſponſivam ad Chriſtodulum, *uſque ad col.* 2. *lin.* 3. perperàm præfigitur, *& hæc ſubſtitue*. Verùm hæc non ſub Joanne Theodoro, de quo hìc ſermo eſt, contigere, ſed ſub Joanne Barſuſan, qui Athanaſium ejuſdem Theodori ſucceſſorem excepit, ut liquet ex Bar-hebræi Chronico, & colligitur ex epiſtola Synodica, quæ num. 42. tom. I. Biblioth. noſtræ pag. 625. ad Chriſtodulum miſſa legitur anno Martyrum 782. hoc eſt, Chriſti 1066. quo Joannes Barſuſan Jacobitis Syris præerat, non Theodorus. Ad Barſuſan itaque, non ad Joannem Theodorum referendus eſt Tractatus ille *de ſale, fermento, & oleo*, cui Paulus Ebn-Regia in libro de Fide Patrum fol. 347. hunc titulum præfigit &c.

*Ibid. col.* 2. *lin.* 42. *dele ea verba*, Tres Synodicæ Joannis, *& hæc ſubſtitue*. Binæ Joannis Synodicæ &c.

*Nam*

*Nam tertia ad Barſuſan ſpectat, ut oſtendi pag.*354.

*Pag.*154. *col.*1. *lin.*4. *dele ea verba*, Tertia denique, *& hæc ſubſtitue*. Synodicis Theodori Joannis ſubjungitur Epiſtola Barſuſan ad eundem Chriſtodulum Alexandrinum f. 363. cui titulus &c.

*Ibid. col.* 2. *lin.* 20. *dele ea verba*, idem Barſalibæus, *& hæc ſubſtitue*, ejuſdem Barſalibæi continuator, *ut emendavi pag.*210.

*Pag.* 156. *col.* 1. *ante caput* 32. *hæc adde*. Vitam *S. Abæi Epiſcopi* emendaſſe dicitur Cod. Syr. 32. in Catalogo ad calcem hujus Tomi.

*Ibidem col.*2. *lin.*21. *dele ab iis verbis*, nec ante annum, *uſque ad*, Patriarchæ refert, *& hæc ſubſtitue*. Obiit anno Græcorum 1483. exeunte menſe Novembri, ut refert Barhebræus in Chronico *citat. pag.* 365. *& emendavi hunc locum pag.*210.

*Pag.*161. *col.* 1. *lin.* 36. *poſt ea verba*, propagati ſunt, *adde*: quæ tamen Georgii ſententia Patribus adverſatur.

*Pag.* 184. *col.* 2. *lin.* 5. *dele ab iis verbis*, ut infra dicam, *uſque ad*, Davide, *& hæc ſubſtitue*: ut liquet ex Nomocanone Danielis, de quo infrà ſermo erit.

*Pag.*192. *col.*2. *lin.* 5. *poſt ea verba*, Codicis Berœenſis I. *adde*: & fol.203. Cod. Syr. 22. in Catalogo, qui ad calcem hujus Tomi ſubjicitur, his verbis &c.

*Pag.* 203. *col.* 2. *lin.* 39. *dele ea verba*, inſipientium ac ſtultorum, *& hæc ſubſtitue*, inſipientium Cruſtenorum. *Syriacus enim textus habet* ܩܘܪܣܛܢܐ, *quæ vox à Lexicographis nonnullis Syris perperàm redditur* inſipiens, *quum ſignificet* Cruſtenos, *hoc eſt, Cyrrheſticæ regionis incolas, qui famoſam controverſiam de iis Liturgiæ verbis*, Panem cœleſtem frangimus, *excitarunt temporibus Georgii, Cyriaci, & Dionyſii Patriarcharum, ut dixi pag.* 203. 341.

*Pag.*211. *col.*2. *lin.* 2. *poſt ea verba*, commentaria ſcripſiſſe, *adde*. In Chronico Bar-hebræi duo Barſalibæi Carmina laudantur de expugnatione Edeſſæ, & tria de expugnatione urbis Marhas, quorum memini pag.317.

*Pag.* 237. *col.* 1. *lin.* 17. *poſt ea verba*, annum Chriſti 1230. *adde*. Barhebræus in tertia Parte Chronici Syriaci *Severum Bar-Sciacco* eum appellat, quod nomen quum Epiſcopus Tagritenſis diœceſis, nimirùm *cœnobii S. Matthæi* electus eſt, aſſumpſit. *Vide quæ ex eodem Barhebræo de ejus geſtis retuli pagina* 455.

*Pag.* 244. *col.* 1. *lin.* 4. *adde*. Ejuſdem Carmen dodecaſyllabum habetur in Cod. Syr. 28. Catalogi ad calcem hujus Tomi.

*Pag.*309. *col.*1. *lin.*28. *poſt ea verba*, in manuſcripto Ecchellenſi deſunt, *adde*. Nec Bar-hebræi fœtus ſunt, ſed anonymi continuatoris, ut liquet ex teſtimonio Barſumæ ejuſdem Barhebræi fratris, quod ſuprà retuli pag.264.

*Pag.* 328. *col.* 2. *lin.* 28. *ad illa verba*, Samuelis Petri Syri ex Rheſina in Meſopotamia viri docti, *hanc notam appone*. Non unum, ſed duos Scriptores fuiſſe, Samuelem ſcilicet, & Petrum, ex Gennadio oſtenſum eſt tom. 1. pag. 259. Itaque vel nomen *Petri* hìc redundat, vel corruptus ab amanuenſi locus ſic reſtituendus; *Is porrò*, hoc eſt, Joannes Aſcoſnaghus, *Samuelis & Petri Syri* &c. Samuelem autem anno Chriſti 467. in vivis fuiſſe & multa adversùs Neſtorianos, Eutychianos atque Timotheanos Conſtantinopoli ſcripſiſſe, diſertè refert Gennadius in Catalogo cap.82.

*Pag.*348. *col.*2. *lin.*15. *poſt ea verba*, inſtaurata eſt, *adde*. Is autem Phacratius fuit filius Regis Armenorum, teſte Galano in Conciliat. Eccl. Armenæ cum Latina tom. 1. cap. 18. num.48. pag. 210. ubi hæc de Georgio Charnenſi Patriarcha: *Hujus ætate Aſciut Pacratidem Abaſi Pacratidis exercitus Armeni Ducis Generalis filium inſtituerunt Regem Ar-*

*me-*

*meniæ*, *qui regnum jampridem collapſum in integrum reſtituit*.

*Pag.* 351. *col.* 2. *dele totam lineam* 17. *ab iis verbis*, Apamea Euphemiam. *Nam in epiſtola Joannis Patriarchæ Euphemia diſertè habetur*, *non Apamea*.

*Pag.*352. *col.* 2. *lin.* 7. *ad illud verbum*, Nache-Bſiruotæ, *hanc notam adjice*. Suſpicor, ea voce nequaquam proprium fratris Emmanuelis nomen deſignari, ſed conceſſum ei ſcriptionis donum; ac proinde ſic legendum eſſe, ܢܟܐ ܒܣܝܪܘܬܐ *ad defectus ſupplendos*, Emmanuelis ſcilicet fratris, & Joannis Epiſcopi Cartaminenſis, qui characteres Syriacos Stronghilos jam ferè obſoletos reſtituere ſatagerant.

*Pag.* 403. *col.* 1. *lin.* 47. *ad nomen* Maanæ *hanc notam adjice*. Hic nimirùm eſt, quem ab Epiſcopis Orientalibus ob Neſtorianam hæreſim depoſitum fuiſſe, ſuprà narravi p.402. Nam in Perſidem juſſu Jezdegerdis Regis relegatus, ibidem uſque ad Babuæi tempora annis circiter 37. vixit, quibus conjunctis cum Narſe & Barſuma Niſibeno ſtudiis eam Eccleſiam evertit.

*Pag.*429. *col.*2. *poſt lineam* 5. *adde*. VII. Abraham ſub Athanaſio Baladenſi anno Græcorum 995. ordinatus, paucis menſibus ſupervixit.

*Ibidem lin.* 14. *ad ea verba*, Vacavit Sedes Tagritenſis ſex annos, *adde hanc notam*. Quum Abraham quidem Davidis prædeceſſor anno circiter Græcorum 995. obiiſſe dicatur; Joannes verò ejuſdem Davidis ſucceſſor annum unum cum dimidio ſediſſe, & die 2. Januarii anno Græcorum 995. obiiſſe; non igitur Sedes Tagritenſis ante Joannis Maphriani electionem ſex annis vacavit, ſed ſeſquianno dumtaxat.

*Pag.* 447. *col.* 2. *lin.* 9. *ad ea verba*, Vacavit Sedes annis 6. *adde hanc notam*. Imò *annis* 16. ut conſtat ex ordinatione Joannis Salibæ Maphriani, quæ peracta dicitur anno Græcorum 1386. Baſilius autem obiit anno Græcorum 1370. Hinc emendandum quod dicitur pag. 448. col. 1. lin. 24. Joannem nempè Salibam *ſexto ab obitu Baſilii anno* ordinatum, & legendum ſic; *decimo ſexto* &c.

C A-

# CATALOGUS PATRIARCHARUM
## SYRO-JACOBITARUM.

1. SEVERUS Antiochenæ Sedis invaſor, depoſitus anno Chriſti 518. obiit anno 539.

2. SERGIUS Beth-Chartæ Telenſis monachus cœnobii Holæ, in locum Severi à Monophyſitis ſubſtitutus anno 539. obiit anno 542.

3. PAULUS Beth-Uchame, hoc eſt, Niger, Alexandrinus, monachus cœnobii Gubæ poſt Sergii obitum electus anno 542. depoſitus fuit anno 578.

4. PETRUS Junior, Calliniceenſis, in locum Pauli ſubrogatus anno 578. obiit anno 591.

5. JULIANUS I. Petri Syncellus, monachus cœnobii Kenneſrinenſis, ſedit annos 3. menſes 5.

6. ATHANASIUS I. cognomento Camelarius, Samoſatenus, monachus Kenneſrinenſis, obiit anno 631.

7. JOANNES I. cognomento Sedrarum, Athanaſii diſcipulus, obiit anno 649.

8. THEODORUS monachus Scetenſis, obiit anno 667.

9. SEVERUS, cognomento Bar-Maske Epiſcopus Amidenſis, obiit anno 680.

10. ATHANASIUS II. cognomento Baladenſis obiit anno 687.

11. JULIANUS II. cognomento Miles, monachus Kenneſrinenſis, obiit anno 708.

12. ELIAS exmonacho Gubæ Epiſcopus Euphemiæ, obiit anno 723.

13. ATHANASIUS III. Abbas cœnobii Gubæ, obiit anno 740.

14. JOANNES II. ex monacho Zucheninenſi Epiſcopus Hauræ, obiit anno 754.

15. ISAAC Epiſcopus Haran eodem anno periit, quo ab Almanſore Abugiafar Chalipha intruſus fuit, nimirùm 754.

16. ATHANASIUS IV. cognomento Sandalenſis, Epiſcopus Maipheractæ, periit anno 759.

17. GEORGIUS Diaconus & monachus Kenneſrinenſis, obiit anno 790. Sub eo Sedem invaſere

JOANNES Epiſcopus Callinici, intruſus, &

DAVID Epiſcopus Daræ, intruſus.

18. JOSEPH Georgio ſuffectus anno 790. obiit anno 792.

19. CYRIACUS monachus cœnobii Bezonæ, obiit anno 818.

20. DIONYSIUS I. cognomento Telmaharenſis, obiit anno 845. Sub eo Sedem invaſit

ABRAHAM, qui & Abiron, intruſus, cui ſucceſſit anno 877.

SIMEON Patriarcha intruſus.

21. JOANNES III. monachus cœnobii Zachæ apud urbem Callinicum, obiit anno 873.

22. IGNATIUS I. Joſue antea appellatus, monachus cœnobii Herbaz, obiit anno 883.

23. THEODOSIUS, qui & Romanus medicus, obiit anno 896.

24. DIONYSIUS II. monachus cœnobii Beth-Batin, obiit anno 909.

25. JOANNES IV. Stylita in cœnobio Curzachel, obiit anno 922.

26. BASILIUS I. monachus cœnobii Saphyli obiit anno 935.

27. JOANNES V. monachus in monte Nigro, obiit anno 956.

28. JOANNES VI. Stylita in cœnobio Curzachel, obiit anno 959.

29. DIONYSIUS III. monachus cœnobii Cartaminenſis, obiit anno 961.

30. ABRAHAM monachus cœnobii Tarilenſis, obiit anno 963.

31. JOANNES VII. cognomento Sarighta, monachus Tarilenſis, obiit anno

anno 985. Hic à Nicephoro Imperatore in urbem Regiam abductus eſt.

32. ATHANASIUS V. qui & Lazarus cognomento Salachenſis, monachus cœnobii Aaron in Sigara, obiit anno 1003.

33. JOANNES VIII. cognomento Abdon, monachus montis Nigri, ordinatus anno 1004. obiit anno 1033. in regione Bulgarorum, quo à Romano Lacapeno Imperatore relegatus fuerat.

34. Dionyſius IV. qui & Haje Abbas cœnobii Lazari, ordinatus anno 1034. obiit anno 1044. Vacavit Sedes annos 5.

35. JOANNES IX. qui & Theodorus Abdon, Joannis VIII. nepos, monachus cœnobii Gaghæi, ordinatus anno 1049. obiit anno 1058.

36. ATHANASIUS VI. qui & Haje, Epiſcopus Arſamoſatæ, deinde monachus cœnobii Aaron in Sigara, demùm Patriarcha electus anno 1058. ſedit annos 5. menſes 5. obiit in urbe Arca, quum à Græcis in regiam Urbem pertraheretur. Sub eo intruſus fuit Joannes Barſuſan, qui tamen paulò poſt abdicavit.

37. JOANNES X. qui & Joſue Barſuſan, anno 1064. Patriarchalem dignitatem, quam pridem abjecerat, ſuſcipere coactus, obiit anno 1073.

38. BASILIUS II. monachus & œconomus cœnobii Barſumæ, electus ineunte anno 1074. Sedit annum cum dimidio.

39. JOANNES XI. cognomento Abdon, Symnadæ olim Epiſcopus, Sedem invaſit ab anno 1075. uſque ad annum 1095. quo obiit.

40. DIONYSIUS V. qui & Lazarus Abbas cœnobii Barſumæ, electus adversùs Abdonem anno 1077. Sedit annum 1.

41. JOANNES XII. anachoreta in regione Carſenæ, electus adversùs Abdonem anno 1086. Sedit annum 1. menſes 6.

42. DIONYSIUS VI. qui & Marcus Abbas cœnobii Bared, electus adversùs Abdonem anno 1088. obiit anno 1090.

43. ATHANASIUS VII. qui & Abulpharagius Bar-Chamore, monachus cœnobii Barſumæ, electus adversùs Abdonem exeunte anno 1090. Sedit annos 38. obiit anno 1129.

44. JOANNES XIII. qui & Maudiana Abbas cœnobii Duair, ordinatus anno 1129. Sedit annos 8.

45. ATHANASIUS VIII. qui & Joſue Barchetre, ordinatus exeunte anno 1139. obiit anno 1166.

46. MICHAEL I. cognomento Magnus, Abbas cœnobii Barſumæ, ordinatus anno 1166. obiit anno 1199.

47. ATHANASIUS IX. qui & Saliba calvus, Abbas cœnobii Barſumæ, electus exeunte anno 1199. obiit anno 1207. Sub eo Michaël junior Sedem invaſit.

48. MICHAEL II. cognomento Junior, qui & Joſue Labeo, ordinatus anno 1199. obiit anno 1215. Sub eo Joannes XIV. Sedem invaſit.

49. JOANNES XIV. qui & Joſue Scriba, cognomento Puſillus, ordinatus anno 1208. obiit anno 1220.

50. IGNATIUS II. qui & David Maphrianus, electus anno 1222. obiit anno 1253.

51. DIONYSIUS VII. qui & Aaron Angur, Epiſcopus Melitinæ, ordinatus anno 1253. obiit anno 126[illegible] Sub eo Joannes XV. Sedem invaſit.

52. JOANNES XV. cognomento Aaron Bar-Maadani Maphrianus, electus exeunte anno 1253. obiit anno 1263.

53. IGNATIUS III. qui & Joſue Abbas cœnobii Gavicathæ, electus anno 1264. obiit anno 1282.

54. IGNATIUS IV. qui & Philoxenus Nemrod, ordinatus anno 1283. obiit exeunte anno 1292.

55. IGNATIUS V. dictus I. qui & Joſeph Bar-Vahib, electus ineunte anno 1293. obiit anno 1332. Sub eo ſchiſma ortum inter Jacobitas, quibus tres Patriarchæ præfuere: nimirum Ignatius qui ſuprà, quique Sedem Mardæ fixit: &

IGNATIUS, qui & Michaël I. Barſuma

ſuma olim appellatus, Abbas cœnobii Gavicathæ, qui Sedem fixit in urbe Ciliciæ Siſide, & paulò poſt obiit, &

IGNATIUS, qui & Conſtantinus Epiſcopus Melitinæ, appellatus Patriarcha Syriæ, qui obiit anno 1349.

56. IGNATIUS VI. dictus II. qui & Iſmaël Magedus, Ignatii Bar-Vahibi ex fratre nepos, ordinatus Mardæ anno 1332. obiit anno 1365. Sub eo Patriarchatum Ciliciæ tenuit poſt Michaëlem I.

IGNATIUS, qui & Michaël II. obiit anno 1349. quo defuncto Patriarchatum Ciliciæ ac Syriæ tenuit poſt Ignatium Conſtantinum

BASILIUS, qui & Philoxenus Epiſcopus Damaſci. Tertius autem Jacobitis per id tempus Patriarcha præfuit.

IGNATIUS I. qui & Baſilius Saba Salachenſis, Patriarcha Turabdinenſium, ordinatus anno 1364. obiit anno 1389.

57. IGNATIUS VII. dictus III. qui & Sciahab, ſororis Iſmaelis filius ordinatus anno 1365. obiit anno 1381. Sub eo obiit Baſilius Philoxenus, cui ſucceſſit

BASILIUS, qui & Gabriel, obiit anno 1387.

58. IGNATIUS VIII. dictus IV. qui & Abraham Bar-Garib Cyrillus Epiſcopus Amidæ, electus anno 1381. obiit anno 1412. Sub eo poſt Baſilium Gabrielem electus fuit Patriarcha Syriæ.

PHILOXENUS Epiſcopus Damaſci, qui obiit anno 1421. Poſt Ignatium verò I. Turabdinenſem

IGNATIUS II. Patriarcha Turabdinenſium, qui & Joſue Mutæ Medenſis filius, electus anno 1389. depoſitus anno 1417.

59. IGNATIUS IX. dictus V. qui & Behenamus Baſilius Hedlenſis, electus anno 1412. Sedit annos 43. obiit anno 1455. Sub eo poſt Philoxenum Patriarcham Syriæ

BASILIUS, qui & Simeon Manemita Epiſcopus Gargar, electus anno 1421. obiit anno 1445. Tùm verò id ſchiſma ſublatum eſt, quod per Ciliciæ, Syriæ & Mardæ Patriarchas inductum fuerat. Poſt Ignatium verò II. Turabdinenſem

IGNATIUS III. Patriarcha Turabdinenſium, qui & Maſudus Salachenſis, electus anno 1417. obiit anno 1420.

IGNATIUS IV. Patriarcha Turabdinenſium, qui & Henoch Invardenſis, electus anno 1421. obiit anno 1445.

IGNATIUS V. Patriarcha Turabdinenſium, qui & Cuma Philoxenus Epiſcopus cœnobii Cartaminenſis, electus anno 1445. obiit anno 1456.

60. IGNATIUS X. dictus VI. qui & Chaleph Maadanenſis, filius ſororis Barſumæ Baſilii Maphriani, Epiſcopus Gozartæ, electus anno 1455. obiit anno 1484. Sub eo poſt Ignatium V. Turabdinenſem

IGNATIUS VI. Patriarcha Turabdinenſium, qui & Joſue Baſilius Invardenſis, electus anno 1456. obiit anno 1461.

IGNATIUS VII. Patriarcha Turabdinenſium, qui & Azizus Philoxenus Bar-Sabta. Epiſcopus Haæ, electus anno 1461. obiit anno 1481. Poſt ejus obitum duo Turabdinenſibus Patriarchæ præfuere: nimirùm

IGNATIUS VIII. qui & Saba: &

IGNATIUS IX. qui & Joannes.

61. IGNATIUS XI. dictus VII. qui & Joannes Bar-Sila Epiſcopus Amidæ, electus anno 1484. obiit anno 1493.

62. IGNATIUS XII. dictus VIII. qui & Noe Bacuphenſis Libaniota, Epiſcopus Emeſæ, deinde Maphrianus, demùm Patriarcha anno 1493. Sub eo Turabdinenſibus poſtremus Patriarcha præfuit

IGNATIUS X. Maſudus: quo mortuo ſchiſma Turabdinenſes inter & Mardenſes ſublatum eſt, unuſque cunctis Jacobitis Syris Patriarcha præfuit Ignatius Noë Libaniota.

63. IGNATIUS XIII. Joſue ex caſtro Kelat, qui poſtquam à Chriſtiana fide defeciſſet, pœnitentiam ſui ſceleris egit.

64. IGNATIUS XIV. Jacobus Damaſcenus.

65. IGNATIUS XV. David Maadanenſis.

66. IGNATIUS XVI. Abdalla ex caſtro Atta.

67. IGNATIUS XVII. Nehemes, ſeu Nehemetalla Mardenſis, qui quum religionem Chriſtianam ejuraſſet, Romam ſub Gregorio XIII. ſe recepit.

68. IGNATIUS XVIII. Petrus David Sciah Mardenſis, qui Jacobitis præerat anno Chriſti 1579. & 1586. Ad hunc anno 1583. Nuncius *Apoſtolicus* Leonardus Epiſcopus Sidonienſis miſſus eſt.

69. IGNATIUS XIX. Pilatus Manſurenſis.

70. IGNATIUS XX. Abdalgani frater Pilati.

71. IGNATIUS XXI. Petrus Hodaje, ſeù Hudajes.

72. IGNATIUS XXII. Abdalmeſſias.

73. IGNATIUS XXIII. Simeon. Sub eo Jacobitas plurimos ad Catholicam fidem convertit, iiſque Patriarcha præfuit

74. IGNATIUS XXIV. Andreas Achigian filius Abdalgal: cui ſucceſſit orthodoxus Patriarcha

75. IGNATIUS XXV. Petrus, quem Jacobitæ hæretici, Georgio *inſtigante*, *in* exilium mitti Adanam curarunt.

76. IGNATIUS XXVI. Georgius Jacobita: cui ſucceſſit

77. IGNATIUS XXVII. Iſaac, qui Jacobitis uſque in præſentem annum præeſt.

# CATALOGUS
## PRIMATUM
*SEU*
## MAPHRIANORUM
## JACOBITARUM.

1. ACHUDEMES ordinatus anno Chriſti 559. cæſus fuit anno 575. vacavit ea dignitas annos 3.

2. KAMJESU ordinatus anno 578. ſedit annos 31. obiit anno 609. vacavit Sedes annos 5.

3. SAMUEL ordinatus anno 614. obiit anno 624.

4. MARUTHAS ordinatus anno 629. obiit anno 649.

5. DENHA I. ſedit annos 10. ordinatus à Theodoro Patriarcha. Vacavit Sedes annos 10.

6. BARJESU ordinatus à Severo Bar-maske Patriarcha anno 669. obiit anno 683.

7. ABRAHAM I. ordinatus anno Chriſti 684. obiit eodem anno.

8. DAVID ab Orientalibus Epiſcopis ordinatus anno 685. obiit ſexto poſt menſe. Vacavit Sedes annum cum dimidio.

9. JOANNES I. cognomento Saba ſeù ſenex ab Orientalibus ordinatus, ſedit annum cum dimidio: obiit anno 688.

10. DENHA II. ab Orientalibus ordinatus anno 688. obiit anno 728.

11. PAULUS Presbyter cœnobii Canoſciæ ab Athanaſio Patriarcha ordinatus obiit anno 757. quum ſediſſet annos 29.

12. JOANNES II. Bionita monachus cœnobii S. Matthæi ab Orientalibus electus, à Georgio Patriarcha depoſitus fuit.

13. Jo-

13. JOSEPH à Georgio Patriarcha ordinatus, paucis poſt menſibus obiit.

14. SARBELIUS Epiſcopus Carſabachæ ordinatus à Cyriaco Patriarcha, paucis poſt annis ſponte dignitatem abdicavit.

15. SIMEON Cyriaci Patriarchæ diſcipulus, ab eodem ordinatus & paulò poſt depoſitus.

16. BASILIUS I. Baladenſis à Cyriaco ordinatus, obiit anno 830.

17. DANIEL à Dionyſio Patriarcha anno 830. ordinatus obiit anno 834.

18. THOMAS I. Tagritenſis, monachus cœnobii Severi in monte Edeſſæ à Dionyſio ordinatus anno 834. obiit anno 847.

19. BASILIUS II. qui & Lazarus Stylita in columna Beth-Batin ditionis Haran, à Joanne Patriarcha anno 848. ordinatus, obiit anno 468.

20. MELCHISEDECH ex Ephræmia pago ditionis Tel-aphar, à Joanne Patriarcha adversùs præfatum Baſilium Maphrianum anno 458. ordinatus, obiit anno 468. quo & Baſilius, ut mox dixi, deceſſit.

21. SERGIUS monachus cœnobii Aluch, ordinatus anno 872. obiit anno 884.

22. ATHANASIUS I. qui & Sergius Tagritenſis, monachus cœnobii Severi in monte Edeſſæ, à Theodoſio Patriarcha anno 887. ordinatus, obiit anno 913.

23. THOMAS II. Stylita in monte Edeſſæ à Joanne Patirarcha anno Hegiræ 298. ordinatus, quarto poſt menſe obiit. Vacavit Sedes annis 2.

24. DENHA III. Presbyter ſecularis ab eodem Joanne Patriarcha anno Hegiræ 300. ordinatus, ſedit annos 20.

25. BASILIUS III. Diaconus ſecularis, Niſibenus anno Hegiræ 325. ordinatus, obiit anno Hegiræ 349.

26. CYRIACUS Horanus, Preſbyter Tagritenſium Niſibi, à Patriarcha Abrahamo anno Hegiræ 351. ordinatus, obiit anno Hegiræ 369.

27. JOANNES III. Dinara Barjeſu Damaſcenus à Joanne Sarighta Patriarcha anno Chriſti 980. ordinatus, obiit anno 988.

28. IGNATIUS I. qui & Marcus Barchichi Archidiaconus Moſulanus ab Athanaſio Salachenſi anno 991. ordinatus, à Chriſtiana fide ad Mahometanam ſuperſtitionem defecit anno 1016. Vacavit Sedes annis 11.

29. ATHANASIUS II. Abdelmeſſias, Diaconus Edeſſenus, à Joanne Abdone ordinatus anno 1027. obiit anno 1041.

30. BASILIUS IV. Tagritenſis Cavadæ filius ab Orientalibus Epiſcopis anno 1046. ordinatus, obiit anno 1059.

31. JOANNES IV. qui & Saliba monachus cœnobii Gabrielis à Baſilio Patriarcha anno 1075. ordinatus, obiit anno 1106.

32. DIONYSIUS I. qui & Moyſes monachus, ab Athanaſio Patriarcha anno 1112. ordinatus, obiit anno 1142.

33. IGNATIUS II. qui & Lazarus, monachus cœnobii Sergii, ab Athanaſio Barchetre Patriarcha anno 1143. ordinatus, obiit anno 1164.

34. JOANNES V. Sarugenſis Abbas cœnobii Jacobi in monte Edeſſæ, ab eodem Athanaſio anno 1164. ordinatus, obiit anno 1188.

35. GREGORIUS I. qui & Jacobus Melitinenſis, à Michaële magno patruo anno 1189. ordinatus, obiit anno 1214.

36. IGNATIUS III. qui & David monachus à Joanne Joſue Patriarcha anno 1215. ordinatus, eidem Joanni in Patriarcham ſubrogatus fuit anno 1222.

37. DIONYSIUS II. qui & Saliba Capharſaltenſis, ab eodem Ignatio Davide ex Epiſcopo Gozartæ Maphrianus ordinatus, obiit anno 1231.

38. JOANNES VI. qui & Aaron Bar-

Barmaadani Epiſcopus Mardæ, ab Ignatio Patriarcha anno 1232. ordinatus, eidem Ignatio adversùs Dionyſium Angur in Patriarcham ſuffectus fuit anno 1253.

39. IGNATIUS IV. qui & Baſilius Saliba Vagius Edeſſenus, Epiſcopus Alepi à Joanne Barmaadani anno 1253. Maphrianus ordinatus, obiit anno 1258.

40. GREGORIUS II. qui & Abulpharagius Bar-hebræus, Melitinenſis, ab Ignatio Joſue anno 1264. ordinatus, obiit anno 1286.

41. GREGORIUS III. qui & Barſuma Saphi Bar-hebræus Abulpharagii frater, à Philoxeno Patriarcha anno 1288. ordinatus, obiit anno 1308.

42. GREGORIUS IV. qui & Matthæus Annæ filius, Abbas cœnobii S. Matthæi, ab Ignatio Bar-Vahib Patriarcha anno 1317. ordinatus, obiit anno 1345. Vacavit Sedes circiter annos 20.

43. ATHANASIUS III. qui & Abraham, ab Iſmaele Patriarcha anno 1364. ordinatus, obiit anno 1389.

44. GREGORIUS V. qui & Dioſcorus Jacobus Bar-Kainæus Epiſcopus Damaſci, anno 1361. Sedem Maphriani invaſit: à Mahometanis Bagdadi interemptus fuit.

45. BASILIUS V. qui & Behenamus Hedlenſis, ab Ignatio Bar-Garib Patriarcha anno 1404. ordinatus, eidem Ignatio anno 1412. ſuffectus fuit.

46. DIOSCORUS, qui & Behenamus Sciatti Arabs, ab eodem Baſilio anno 1415. ordinatus, obiit anno 1417.

47. BASILIUS VI. qui & Barſuma Maadanenſis ab eodem Baſilio Behenamo anno 1422. ordinatus, obiit anno 1455.

48. CYRILLUS, qui & Joſeph Bar-Niſan Epiſcopus Damaſci & Emeſæ, ab Ignatio Chaleph anno 1458. ordinatus, paucis poſt diebus deceſſit.

49. BASILIUS VII. qui & Azizus filius ſororis Ignatii Chalephi Patriarchæ, anno 1471. ordinatus, obiit anno 1487.

50. NOE Bacuphenſis Libaniota Epiſcopus Emeſæ ab Ignatio Barſila anno 1489. ordinatus, eidem Barſilæ anno 1494. in Patriarcham ſubrogatus eſt.

51. ABRAHAM II. ex caſtro Atta ab eodem Noë anno 1496. Maphrianus ordinatus eſt.

# INDEX CODICUM MSS.

*QUOS*

# CLEMENS XI. PONT. MAX.

## Bibliothecæ Vaticanæ addixit:

*UNA CUM IIS,*

QUOS SANCTISSIMUS PATER

# INNOCENTIUS XIII.

## In eandem Bibliothecam inferri juſſit.

---

# CODICES MANUSCRIPTI

## AB ANDREA SCANDAR

Sacerdote Maronita comparati.

QUos in ſubjecto Indice Codices recenſemus, attulit Vir amiciſſimus Andreas Scandar Sacerdos Syrus Maronita, Arabicæ linguæ in Romano Sapientiæ Archigymnaſio Profeſſor, nupera Chaldaici Miſſalis editione, atque hoc etiam nomine de Republica literaria optimè meritus: cujus proinde in conquirendis, comparandis, avehendiſque tot Syriacæ, Arabicæ, Græcæ, Hebraicæque eruditionis theſauris labor & induſtria, hac qualicumque mercede ſequuturæ apud poſteros famæ à me fraudari minimè debuerunt. Ille juſſu Clementis XI. optimi & memoria æterna digni Pontificis, inſtante vigilantiſſimo & doctiſſimo Bibliothecæ noſtræ Vaticanæ Præfecto D. Carolo Majello, anno 1718. ad procurandam hanc provinciam miſſus, Ægyptum, Arabiam, Syriam, Meſopotamiam, & ultimos Chaldææ Aſſyriæque receſſus per ſummos labores perque præſentiſſima vitæ diſcrimina, graſſante per Orientem peſtilentia, eum tandem fructum diuturnæ (triennium enim illud iter tenuit,) & periculoſæ peregrinationis reportavit, quem ſequens Tabula tibi, amice Lector, repræſentat.

# CODICES SYRIACI.

I.

ELIÆ III. Chaldæorum Patriarchæ, cognomento Abu-Halim, Homiliæ, quæ in Officio Chaldæorum ad matutinum recitantur: videlicet, De Nativitate Domini *II.* De B. Maria. De Epiphania Domini, II. De Feria ſecunda Rogationum, III. De Sanctis, II. De Defunctis, II. De Jejunio quadrageſimali, *II.* De Dominicis Jejunii. De Dominica Palmarum, II. De Dominica Reſurrectionis, II. De Feria ſecunda Hebdomadæ in Albis, II. De Aſcenſione Domini, II. De Pentecoſte. De Adoratione in die Pentecoſtes, II. De Transfiguratione Domini, II. De S. Cruce, II.

*Scialitæ Epiſcopi Rheſinæ*, Homilia de B. Maria. De Feria tertia Rogationum.

*Georgii Epiſcopi Arbelæ* Homiliæ de Feria tertia Rogationum. De Dominicis Jejunii.

*Eliæ Epiſcopi Niſibis* Homiliæ de Feria tertia Rogationum, II. De Feria quarta Rogationum, IV.

*Pauli Epiſcopi Anbaræ* Homilia de Pentecoſte.

*Abulezzi Chedri Presbyteri* de Dedicatione Eccleſiæ Homiliæ II.

*Clauſulæ* Officii Veſpertini, & Miſſæ: ſeu Benedictiones à Sacerdote ad populum recitandæ in fine Liturgiæ, & Officii Divini.

*Sabarjeſu* filii Pauli clauſula in fine Liturgiæ.

*Preces*, quæ Canticis ante, & poſt Nativitatem Domini præmittuntur.

*Preces* pro Nativitate Domini. Pro Epiphania Domini. Pro pluvia. Pro feminibus. Pro energumeno. Pro puero. Pro vino. Pro oleo. Quum aliquid legitur. Pro fidelibus.

*Benedictio* domus. Crucis. Evangelii. Reliquiarum Sanctorum. Menſæ.

*Preces* pro iter agentibus. Pro navigantibus. Quum Sacerdos manus abluit. Quum manus abſtergit. Quum quis cubitum it: eſt autem precatio Sancti Ephræmi Syri.

*Benedictio* Evangelii veteris.

*Machichæ* Epiſcopi Geslunæ Annotatio in fine cujuſdam Codicis Evangeliorum ab amanuenſi hìc tranſcripta.

*Annotatio* ad calcem Codicis Evangeliorum ab Achæo deſcripti, quam amanuenſis in hæc verba deſcribit. *De quodam pervetuſto Evangelio, quod exſtabat in ſacra Eccleſia Ædium Romæorum in urbe Bagdado. Erat quoddam Evangelium Edeſſenum* (hoc eſt, Syriacum Edeſſæ exaratum) *pervetuſtum quidem, ſed clarum ac dilucidum, ex quo ne jota quidem unum deletum fuerat, legebatur autem clarius quàm libri recens exarati, & unus dumtaxat prior quinternio præ antiquitate ex eo exciderat. Ad ejus verò calcem ita ſcriptum erat.* ܐܫܬܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ
ܩܕܝܫܐ ܒܚܡܫܐ ܒܫܒܬܐ ܒܝܚ
ܒܟܢܘܢ ܩܕܝܡ ܫܢܬ ܠܝܘܢܝܐ
ܬܠܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܬܫܥ ܒܐܝܕܐ
ܐܝܕܗ ܕܐܚܝ ܫܠܝܚܐ ܚܒܪܗ ܕܡܪܝ
ܡܪܝ ܬܠܡܝܕܐ ܕܡܪܝ ܐܕܝ
ܫܠܝܚܐ ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ ܐܡܝܢ :

*Abſolutus eſt ſanctus iſte liber Feria quinta, die* 18. *Canun prioris* (hoc eſt, Decembris) *Anno Græcorum* 389. (Chriſti 78.) *propria manu Achæi Apoſtoli, ſocii Mar Maris Diſcipuli Mar Addæi Apoſtoli, cujus oratio nobiſcum ſit Amen.*

*Simeonis* Carmen Arabicum paracleticum pro ſecunda die à depoſitione defuncti.

*Codex in* 8. *bombycinus* continet chartas ſcriptas 149. Syriacis Stronghilis, hoc eſt, rotundis antiquiſque Chaldæorum literis exaratus à Presbytero Abrahamo pro uſu fratris Simeonis Presbyteri ex oppido Seleuciæ, menſe Octobri, anno Græcorum 1842. (*Chriſti* 1531.) in monaſterio S. Eugenii, ſub Simeone Patriarcha Orientis, ejuſque fratre Jeſujabo Metropolita; uti adnotatur manu ipſius Abrahami Presbyteri fol. 121.

II.

*Ordo* Sponſalium, juxta Ritum Chaldæorum, qui obſervatur in monaſterio SS. Abrahæ & Gabrielis.

*Ordo* benedictionis ſponſi & ſponſæ.

*Be-*

*Benedictio* veſtium.
*Coronatio* Conjugum.
*Benedictio* Thalami.
*In* 8. *bombyc. chart. ſcr.* 60. Codex ſcriptus ab Ebedjeſu Diacono filio Abdi, filii Simconis, ex oppido Tel-Chepha: abſolutus autem Sabbato, die 13. Aprilis, anno Græcorum 1920. (*Christi* 1609.) ſub Elia Patriarcha Chaldæorum. Literis Chaldaicis ſeu Stronghilis exaratus.

III.

*Georgii* Epiſcopi Arbelæ & Moſul, Quæſtiones de miniſterio Altaris, per modum interrogationis & reſponſionis.
*Ejuſdem* Quæſtiones de Baptiſmo.
*Ejuſdem* Quæſtiones de ſacra Ordinatione.
*Jaballabæ* Patriarchæ, qui fuerat Nuhadræ Epiſcopus, Quæſtiones de Baptiſmo.
*Quæſtiones* de Sponſalibus, & de Convivio.
*Canones XXVII.* de miniſterio Altaris.
*Quæſtiones* in Novum & Vetus Teſtamentum.
*Theodori* Epiſcopi Mopſveſteni, vulgò Commentatoris, Quæſtiones in Scripturam.
*Quæſtiones* Eccleſiaſticæ.
*Ebedmeſſiæ* Epiſtola ad Bochtjeſum doctorem.
*Jeſujabi* quæſtiones.
*Ænigmata* varia.
*In* 8. *bombyc.* 215. Chaldaicis literis exaratus ab Abdalachad filio Chedri Kainæi, anno Græcorum 2020. (*Christi* 1709.)

IV.

*Simeonis* Sancalabarenſis Carmen morale.
*Ebedjeſu* Epiſcopi Sobæ & Armeniæ, Elucidatio ejuſdem Carminis, ad Abrahamum Preſbyterum.
*Expoſitio* locorum obſcuriorum Evangelii, ex libro, cui titulus *Paradiſus voluptatis*.
*Expoſitio* quorundam locorum Geneſeos, & Exodi.
*Vocum* Syriacarum interpretatio.
*Joſue* Bar-Nun Patriarchæ, Quæſtiones, & Reſponſiones.
*Theodori* Commentatoris Quæſtiones, & Reſponſiones.
*Hymni* Angelici expoſitio.
*In* 8. *bombyc.* 102. Chaldaicis literis exaratus ab Ebedjeſu feria 3. die 20. Aprilis, anno Græcorum 1980. (*Christi* 1669.)

V.

*Eliæ* Metropolitæ Niſibis Tractatus Arabicus de mundi creatione, de Unitate Creatoris, & de Trinitate Perſonarum.
*Joannis Chryſoſtomi* Homilia de die Dominica.
*Ejuſdem* Homilia de Pœnitentia.
*Homilia* Arabico-Syriaca, recitanda ſecunda die à depoſitione defuncti.
*Homiliæ* Arabicæ recitandæ tertia die à depoſitione *Defunctorum* in genere. *Patriarchæ* defuncti. *Epiſcopi* defuncti. *Presbyteri* defuncti, II. *Diaconi* & principis viri defuncti. *Cujuslibet* defuncti.
*Eliæ* Patriarchæ Orationes dicendæ ad monumentum, II.
*Ejuſdem* Parænesis.
*Orationes* dicendæ pro defunctis ad monumentum. Pro Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis. Pro quolibet defuncto.
*Acclamationes* pro Regibus, Patriarchis, & Epiſcopis.
*Precatio* pro defunctis, die 3. depoſitionis.
*Paracletica* oratio ad conſanguineos defuncti.
*Parænesis* poſt officium defuncti.
*De Divinitate & Humanitate Christi* Tractatus.
*Joannis Bar-Maadani* Patriarchæ Jacobitarum, Carmen Syriacum metro dodecaſyllabo de Anima, inſcriptum *Avis*.
*Ejuſdem* Bar-Maadani Carmen de excellentia originis animæ, deque ejus vilitate poſt prævaricationem.
*Ejuſdem* de via perfectorum, deque diverſis perfectionis gradibus Carmen metro dodecaſyllabo.
*Gregorii Bar-hebræi*, vulgò Abulpharagii, Maphriani Orientis, Carmen dodecaſyllabum de Sapientia Divina.
*Ejuſdem* Carmen aliud de eadem.
*Ejuſdem* Carmina diverſa.
*Ebedjeſu* Sobenſis Carmina.
*Hiſtoria* Monachorum, qui ex India in Meſopotamiam venerunt anno Græcorum 1801. (*Christi* 1490.) ſub Simeone Patriarcha Chaldæorum, Epiſcopos pro Indiarum regione poſtulaturi. Nimirùm Georgius, & Joſephus, quos Simeon Patriarcha in urbe Gezira Presbyteros ordinavit, & cum iis ad regionem Malabar duos Epi-

ſcopos

ſcopos Joſephos miſit, quorum alterum Thomam, Joannem alterum appellavit. Hi Presbyteros & Clericos in India ordinarunt. Mox regreſſo in Aſſyriam Thoma, Joannes ſolus Epiſcopus remanſit. Anno Græcorum 1813. (*Chriſti* 1502.) obiit Simeon Patriarcha, eique Elias ſucceſſit: qui anno ſequenti tres *Epiſcopos ordinavit*, Davidem ſcilicet, quem Jaballaham appellavit, *Georgium quem Denham*, & *Maſudum quem Jacobum*, eoſque in *Indiam allegavit: qui eò pervenerunt vivente* adhuc Joanne Epiſcopo. Anno Græcorum 1815. mittunt Epiſtolam ad Eliam Patriarcham (qui tamen jam obierat, ejuſque in locum Simeon ſuffectus fuerat) in qua numerum Neſtorianorum in Malabar referunt, adventumque Luſitanorum in eam regionem ſignificant.

*Carmen* morale dodecaſyllabum.

*Fides* Orientalium, ideſt, Chaldæorum, Arabica, ubi Symboli expoſitio: Scripta autem eſſe dicitur Veſpere Nativitatis Domini anno Græcorum 1902.

*Oratio* Dominica Arabicè & Perſicè.

*Cantus* de Paſſione Domini, Syriacè.

*Hiſtoria* Jonæ Prophetæ, ejuſque prædicatio in Ninive, Arabicè.

*Eliæ* Patriarchæ Chaldæorum, Orationes Arabicæ pro Sponſalibus.

*In* 4. *bombyc.* 202. Chaldaicis literis, ſermone partim Syriaco & partim Arabico exaratus die 18. Januarii, Dominica exeunte, anno Græcorum 1844. (*Chriſti* 1533.) ut adnotatur fol. 157. & partim anno Græcorum 1902. ut fol. 169.

## V I.

*Ebedjeſu* Metropolitæ Sobæ & Armeniæ Liber inſcriptus *Margarita* de veritate Chriſtianæ Fidei, in Partes quinque diſtributus. *Proœmium. Pars I.* De Deo, capita 5. complectens. *Pars II.* De Creatione, capita 4. *Pars III.* De Incarnatione, capita 8. *Pars IV.* De Sacramentis Eccleſiæ, capita 8. *Pars V.* De iis, quæ ad futurum ſæculum reſpiciunt, capita 7. ubi de oratione ad orientem, de Cruce, de Dominicis & Feſtis Domini, de Feria ſexta, de jejunio, oratione & eleemoſyna, de cingulo, de reſurrectione, judicio, Paradiſo, & Inferno.

*In* 8. *bombyc.* 85. Chaldaicis literis & ſermone exaratus in Alcus patria Nahum Prophetæ ſub Elia Patriarcha à Presbytero Humo filio Danielis Presbyteri, Sabbato die 11. Aprilis, anno Græcorum 2024. (*Chriſti* 1713.)

## V I I.

*Apologia* pro Apocalypſi *B. Pauli Apoſtoli: initio mutila.*

*Apocalypſis B. Pauli Apoſtoli. Apocrypha.*

*Gabrielis Metropolitæ Moſul Carmen compoſitum ab eo, quum monachum* ageret in cœnobio *S.* Sabarjeſu in Coche: ubi poſtquam de creatione mundi, Incarnatione Verbi, œconomia Domini, prædicatione Apoſtolorum, & de laudibus Patrum & Doctorum diſſeruit, encomium & vitam S. Sabarjeſu texit.

*In* 8. *bombyc.* 81. Chaldaicis literis & ſermone, mutilus in fine.

## V I I I.

*Officium* Feriale Chaldæorum.

*Veſperæ* feriales, Priorum, ut vocant, & Poſteriorum.

*Cantus* Feriales.

*Matutini* Feriales.

*Cantica* Ferialia.

*Kalendarium.*

*Odæ* Sanctorum, Auctoribus Abraham Seleucienſi anno Græcorum 1837. Gabriele anno 1908. & Ebedjeſu Epiſcopo Gozartæ, quam Geziram vocant.

*Cantus XII.* pro Martyribus.

*Narſetis* Doctoris Pſalmi II.

*S. Ephræm* Syri Pſalmus.

*Theodori* Commentatoris Hymnus.

*De Euchariſtia* Hymni II.

*Eliæ* Patriarchæ Oratio. Arabicè.

*Nomina* menſium Arabicorum. Arabicè.

*In* 12. *bombyc.* 120. Chaldaicis literis & ſermone, exaratus à Presbytero Abdalcarimo filio Abdarrachmani in urbe Moſul ſub Elia Patriarcha Chaldæorum, Sabbato die 24. Decembris, anno Græcorum 1982. (*Chriſti* 1671.) ut adnotatur fol. 109.

## I X.

*Salomonis* Epiſcopi Baſſoræ Liber Spicilegii, qui & Apum inſcribitur. *Proœmium* ad Narſetem Epiſcopum Coniſapor in Vazich. *Pars I.* Capita 32. complectens, de rebus geſtis in Teſtamento vetere; hoc eſt, de creatione mundi, de Adam & Eva, de Patribus

tribus

tribus ante & poſt Diluvium uſque ad Chriſtum Dominum. *Pars II.* Capita 28. de rebus Teſtamenti novi, hoc eſt, de Incarnatione Verbi, de diſpenſatione Domini, de Apoſtolis & Diſcipulis, Catalogus Patriarcharum Chaldæorum, Catalogus Regum & Imperatorum Romanorum, Græcorum, Perſarum: de Antichriſto, de Reſurrectione, de Judicio, de Paradiſo & Inferno. Totum opus in capita 60. diviſum, ex quo in præſenti Codice à cap. 40. uſque ad finem deſideratur.

*In* 4. *bombyc.* 82. Chaldaicis literis & ſermone.

X.

*Babæi* Archimandritæ cœnobii S. Abraham in monte Izla apud Niſibin, Apologia pro Evagrio Pontico; ubi ejus ſcripta refert, eumque ab errore Origeniſtarum liberare contendit.

*Ejuſdem* Babæi ad Gregorium Tractatus in ſex Centurias Evagrii, Partes duæ. *Præfatio* ad Gregorium. *Pars I.* in tres priores Evagrii Centurias. *Pars II.* in tres poſteriores Centurias Evagrii.

*Ejuſdem* Babæi Commentaria in Capita ſexaginta Evagrii, quæ extra Centurias ſunt.

*Ejuſdem* Babæi Oratio adversùs eos, qui dicunt, *Sicuti anima rationalis & corpus una ſunt perſona, ſic Deus Verbum & homo una perſona.*

*In fol. bombyc.* 236. Chaldaicis literis & ſermone. Codex pervetuſtus.

X I.

*Declaratio* Officiorum Eccleſiaſticorum, & cauſa Feſtorum Dominicorum. Partes VII. *Proœmium* ad Danielem. *Pars I.* capita 23. De diſpenſatione Domini in carne, & anno & menſe, quibus Chriſtus conceptus, natus, baptizatus, præſentatus in templo, & paſſus eſt. *Pars II.* capita 21. De Veſpertinis horis. *Pars III.* capita 9. De Horis Nocturnis & Matutinis. *Pars IV.* capita 30. De divina Liturgia. *Pars V.* capita 9. De Baptiſmo. *Pars VI.* capita 8. De Eccleſia. *Pars VII.* capita 6. De exequiis Defunctorum.

*In fol. bombyc.* 181. Chaldaicis literis & ſermone exaratus die 21. Maji, feria quarta, anno Græcorum 2018. in Tel-Chepha ditionis Moſul, ſub Elia Patriarcha à Presbytero Georgio filio Iſraëlis Presbyteri, filii Hormiſdæ Presbyteri, filii Iſraëlis Presbyteri Elceſæi.

X I I.

*Ebedmeſſiæ* ſermones Aſcetici ad monachos, III. Reſponſio ad interrogationem Domitii. Epiſtola ad eundem Domitium. Epiſtola ad Stephanum. De lucta animæ cum corpore. De monaſtico inſtituto ad Simeonem Preſbyterum. Reſponſio ad Epiſtolam Bacchi. De Fide. De Charitate. Ad eos, qui ſe Chriſti diſcipulos dicunt, præcepta tamen ejus minimè obſervant. De Virginitate. Reſponſio ad interrogationem cujuſdam monachi. Parænefes ad fratres, III. De primatu. Quomodo ſe gerere debeant Superiores, VII. De timore Dei. De obſervandis præceptis, VI. Epiſtola ad Buzaidum. In eos, qui dicunt & non faciunt. Parænefes ad fratres, II. De amore. De ira. De invidia. De ſomniis. Parænefes ad fratres, IV. Epiſtola ad Sergium monachum. De infirmis. Adversùs ſui temporis Superiores & Abbates. Reſponſio ad interrogationem cujuſdam monachi. Ad Abraham monachum. De meditatione. Epiſtola ad Xyſtum. Adversùs ſui temporis monachos: ubi quædam profert ex hiſtoria Moyſis Beth-Sajore, & Abraham magni. Ad pueros, ut cum monachis non cohabitent. Adhortatio ad monachos: ubi citat librum Margaritæ de re aſcetica. Adhortatio ad ſui cuſtodiam & curam: & quod vitare quis debeat diſſolutos ac perverſos homines, ex quibus trahi ſolent pigritia morumque diſſolutio, & omnes pravi affectus: item quod ſibi cavere quis debeat à puerorum conſortio, ne fortè mentis puritas impudicis cogitationibus labefactetur: quod caput integrum ex Joanne Saba deſcriptum eſt.

*Chamiſii* Doctoris, cognomento Bar-Cardachi, Cantus morales XVI. Ejuſdem carmina diverſa, XV. De Jejunio Cantus II. Præparatio ad lectionem Evangelii. Ad Patres, quum Diœceſim viſitant. Cantus pro Dominicis anni.

*In* 4. *bombyc.* 206. Chaldaicis literis & ſermone exaratus in cœnobio S. Cyriaci à Sabarjeſu Diacono ex Tel-Chepha, die 6. Aprilis, feria 4. anno Græcorum 2014. Abſolutus verò co-

dem anno à Diacono Joanne filio Diaconi Hormiſdæ, filii Gabrielis Elceſæi; ut adnotatur fol. 141. & 204.

## XIII.

*Thomæ* Epiſcopi Maragenſis, Hiſtoria monaſtica Orientis, in ſex libros diviſa.

*Liber I.* capita 35. complectitur.

*Cap.* 1. Præfatio Auctoris ad Ebedjeſu.

*Cap.* 2. & 3. Præfatio in Hiſtoriam monaſticam.

*Cap.* 4. De Abraham, qui primus vitam monaſticam apud Chaldæos propagavit, vixitque in cœnobio in monte Izla apud Niſibin urbem. Cujus vitam deſcripſere Joannes & Roſtamus.

*Cap.* 5. De Dadjeſu, qui Abrahamo in præfectura cœnobii ſucceſſit.

*Cap.* 6. De Jacobo Abrahami diſcipulo, fundatore monaſterii in Beth-Abe.

*Cap.* 7. De Babæo Abrahami diſcipulo, qui ſucceſſit Dadjeſu in præfectura cœnobii.

*Cap.* 8. De monachis, qui Babæi tempore à diſciplina monaſtica aberrarunt.

*Cap.* 9. De Elia, qui eorum monachorum hypocriſim & flagitia deprehendit.

*Cap.* 10. Quomodo idem Elias eos monachos coram Babæo Archimandrita convicit.

*Cap.* 11. Quomodo ii monachi cum filiis & uxoribus è cœnobiis ejecti ſunt.

*Cap.* 12. Quod Jacobus injuriâ condemnatus fuit & cœnobio expulſus, quaſi flagitiorum eorum monachorum particeps; & quomodo cum diſcipulo ſuo Bar-Nun in montes Cardoos ſe recepit.

*Cap.* 13. Quod monachi tumultuati ſunt adversùs Babæum Archimandritam propter Jacobi expulſionem. De injuſta autem Jacobi expulſione citatur epiſtola ad eundem Jacobum Jeſujabi Epiſcopi Baladæ, qui poſteà Patriarcha Chaldæorum fuit.

*Cap.* 14. De diſperſione monachorum in varias Aſſyriæ partes. Nimirùm Elias & Ananjeſu Niniven profecti ſunt ad Joannem ſenem, qui illuc ab Abraham magno miſſus fuerat: Benjamin, Paulus, Joannes, Adadus, & Iſai in Beth-Abe: Jacobus ad Abbatem Habiſam, ſeù Incluſum: Joannes ad Nehel, ſeù torrentem: Uchama, Sebochtes in Beth-Zabda: Saharoës in Arzun: Sabarjeſu in ſilvam pulchram: Joannes Adramah in Daſen: Zachajeſu, & Abraham in eundem locum.

*Cap.* 15. De Bar-hadbeſciaba, qui ex cœnobio magno abiit in Beth-Abe, ibique monaſterium exſtruxit in valle ſupra Hodud pagum, unde oriundus erat, ubi & deceſſit.

*Cap.* 16. De monachis incontinentibus, qui è cœnobio pulſi fuerant: quod ſimul congregati in Phughita, pœnitentiam ibi egerunt.

*Cap.* 17. De Abbate Jona, qui ex Cœnobio magno profectus, eos monachos adiit, iiſque præfectus fuit.

*Cap.* 18. De Salomone Bar-Garaph monacho cœnobii Barturæ, qui æqualis fuit Ananjeſu Patriarchæ, ſcripſitque geſta monachorum & anachoretarum, qui ante ipſum floruere: ubi de Jacobo Beth-Abe differens, teſtatur eum in montes Cardoos primùm, deinde in Beth-Abe profectum fuiſſe. Narrat etiam de Mariabo, & quadam Virgine: quorum meminit & Aphnimaranus in ſuo commentario.

*Cap.* 19. De Marjabo monacho, & quadam Virgine, quæ poſtquam annos quadraginta religioſæ vitæ duxiſſet, in fornicationem lapſa, filiam procreavit, quæ anachoreticum inſtitutum amplexa eſt.

*Cap.* 20. De Jacobo Beth-Abe, qui à Marjabo & ab illa Virgine admonitus fuit, ne eremo relicta ad Cœnobium rediret.

*Cap.* 21. Quomodo Jacobus in cœnobium Beth-Abe venit, ibique apud Barhadbeſciabam manſit. Et quomodo Babæus quoque ex cœnobio magno illuc venit cum aliquot fratribus.

*Cap.* 22. Quod Benjaminus cum reliquis ejus cœnobii fratribus de adventu Jacobi gaviſus eſt.

*Cap.* 23. Quo tempore Jacobus illuc advenit. Nimirùm ſub Choſroë Hormiſdæ filio, qui regnare cœpit anno Græcorum 901. regnavitque annis 38. cujus régni anno quinto accidit adventus Jacobi in illud cœnobium, ut narrant Raban Jeſu-Zacha, & Raban Bar-Ita in ſuis hiſtoriis monaſticis. Tunc verò præerat Jeſujabus poſterior. Quum autem (ut narrat Barita) voluiſſet Choſroës Sirinæ uxori ſuæ cœnobium in regione Balſafar exſtruere, miſit Samatam Jazdini filium in urbem Edeſſam, ut inde libros Eccleſiaſticos circuli per annum afferret. Quos autem Samatas libros attulit, eos Jacobus pro illo cœnobio deſcripſit, addita ad calcem uniuſcujuſque Codicis hac nota: *Attulit hunc Codicem Mar Samatas Jazdini filius, princeps fidelium.*

Cap. 24.

*Cap.* 24. De Baſtumago patre Jeſujabi Patriarchæ, qui monachum egit in cœnobio Jacobi. Ejus meminere Sahadunas, Gabriel, Aphnimaranus, & Salomon Bar-Garaph in Vita Jacobi ab ipſis ſcripta.

*Cap.* 25. De Gregorio aromatario, qui in Patriarcham electus fuit. Sabarjeſu Patriarchatum geſſit annos circiter octo, obiitque Niſibi anno 14. Choſroæ. Anno hujus 13. obiit Jeſu-Zacha Archimandrita. Anno 15. expugnavit Daram urbem. Poſt Sabarjeſu obitum Choſroës in Patriarcham eligi jubet Gregorium Niſibis Metropolitam. Chriſtiani contrà, Gregorium alterum elegerunt, qui in Mahuza ludimagiſtrum agebat.

*Cap.* 26. De calamitatibus Eccleſiæ poſt obitum Sabarjeſu Patriarchæ. Choſroës indignatus, quod Gregorium illum Chriſtiani elegiſſent, juſſit, nullum ſe vivente Patriarcham eligi aut agnoſci debere.

*Cap.* 27. De Babæo Archimandrita, & de miniſterio Eccleſiæ, quo functus eſt. Nam Cyriacus Epiſcopus Niſibis, Jonadab Adiabenæ, & Gabriel oppidi Seleuciæ præceperunt Babæo, ut diœceſim Patriarchalem viſitaret regeretque, donec novus Patriarcha eligi poſſet: quod ille præſtitit uſque ad obitum Choſroæ Regis.

*Cap.* 28. Cur Patres Babæi operâ uſi ſunt. Quia ſcilicet vir doctus erat, ut liquet ex ejus operibus: nam tomos quatuor ſuprà octoginta de variis rebus compoſuit: & quia hæreſis Meſſalianorum, quæ per monachos initium duxerat, à monachis profligari debebat: ſicuti olim Melchiſedechianorum hæreſim, quam monachi Scetenſes excogitaverant, juſſu Theophili Patriarchæ Alexandrini Macarius Abbas evertit. Simile quid accidit ſub Ananjeſu Patriarcha, qui accuſatos Meſſalianiſmi Abam, Thomam, & Baritam monachos cœnobii Raban Salibæ, quod juxta Haiglam pagum ad Tigrim ſitum eſt, examinandos miſit ad cœnobium Beth-Abe, cui Archimandrita præerat Georgius Bar-Sajore, monachique clarebant Natanael, Saliba, Abarues, & Gabriel cognomento Sephruna, à quibus tamquam innocentes declarati ſunt.

*Cap.* 29. De adventu Babæi in cœnobium Beth-Abe, & de miraculo, quod coram ipſo patratum eſt: Quum enim juſſiſſet Babæus abrogari lectiones, quæ in Dominicis in Eccleſia legebantur, afferens hunc Clericorum, non monachorum ritum eſſe; Jacobus rogavit eum, ut ſaltem permitteret monachis lectiones eâ Dominica recitare, pollicitus ſe in poſterum eas omiſſurum. Lecto igitur Paralytici à Chriſto ſanati Evangelio, Paralyticus quidam, qui in Eccleſia aderat, curatus eſt. Quo miraculo Babæus viſo, præcepit, ut nihil de ſuo ritu ii cœnobitæ mutarent.

*Cap.* 30. De octoginta diſcipulis Jacobi in cœnobio Beth-Abe.

*Cap.* 31. De Joanne Abbate ex Beth-Garma oriundo, qui fuit primus Jacobi diſcipulus, eique in præfectura cœnobii ſucceſſit: de quo ſcribit Jeſujabus in epiſtola ad hoc cœnobium; quum eſſet Ninives Epiſcopus. Sahadunas quoque de eodem Orationem habuit, quæ inter ejus orationes ſecundum locum occupat. Is autem ſexto præfecturæ menſe cœnobio relicto, fugit in Beth-Garmam ad montem, qui inter orientem & meridiem urbis Dokukæ ſitus eſt in loco, ubi poſteà exſtructum fuit cœnobium Ezechielis, qui fuit diſcipulus Raban Chodavæ Beth-Alenſis, æqualiſque Raban Joanni, qui in eo cœnobio uſque ad obitum commoratus eſt. Ezechiel autem Abrahæ Patriarchæ à ſecretis fuit.

*Cap.* 32. De Raban Joſeph, & Raban Abraham ejus fratre, diſcipulis Jacobi: de quibus ſcripſere R. Aphnimaranus, & R. Sabarjeſu, cognomento Roſtamus.

*Cap.* 33. De Raban Sergio, cognomento *Diſperſore ſuperborum*. Hic diſcipulus fuerat R. Kamjeſu Garmakenſis, quo vita functo, adiit Jacobum, cujus hortatu ſcripſit librum de laudibus Virorum illuſtrium, qui in regione Beth-Garma floruerunt, eique titulum fecit ܡܦܫܦܠ ܦܫܦܠ *Diſperſor ſuperborum*, unde Auctori cognomentum inditum. Numerantur quoque inter Jacobi diſcipulos Mar Jeſujabus, & Raban Kamjeſu, quorum Hiſtoriæ præ manibus circumferuntur.

*Cap.* 34. De Sahaduna, ejuſque libris. Hic erat (ut Barita in ſuo libro narrat,) ex pago Helmon regionis Nuhadræ. Niſibi autem literas didicit, & ſub Jacobo inſtitutum monaſticum profeſſus eſt. Scripſit tomos duos de re monaſtica: & Paracleticas epiſtolas, & alia opuſcula. Vitam quoque Jaco-

Jacobi & monachorum, qui in Oriente claruerunt. Sermonem denique fecit de ſepultura Jacobi, cujus initium: *caput magnum*. Sed in fine vitæ obſcurus fuit, ut infrà dicam. *Ita Neſtorianus Auctor Sabadunam ſugillat, qui orthodoxam fidem amplexus eſt.*

*Cap.* 35. De cœde Choſroæ Regis. Mortuo Jazdino fidelium principe Choſroës Samatam & Kurtam ejus filios bonis ſpoliavit. Samatas in urbem Mahuzam profectus, viginti quatuor filios Choſroæ, qui ibi educabantur, interficiens, Siroëm, qui alio nomine Cavades dicebatur, ſolum ſervavit eumque Regem proclamavit. Mox commiſſo cum Choſroë prælio, eum è medio ſuſtulit: regnavitque Siroës, qui ſtatim lata lege ſanxit, ut Chriſtiani Patriarcham eligerent. Elegerunt autem Jeſujabum Baladæ Epiſcopum, qui Gadalenſis ex Gadala Arabiæ vico appellatur: idque, poſtquam Babæus delatum ſibi ab omnibus in Synodo Patriarchatus honorem conſtanter recuſaſſet.

*Liber II.* Capita 44. continet.

*Cap.* 1. De Abbate Paulo, qui poſt Joannis fugam cœnobio Jacobi præfuit: & de Kamjeſu, qui Paulo ſucceſſit.

*Cap.* 2. De Raban Jacobo Nuhadrenſi, qui fuit diſcipulus Kamjeſu, deinde perrexit in cœnobium Raban Jeſujabi, quo vita functo, ei cœnobio præfuit. Ejus temporibus Jeſujabus Patriarcha Eccleſiam in cœnobio Jacobi ædificavit, dedicavitque præſentibus Metropolitis & Epiſcopis.

*Cap.* 3. De Raban Aphnimarano, diſcipulo Kamjeſu, cujus multa exſtant opera: ſed poſt mortem veluti Meſſalianus condemnatus eſt.

*Cap.* 4. De profectione Jeſujabi Patriarchæ ejuſque ſociorum Epiſcoporum ad ditionem Romanorum: quos Siroës Perſarum Rex pro pace cum Romanis facienda allegavit: nempè Jeſujabum Gadalenſem Patriarcham, Cyriacum Epiſcopum Niſibis, Paulum Adjabenæ, Gabrielem oppidi Seleuciæ: nec non Jeſujabum Jacobi diſcipulum, Baſtumagi filium, quem Ninivitæ poſt Maræ obitum elegerant, & Sahadunam, Jacobi item diſcipulum, quem Mahuzitæ in Epiſcopum Ariunæ Garmæorum urbis ordinari curaverant: quos Romani cum gaudio exceperunt.

*Cap.* 5. De Arca oſſium Apoſtolorum, quam Jeſujabus Patriarcha quum per urbem Antiochiam tranſiret, ex Templo, ubi diverſabatur, furatus eſt, & in cœnobio Jacobi repoſuit.

*Cap.* 6. Quomodo Sahadunas à monacho quodam regionis Apamenſis ad Græcorum fidem adductus eſt: quamobrem à Jeſujabo Adjabeno Patriarcha, juxta prædictionem Baritæ monachi, damnatus fuit.

*Cap.* 7. De Jeſujabo Patriarcha, & quomodo poſtquam excitatum in cœnobio Jacobi templum cum Sabarjeſu Epiſcopo Garmæorum, Georgio Adjabenorum, aliiſque dedicavit, Scholam ibidem fundare voluit.

*Cap.* 8. De Raban Kamjeſu Archimandrita & monachis, qui ſeſe Jeſujabo Patriarchæ oppoſuere; & quomodo Jeſujabus in ſua ſententia conſtanter perſtitit, affirmans, contemplativam monachorum vitam in cellis, activam in ſchola agi ſimul debere.

*Cap.* 9. Quomodo Kamjeſu, & Raban Surinus, qui eum in præfectura cœnobii excepit, cum ſeptuaginta aliis monachis, noctu arcam Jacobi fundatoris tollentes, abjerunt in Herpham Saphſaphæ regionis pagum, ut ibi cœnobium extruerent.

*Cap.* 10. De viſione, quam vidit Jeſujabus Patriarcha ea nocte, qua monachi è cœnobio exceſſerunt: & quomodo eos ad cœnobium reducens, ſcholam in Colphana pago condidit.

*Cap.* 11. De R. Ananjeſu doctore, monacho & auctore libri *Paradiſi*, ejuſque fratre Jeſujabo. Ambo Adjabeni erant, Niſibi literas edocti, & in cœnobio magno monaſticam vitam profeſſi, ut liquet ex libris manu Ananjeſu exaratis, qui in Archivo ejuſdem cœnobii conſervantur. Porrò Ananjeſu Hieroſolymam primùm, deinde in Scetim profectus eſt: mox in Orientem regreſſus, adiit Joannem Epiſcopum Mobadræ (*quæ & Scered*) regionis Dormeſenæ: demùm unàcum fratre in hoc cœnobium (*nimirùm Beth-Abe*) advenit. Quo tempore quidam invidi è cœnobio expulere Narſem diſcipulum Babæi, qui poſteà fuit Archimandrita: eaque de re Jeſujabus Ninivæ tùm Epiſcopus eos reprehendit in ſua epiſtola. Quum autem idem Jeſujabus eſſet Arbelæ Epiſcopus velletque canones condere, uſus eſt opera Ananjeſu: cujus frater Jeſujabus ordinatus fuit Epiſcopus Cardaliabedæ ſeù Senæ urbis in regione Beth-Raman. Scripſit autem Ananjeſu ſententias quaſdam, quas ſuæ cellæ muris affixit: eaſdem verò

Jeſu-

Jeſujabus ejus frater commentatus eſt, ut patet ex initio ejus Epiſtolæ. Interea Jeſujabus Adjabenus Patriarcha obiit, eique Georgius ſucceſſit.

*Cap.* 12. De Georgio Patriarcha. Fuit hic monachus in cœnobio Beth-Abe ſub Kamjeſu, & à Jeſujabo Patriarcha ordinatus eſt metropolita Adiabenus, deinde poſt ejus obitum ad Patriarchæ dignitatem aſcendit. Idem Jeſujabus duos alios Georgios metropolitas ordinavit: alterum Baſſoræ, quam *Euphratem Meſenæ* appellant: Niſibis alterum, qui edidit hymnum de Dedicatione Eccleſiæ, initium, *Laus miſerationibus tuis Chriſte Rex noſter Fili Dei ab omnibus adorande*.

*Cap.* 13. De humilitate ac manſuetudine Georgii Patriarchæ, qui Georgium Niſibenum adjit, ut ipſum ſibi conciliaret: indignatus enim erat, quod in Patriarcham nequaquam electus fuiſſet. Id factum teſtatur Auctor ſe hauſiſſe ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Mar-Atkeni, cognomento *vellentis barbam*.

*Cap.* 14. De Georgio altero Baſſoræ metropolita, qui ob eandem cauſam in Georgium Patriarcham rebellaverat. Hunc quum per Raban Codahem cœnobii Beth-Alenſis archimandritam ſibi conciliaſſet, ad monaſterium Beth-Abe ſe contulit, cui & vaſa altaris largitus eſt: præcepitque Ananjeſu, ut Patrum dicta & geſta in unum volumen colligeret.

*Cap.* 15. De compoſitione libri, qui Paradiſus dicitur. Ananjeſu monachus ſub Jeſujabo Patriarcha Canones Officii Eccleſiaſtici per anni circulum compoſuit: ſub Georgio autem Paradiſum in duas partes diſtributum, quarum prior Palladii & Hieronymi nomen præfert: altera geſta Patrum & dicta complectitur: ubi quædam inſerta ſunt ex opere Abrahæ Natpharenſis.

*Cap.* 16. De obitu Georgii Patriarchæ, qui juxta Atkenum in Hiſtoria Eccleſiaſtica, eodem anno ſedere cœpit, quo regnum Arabum iniit Haſanus Ali filius: eodemque anno, qno ille, deceſſit: nimirùm vigeſimo ſecundo. Sepultus autem fuit Georgius in Hirta Arabum urbe unàcum Mar-Aba Patriarcha. Edidit Precationem, cujus initium, *Deus exiſtens ab æterno*.

*Cap.* 17. De Raban Sabarjeſu, cognomento Roſtamo, qui ſcripſit hiſtoriam monachorum hujus cœnobii (*nimirùm Beth-Abe*) Hic diſcipulus fuerat Narſetis Archimandritæ: mox in cœnobium Beth-Abe advenit: deinde ad Cochenſe monaſterium invitatus fuit: ubi ſcripſit librum in octo ſermones diviſum de diſpenſatione Domini, deque Apoſtolorum prædicatione &c. Rogante autem Abbate Kardago ſyncello Jeſujabi Patriarchæ publicavit Hiſtoriam Jeſu-Zachæ: & Abrahæ: & Jeſujabi: & Abrahæ Natpharenſis: & Job Perſæ: & Sabarjeſu: denique tractatum edidit de cauſa Feriæ ſextæ, quam *Auri* appellant.

*Cap.* 18. De Raban Gabriele, cognomento Taurata, qui ſcripſit hiſtoriam Narſetis archimandritæ: & diſputationem adversùs Severianos cœnobii Cartaminenſis: & alia opuſcula. Sahadunam quoque Edeſſam uſque inſectatus eſt.

*Cap.* 19. De Abraham archimandrita cœnobii Raban Zachajeſu, quod Beth-Raban appellatur. Cujus vitam ſcripſit Roſtamus.

*Cap.* 20. De aliis archimandritis hujus cœnobii, qui Epiſcopi facti ſunt: Georgio nimirùm Adiabeno, cognomento Bar-Saiore: Sarua ejus fratre: Natanaële: Saliba: Gabriele cognomento Sephruna: & Davide.

*Cap.* 21. De Abbate Simeone, cognomento Sanuta.

*Cap.* 22. De profectione Abbatis Simeonis ad Georgium Patriarcham.

*Cap.* 23. De Joanne Dilumita, qui ſterilibus parentibus ob Simeonis Abbatis orationem natus eſt. Ejus Vitam ſcripſit Abu-Noë.

*Cap.* 24. De fame, quæ iis diebus in hac regione accidit. In libro Davidis, qui vocatur *Paradiſus minor* cujus initium, *Hiſtoria Raban Georgii Bar-Saiore archimandritæ*, in narratione de Abbate Saliba, dicitur fames magna accidiſſe in hac regione. Ex quo colligitur, Joannem Dilumitam monachali habitu indutum fuiſſe manibus Abrahæ archimandritæ, qui eo famis tempore jam obierat.

*Cap.* 25. Quomodo Joannes Dilumita à barbaris in captivitatem abductus eſt.

*Cap.* 26. De Joſepho archimandrita affini Gabrielis Rakodæ, de quo infrà.

*Cap.* 27. De Saliba-Zacha Patriarcha, qui ſucceſſit Ananjeſu. Hic Evangeliorum Codicem eleganter exaratum auroque coopertum, quod in Cœnobio ſervabatur, ſibi afferri à Joſepho archimandrita juſſit: ſed impetu monachorum in ipſum facto, reſtituere illum compulſus fuit.

*Cap.* 28.

*Cap.* 28. De profectione Joſephi archimandritæ in cœnobium Baritæ. Videns enim, quæ monachi adversùs Patriarcham moliti fuerant, relicto cœnobio fugit ad monaſterium Baritæ: ſed paulò poſt ab iiſdem monachis reductus fuit.

*Cap.* 29. Quomodo voluit Aias Sobanita interficere Joſephum archimandritam: qui inde aufugit. Ejus vitam ſcripſit Atkenus monachus cœnobii Aphnimarani.

*Cap.* 30. De Joanne metropolita Adiabeno, fratre Ananjeſu, de quo ſuprà cap. 11. & 15. Hic Joannes libros fratrum ſuorum Ananjeſu & Jeſujabi in Archivum intulit. Poſteà fuit archimandrita hujus cœnobii: deinde Epiſcopus Beth-Bagas: demùm metropolita Adiabenus poſt Simeonis obitum à Saliba-Zacha Patriarcha ordinatus. Templum ejuſdem cœnobii unàcum Ephræmo Ninives Epiſcopo dedicavit, ibique vita functus eſt.

*Cap.* 31. De Dindoë, qui à præfato Joanne metropolita ordinatus fuit Epiſcopus Maaltæ & Honitæ: multoſque Codices pro hoc cœnobio deſcripſit. Ei vita functo ſucceſſit Sergius Epiſcopus.

*Cap.* 32. De Jeſu-Zacha Epiſcopo Seleuciæ, quem Joannes metropolita Adiabenus ordinavit. Ejus hiſtoriam ſcripſit Raban Gabriel.

*Cap.* 33. De Gabriele cognomento Rakoda, quem Saliba-Zacha Patriarcha inſtituit Epiſcopum oppidi Seleuciæ. Scripſit carmen de Jacobo fundatore cœnobii Beth-Abe, de quo & Michæas aliud compoſuit.

*Cap.* 34. De Acha metropolita Arbelæ, ejuſque fratre Subchalmarano. Acha quidem Codices pro cœnobio ſcribebat; frater verò ſcriptos compingebat.

*Cap.* 35. Quod Acha huic cœnobio præfectus fuit, poſtquam Joannes metropolita Adiabenus factus eſt.

*Cap.* 36. Quod Acha poſt Joannis obitum à Mar-Aba Patriarcha in Metropolitam Adiab & Athur ordinatus eſt.

*Cap.* 37. De Jeſujabo archimandrita, quem Acha creavit Epiſcopum Ninives, poſt obitum Abrahæ.

*Cap.* 38. De miraculo Achæ.

*Cap.* 39. De obitu Achæ, & Simeonis Epiſcopi Beth-Bagas: & quod Acha utramque mortem prædixit. Achæ autem ſucceſſit Maraname.

*Cap.* 40. De Abbate Anania, qui olera comedebat, & cum feris paſcebat. Vixit autem in hoc cœnobio tempore Achæ. Item de Maran-Zacha, qui fuit Epiſcopus Maragæ. Ubi Auctor teſtatur ſe ejus geſta didiciſſe à Matthæo illius cœnobii monacho; ſe autem in id cœnobium veniſſe anno Hegiræ 217.

*Cap.* 41. De Maran-Zacha Epiſcopo Hadathæ, & de Epiſcopo, quem is paſcentem camelos invenit. Fuit autem Maran-Zacha diſcipulus Aphnimarani: quumque aliquando per deſertum iter ageret, offendit quendam ſenem, qui gregem camelorum paſcebat, dixitque ei, ſe fuiſſe Epiſcopum Chaldæorum diſperſorum per Ægyptum, & à Saracenis captivum abductum.

*Cap.* 42. De Sergio Epiſcopo Honitæ, qui ab Acha poſt obitum Dindoæ ordinatus fuit.

*Cap.* 43. De Hughæro nobili viro, & de cœnobio, quod inter Beſciuſam & Salmatham pagum condidit, quod tamen Acha dedicare noluit.

*Cap.* 44. De obitu Achæ metropolitæ, qui quum ſchiſma ob electionem duorum Patriarcharum, Surini ſcilicet & Jacobi, natum eſſet, pro Jacobo ſtetit.

*Liber III.* continet Capita 14.

*Cap.* 1. Præfatio Auctoris ad Haſanum de Babæo & Maraname.

*Cap.* 2. De Babæo doctore, qui ex Gabiltha urbe regionis Tirhanæ ortum duxit: & ſub Saliba-Zacha Patriarcha fundavit Scholam in Caphar-Huzal: deinde in regionem Maragæ profectus, ibi Scholas quatuor ſuprà viginti condidit.

*Cap.* 3. Nomina Scholarum viginti quatuor, quas Babæus in regione Maragæ fundavit.

*Cap.* 4. De libris, quos Babæus ſcripſit, deque ejus obitu. Compoſuit autem Homilias alphabeticas tres ſuprà viginti: Orationes paracleticas, & Benedictiones ordine alphabetico: plures epiſtolas: Benedictionem Sponſi & Sponſæ: Cantica viginti duo de Jacobo Beth-Abe, juxta ordinem alphabeti: Cantica 12. de defunctis: Canticum de Neſtorio: & diverſa alia opera, quæ in cœnobio Beth-Abe proſtant. Relictâ verò regione Maragæ, in patriam reverſus, ibi deceſſit.

*Cap.* 5. Præfatio in hiſtoriam Maranamæ metropolitæ. Ejus genus ex urbe Chetra regionis Tirhanæ. Sub Babæo autem in Gabiltha literis operam dedit, & ab eodem Scholæ Caphar-Huzal præfectus fuit.

*Cap.* 6.

*Cap.* 6. Quod Maraname ab Acha Adiabeno ordinatus eſt Epiſcopus oppidi Seleuciæ in locum Jeſu-Zachæ. Miracula per ipſum patrata.
*Cap.* 7. Quod poſt Achæ obitum à Jacobo Patriarcha initiatus eſt metropolita Arbelæ & Adiab.
*Cap.* 8. Quæ loca Sedi Adiabenæ vindicavit ex aliis Sedibus, & quæ eorum loco ceſſit.
*Cap.* 9. De ejus viſione.
*Cap.* 10. Quod relicto Epiſcopio fugere cogitavit, & quod ab Angelo reverti juſſus eſt.
*Cap.* 11. De ejus profectione in regionem Maragæ, deque miraculis ibi patratis.
*Cap.* 12. De fame, quæ ejus tempore accidit, & de miraculo, quod per baculum ſuum operatus eſt.
*Cap.* 13. De ejus infirmitate & morte.
*Cap.* 14. Auctoris carmen dodecaſyllabum de Maranamæ laudibus.
*Liber IV.* Continet capita 25.
*Cap.* 1. Præfatio Auctoris.
*Cap.* 2. De Jeſujabo Archimandrita, qui affinis erat Jeſujabi magni Patriarchæ, & genus ex Maraga ducebat: natus eſt autem in Tela pago regionis Birthæ. Sub Joanne metropolita, qui tùm cœnobii Abbas erat, literis operam dedit. Poſt Acham autem, qui Joanni defuncto in Archiepiſcopatu Adiabeno ſucceſſerat, eidem cœnobio præfectus fuit. Mox ab eodem Acha poſt Abrahæ obitum Epiſcopus Ninives ordinatus eſt: demùm in Synodo poſt Ananjeſu Secundi Patriarchæ mortem ad eam dignitatem evectus fuit.
*Cap.* 3. De Timotheo Epiſcopo Beth-Bagas.
*Cap.* 4. Quod Timotheus in Patriarcham electus eſt, & Jeſujabum poſt Maranamæ obitum metropolitam Adiabenæ ordinavit.
*Cap.* 5. De Roſtamo Honitæ Epiſcopo, qui à Salomone Epiſcopo Hadathæ & à Joſepho Epiſcopo Maru, illegitimus Arbelæ metropolita ordinatus eſt.
*Cap.* 6. De adventu Jeſujabi Metropolitæ in Adiabenen.
*Cap.* 7. De pœna à Deo inflicta Roſtamo Epiſcopo, qui miſerè periit: & quod Salomon eo caſu motus, relicto Epiſcopatu, in cœnobium Aaron ſeceſſit, ubi diem clauſit: Joſephus verò à fide Chriſtiana defecit.
*Cap.* 8. Quod Adiabeni pœnitentiâ ducti, Jeſujabum rogarunt, ut eos adiret.
*Cap.* 9. Quod Jeſujabus reluctantibus licet monachis cœnobium inſtauravit auxitque.
*Cap.* 10. Quod à nonnullis fidelibus adjutus fuit, expenſas ſubminiſtrantibus.
*Cap.* 11. Quod Jeſudadus monachus inventam pecuniam Jeſujabo attulit.
*Cap.* 12. Quod in fabricam ejuſdem cœnobii converſum eſt depoſitum quoddam ibidem caſu inventum.
*Cap.* 13. De miraculo per Jeſujabum facto.
*Cap.* 14. De fabrica Templi, quam imperfectam reliquit: & de obitu Jeſujabi.
*Cap.* 15. De Cyriaco Archimandrita. Prologus.
*Cap.* 16. De genere Cyriaci, qui in Gabiltha urbe regionis Tirhanæ natus, monachum in hoc cœnobio ſub Acha egit: deinde anachoreticam vitam ducere maluit.
*Cap.* 17. Quod Cyriacus cœnobio præfectus fuit.
*Cap.* 18. Quod Maran-Zacha Epiſcopus Ninives Mahometanum quendam, cujus filius ægrotabat, monuit, ut ad Cyriacum confugeret.
*Cap.* 19. Quod Mahometanus ille filium ſuum ad cœnobium Beth-Abe adduxit, quem Cyriacus curavit: & de aliis ejuſdem miraculis.
*Cap.* 20. De Viſione, quam vidit.
*Cap.* 21. De Amrano Mohammadi filio, qui regionem hanc depopulatus, terras etiam ad cœnobium ſpectantes occupare, & Cyriacum interficere cogitavit.
*Cap.* 22. Quod Amranus ſatellites miſit, ut caput Cyriaci amputarent: qui viſo miraculo, re infecta redierunt. Amranus autem morti proximus præcepit filiis, ne ullam moleſtiam cœnobio Beth-Abe crearent.
*Cap.* 23. De viſione quam vidit Cyriacus, quod ſcilicet ad Epiſcopatum promovendus eſſet, & paulò poſt moriturus.
*Cap.* 24. Quod Cyriacus à Timotheo Patriarcha ordinatus eſt Epiſcopus urbis Baladæ.
*Cap.* 25. De miraculo quod Cyriacus in urbe Balada fecit: deque ejus obitu.
*Liber V.* continet capita 17.
*Cap.* 1. Prologus Auctoris.
*Cap.* 2. De Subchaljeſu, qui ex Hirta Naamanis ortum ducens, in cœnobio Beth-Abe monachum egit, unde à cœnobitis injuria ejectus fuit.

*Cap.* 3.

*Cap.* 3. De pœna, quam ſubiere monachi ob injuſtam Subchaljeſu expulſionem.

*Cap.* 4. Quod Subchaljeſu à Timotheo Patriarcha ordinatus eſt Epiſcopus Galan & Dilumitarum.

*Cap.* 5. Quod Subchaljeſu à gentilibus ob Chriſti fidem occiſus eſt.

*Cap.* 6. De Jaballaha & Cardago fratribus: quorum prior Codices pro cœnobio Beth-Abe deſcribebat, alter deſcriptos compingebat.

*Cap.* 7. Quod à Timotheo Patriarcha ordinatus fuit Jaballaha Epiſcopus Galan, & Cardagus Epiſcopus Dilumitarum: & quod Jaballaha ad eundem Timotheum ſcripſit Epiſtolam de converſione earum gentium ad Chriſti fidem: quamobrem Timotheus eis facultatem dedit, ut Epiſcopos ordinarent: qui ordinarunt Thomam, Zacchæum, Sem, Ephræm, Simeonem, Hananum, & Davidem.

*Cap.* 8. De Elia hujus cœnobii monacho, qui fuit Epiſcopus Mukan.

*Cap.* 9. De ejus converſatione & oratione.

*Cap.* 10. Quod à Timotheo Patriarcha miſſus fuit ad urbem Mukan in regionem Barbarorum apud Dilumitas, & quod ab eodem Timotheo & à Neſtorio metropolita Adiabeno ordinatus fuit ejuſdem loci Epiſcopus.

*Cap.* 11. De ejus prædicatione in urbe Mukan, deque ejus obitu.

*Cap.* 12. De Narſe Epiſcopo urbis Senæ. Prologus.

*Cap.* 13. De genere Narſis, qui ex regione Beth-Bagas ortum ducens, in hoc cœnobio ſub Cyriaco archimandrita monachum egit.

*Cap.* 14. Quod Narſes à Timotheo Patriarcha ordinatus eſt Epiſcopus urbis Senæ in Arabia, quæ & Cardaliabed dicitur.

*Cap.* 15. De ejus contemplatione & meditatione.

*Cap.* 16. De ejus geſtis, & obitu.

*Cap.* 17. Hiſtoria Abbatis Joſephi, qui è regione Garmæorum genus duxit, & in cœnobio Beth-Abe monaſticum inſtitutum amplexus eſt. Hunc ſe vidiſſe teſtatur Auctor, qui in fine hujus capitis hæc verba apponit: *Explicit Hiſtoria monachorum cœnobii Beth-Abe.*

*Liber VI.* Hiſtoria Cypriani, & Gabrielis Abbatum cœnobii oppidi Birthæ in regione Maragæ. Partes II.

*Pars I.* Hiſtoria Cypriani Abbatis, capita 7.

*Cap.* 1. Prologus Auctoris.

*Cap.* 2. Cypriani genus, ſtudium, & profectio Hieroſolymitana: unde in montem Synai ſe contulit, deinde Alexandriam, & in deſertum Ægypti, ubi in quodam cœnobio monachum egit.

*Cap.* 3. Quod Cyprianus ex deſerto Ægypti in quandam Inſulam, quam Javan appellant, profectus eſt.

*Cap.* 4. Quod ex inſula Javan in regionem Maragæ venit, ibique in quadam ſilva vixit.

*Cap.* 5. Quod cœnobium Birthæ ædificavit.

*Cap.* 6. Ejus miracula.

*Cap.* 7. Ejus monita ad fratres, & mors.

*Pars II.* Hiſtoria Gabrielis Abbatis cœnobii Cypriani: capita 11.

*Cap.* 1. Prologus Auctoris, qui aſſerit ſe Gabrielis geſta ab iis audiviſſe, qui ipſum viderunt.

*Cap.* 2. Gabrielis genus & educatio: natus in pago Luz regionis Garmæorum.

*Cap.* 3. Ejuſdem Gabrielis fratriſque Pauli educatio in cœnobio Cypriani.

*Cap.* 4. Quod Gabriel anachoreticæ vitæ ſtudio in regionem Cardoam abiit, deinde huc (*hoc eſt: in cœnobium Cypriani*) regreſſus eſt.

*Cap.* 5. De Joanne fundatore cœnobii Barzi.

*Cap.* 6. De adventu Gabrielis in cœnobium Barzi, cui & præfectus fuit: & de obitu Pauli ejus fratris.

*Cap.* 7. Quod Gabriel poſt obitum Pauli fratris præfectus fuit cœnobio Cypriani.

*Cap.* 8. De illuſtribus monachis, qui tempore Gabrielis habitabant in diverſis cœnobiis: videlicet, in cœnobio Beth-Abe Domitius. In cœnobio Baritæ Jeſuſabran Bar-Mami. In Nareſa Phetion. In monte Janan Abibus & Jacobus fratres. In cœnobio Kokæ Sabarjeſu cognomento gibbus, & Ebedjeſu Cartuæus. In monte Zæna Ammonius. Metropolitæ Adiabeni Acha, Maraname, & Jeſujabus. His æqualis Gabriel Chamis. Subchalmaran Epiſcopus Niſibis in regione Sigar. Maruaës monachus in regione Honitæ. Jeſu-Zacha Epiſcopus Seleuciæ. Bardaira Abbas in cœnobio Aphnimaran. Marcus Abbas in cœnobio Bartura. Simeon Epiſcopus Beth-Bagas. Iiſdem temporibus Ananjeſu condidit cœnobium apud urbem Hadatham.

*Cap.* 9. De viſionibus quas vidit Gabriel.

*Cap.* 10.

*Cap.* 10. De miraculis Gabrielis.
*Cap.* 11. De obitu Gabrielis.
*In* 4. *bombyc.* 318. Chaldaicis literis & ſermone exaratus feria ſexta, menſe Auguſto, Anno Græcorum 1974. (*Chriſti* 1663.)

X I V.

*Conſtitutiones* Apoſtolorum per Clementem. Initio mutil.
*Ebedjeſu Epiſcopi Sobæ & Armeniæ* collectio Canonum Synodalium, Tractatus quinque complectens. *Tractatus I.* De iis, quorum notitia præmittenda eſt: de nomine ſcilicet & Etymo Synodi, quis Canones Synodales condere poſſit &c. Ubi hiſtoria Nicænæ Synodi ex Marutha Epiſcopo, & nomina Patrum, qui ei Synodo interfuere: capita 5. *Tractatus II.* De matrimonio & ſponſalibus Chriſtianorum, capita 27. *Tractatus III.* De diviſione Hæreditatis, cap. 25. *Tractatus IV.* De Judiciis & cauſis, cap. 79. *Tractatus V.* De iis, ad quæ Chriſtiani ſecundùm canones tenentur, capita 28. ubi de Orationibus & Pſalmodia, de obſervatione diei Dominicæ & Feſtorum, de adoratione ad Orientem, de Jejuniis, de cultu Martyrum, de commercio Judæorum & Gentilium, de operibus miſericordiæ, & de exequiis defunctorum.
*Timothei Patriarchæ* Canones XII. conditi in Synodo Epiſcoporum Joſephi Elamitidis, Ebedjeſu Niſibis, Simeonis Moſul, Simeonis Beth-Garmæ, Simeonis Tirhanæ, Simeonis Baladæ, Joannis Beth-Vazich, Joannis Sigaræ, Ededjeſu Honitæ, Iſaac Beth-Daron, Jeſujabi Telæ & Barbelæ.
*Collectio Canonum* Patriarcharum & Epiſcoporum Orientalium & Occidentalium: nimirùm, Jeſujabi Patriarchæ ejuſque Synodi: Scholæ Niſibis: Sabarjeſu: Theodoſii Patriarchæ: Abraham Patriarchæ: Apoſtolorum: Nicænæ Synodi: Joannis Patriarchæ: Dadjeſu archimandritæ qui Abrahæ ſucceſſit: Ebedjeſu Patriarchæ: Iſaaci Patriarchæ in Synodo: Ezechielis Patriarchæ in Synodo: Timothei Patriarchæ: Georgii Patriarchæ in Synodo: Mar-Abæ Patriarchæ.
*Epiſtola Synodica* Patrum Occidentalium ad Orientales tranſmiſſa per Agapitum Elamitam Epiſcopum Lapethæ, qua Primatum Seleucienſis Eccleſiæ confirmant: ubi Timotheus notat, hanc Epiſtolam ante Concilium Nicænum ſcriptam anno quadrageſimo à morte Apoſtolorum Petri & Pauli. *Sed mendum eſt in epocha.*
*Eliæ metropolitæ Niſibis* Epiſtola canonica ad Diœceſim Bagdadenſem de illegitima Jeſujabi Patriarchæ ordinatione.
*In* 4. *bomb.* 185. Chaldaicis literis & ſermone exaratus die 15. Auguſti anno Græcorum 1643. Hegiræ 731. (*Chriſti* 1332.) in urbe Bagdado à Saido Iſæ filio.

X V.

*Symboli Nicæni Expoſitio*, auctore anonymo Neſtoriano.
*De Verbi Incarnatione*: & utrùm Maria dicenda ſit Deipara.
*Neſtorii* Capita XII.
*Excerpta* ex ejuſdem operibus.
*Compendium* hiſtoriæ hæreſeon, quæ in Occidente ortæ ſunt: ubi de Synodo Epheſina.
*In* 4. *bomb.* 113. exaratus in urbe Moſul literis & ſermone Chaldaico ab Hormiſda Diacono filio Cyriaci Moſulani ſub Elia Patriarcha die 8. Julii, feria quinta, anno Græcorum 2014.

X V I.

*Epiſtolæ* ad diverſos, quas Jeſujabus ſcripſit, quum eſſet Epiſcopus, Metropolita, & Patriarcha Chaldæorum: & primùm Epiſtolæ, quas Epiſcopus ſcripſit: 1. Ad Babæum Archimandritam. 2. Ananjeſu monacho. 3. Danieli doctori Arbelæ. 4. Sabruæo. 5. Sabarjeſu Diacono. 6. Sergio. 7. Abibo & monachis montis Izlæ poſt obitum Archimandritæ. 8. iiſdem. 9. Paulo archimandritæ. 10. Ananiæ Presbytero. 11. Abibo, Zonæo, Gregorio, Lucæ, Razjeſu, Stephano, Jazdino, Barduæo, & Simeoni monachis Izlæ. 12. Kamjeſu archimandritæ Izlæ. 13. Jezdeſapori. 14. eidem. 15. Jeſujabo Patriarchæ. 16. eidem. 17. monachis montis Lepheph. 18. Lulachæ. 19. Narſeti & Maramæ. 20. Sabarjeſu Epiſcopo. 21. Samueli Presbytero. 22. Joanni Presbytero. 23. Hormiſdæ. 24. Allazachæ Preſbytero. 25. Abæ Epiſcopo. 26. Patriarchæ. 27. eidem. 28. Moyſi Preſbytero. 29. Cyriaco metropolitæ. 30. Gabrieli metropolitæ. 31. Amico. 32. Kamjeſu, Saviæ, Babuſæ, Ananjeſu, Iſaaco, & aliis Ninivitis.

33. Gabrieli metropolitæ. 34. Abibo, Dazunuæ, Narſi, & Maramæ. *Inter Epiſtolas à Jeſujabo ſcriptas, dum Epiſcopus Baladæ eſſet, una erat ad Jacobum monachum fundatorem cœnobii Beth-Abe, quæ citatur à Thoma Marageuſi in hiſt. monaſt. lib. 1. cap. 13. ſed ea cum nonnullis aliis ex Codice noſtro excidit, cujus aliquot folia initio deſiderantur.*

*Epiſtolæ*, quas idem Jeſujabus metropolita Adiabenus ſcripſit. 1. Ad Clerum & populum Lapethæ. 2. monachis ſuæ diœceſeos. 3. Triſjeſu Chorepiſcopo. 4. Clero & populo Eccleſiæ Mahuzæ Ariunæ. 5. Saadæ Epiſcopo. 6. Guriæ. 7. Presbyteris, Clericis, & populo Niſibis. 8. Ad Nuhadrenſes. 9. Henoch Epiſcopo. 10. Bar-hadbeſciabæ archimandritæ. 11. Moyſi Presbytero. 12. Abrahæ archimandritæ. 13. Hormiſdæ Epiſcopo. 14. Abæ Epiſcopo. 15. Sabarjeſu metropolitæ. 16. Ad quendam. 17. Ad quendam. 18. Maremæ Patriarchæ. 19. Joanni Catarenſi. 20. Hormiſdæ Epiſcopo. 21. Eidem. 22. Epiſcopo Garmæorum. 23. Iſaaco Niſibis Epiſcopo.

*Epiſtolæ*, quas idem Jeſujabus Patriarcha ſcripſit. 1. Iſaaco Epiſcopo Niſibis. 2. Ad monachos montis Izlæ. 3. Ad Niſibenos de hæreticis; ubi Neſtorianam ipſe hæreſim propugnat. 4. Ad eoſdem. 5. Ad Bricham de Mahuzitis. 6. Monachis Izlæ. 7. Maruæ Presbytero & medico Huzitæ. 8. Doctori Scholæ Niſibis. 9. Cuidam Niſibeno. 10. Sabæ Epiſcopo Mahuzæ Ariunæ. 11. Eliæ Presbytero, Paulo Archidiacono, Theodoſio Diacono, & aliis Hieroſolymæ commorantibus. 12. Simeoni Epiſcopo Ravardſcir. 13. Metropolitæ & Epiſcopis Perſidis. 14. Monachis Cataræ. 15. Eiſdem. 16. Eiſdem. 17. Joanni Archipresbytero, Theodoro Archidiacono, & Andreæ laicorum principi, in urbe Edeſſa commorantibus. *Deſiderantur in noſtro Codice aliquot aliæ Epiſtolæ, quæ avulſis poſtremis foliis exciderunt.*

*In 4. pergamen.* 123. Codex pervetuſtus Chaldaicis literis & ſermone exaratus, initio & fine mutilus.

XVII.

*Spelunca Theſaurorum*, hoc eſt, Chronicon è Scriptura deſumptum ab Adam ad Chriſtum, & in partes VI. diviſum, quarum unaquæque res geſtas per mille annos complectitur. Pars 1. millenarium 1. Ab Adam ad Jared. Pars 2. millenarium 2. à Jared ad Diluvium. Pars 3. millenarium 3. à Diluvio ad Reu. Pars 4. millenarium 4. à Reu ad Ahod Judicem. Pars 5. millenarium 5. ab Ahod Judice ad Cyrum Regem. Pars 6. millenarium 6. à Cyro ad Chriſtum Dominum.

*Simeonis Cephæ* quæſita de Sacramentis, & de Baptiſmo, per modum interrogationis & reſponſionis.

*Eſdræ Scribæ* apocryphum Vaticinium de regno Iſmaëlitarum.

*Adæ* Teſtamentum.

*Prophetarum* Vaticinia de Chriſto.

*In 4. bombyc.* 108. Chaldaicis literis & ſermone exaratus ab Hormiſda Diacono filio Cyriaci filii Aſcar Moſulani ſub Elia Patriarcha, feria 6. die 14. Februarii, anno Græcorum 2013.

XVIII.

*Canones* Apoſtolorum 81.

*Conſtitutiones* Apoſtolorum per Hippolytum.

*Nicæni* Canones XX.

*Ancyrani* Canones XXIV.

*Neocæſarienſes* Canones XIV.

*Gangrenſes* Canones XX.

*Antiocheni* Canones XXV.

*Laodiceni* Canones LIX.

*Conſtantinopolitani* Canones IV.

*Epheſinæ Synodi* definitio.

*Chalcedonenſes* Canones XXVII.

*Timothei Patriarchæ Alexandrini* quæſita & reſponſa Canonica XV.

*In 4. pergam.* 96. Codex pervetuſtus, Chaldaicis literis & ſermone exaratus.

XIX.

*Expoſitio Evangeliorum*, quæ leguntur per anni circulum in Dominicis, Feſtis, & Feriis juxta Ritum Chaldæorum.

*In fol. bomb.* 247. Chaldaicis literis, ſed Arabico ſermone exaratus ab Abdalcarimo Diacono filio Iſæ Presbyteri filii Abdallæ Moſulani ſub Elia Patriarcha, Marvagii Presbyteri filio, die 1. Septembris, feria ſexta, anno Græcorum 1993. Hegiræ 1093. (*Chriſti* 1682.)

XX.

*Eliæ* Epiſcopi Pheroz-Sapor, ſeù Anbaræ,

baræ, Carmina Theologica in Scripturam & Patres admirabili artificio compoſita, & in tres partes diviſa, quæ univerſim continent quadraginta mille verſus.

*Ejuſdem Eliæ* Carmen aliud extra numerum, quod continet verſus biſcentum.

*Fragmentum* ex hiſtoria Sabarjeſu primi Patriarchæ, de Mauricio Imperatore, cujus temporibus is vivebat.

*In fol. bomb.* 367. Chaldaicis literis & ſermone nitidiſſimè exaratus à Cauſaba Diacono filio Danielis Presbyteri, filii Eliæ Presbyteri, filii Danielis Presbyteri, in Alcus pago, quæ fuit patria Nahum Prophetæ, apud cœnobium Hormiſdæ, ſub Elia Patriarcha, Sabbato, die 20. Februarii, anno Græcorum 2014.

## X X I.

*Emmanuelis* magiſtri Scholæ S. Gabrielis, quæ in cœnobio Moſulano eſt, Carmina XXVIII. partim heptaſyllabo, partim dodecaſyllabo metro. 1. In illud, in principio erat Verbum. 2. In Hexaëmeron: & primo de iis, quæ prima die creata ſunt. 3. De ſecundæ diei opere. 4. De tertiæ diei opere. 5. De quartæ diei opere. 6. De opere ſextæ diei. 7. De luminaribus. 8. De opere quintæ diei, ubi de volucribus, piſcibus, & reptilibus. 9. De animalibus, quæ ſexto die creata ſunt. 10. De creatione hominis. 11. De Adam & Eva. 12. De prævaricatione Adæ. 13. De ſententia à Deo lata in Adam & Evam. 14. De Sabbato. 15. De reſurrectione, & de ſymbolo ſeptem dierum. 16. De libero hominis arbitrio. 17. De Chriſti adventu. 18. De Viſione Moyſis in monte Sinai. 19. De diſpenſatione Chriſti. 20. De miraculis à Chriſto patratis. 21. De verbis Chriſti. 22. In idem. 23. De doctrina Chriſti. 24. De veritate Chriſtianæ Fidei. 25. De reſurrectione corporum. 26. De anima. 27. De Vita æterna. 28. De Baptiſmo.

*In fol. magno* 273. Chaldaicis literis & ſermone nitidiſſimè exaratus à Joanne Diacono filio Eliæ Presbyteri Moſulani ſub Elia Patriarcha, feria 3. die 18. Februarii, anno Græcorum 2018.

## X X I I.

*Jacobi Epiſcopi Edeſſeni*, Vocum difficiliorum, quæ in Syriaca Veteris & Novi Teſtamenti Verſione occurrunt, recenſio & punctatio: nimirùm, Geneſis, Exodi, Levitici, Numerorum, Deuteronomii, Joſue, Judicum, Job, Samuelis, Davidis, Regum, Iſaiæ, Duodecim minorum prophetarum, Hieremiæ, Threnorum, Baruch, Ezechielis, Danielis, Proverbiorum Salomonis, Sapientiæ, Canticorum, Ruth, Eſther, Judith, Eccleſiaſtici, Actuum Apoſtolorum, Epiſtolæ Jacobi, Petri, Joannis, Epiſtolarum XIV. Pauli, Evangelii Matthæi, Marci, Lucæ, & Joannis.

*Ejuſdem Jacobi* recenſio & punctatio Vocum Novi Teſtamenti juxta Verſionem Thomæ Heracleenſis: ſcilicet, Actuum Apoſtolorum, Epiſtolarum Pauli, Evangelii Matthæi, Marci, Lucæ, & Joannis. Ubi in margine Græcis cubitalibus vocibus appoſitis difficiliora vocabula Syriaca elucidantur.

*Ejuſdem Jacobi Edeſſeni* recenſio vocum, quæ occurrunt in libris Doctorum è Græco in Syriacum ſermonem translatis: & primò in libris Severi Patriarchæ Antiocheni: ſcilicet in prima, ſecunda, & tertia parte Homiliarum Epithroniarum, & in Epiſtola Synodica. Deinde in prima, & ſecunda parte Operum S. Gregorii Theologi, quibus Orationes 95. continentur. Demùm in Epiſtolis SS. Baſilii & Gregorii.

*Ejuſdem Jacobi Edeſſeni* Epiſtola ad Georgium Epiſcopum Sarugenſem, & ad omnes in quorum manus hic liber devenerit, ubi rationem ſuſcepti hujus operis exponit.

*Ejuſdem Jacobi Edeſſeni* Grammatica parva Syriaca: ubi de Punctis, de Generibus, & de Temporibus.

*Thomæ Diaconi* de Punctis.

*Epiphanii* de Punctis: de Ponderibus & menſuris: & de ſignificatione literarum Alphabeti.

*Verſus* Veteris & Novi Teſtamenti.

*De morte* Prophetarum & Apoſtolorum.

*Vocum ſimilium* per Puncta diſtinctio.

*Vocum Hebraicarum*, quæ in veteri Teſtamento occurrunt, ſignificatio, ex recenſione Jacobi Edeſſeni.

*De ſeptem mundi climatibus* carmen heptaſyllabum.

*S. Ephræm* de compoſitione hominis carmen.

*Tractatus* de Unione Corporis Chriſti in Euchariſtia auctore quodam peregrino circulatore.

*Severi Antiocheni Tractatus*, quomodo opor-

oporteat nos ſentire de proprietatibus & operationibus Chriſti. *Recentiori manu exaratus*.

*In fol. pergam.* 205. exaratus anno Græcorum 1291. (*Chriſti* 980.) in cœnobio S. Aaron in Sigara ditionis Calliſuræ ſub Patriarchis Joanne *Antiocheno*, & Mina *Alexandrino Jacobitarum*. Titulus libri *Onomaſticon*, ſeu lectiones Veteris & Novi Teſtamenti juxta traditionem Karkaphitarum, hoc eſt, Syrorum in montanis habitantium. Chaldaicis literis & ſermone.

## XXIII.

*Gregorii Bar-hebræi*, vulgò Abulpharagii, Primatis Orientis, Nomocanon, cui titulus, Liber Directionum de Canonibus Eccleſiaſticis, & Legibus ſecularibus.

*Præfatio*, de ſacrorum Canonum obſervantia.

*Caput* 1. De Eccleſia ejuſque regimine, continet ſectiones ſeptem.

*Cap.* 2. De Baptiſmo, ſectiones 5.

*Cap.* 3. De Chriſmate, ſectiones 5.

*Cap.* 4. De Euchariſtia, ſectiones 8.

*Cap.* 5. De Jejuniis, Feſtis, & Orationibus, ſectiones 5.

*Cap.* 6. De exequiis defunctorum, ſectiones 2.

*Cap.* 7. De ordinibus Sacerdotalibus, ſectiones 10.

*Cap.* 8. De ſponſalibus, ſectiones 6.

*Cap.* 9. De teſtamentis, ſectiones 4.

*Cap.* 10. De hæreditate, ſectiones 2.

*Cap.* 11. De emptione & venditione, ſectiones 5.

*Cap.* 12. De mutuo & commodo, ſectiones 4.

*Cap.* 13. De pignore, ſectiones 3.

*Cap.* 14. De impedimentis uſus rerum, ſectiones 3.

*Cap.* 15. De conſenſu, ſectiones 3.

*Cap.* 16. De translatione juris, ſectiones 2.

*Cap.* 17. De fidejuſſione, ſectiones 2.

*Cap.* 18. De ſocietate, ſectiones 3.

*Cap.* 19. De tutela, ſectiones 3.

*Cap.* 20. De confeſſione, ſectiones 3.

*Cap.* 21. De depoſito, ſectiones 3.

*Cap.* 22. De uſufructus, ſectiones 3.

*Cap.* 23. De donatione, ſectiones 2.

*Cap.* 24. De legato, ſectiones 4.

*Cap.* 25. De cenſu, ſectiones 3.

*Cap.* 26. De mercatura, ſectiones 3.

*Cap.* 27. De irrigatione, ſectiones 2.

*Cap.* 28. De cultu terræ deſertæ, ſectiones 3.

*Cap.* 29. De mercede conductione, ſectiones 5.

*Cap.* 30. De inventis, ſect. 2.

*Cap.* 31. De puerorum projectorum inventione, ſect. 2.

*Cap.* 32. De manumiſſione ſervorum, ſectiones 3.

*Cap.* 33. De raptu, ſect. 3.

*Cap.* 34. De gravibus facinoribus: nimirùm, homicidio, mutilatione membrorum, apoſtaſia à fide, fornicatione & furto, ſect. 7.

*Cap.* 35. De immolatione, & venatione, & de ciborum delectu, ſect. 3.

*Cap.* 36. De juramentis, ſect. 2.

*Cap.* 37. De votis, ſect. 3.

*Cap.* 38. De judiciis, ſect. 3.

*Cap.* 39. De teſtimoniis, ſect. 6.

*Cap.* 40. De cauſis, ſect. 5.

*In fol. bomb.* 239. Syriacis literis recentioribus, & ſermone nitidiſſimè exaratus à Presbytero Ebednura filio Stephani Diaconi ex pago Dair-Elia ditionis Mardenſis, ſub Ignatio David-Sciah Patriarcha Jacobitarum, & Timotheo Elia Epiſcopo, menſe Decembri, die 2. feria 2. Anno Græcorum 1901. (*Chriſti* 1589.)

## XXIV.

*Gregorii Bar-hebræi* Primatis Orientis, Chronicon Syriacum ab Adamo ad ſuam uſque ætatem perductum, & in Partes tres diviſum.

*Pars I.* Chronicon Patrum & Regum: ubi de rebus geſtis ab Adam ad regnum Chaldæorum ſub Nabuchodonoſor; à Chaldæis ad Medos & Perſas: ab his ad Alexandrum magnum & Ptolemæos Reges Ægypti: mox de Imperatoribus Romanorum in Occidente & Oriente uſque ad Heraclium: demùm à Mahomete Arabumque imperio uſque ad regnum Tartarorum, ad annum Græcorum 1600. Chriſti 1289. per capita 332.

*Pars II.* Chronicon Patriarcharum Occidentis: quo nomine Patriarchas Antiochenos intelligit. Opus bifariam ſubdiviſum: in priori parte deſcribitur ſeries Summorum Pontificum Veteris Teſtamenti ab Aaron uſque ad Hananum Caiphæ ſocerum, ſub quo paſſus eſt Dominus noſter. In altera parte, quæ hiſtoria Summorum Sacerdotum Novi Teſtamenti inſcribitur, geſta Patriarcharum Antiochiæ accuratè recenſentur à S. Petro Apoſtolorum principe ejuſque diſcipulo Evodio, uſque ad Ephræmum Amiden-

denſem, qui eo tempore Eccleſiam Antiochenam rexit, quo Severus ob hæreſim Sede pulſus, Ægyptum & Syriam Monophyſiticis erroribus inficiebat. Poſt Severi obitum ſequitur exacta Patriarcharum Jacobitarum hiſtoria à Sergio, qui primus ei genti præfuit, uſque ad Philoxenum Nemrod, qui obiit anno Græcorum 1596. Chriſti 1285.

*Continuatur* eadem Patriarcharum Jacobitarum hiſtoria à Philoxeno Nemrod, qui ſuprà, uſque ad Noë Libaniotam, qui Jacobitis Patriarcha præfuit anno Græcorum 1804. Chriſti 1493. Auctore anonymo.

*Pars III.* Chronicon Primatum, Patriarcharum, & Maphrianorum Orientis, tùm Chaldæorum Orthodoxorum, tùm hæreticorum Neſtorianorum & Jacobitarum: à Thoma ſcilicet Apoſtolo ejuſque diſcipulis Adæo Aghæo & Mari uſque ad Jaballaham, qui anno Græcor. 1593. Chriſti 1282. Neſtorianis præerat: & à Marutha primo Jacobitarum Maphriano, qui anno Græcorum 940. ordinatus fuit, uſque ad annum 1597. quo Bar-hebræus ipſe eam dignitatem apud ſuos gerebat.

*Continuatur* ab Auctore anonymo Hiſtoria Maphrianorum Jacobitarum ab anno Græcorum 1597. uſque ad annum 1807. quo Abraham à Noë Patriarcha Orienti præfectus fuit.

*In* 4. *bombyc.* 421. Syriacis partim antiquis, partim recentibus literis, & ſermone exaratus. Pertinuit olim Codex ad Ephræmum Diaconum Malchi filium ex Kuſiana pago apud Haam caſtrum Turabdini ſub Ignatio Patriarcha, & Cyrillo ejuſdem Haæ Epiſcopo. Opus luce dignum.

## X X V.

*Gregorii Bar-hebræi* Primatis Orientis, Ethica de virtutibus & vitiis animi & corporis, juxta mentem Patrum anachoretarum, & Doctorum probatorum. Opus in Partes IV. diviſum.

*Pars I.* De motibus & exercitiis corporis componendis: capita 9. continens. Caput 1. de oratione, & horis canonicis & Liturgia. 2. de opere manuum, de lectione librorum, de meditatione, de diſtributione horarum, de flexione genuum. 3. de vigilia & ſomno. 4. de Pſalmodia. 5. de Cantibus. 6. de Jejunio. 7. de ſilentio. 8. de peregrinatione. 9. de profectione in urbem Hieruſalem.

*Pars II.* De regimine corporis circa victum, capita ſex. 1. de cibo & potu. 2. de conjugio & virginitate. 3. de purificatione corporis. 4. de regimine ætatum & conditionum. 5. de opere manuum. 6. de eleemosynis & decimis.

*Pars III.* De pravis animi affectibus purgandis, capita duodecim. 1. de anima ejuſque potentiis, actibus & motibus. 2. de exercitiis animæ & de morum directione. 3. de gula ejuſque remediis. 4. de luxuria. 5. de linguæ lapſu. 6. de ira & invidia. 7. de voluptatibus hujus ſæculi. 8. de amore pecuniæ. 9. de inani gloria. 10. de hypocriſi. 11. & 12. de ſuperbia.

*Pars IV.* De anima virtutibus exornanda, capita ſexdecim. 1. de doctrina. 2. de admonitione & correptione. 3. de fide. 4. de pœnitentia & confeſſione. 5. de patientia. 6. de gratiarum actione. 7. de ſpe. 8. de timore Dei. 9. de paupertate. 10. de rerum contemptu. 11. de fiducia. 12. de amore fratrum. 13. de recordatione Dei & de contemplatione mirabilium ejus. 14. de puritate cogitationum. 15. de amore Dei. 16. de recordatione mortis.

*In* 8. *bombyc.* 219. Syriacis literis & ſermone, eâdem quæ manu exaratus, ac liber Radiorum ejuſdem Bar-hebræi, cujus memini tom. 1. pag: 575. hoc eſt, circa annum Græcorum 1641. Chriſti 1330. In fine mutilus.

## X X V I.

*Gregorii Bar-hebræi* Primatis Orientis, Theologia, cui titulus, Candelabrum Sanctorum de Fundamentis Eccleſiaſticis. Opus in Fundamenta XII. diviſum.

*Fundamentum* 1. De ſcientia ſimpliciter, ſectiones 3.

*Fundamentum* 2. De natura univerſi, ſectiones 3. ubi de opere ſex dierum.

*Fundamentum* 3. De Deo uno & Trino, ſectiones 10.

*Fundamentum* 4. De Incarnatione Dei Verbi, ſectiones 6.

*Fundamentum* 5. De Angelis, ſectiones 5.

*Fundamentum* 6. De Sacerdotio, ſectiones 2.

*Fundamentum* 7. De Dæmoniis, ſectiones 2.

*Fundamentum* 8. De anima rationali, ſectiones 8.

*Fun-*

*Fundamentum* 9. De libero arbitrio, ſectiones 5.
*Fundamentum* 10. De reſurrectione corporum, ſectiones 3.
*Fundamentum* 11. De fine mundi, de Judicio, de Paradiſo, & Inferno, ſectiones 6.
*Fundamentum* 12. De Paradiſo terreſtri, ſectiones 4.
*In fol. parvo bombyc.* 333. Syriacis literis, & ſermone, eàdemque, ac præcedens Codex, manu exaratus.

XXVII.

*Carmen* morale dodecaſyllabum, initio mutilum.
*Ordo* conſecrationis Chriſmatis.
*De Jejunio* carmen dodecaſyllabum.
*De Patribus* decem, qui ſimul Reges, Sacerdotes, & Prophetæ fuerunt.
*Cyrilli Alexandrini* Capita XII.
*Aitallabæ* Presbyteri in cœnobio S. Zachæ apud urbem Callinicum, Tractatus adversùs Neſtorianos per modum interrogationis & reſponſionis.
*Chronici Syriaci* Bar-hebræi fragmentum.
*Jacobi* carmen dodecaſyllabum de Fide adversùs Neſtorium.
*Gregorii Bar-hebræi* Symbolum, ſeù Profeſſio Fidei.
*Kalendarium* Syrorum: eodem Bar-hebræo, ut videtur, Auctore.
*Gregorii Bar-hebræi* Liber narrationum facetarum, in capita 20. diſtributus. Caput 1. Sententiæ Græcorum Philoſophorum. 2. Sententiæ Sapientum Perſarum. 3. Sententiæ Sapientum Indorum. 4. Sententiæ Sapientum Hebræorum. 5. Sententiæ monachorum Chriſtianorum. 6. Sententiæ Regum & ſapientum Mahometanorum. 7. Sententiæ quorundam Sapientum. 8. Sententiæ Continentium & Seniorum Arabum. 9. Apophthegmata Medicorum. 10. Fabulæ animalium irrationalium. 11. Narrationes eorum qui ſomnia & incantationes interpretati ſunt. 12. Narrationes de viris liberalibus. 13. de avaris. 14. de artificibus. 15. de comicis & mimis. 16. de idiotis. 17. de ſtultis & energumenis. 18. de furibus & latronibus. 19. Caſus admirabiles. 20. Apophthegmata Sapientum.
*In 8. bombyc.* 159. Syriacis literis & ſermone.

XXVIII.

*Sermo* de Judicio: initio mutilus.
*Homilia* de Transfiguratione Domini.
*Dionyſii Barſalibæi* fragmentum in Evangelia.
*Vita* Joannis Epiſcopi Mardæ, Daræ, Haran, & Chaboræ.
*Bar-hebræi* Nomocanonis fragmentum.
*Epiphanii* de linguis & characteribus.
*Excerpta* ex Baſilio, Chryſoſtomo, Nyſſeno, Sarugenſi, Severo, & Cyrillo.
*Jacobi Sarugenſis* carmen de Euchariſtia.
*Dionyſii Barſalibæi* Tractatus adversùs Mahometanos, ex libro, cui titulus, Confutatio hæreticorum.
*Gregorii Theologi* de miraculis Eliæ prophetæ Homilia, quam è Græco in Syriacum ſermonem tranſtulit Theodoſius Presbyter Edeſſenus ex monaſterio Keneſrinenſi, qui eam interpretationem inchoaſſe dicitur menſe Junio anni Græcorum 1113. abſolviſſe verò menſe Decembri anni ſequentis.
*Ejuſdem Gregorii Theologi* Epiſcopi Nazianzeni fragmentum ex metris, quæ è Græco Syriaca fecit Senorinus Chididatus Amidenſis anno Græc. 976.
*Ammoës* Presbyteri & medici carmen heptaſyllabum de reſurrectione.
*Macarii* Ægyptii Abbatis viſio de animabus exutis corpore.
*Computus* pro Paſchate inveniendo, metro dodecaſyllabo.
*David* filii Pauli carmen dodecaſyllabum.
*Jacobi Sarugenſis* carmen de doctrina.
*Marci* Abbatis montis Tarmakæ, viſio de animabus è corpore ſolutis.
*Dionyſii Barſalibæi* Epiſcopi Amidæ, expoſitio Pſalmorum.
*Ejuſdem Barſalibæi* Tractatus de Prophetis, eorumque ætate.
*Xenajæ Mabugenſis* ſententiæ ex libro primo decerptæ.
*Jacobi Edeſſeni* Canon de Pſalmodia.
*Kalendarium* Feſtorum mobilium.
*Bardeſanis* Alphabetum.
*Baſilii* interrogatio de apoſtatis, & Gregorii reſponſio.
*Chryſoſtomi* de humilitate ac ſuperbia fragmentum.
*Ephræm Syri* de correptione fragmentum.
*Iſaac Syri* de dilectione fragmentum.
*Ephræm Syri* de Vidua fragmentum.
*Cyrilli* ex Oratione 6. Glaphyr. fragmentum.
*Ejuſdem* ex Oratione 16. adversùs Julianum.

*Bar-*

*Barſalibæi* ex commentario 47. in Pſalmum 125.

*Ejuſdem* fragmentum in Pſalmum 104.

*Sarugenſis*, ut videtur, carmen dodecaſyllabum de tintinnabulo.

*De translatione* oſſium Joſephi Patriarchæ filii Jacob in urbem Conſtantinopolim ſub Honorio Imperatore, carmen metro heptaſyllabo ſub nomine S. Ephræm: in fine mutilum.

*In* 8. *bombyc.* 178. Syriacis literis & ſermone exaratus circa annum Græcorum 1664. quo amanuenſis fol. 160. notat matrem ſuam vita functam fuiſſe.

## XXIX.

*Magiſtri & Diſcipuli* Interrogationes & reſponſiones, literis Syriacis, ſed Arabico ſermone, de octo quæſtionibus. 1. de Trinitate. 2. de Incarnatione. 3. de divinis officiis. 4. de miſſa. 5. de jejunio. 6. de eleemoſyna, 7. cur homines, non dæmones à Deo redempti. 8. cur Deus incarnari & pati voluit, quum homines redimere alio modo potuiſſet.

*Ordo* Lampadis, ſeù Unctionis oleo, juxta ritum Syrorum & Ægyptiorum, in quinque Officia diviſus. Officium 1. pro Infirmis. 2. pro iter agentibus. 3. pro quacumque neceſſitate. 4. pro gratiarum actione. 5. pro catechumenis, energumenis, & pœnitentibus.

*Ordo* orationis pro infirmo, qui in agone verſatur.

*Oratio* ſuper puerum, quum magiſtro traditur.

*Ordo* Sacri Schematis, ſeù habitus monaſtici S. Antonii, ex lingua Ægyptiaca in Syriacam translatus.

*Oratio* ſuper pueros.

*Adhortatio* ad Presbyteros & Diaconos.

*Benedictio* rei immundæ.

*Teſtamentum* Adæ.

*Vitæ* Prophetarum.

*Methodii Epiſcopi Olympi & martyris* Sermo de ſucceſſione Regum, & de fine mundi.

*Epiſtola* Chriſti ad Abgarum.

*De ordinibus* Angelorum.

*Severi Patriarchæ* interrogatio de Deo, & Jacobi Sarugenſis reſponſio.

*Philoxeni* de fide fragmentum.

*Officium* infirmorum.

*Canones* ex tribus Synodis, ut dicitur, excerpti.

*Severi* precatio.

*Abſolutio* pœnitentis, poſtquam ſua peccata confeſſus eſt.

*Oratio* Sacerdotis pro ſeipſo.

*Excerpta* ex Prophetis & Chronologis.

*David Syri* Rithmus Arabicus de pœnitentia.

*Iſæ Hazari Poëtæ Syri* Rithmi duo Arabici de laudibus Beatæ Virginis Mariæ.

*Gregorii* interrogatio, & Baſilii reſponſio, Arabicè.

*B. Virginis* miraculum, Arabicè.

*De reſurrectione & judicio*, Arabicè.

*Sybillæ* hiſtoria, Arabicè.

*Kalendarium* pro feſtis mobilibus, Arabicè.

*Canones* Pœnitentiales XL. Syriacè.

*Oratio* Sacerdotis pro ſeipſo.

*Orationes* pro horis diei, mane ſcilicet, meridie, veſpere, & nocte.

*Orationes* ſuper rebus immundis.

*Canones* Pœnitentiales XVIII.

*Oratio* pro parentibus, quorum filius abſque Baptiſmo mortuus eſt.

*In* 8. *bomb.* 203. Syriacis literis, ſed ſermone partim Syriaco, partim Arabico exaratus à Joanne monacho Gargarenſi die 6. Martii anno Græcor. 1895. ſub Ignatio David-Sciah Patriarcha, ejuſque fratre Timotheo Thoma Epiſcopo, & Joanne Mina Epiſcopo, ut adnotatur fol. 152. nec non anno Græcorum 1897. in Sermed pago regionis Maadanenſis apud urbem Hizan ſub eodem Ignatio David-Sciah Patriarcha, & Dionyſio David Epiſcopo Maadan, uti adnotatur fol. 108.

## XXX.

*Joannis Ebn-Maadani Patriarchæ* Homiliæ Arabicæ literis Syriacis. 1. de Nativitate Domini. 2. de Epiphania. 3. de Præſentatione Domini in Templum. 4. de Jejunio Ninivitico & Jona propheta. 5. de Jejunio quadrageſimali. 6. de feſto Hoſannarum. 7. de feria ſexta crucifixionis. 8. de eadem & de bono latrone. 9. de Reſurrectione Domini. 10. de Aſcenſione. 11. de Pentecoſte, 12. de SS. Apoſtolis. 13. de Transfiguratione Domini. 14. de dormitione Deiparæ. 15. de Cruce. 16. Homilia parænetica pro quolibet die. 17. Parænesis. 18. Parænesis dicenda in fine cujuslibet orationis.

*Eliæ* filii Hadethenſis, Oratio ad Maarinenſes, qui habitant apud Niſibin. Arabicè.

Cy-

*Cyrilli* homilia de decem Virginibus. Arabicè.

*Epigramma* Syriacum.

*De conſtitutione* hominis Arabicè.

*Homilia* de S. Behenamo martyre, Arabicè: *in fine mutila*.

*De conſtitutione* corporis humani carmen Syriacum heptaſyllabum, initio mutilum.

*Ebedjeſu Sobenſis* carmen Syriacum dodecaſyllabum, quod ſive ad dexteram, ſive ad ſiniſtram legatur, perfectum ſenſum reddit.

*Ejuſdem Ebedjeſu* carmen Syriacum dodecaſyllabum, cujus ſinguli verſus integras Alphabeti literas continent, nec plures, nec pauciores.

*Oratio* in ſponſalibus dicenda. Arabicè.

*Benedictio* menſæ, Arabicè.

*Nomina Regum*, quos Mahir-Sapor Perſarum Rex ad Chriſtum adorandum miſit. Arabicè.

*Noë Libaniotæ Patriarchæ* Chronicon ab Adamo ad annum Græcorum 1807. ubi præſertim res in Meſopotamia geſtæ deſcribuntur. Arabicè.

*Kalendarium & Lunarium*, Arabicè.

*Homilia* compoſita à Noë Patriarcha in urbe Moſul anno Græcorum 1803. adversùs hæreticos, qui B. Virginem Deiparam eſſe negant, nec celebrant feſtum Annunciationis. Arabicè, in fine mutila.

*In* 4. *bomb.* 143. Syriacis literis, ſed ſermone partim Syriaco, partim Arabico exaratus à Noë Jacobitarum Patriarcha ex Bacupha montis Libani oppido in urbe Berœa, feria 3. die 11. Aprilis anno Græcorum 1819. uti adnotatur fol. 133.

## X X X I.

Moyſis Barcephæ Epiſcopi liber de Anima, capita quadraginta continens.

Cap. 1. Quid ſit Anima, & quotuplex. 2. Animam exiſtere. 3. Opiniones Philoſophorum de Anima. 4. Impugnantur errores Philoſophorum de Anima. 5. Animam eſſe ſubſtantiam. 6. Animam eſſe incorpoream. 7. Animam eſſe ſimplicem. 8. Quid primum de Anima inquirendum: de ejus natura, an de virtute & operatione. 9. Quæ ſit natura animæ. 10. De virtute & operationibus Animæ. 11. Animam hominis eſſe rationalem & perpetuo moveri. 12. Quis ſit animæ motus & quotuplex. 13. Animam eſſe cogitativam. 14. Quæ & quot Animæ proprietates. 15. Quæ ſit animæ definitio & qualis. 16. Animam eſſe immortalem. 17. An immortalitas animæ ſit quid poſitivum, an negativum. 18. Animam eſſe indiviſibilem. 19. Animam regere corpus. 20. De animarum differentia & diſtinctione. 21. An alia ſit animarum è corporibus ſolutarum differentia. 22. An differant animæ infantium ab animabus juvenum & ſenum. 23. Unde ſit anima. 24. Ubinam creatur anima? in corpore, an extra corpus. 25. An creatur anima ante corpus, an cum corpore, an poſt corpus. 26. An quotieſcumque ſemen humanum decidit, creatur anima, nec ne. 27. Cur animæ puerorum non diſcernunt inter bonum & malum, & inter verum & falſum. 28. An anima ſit intra, an extra corpus. 29. An anima unita ſit omnibus & ſingulis membris corporis, an aliquibus dumtaxat. 30. Quum anima à bono ad malum & ex odio in amorem tranſitum facit, an ejus natura mutatur, an ſolùm voluntas. 31. In quo differat mens, ſpiritus, & anima. 32. Quod anima quum à corpore ſeparatur, non perit, ſed ſubſiſtit in ſua ſubſiſtentia. 33. Quod anima poſtquam à corpore ſeparata eſt, non amittit ſcientiam, neque ſenſum, neque memoriam. 34. An quemadmodum corpus per unum membrum videt, per aliud audit &c. ſic anima per unam partem videt, & per aliam audit &c. 35. Quum anima à corpore ſeparatur, quænam novit, & quæ ignorat. 36. Adversùs eos, qui Tranſmigrationem animarum admittunt. 37. Quænam accidunt animæ, quum à corpore ſeparatur. 38. Ubinam manent animæ uſque ad diem reſurrectionis. *In Paradiſo ſcilicet terreſtri*, *ut idem Barcepha docet in Commentario de eodem Paradiſo*. 39. Cum quibus ordinibus miſcentur animæ corporibus ſolutæ: hoc eſt, bonæ quidem cum Angelis, malæ autem cum dæmoniis. 40. Anima ne, an corpus ſit ad imaginem Dei: an utrumque: & quænam ſit Imago Dei.

*Ejuſdem* Moyſis Barcephæ Epiſcopi Beth-Raman & Moſul, Expoſitio in Sacrum Chriſma, opus in capita 50. diviſum; ubi de his differit: quis ſcilicet docuit Apoſtolos, ut Chriſma conſecrarent, & ubi: & quo ſermone *Myron* dicatur, & quid ſignificet, & à quo conſecretur, & cur à ſolo Ponti-

tiſi-

tifice, & cur feria quinta majoris hebdomadæ, & cur à Pontifice miſcetur, & cur cooperitur, & cur in Eccleſia fit proceſſio, & cur Diaconi flabella geſtant & Sacerdotes thuribula, & Hypodiaconi luminaria: & cur in quatuor mundi partes circumfertur, & comparatio Chriſmatis cum Euchariſtia: aliaque id genus ad ritum conſecrationis Chriſmatis ejuſque materiam ſpectantia.

*Danielis* monachi Tractatus, qua in re Chriſma ab Euchariſtia differt. *Ubi Chriſma plus juſto extollens, de Euchariſtia malè ſentit.*

*Moyſis* Barcephæ Tractatus de Sacramento Baptiſmi ad Ignatium, in capita 24. diviſus.

*Lazari* Epiſcopi Bagdadenſis de Baptiſmo.

*Moyſis* Barcephæ commentarius de Aſcenſione Domini in cœlum, in capita 20. diſtributus.

*Joannis* Epiſcopi Daræ Fragmenta ex libro de Anima, ubi deſcribuntur quædam ex Tractatu 8. cap. 1. & Tractatu 3. cap. 1. & 2.

*In 4. bombyc.* 170. *Syriacis* literis & ſermone exaratus à Daniele Diacono diſcipulo Joſephi monachi, feria 1. die 8. Octobris, anno Græcorum 1546. (*Chriſti* 1234.) in monaſterio auſtrali Barſumæ juxta Haſrai & Begadſciam vicos regionis Mardæ, uti adnotatur fol. 93.

XXXII.

*Exequiæ* virorum ſecularium.

*Exequiæ* mulierum.

*Exequiæ* puerorum.

*Oratio* pro defuncto poſt depoſitionem cadaveris. Arabicè.

*Oratio* recitanda in Miſſa, quæ *Proœmialis* dicitur. Arabicè.

*Jacobi* Edeſſeni de gradibus conſanguinitatis & affinitatis.

*Hiſtoria* S. Jacobi Ægyptii incluſi, qui anachoreticam vitam duxit in cœnobio Salachæ regionis Turabdinenſis. Arabicè.

*Hiſtoria* Hermiani ejuſque conjugis & filiorum.

*Officium* Dominicæ: initio mutilum.

*Anaphora* parva S. Jacobi fratris Domini.

*Joannis* Patriarchæ, cognomento Bar-Vehebun, Anaphora.

*Nota* appoſita ad calcem Evangelii ſcripti anno Græcorum 1474. in cœnobio S. Abraham magiſtri Barſumæ Garbienſis, hoc eſt, aquilonaris, apud Modiad caſtrum regionis Turabdinenſis, à Joſue ejuſdem cœnobii monacho pro Joanne Epiſcopo Mardæ.

*Vita* Joannis Epiſcopi Mardæ & Caphartutæ, ex diverſis annotationibus deſcriptis ex Evangelio, quod idem Joannes exaravit.

*Vita* S. Ab-Hai Epiſcopi Nicææ ſub Arcadio, Honorio, & Theodoſio Imperatoribus, emendata à Michaële Magno Patriarcha Jacobitarum.

*De obitu* Conſtantini Magni, & imperio ejus filiorum.

*Vita* S. Jacobi Epiſcopi Sarugenſis.

*Vita* Achæ ſub Marciano Imperatore.

*Index* Operum Dionyſii Barſalibæi.

*Kalendarium* Sanctorum per integrum annum.

*Nomina* Monachorum illuſtrium Chaldæorum.

*Vita* Moyſis Barcephæ.

*In 4. bombyc.* 189. Syriacis literis & ſermone exaratus à diverſis: nimirùm anno Græcorum 1871. die 19. Septembris, feria 5. in pago Dair-Hul, uti adnotatur fol. 140. Anno Græcorum 1889. à Denha, ut adnotatur fol. 120. Anno Græcorum 1890. in urbe Amida ſub Patriarcha David-Sciah, ut fol. 127. Anno Græcorum 1938. à Pilato Gargarenſi Diacono ex pago Urbiſo, ut fol. 56. Denique anno Græcorum 1946. ut adnotatur fol. 61.

XXXIII.

*Menæi* Græcorum, menſis November, in Syriacam linguam translatus.

*In fol. bombyc.* 199. Syriacis literis & ſermone exaratus feria 3. die 22. Octobris, anno ab orbe condito 6714. Græcorum 1520. Hegiræ 604. à Joanne Joſephi filio Presbytero & monacho, in Saidanaja in cœnobio S. Chriſtophori pro Paulo Catiri filio, fratre Joannis Epiſcopi.

XXXIV.

*Pſalterium* Syriacum, cum Canticis Moyſis, Annæ, Habacuc, Iſaiæ, Jonæ, Puerorum, Deiparæ, & Zachariæ. Nec non Hymnus Angelorum, Symbolum Nicænum, & Oratio Dominica.

*Troparia*, & Stichira de Angelis, de S. Joanne Baptiſta, de Cruce, de Apoſtolis, de Martyribus, de Monachis, de

de Reſurrectione, de Natali Domini, de Epiphania, de Præſentatione Domini in Templum, & de Aſcenſione Domini. Nec non de Sabbato, de Dominica, de filio prodigo, & de Dominica carnis privii.

*Oratio* S. Ephræm dicenda antequam quis cubitum eat: metro heptaſyllabo.

*In* 12. *bombyc.* 303. Syriacis literis & ſermone exaratus feria quarta die 2. Novembris anno Græcorum 1573. à Joanne Iſæ filio ex oppido Kara.

XXXV.

*Syntagma* medicum Syriacum cum interpretatione Arabica, initio & ſine mutilum. Videtur eſſe Theodoſii Patriarchæ, cujus meminit Bar-hebræus in Chronico Syriaco, ut dixi ſuprà pag. 349.

*In fol. parvo bombyc.* 152.

# ELENCHUS
## CODICUM ORIENTALIUM,
### *QUOS AB EODEM*
### ANDREA SCANDAR
### COMPARATOS
### *SANCTISSIMUS PATER*
# INNOCENTIUS XIII.
## Bibliothecæ Vaticanæ addixit.

# CODICES ARABICI.

XXXVI.

CANONES Apoſtolorum, initio mutili.
*Conſtitutiones* Apoſtolorum 20.
*Ancyrani* Canones 24.
*Neocæſarienſes* Canones 14.
*Nicæni* Canones 20.
*Nicæni* alii Canones 73. quos dicitur Maruthas Epiſcopus rogatu Iſaaci Catholici Seleuciæ tranſtuliſſe.
*Gangrenſes* Canones 20.
*Antiocheni* Canones 25.
*Laodiceni* Canones 59.
*Conſtantinopolitani* Canones 4.
*Damaſi* Papæ Canones 14.
*Carthaginienſes* Canones 20.
*Chalcedonenſes* Canones 27. hucuſque Canones Occidentalium.
*Canones* Orientalium: videlicet.
*Iſaaci* Catholici & Maruthæ Epiſcopi, Canones 21.
*Jaballahæ* Synodus.
*Dadjeſu* Synodus.
*Synodus* Acacii, cui interfuit Barſuma Epiſcopus Niſibis.
*Synodus* Babæi, cui interfuit Hoſee Epiſcopus Niſibis.
*Synodus* Mar-Abæ, ejuſque Canones.
*Regulæ* Xenodochii, & Scholæ.
*Narſetis* Canones 22. de Schola Niſibis.
*Hanani* Canones 21. de Schola Niſibis.
*Canones* Scholæ cœnobii ſuperioris, quod S. Gabrielis appellatur.
*Georgii* Patriarchæ Canones.
*Timothei* Patriarchæ Canones.
*Joſephi* Patriarchæ Canones.
*Ezechielis* Patriarchæ Canones.
*Jeſujabi* Patriarchæ Canones, & Reſcriptum ad Jacobum Epiſcopum.
*Sabarjeſu* Patriarchæ Canones.
*Gregorii* Patriarchæ Canones.
*Joſue* Bar-Nun Patriarchæ Canones.
*Joannis* Bar-Abgari Patriarchæ Canones.
*Conſtantini* & Leonis Imperatorum Statuta.
*Monita* pro miniſterio Altaris.
*Collectanea* de Sacerdotio, de matrimonio, de contractibus, & de hæreditate.
*In fol. bombycin.* Arabicis literis & ſermone elegantiſſimè exaratus, ſed initio & fine mutilus, foliiſque confuſis atque permiſtis.

XXXVII.

*Eliæ* Metropolitæ Damaſci Neſtorianorum, Nomocanon duas partes complectens.
*Pars I.* Canones Occidentalium: videlicet: *Vitæ* Apoſtolorum & Diſcipulorum. *Canones* Apoſtolici. *Ancyrani* Canones. *Neocæſarienſes* Canones. *Hæreſeon* Catalogus: & de Conſtantini Magni imperio. *Nicæni* Canones. *Conſtantinopolitani* Canones.
*Pars II.* Canones Orientalium: videlicet:

cat : *Synodus* ſub Iſaac Primate Seleuciæ & Marutha Epiſcopo Maipherkin. *Synodus* ſub Jaballaha Patriarcha & Acacio Epiſcopo Amidæ , anno 21. Iſdegerdis. *Synodus* ſub Dadjeſu anno 4. Vararanis filii Iſdegerdis. *Synodus* ſub Acacio anno 3. Balaſci Regis Perſarum. *Synodus* ſub Maraba temporibus Choſroæ Anuſcervani. *Synodus* ſub Joſeph Patriarcha. *Synodus* ſub Ezechiele anno 45. Choſroæ. *Synodus* ſub Jeſujabo anno 8. Hormiſdæ filii Choſroæ. *Jeſujabi* Epiſtola Canonica ad Jacobum Epiſcopum. *Synodus* ſub Sabarjeſu anno 6. Choſroæ filii Hormiſdæ. *Nomina* Patriarcharum Orientis ab Adæo Apoſtolo uſque ad Timotheum, qui Jaballahæ ſucceſſit. *Nomina* Epiſcopatuum ditionis Patriarchæ Orientis. *De Jejunio* Ninivitico, & de Jejunio Virginum, Joannis Patriarchæ Reſcriptum ad Abulabbaſum. *Joannis* Iſæ filii Patriarchæ epiſtola Canonica ad Haſanum Joſephi filium Presbyterum Jamanitam, per interrogationes 28. totidemque reſponſiones. *Abulpharagii* Abdallæ Benattibi Presbyteri Tractatus de matrimonio & repudio.

*In* 4. *bombyc.* 93. Arabicis literis & ſermone exaratus ab Ebetalla Tagritenſi medico in urbe Tagrit die 13. menſis Scival anno Hegiræ 617.

X X X V I I I.

*Eliæ* Metropolitæ Niſibis Seſſiones VII. ſeu Diſputatio habita cum Abilcaſemo Hoſaino filio Ali Africano anno Hegiræ 419.

*Seſſio* 1. De Deo Uno & Trino. 2. De Incarnatione Verbi. 3. Quod ex Alcorano demonſtratur, Chriſtianos unum Deum colere. 4. De veritate Chriſtianæ religionis. 5. Chriſtianos ab omni errore liberos eſſe. 6. De grammatica & charactere Syriaco & Arabico. 7. Quid Chriſtiani ſentiant de Aſtrologia, de Mahometanis, & de anima.

*Abulpharagii* Abdallæ Benattibi Presbyteri Approbatio hujus operis Eliæ Niſibeni.

*Expoſitio* Symboli Nicæni, textu Syriaco, cum interpretatione Arabica.

*In* 8. *bombyc.* 149. Codex pervetuſtus Arabicis literis & ſermone.

X X X I X.

*Clementis* Libri VIII. qui Arcani appellantur, & Chronicon Patrum apocryphaſque Petri Revelationes continent. Liber 1. Chronicon Patrum ab Adam ad Diluvium. 2. A Diluvio ad Reu. 3. A Sarug ad Chriſtum. 4. De Chriſti genealogia. 5. Revelatio Petri. 6. Revelatio Petri. 7. Revelatio Petri de Antichriſto. 8. Revelatio Petri & aliorum Apoſtolorum.

*In fol. bombyc.* 99. Arabicis literis & ſermone, mutilus in fine.

X L.

*Homiliæ* de Jejunio: de Dominica Hoſannarum; de Feria Quinta majoris hebdomadæ: de Reſurrectione Domini II. De Aſcenſione II. De Pentecoſte II. De Inventione Crucis: & de Transfiguratione Domini: à Moyſe Ataſcia Hadethenſi Presbytero Jacobita deſcriptæ.

*Petri*, qui & Severus, Liber Polemicus adversùs Armenos, Melchitas, Maronitas, & Latinos, inſcriptus, Liber Radiorum: quem amanuenſis Severo Antiocheno Patriarchæ perperàm tribuit, aitque commentariis illuſtratum fuiſſe à Petro Alexandrino.

*Ejuſdem* Petri Severi liber adversùs Neſtorianos.

*Ejuſdem* de Fide Severi Antiocheni, quam Orthodoxam vocat & exponit.

*Ejuſdem* liber de Synodis.

*Ejuſdem* de fide Apoſtolorum.

*Ejuſdem* de hæreſibus.

*Moyſis* Ataſciæ Presbyteri Liber de fide Jacobitarum; ubi multa nugatur de Dioſcoro, Barſuma, Severo, & Jacobo Baradæo; aſſeritque ſe hunc librum memoriter ex diverſis Auctorum operibus ac præſertim ex Barſalibæo collegiſſe, ſub Dioſcoro Nabachæo Epiſcopo Damaſci anno Græcorum 1766. Hegiræ 859.

*Joannis* Bar-Suſan Patriarchæ Antiocheni Jacobitarum Epiſtola ad Chriſtodulum Alexandrinum de ſale & oleo, quæ à Syris Jacobitis pani Euchariſtico admiſcentur, ſcripta, ut dicitur, anno Græcorum 1396. ſed mendum eſt in anno.

*Hicari* Philoſophi Moſulani præcepta.

*Celeſtini* Papæ Homilia, è Syriaco in Arabicum tranſlata.

*Dialogus* inter Jacobitam & Melchitam de duabus Chriſti naturis & voluntatibus.

*Moyſis* Barcephæ, qui Maphrianus ab amanuenſi perperàm appellatur, Homiliæ è Syriaco in Arabicum tranſlatæ

tæ à Moyſe Ataſcia Presbytero ; videlicet, de S. Cruce : de Aſcenſione Domini : & de Pentecoſte.

*Dionyſii* Barſalibæi Expoſitio Liturgiæ Syriacæ, è Syriaco in Arabicum tranſlata ab eodem Moyſe Ataſcia, & partim ab ipſo, partim à Neſralla filio Abdalcarimi exarata.

*Clauſula* in fine Miſſæ, & benedictio Eulogiarum, eodem Ataſcia interprete.

*Danielis* Alchettabi liber inſcriptus *de fundamentis fidei Chriſtianæ juxta ſententiam Jacobitarum*, in capita 14. diviſus: 1. Deum exiſtere. 2. Deum æternum eſſe. 3. Deum eſſe incomprehenſibilem. 4. Deum eſſe ſimplicem & incorporeum. 5. Deum eſſe infinitum. 6. Deum eſſe unum natura & trinum perſonis. 7. Reſponſio ad objectiones Judæorum. 8. De vera fide in Jeſum Chriſtum. 9. Cur perſona Filii incarnata, & non aliæ perſonæ. 10. Quod non Dei voluntas, ſed Verbum æternum in Maria Virgine inhabitavit. 11. Adversùs eos, qui dicunt Chriſtum eſſe puram creaturam. 12. Cur Chriſtus Dei Verbum incarnatus eſt. 13. Cur mundum redemit. 14. Corpus Domini creatum eſſe: ubi demonſtrat Mariam eſſe Deiparam, & Chriſtum probare contendit una natura & perſona conſtare: de Triſagio etiam, & de corpore Chriſti, paſſibile ne, an impaſſibile ſit, multa diſſerit.

*Jacobi* Sarugenſis Homilia de pœnitentia.

*Ejuſdem* de præſentatione Domini in templum.

*Ejuſdem* de feria ſexta Paſſionis.

*Ejuſdem* de reſurrectione Domini.

*Ejuſdem* de Pentecoſte.

*Ejuſdem* de Dormitione Deiparæ homiliæ II.

*In fol. bomb.* 159. Arabicis literis & ſermone exaratus à Moyſe Ataſcia Preſbytero Hadethenſi Jacobita, anno Græcorum 1766. die 24. Novembris ſub Patriarchis Ignatio Antiocheno & Matthæo Alexandrino, & Baſilio Maadani Maphriano, & Joſepho Cyrillo Epiſcopo, & Dioſcoro cognomento Ebn-Dſau, Nabachæo, Epiſcopo Damaſceno, uti adnotatur fol. 28.

## X L I.

*Amri* filii Matthæi Neſtoriani, ex Tirhana, Liber Polemicus, inſcriptus *Turris*, in ſeptem Partes diviſus.

*Pars I.* Sectio unica, inſcripta, *Ædificium*.

*Pars II.* inſcripta *Demonſtratio*, ſectiones 3. de Deo, de Incarnatione, & de Trinitate.

*Pars III. Fundamentum*, ſectiones 4. de Baptiſmo, de Euchariſtia, de Evangelio, & de Cruce.

*Pars IV. Candelabrum*, ſectiones 7. de pietate, de dilectione, de oratione, de jejunio, de utilitate orationis, de humilitate, de puritate.

*Pars V. Columna*, ſectiones 7. de conditu orbis, de reſurrectione & judicio, de Iſaaci ſacrificio, de adventu Chriſti, de Canonibus & Statutis Apoſtolorum eorumque ſucceſſorum, de veritate fidei & falſitate hæreſeon, de libris veteris & novi Teſtamenti.

*Pars VI. Diſputatio*, ſectiones 4. de adoratione ad orientem, de obſervantia diei Dominicæ, de cingulo & thure, de pœnitentia.

*Pars VII. Subtilitas*, ſectiones 4. de circumciſionis abrogatione, quod licitum ſit opus die Sabbati, de ciborum indifferentia, & adversùs Judæos. Ubi addit Hiſtoriam Patriarcharum Orientis ab Apoſtolo Thoma uſque ad Jaballaham qui Denhæ ſucceſſit: nec non Tabulam Sedium Metropolitanarum eidem Patriarchæ ſubjectarum: Vitas præterea Apoſtolorum, Catalogum hæreſeon, & Conciliorum, & breve Chronicon ex Eutychio Alexandrino deſumptum. Quæ omnia eo conſilio ab Amro ordinata, ut probet Orientalium, hoc eſt, Neſtorianorum fidem illibatam eſſe. *Codex, ut videtur, autographus: ſed initio & fine mutilus, multique quinterniones ſuo loco moti, & aliò translati.*

*Eliæ* Patriarchæ Orientis, liber de Fundamentis fidei in capita 22. diviſus: ex quo Amrus fragmentum bene longum colligit.

*Eliæ* Metropolitæ Niſibis liber de veritate Fidei, apud eundem Amrum.

*Machichæ* Patriarchæ Orientis Oratio de Incarnatione apud eundem Amrum.

*Michaelis* Epiſcopi Amidæ & Maipherkin Profeſſio Fidei juxta mentem Neſtorianorum.

*Jeſujabi* filii Malchonis, Metropolitæ Niſibis, Fides.

*Machichæ* Patriarchæ, qui Moſul & Arbelæ Metropolita fuerat, Epiſtola ad Syros Neſtorianos Aſpahani commorantes.

*Georgii* Metropolitæ Moſul de Fide Neſtorianorum.

Ebed-

*Ebedjeſu* Metropolitæ Niſibis de Fide Neſtorianorum.
*Sabarjeſu* filii Pauli Presbyteri Diſputatio cum Judæis.
*In* 4. *bomb.* 257.

X L I I.

*Petri* Abuſciacheri Ebnarrahebi Abilcarami ex gente Coptorum Diaconi Eccleſiæ S. Mariæ in Moallaka in Cairo vetere, Liber inſcriptus, *Demonſtratio*, compoſitus anno Martyrum 987. Hegiræ 669. in capita 50. diviſus.
*Cap.* 1. De compoſito. 2. Quod Deus ubique eſt, & quo pacto. 3. De unione. 4. De ſubſtantia. 5. De perſona. 6. De differentia perſonæ, ſubſtantiæ, & naturæ. 7. De natura. 8. De voluntate & operatione. 9. De ſigno Crucis. 10. De proceſſione Spiritus Sancti. 11. De Sacerdotibus, qui Deum peccatis offendunt. 12. De iis, qui blaſphemant in Spiritum Sanctum. 13. Quod juſtitia fidei ex juſtitia operum demonſtratur. 14. De circumciſione. 15. De repudio. 16. De Euchariſtia. 17. De azymo & fermentato. 18. De ſumptione aquæ, & eulogiæ poſt Euchariſtiam. 19. De eſu Chriſti poſt reſurrectionem, de eſu Angelorum, deque multiplicatione panis à Chriſto facta. 20. De arbore, quam Deus Adæ interdixit. 21. Quod Adam feria ſexta creatus eſt, eademque peccavit, & eadem ejectus eſt de paradiſo. 22. In illud Chriſti Domini, non eſt bonus, niſi Deus. 23. In illud, quodcumque ligaveritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlo. 24. De ſacrificiis, & idolotytis. 25. De ablutione manuum & pedum; & de purificatione. 26. De cultu Creatori, non creaturis exhibendo. 27. De Angelico Triſagio. 28. Quod Deus omnia poteſt. 29. Quod opera Dei non pendeant à cauſa. 30. Quod Deus prænoſcit id quod agit. 31. Quod Deus eſt ſcientia, potentia, & vita. 32. Quod Deus eſt potens. 33. Quod Deus eſt vivens. 34. Quod Deus eſt audiens & videns. 35. Quod Deus eſt loquens. 36. Quod Deus eſt volens. 37. Quod exiſtentia Dei eſt ipſa ejus potentia, non quid ſuperadditum. 38. Quod unus eſt mundi opifex, non plures. 39. Quod Deus eſt unus natura, & trinus perſonis. 40. Quod eſſentia non eſt quid ſuperadditum attributis. 41. Quod Chriſtus eſt Deus, & quod Maria eſt ejus mater: & de ſeſſione ad dexteram Patris, deque reſurrectione & judicio. 42. Unam eſſe Chriſti ſubſtantiam, & unam perſonam. 43. De manſione Chriſti in utero ſuæ matris. 44. De bonis naturæ, & hominum ætatibus, quæ à Deo definita ſunt. 45. De fato. 46. De ſtatu ſpirituum corporibus ſolutorum. 47. De ordinibus Sacerdotii. 48. De Jejunio quadrageſimæ. 49. De hora ſolvendi jejunium. 50. De Judice, & Judicio.
*In* 4. *bomb.* 305. Arabicis literis & ſermone exaratus die 28. Januarii anno Græcorum 1890. in monaſterio Zapharanenſi, ubi Sedes Patriarchæ Jacobitarum eſt, quod & dicitur cœnobium S. Ananiæ, Eugenii, & XII. millium Sanctorum, à Raban Ephræmo Danielis filio.

X L I I I.

*Homilia* de die Judicii: initio mutila.
*Dioſcori* Patriarchæ Alexandrini vita, auctore Theopiſto ejus diſcipulo.
*Davidis* filii Pauli Dialogus inter Melchitam & Jacobitam de hymno Triſagio:
*De Sacris Synodis*, & quænam fuerit hæreſeon & ſchiſmatum cauſa: ubi auctor Jacobita multa effutit de Dioſcoro & Synodo Chalcedonenſi.
*Diſputatio* de religione Chriſtiana & ſecta Mahometana inter Abdalmalechum Meruani filium Arabum Regem, & Abraham Tiberiadenſem monachum: in fine mutila.
*In* 4. *bomb.* 58. Arabico ſermone, ſed literis Syriacis.

X L I V.

*S. Simeonis* Stylitæ junioris, cognomento Thaumaſtoritæ, Sermones aſcetici XXXVI.
*Ejuſdem* Reſponſiones ad quæſita XXV.
*Ejuſdem* ſententiæ XXXVI.
*In fol. bomb.* 414. Arabicis literis & ſermone, Codex pervetuſtus in fine mutilus, cui initio hęc nota Syriacè prępigitur: obiit Severus qui & Paulus Bar-Gehę anno Gręcorum 1832. die 28. Julii.

X L V.

*S. Epiphanii* Epiſcopi Cypri Vita, auctore Joanne Presbytero Conſtantinenſi.
*Vita* S. Euphemii Abbatis, fundatoris Lau-

Lauræ in Palæſtina : capita 53. complectitur.

*Vita* S. Sabæ Abbatis, auctore Cyrillo Scythopolitano.

*Anaſtaſii* Abbatis montis Sinai Homilia de Pœnitentia, in Pſalmum ſextum.

*Vita* Xenophontis ejuſque conjugis Mariæ, & filiorum Joannis & Arcadii.

*Caſſiani* Abbatis ad Leontium, de Patribus Scetenſibus.

*Nili* Abbatis parænefis ad Thomam monachum.

*Ejuſdem* Nili Abbatis de pravis conſuetudinibus.

*Eſaiæ* Abbatis Sermones III.

*Patrum* monachorum dicta & geſta.

*Macarii* Abbatis ſermo de oratione.

*Ejuſdem* epiſtola ad monachos.

*Stephani* Thebæi de inſtituto monaſtico.

*Teſtamentum* cujuſdam monachi ad diſcipulum ſuum.

*In fol. parvo pergam.* 226. Arabicis literis & ſermone Codex exaratus primùm à monacho Antonio Davide filio Salomonis Bagdadenſis in Laura S. Sabæ : deinde ex eo exemplari deſcriptus ab Iſaaco monacho pro monte Sinai, menſe Rabi priori, anno Hegiræ 272. (*Chriſti* 885.)

XLVI.

*Antiochi* monachi lauræ S. Sabæ epiſtola ad Euſtathium Abbatem Ancyræ in Galatia.

*Ejuſdem* Pandecte divinæ ſcripturæ; ſive compendium totius Religionis Chriſtianæ & Sacrarum Scripturarum doctrinæ, capitibus 130. comprehenſum.

*In fol. parvo bomb.* 258. Arabicis literis & ſermone exaratus pro Simeone Epiſcopo montis Sinai.

XLVII.

*Macarii* Abbatis epiſtolæ & ſermones ad monachos XXVI.

*In* 4. *bomb.* 323. Arabicis literis & ſermone exaratus à Geraſimo ineunte Sabbato hebdomadæ caſei, die 25. Februarii, Indictione 8. Anno mundi 6563.

XLVIII.

*Georgii* monachi lauræ S. Simeonis apud Antiochiam, Diſputatio de Chriſtiana religione cum quibuſdam Mahometicæ ſuperſtitionis cultoribus habita coram Duce Moſciammar fratre Daheri Gazi Ben-Joſeph, Ben-Job Arabum Regis, ſub Leone Armeno Imperatore, Indictione X. anno mundi 6615.

*In* 8. *bomb.* 64. Arabicis literis & ſermone.

XLIX.

*Abulpharagii* Abdallæ Benattibi Preſbyteri, Expoſitionis Pſalmorum Pars ſecunda, à Pſalmo 33. ad 61.

*In* 8. *bomb.* 209. Arabicis literis & ſermone.

L.

*Pauli* Antiocheni, Epiſcopi Sidonienſis Epitome Theologiæ in capita 22. diviſa.

*Cap.* 1. De exiſtentia Dei. 2. De præcedentia Dei, & contingentia mundi. 3. Quod Deus eſt incorporeus. 4. Quod Deus eſt unus. 5. Quod Deus eſt ſubſtantia ſimplex & incompoſita. 6. Quod eſt qui mundum ordinat & regit. 7. Quod mundus non eſt prior propter Dei prioritatem. 8. Reſponſio ad eos qui dicunt Deum & mundum coæternos eſſe. 9. Quod mundi contingentia non conſequitur ad remotionem obicis in Deo, ſed ex pura ejus voluntate pendet. 10. De inconvenienti quod ſequitur ex eorum ſententia, qui ita de mundi contingentia ſentiunt. 11. De Philoſophorum placitis, & de eorum contemptu mundi. 12. Reſponſio ad eos, qui dicunt, attributa eſſe qualitates in Deo. 13. De tempore & loco. 14. Reſponſio ad eos, qui quærunt, ubinam erat antequam locus eſſet qui locum fecit. 15. Quod Pater & Filius & Spiritus Sanctus ſunt unus Deus. 16. De Paternitate & Filiatione. 17. De eo quod dicimus, Pater Deus perfectus, Filius Deus perfectus, & Spiritus Sanctus Deus perfectus : non tamen tres Dii, ſed unus Deus, 18. Quod non eſt neceſſe omnia Dei attributa perſonas eſſe. 19. Quomodo, & quo ſenſu appellatur Chriſtus Dominus Filius Dei. 20. Quomodo dicimus Chriſtum Dominum Deum, quum ſit & æternus, & factus. 21. De eo quod ajunt Philoſophi, Deum cauſam cauſarum eſſe. 22. De reſurrectione poſt reſolutionem carnis.

*Ejuſdem* Pauli Epiſcopi Sidonienſis de adventu Meſſiæ adversùs Judæos.

*Ejuſdem* Epiſtola ad quendam Mahometanum Sidonienſem, quid Chriſtiani ſen-

ſentiant de Mahometo ejuſque impura lege: & de Chriſtianæ Religionis veritate.
*Ejuſdem* de Hæreſibus: ideſt Apologia pro fide Melchitarum adversùs Neſtorianos, Jacobitas, & Maronitas.
*Ejuſdem* de Trinitate & Incarnatione ad Abuſorurum Taniotam.
*Homilia* anonymi in Evangelium: ac præſertim in illud, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam &c.
*De Fide* Orthodoxa.
*Quæſtiones* de diverſis LXXX.
*Liber* de virtutum exercitio, auctore anonymo: Capita LXXI. Sententiæ è Scriptura & Patribus deſumptæ.
*In fol. bomb.* 164. Arabicis literis & ſermone.

L I.

*De opere ſex dierum*, de adventu Chriſti, ejuſque ac matris Deiparæ genealogia: auctore anonymo.
*Liber Demonſtrationis*, auctore, ut dicitur, Joanne Chryſoſtomo, in capita 8. diviſus.
*Cap.* 1. De Deo Uno & Trino. 2. de Incarnatione & paſſione. 3. Vaticinia de Chriſto è Scriptura. 4. de myſteriis Agni, qui immolabatur in lege vetere: deque Eucharistia, in qua panis in corpus Chriſti, & vinum aqua miſtum in ſanguinem convertitur. 5. de pugna Diaboli cum hominibus. 6. de die Dominica obſervanda. 7. de Jejunio Feriæ quartæ & ſextæ. 8 de Jejunio magno, ideſt, quadrageſimali.
*In 4. bomb.* 333. Arabicis literis & ſermone exaratus à Michaële feria 2. die 15. Martii, anno mundi 7086. initio mutilus.

L I I.

*Jabiæ Sciarafaddini* filii Giani, deſcriptio provinciarum, urbium, pagorum, villarumque Ægypti, unàcum nota redituum & tributorum uniuſcujuſque loci, prout ſolvebantur menſe Scival anno Hegiræ 777. ſub Scioabano Hoſaini filio, cujus temporibus Auctor ſcribebat.
*In 4. bomb.* 143. Arabicis literis & ſermone exaratus menſe Rabi priori, anno Hegiræ 1131.

L I I I.

*Alcorani* poſtrema pars.
*In 8. bomb.* 87. Arabicis literis & ſermone.

L I V.

*Naamanis Abi-Hanipha*, *ebn Thabet*, Jus Mahometanum, quod ex ejus nomine Hanephenſe appellatur: cum Commentariis Anonymi: in titulos hoſce diſtributum. 1. de purificatione, ſeù ablutione. 2. de oratione. 3. de decimis. 4. de jejunio. 5. de peregrinatione Meccana. 6. de ſacrificio. 7. de venatione. 8. de immolatione. 9. de militia. 10. de cultu terræ deſertæ. 11. de licito & illicito. 12. de matrimonio. 13. de puerorum educatione. 14. de divortio. 15. de manumiſſione. 16. de pretio pacto pro manumiſſione. 17. de affinitate. 18. de juramento. 19. de pœnis. 20. de furto. 21. de homicidio. 22. de fuga ſervorum. 23. de rebus perditis. 24. de filiis projectis, ſeù nothis. 25. de legato. 26. de contractibus. 27. de emphitheuſi. 28. de donatione. 29. de conductione. 30. de commodo & mutuo. 31. de pignore. 32. de vi & violentia. 33. de raptu. 34. de minoritate. 35. de tutela. 36. de fidejuſſione. 37. de translatione juris. 38. de ſocietate. 39. de fœnore. 40. de ſocietate in rebus irriguis. 41. de ſocietate in rebus quæ ſeminantur. 42. de cauſis. 43. de teſtamentis.
*In fol. bomb.* 386. Arabicis literis, & ſermone exaratus ineunte menſe Gemadi priore anno Hegiræ 1084. uti adnotatur. fol. 1.

# CODICES GRÆCI.

## LV.

Oſeæ Prophetia, cum commentariis Heſychii Presbyteri Hieroſolymitani, & Theodoreti Epiſcopi Cyri.

*Joelis* Prophetia, cum commentariis Heſychii & Theodoreti.

*Abdiæ Prophetia*, cum commentariis eorundem.

*Jonæ Prophetia*, cum commentariis eorundem.

*Michææ Prophetia*, cum commentariis Theodoreti.

*Nahum Prophetia*, cum commentariis Theodoreti & Heſychii.

*Habacuch Prophetia*, cum commentariis eorundem.

*Sophoniæ Prophetia*, cum commentariis utriuſque.

*Haggæi Prophetia*, cum commentariis utriuſque.

*Zachariæ Prophetia*, cum commentariis utriuſque.

*Malachiæ Prophetia*, cum commentariis utriuſque.

*Iſaiæ Prophetia*, cum commentariis Baſilii Magni, & Cyrilli Alexandrini, nec non Theodoreti. Euſebii Cæſareenſis, & Severi Antiocheni, cujus fragmenta exhibentur ex Apologetico 90. 101. & 107.

*Jeremiæ Prophetia*, cum commentariis Joannis Chryſoſtomi, nec non Origenis, Apollinarii, Hippolyti Epiſcopi Romæ, Victoris Presbyteri, Euſebii Cæſareenſis, Cyrilli Alexandrini, Severi ex Apologetico 17. & 47. & Olympiodori, cujus plura fragmenta proferuntur.

*Baruch*, cum commentariis Olympiodori.

*Threni Jeremiæ*, cum Commentariis Olympiodori, Origenis, & Euſebii.

*Jeremiæ Epiſtola*, cum commentariis Olympiodori.

*Ezechielis Prophetia*, cum commentariis Theodoreti, Polychronii, Origenis, & Apollinarii, nec non Cyrilli, cujus duo loca in Matthæum producuntur.

*Suſannæ hiſtoria*, cum Prologo Africani, & Origenis epiſtola ad Africanum: nec non Hippolyti in eandem hiſtoriam; & Joannis Chryſoſtomi ſermo in Suſannam.

*Danielis Prophetia*, cum commentariis Chryſoſtomi, Ammonii Presbyteri, Hippolyti, Cyrilli, Origenis, Polychronii, Apollinarii, & Victoris.

*In fol. pergam.* 260. Græcis literis & ſermone codex pervetuſtus, cujus in corpore textus Prophetarum, in margine commentaria, ſeu Catena Patrum, ut ſuprà dixi, refertur. Dono oblatus fuit Athanaſio Patriarchæ Alexandrino ab Andronico Palæologo Imperatore Michaëlis filio, ut ex utriuſque, Andronici ſcilicet & Athanaſii, ſubſcriptione fol. 1. appoſita liquet.

## LVI.

*Matthæi Blaſtaris* Syntagmata Canonum Apoſtolorum, Carthaginienſis Synodi, Dionyſii Alexandrini, Antiochenæ primæ, Gregorii Thaumaturgi, Petri Alexandrini, Ancyranæ Synodi, Neocæſarienſis, Nicænæ, Sardicenſis, Laodicenæ, Athanaſii, Baſilii, Gregorii Nyſſeni, Gangrenſis, Secundæ œcumenicæ, Timothei Alex. Theophili, Cyrilli Alex. Tertiæ œcumenicæ: Charthaginienſis, Quartæ œcumenicæ: Gennadii Conſtantinopolitani, Quintæ œcumenicæ, Sextæ, Quiniſextæ, Septimæ, Taraſii Conſtantinopolitani, Synodi in templo Apoſtolorum, quæ prima & ſecunda dicitur, Synodi ſub Photio.

*Joannis Epiſcopi Citri* Reſponſa ad Cabaſilam Epiſcopum Dyrrhachienſem.

*Ejuſdem Matthæi* de ſacris Synodis, & de politicis legibus.

*Ejuſdem* Index Alphabeticus continens materias Canonum.

*Eccleſiæ Metropolitanæ* ſubjectæ Conſtantinopolitano Patriarchæ.

*Joannis Jejunatoris* Patriarchæ Conſtantinopolitani Nomocanon.

*Nicephori Confeſſoris* Patriarchæ Conſtantinopolitani Canones.

*Officia* magnæ Eccleſiæ.

*Canones* Apoſtolorum.
*Joannis Jejunatoris* ſermo paræneticus.
*Conſtantini* Harmenopuli Nomophylacis & Judicis Theſſalonicæ Promptuarium Juris civilis in ſex libros diviſum.
*Lib. I.* de Legibus & judiciario ſtatu: deque in integrum reſtitutione, & libertatibus, Tituli 18. *II.* de poſſeſſione, & dominio, Tituli 11. *III.* de contractibus, Tituli 11. *IV.* de ſponſalibus & matrimonio, Tituli 12. V. de teſtamentis & tutoribus, Tituli 11. VI. de pœnis, Tituli 15.
*Ejuſdem Conſtantini* Leges variæ, Tituli 4.
*Ejuſdem* Epitome Sacrorum Canonum, in ſex Tractatus. 1. de Epiſcopis. 2. de Presbyteris, Diaconis, & *Hypodiaconis*. 3. *de Clericis*. 4. de *Monachis* & *monaſteriis*. 5. de laicis. 6. de mulieribus.
*In fol. bombyc.* 378. mutilus in fine.

## L V I I.

*Gregorii Nazianzeni*, cognomento Theologi, Orationes, 1. de Spiritu Sancto: initio mutila. 2. de moderatione in diſputationibus ſervanda, & quod non ſit cujuſvis hominis, nec cujuſvis temporis de Deo diſputare. 3. Ad Arianos, & de ſeipſo. 4. Oratio Tertia de pace. 5. Ad Cledonium Presbyterum adversùs Apollinarium Oratio prima, quæ inter editas ſecundum locum occupat. 6. Ad Cledonium Presbyterum adversùs Apollinarium Oratio ſecunda, quæ prima eſt inter editas. 7. de ſeipſo, & ad eos, qui ipſum Cathedram Conſtantinopolitanam affectare dicebant. 8. de ſeipſo, quum poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in urbem rediiſſet. 9. Oratio præſentibus CL. Epiſcopis Conſtantinopoli habita. 10. Invectiva prima in Julianum Imperatorem. 11. Invectiva ſecunda in Julianum Imp. 12. Oratio in illud Evangelii, *quum conſummaſſet Jeſus hos ſermones &c.* 13. Ad Nectarium Conſtantinopolitanum, adversùs Apollinarium. 14. de Ordinatione Eulalii Doarenſium Epiſcopi. 15. Doxologia.
*Gregorii Nazianzeni* Vita ſcripta à Gregorio Presbytero: in fine mutila.
*In fol. pergam* 140. literis majuſculis.

## L V I I I.

*Maximi* de Amore ad Elpidium Presbyterum Centuriæ IV.
*Ejuſdem* ſermo aſceticus, per modum Dialogi.
*Cyrilli* Capita XII.
*In 4. pergam.* 112. *Codex pervetuſtus, cujus ad calcem fragmentum in fol.* bomb. Kalendarii Sanctorum menſis Maii, Julii, & Auguſti.

## L I X.

*Interrogationes & reſponſiones LXXII.* de diverſis: ubi de Chriſti Domini œconomia, Vitæ Prophetarum, Apoſtolorum, & Diſcipulorum: nec non Catalogus Pontificum Romanorum uſque ad Honorium Papam: Patriarcharum Hieroſolymæ uſque ad Modeſtum qui Zachariæ ſucceſſit: Alexandriæ uſque ad Petrum Cyrilli ſucceſſorem, qui quintus ab Eulogio numeratur: Antiochiæ uſque ad Anaſtaſium, qui Gregorium excepit: Conſtantinopoleos uſque ad Nicolaum à Photio ſeptimum.
*Dialogus* Judæum inter & Chriſtianum.
*Gregorii Thaumaturgi* liber de Anima.
*Paſchalion*.
*Anaſtaſii Synaitæ* ſermo de ſacra Synaxi divinæ & myſticæ Liturgiæ.
*In 4. pergam.* 238. pervetuſtus, initio & fine mutilus.

## L X.

*Sermones* morales VI. anonymi.
*Gregorii Synaitæ*, ſermones aſcetici XVIII.
*Nicephori monachi* de cuſtodia cordis.
*Heſychii Presbyteri* capita aſcetica.
*Philothei Synaitæ* ſermo.
*Diadochi* capita.
*Nili* capita.
*Petri Damaſceni* Dicta.
*Eſaiæ Abbatis* capita 5.
*Marci Abbatis* capita 29.
*Simeonis novi Theologi* ſermones 2.
*Ammonæ Abbatis* capita.
*Simeonis novi Theologi* ſermones 2.
*Joannis Carpathii Epiſcopi* capita aſcetica.
*Maximi Confeſſoris* ad Elpidium centuriæ IV.
*Ejuſdem* de vita aſcetica.
*Tractatus* aſceticus anonymi.
*Collectanea* ex Jo: Damaſceno, Chryſoſtomo,

ſtomo, Maximo, Sophronii Limonario, aliiſque, de re monaſtica.
*Joannis Climaci* ſermones 30.
*Simeonis novi Theologi* ſermones 70.
*Sermones aſcetici*, anonymo collectore.
*In 4, bomb.* 515. initio & fine mutilus.

L X I.

*Pentateuchus Hebraicus.*
*Excerptæ* ex Scriptura Lectiones per anni circulum.
*Pſalterium.*
*Proverbia* Salomonis.
*Job.*
*Ruth.*
*Canticum Canticorum.*
*Eſther.*
*Eccleſiaſtes.*
*Eſdras.*
*In fol. pergam.* 358. Hebraicis literis.

# QUOS SUBJICIMUS CODICES

*ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.*

# PETRUS ALOYSIUS CARAFA

ARCHIEPISCOPUS LARISSÆUS

## A Secretis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide.

*Miſſorum Apoſtolicorum operâ collegit, & Sanctiſſimo Pontifici* CLEMENTI XI. *in Bibliothecam Vaticanam inferendos obtulit: qui quum parem nobiliſſimo generi humanitatem erga omnes præſeferat; noſtræ potiſſimùm Genti multis eſt nominibus commendandus: egregiis enim veſtigiis inſiſtit celeberrimi S. R. E. Cardinalis Bibliothecarii* ANTONII CARAFÆ *gentilis ſui, qui literas Orientales Græcas præſertim & Arabicas & ſummo ſtudio promovit & inſtituendo Maronitarum in Vrbe Collegio ſuiſque opibus ditando ſui in gentes Orientales amoris monumentum reliquit.*

---

# CODICES SYRIACI.

LXII.

PONTIFICALE *Syriacum* juxta Ritum Maronitarum: hoc eſt, ordinatio Cantoris, Lectoris, Subdiaconi, Diaconi, Archidiaconi, Preſbyteri, Periodeutæ, Chorepiſcopi, Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ.

*In fol. bombyc.* Syriacis literis & ſermone exaratus anno Græcorum 1870. (*Chriſti* 1559.)

LXIII.

*Ordo* Baptiſmi.

*Profeſſio Fidei* ab hæreticis facienda.

*Reconciliatio* hæreticorum.

*Benedictio* Aquæ in Epiphania.

*Ritus* Lampadis, hoc eſt, extremæ Unctionis.

*Benedictiones* diverſæ.

*Ordo* Adorationis in Pentecoſte.

*In* 8. *bomb.* Syriacè & Arabicè.

LXIV.

*Evangeliorum* Lectiones per anni circulum, juxta Ritum Syrorum Melchitarum.

*In fol. bombyc.* Syriacè exaratus à Joſepho Diacono filio Maſudi filii Danielis ex pago Cauta Diœceſis Damaſcenæ, feria 2. die 14. Decembris. anno Græcorum 1527. (*Chriſti* 1215.)

LXV.

*Triodium*, ſeù Officium Græcorum in Syriacam linguam converſum, quo Melchitæ utuntur à Dominica Septuageſimæ uſque ad Sabbatum majoris hebdomadæ incluſivè.

*In fol. bombyc.* Syriacus pervetuſtus, ex quo additiones à Schiſmaticis recentioribus factæ deprehenduntur.

LXVI.

*Menæi* Græcorum Syriacè converſi menſis Januarius.

*In fol. bomb.* Syriacè.

# CODICES ARABICI.

L X V I I.

Joannis *Chryſoſtomi* Homiliæ 44. in Joannem: hoc eſt, ab Homilia 45. uſque ad Homiliam 88. incluſivè.
*In fol. bombyc.* è Græco in Arabicum ſermonem tranſtulit Antonius Abbas monaſterii Sancti Simeonis Thaumaſtoritæ apud Antiochiam; deſcripſit verò Joannes Stephani Presbyteri filius feria ſexta, die 19. Maii, Indictione 9. an. mundi 6759. (*ideſt, Chriſti* 1251.) uti ad calcem adnotatur.

L X V I I I.

*Joannis* filii Abi-Zachariæ, cognomento Ebn-Sabaa, Ægyptii, Liber inſcriptus *Margarita pretioſa de doctrina Eccleſiaſtica*, in capita 113. diviſus: in quo agitur de Deo trino & uno: de opere ſex dierum: de Patribus rebuſque geſtis in Veteri Teſtamento: de Ethnicis: de Prophetis: de Incarnatione Verbi & veritate Evangelii: de Baptiſmo: de Jejunio: de oratione Dominica: de Fide orthodoxa: de horis Canonicis: de eleemoſyna: de matrimonio: de ſacris Ordinibus: de Euchariſtia: de Eccleſia & Officiis Eccleſiaſticis: de Liturgia: de monachis: de Confeſſione ſacramentali: de diebus dominicis, feſtis, & ferialibus: de Cruce: de Oleo infirmorum: de oratione pro defunctis: de campana &c.
*In 4. bombyc.* Arabicè exaratus à Maſudo Presbytero anno martyrum 1413. (*Chriſti* 1697.)

L X I X.

*Maximi* monachi Peloponeſii, diſcipuli Meletii Patriarchæ Alexandrini, Liber inſcriptus, *Gladius acutus*, adversùs Romani Pontificis Primatum in capita 35. diſtributus.
*Ejuſdem* Liber adversùs Latinos, in ſectiones 6. diviſus.
*In 4. bombyc.* Arabicè exaratus à Fr. Bernardino anno Chriſti 1714.

L X X.

*Hiſtoria* fugæ Deiparæ & S. Joſeph in Ægyptum, Theophilo Alexandrino falsò inſcripta.
*Conſecratio* Eccleſiæ, Altaris, & Urnæ Baptiſmalis.
*Ordinatio* Patriarchæ, Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, juxta Ritum Coptorum.
*In 8. bomb.* Arabicè.

L X X I.

*Conſecratio* Eccleſiæ & Altaris Copto-Arabicè.
*Liturgia* S. Gregorii Theologi, Copto-Arabica.
*Liturgia* S. Cyrilli Alexandrini, Copto-Arabica.
*In 4. bomb.* Copto-Arabicè.

L X X I I.

*Conſecratio* Chriſmatis, Copticè & Arabicè.
*Ritus* conſecrationis Chriſmatis, quem celebravit Gabriel Patriarcha in monaſterio S. Macarii feria quinta majoris hebdomadæ, anno Martyrum 849. (*Chriſti* 933.) Arabicè.
*In fol. bomb.* Codex pervetuſtus, Copticus, & Arabicus.

# CODICES GRÆCI.

L X X I I I.

Lectiones Evangeliorum per anni circulum, juxta Ritum Græcorum.
*In fol. pergam.* Codex pervetuſtus, in fine mutilus: cui aliquot folia bombycina manu recentiori addita ſunt.

L X X I V.

*Horologion* Græco-Arabicum, in 8. bombyc.

L X X V.

*Liturgiæ* S. Baſilii, Chryſoſtomi, & Præſanctificatorum.

*Ado-*

*Adoratio* in Pentecoſte.
*Benedictio* Aquæ in Epiphania.
*Benedictiones* diverſæ.
*Ritus* Baptiſmi.
*Lychnicon*: ſeù Officium veſpertinum.
*Tonſura* monachorum.
*Ordinationes* Cantoris, & Lectoris.
*Precationes* variæ.

*In* 4. *pergam.* Codex Græcus pervetuſtus.

LXXVI.

*Officium* Armenorum impreſſum in 8. Armenicè.

# INDEX RERUM.

## A


AARON Angur Patriarcha Jacobitarum. Vide Dionyſius.
Aaron Joannes Bar-Maadani Patriarcha. Vide Joannes.
Aaron Epiſcopus Hadithæ. 362.
Aaron Epiſcopus Lacabenæ. 246.
Aaron cognomento Tanzig, Epiſcopus Lacabenæ. 375.
Aaron Perſa, cognomento Interpres. 104.
Aaron Presbyter Alexandrinus, auctor Syntagmatis medici, quod è Syriaco in Arabicum translatum eſt. 311.
Aaron Raſcidus Chalipha. 342.
S. Aaron in Sigara cœnobium. 284. 350. 351. 354. 355. 361.
Abæ martyris cœnobium. 221. 227. 228.
Aba Patriarcha Neſtorianorum. Vide Maraba.
Aba Epiſcopus Amidæ. 48. 111. 112. 114.
Abæi cœnobium. Vide Ab-hai.
Abaka, ſeù Apaga Rex Tartarorum. 258. 261. 380.
Abar. Vide Habar.
Abattanius. Vide Albategnius.
Abbaſus Chalipha. 103.
Abbaſus Ameras Geziræ. 113.
Abbaſidæ Chaliphæ. 470.
S. Abda Epiſcopus Huzitarum in Perſide. 401.
Abda Durkonenſis, fundator cœnobii. 400.
Abda Abbas. 418.
Abdalazizus filius Hatemi. 67.
Abdalla Batal. 106.
Abdalla Zobairi. 104.
Abdalla filius Ali. 110.
Abdalla filius Mohammad, appellatus Abu-Giaafar Almanſor, Chalipha. 110. in Chriſtianos deſævit. 114. 115. obit. 116.
Abdalla filius Mohammad, Chalipha, appellatus Saphahus filius Abbaſi. 110.
Abdalla Ebn-Sahel. 311.
Abdalla Dux Callinici. 345.
Abdalla filius Boctri. 109.
Abdalla Benattibus. Vide Benattibus.
Abdalmalechus Meruani filius, Chalipha. 67. 104. 424.
Abdalmeſſias Epiſcopus Baſſoræ. 442.
Abdalmeſſias Epiſcopus Halavanæ. 448.
Abdalmeſſias Athanaſius Maphrianus. Vide Athanaſius.
Abdalmeſſias Melchita. 359.
Abdalmonemus Libani præfectus. 9. Alter. ibidem.
Abdarrachmanus Suphi Razenſis. 311.
Abdarrachmanus Sarcaſenſis. 311.
Abdaſe Epiſcopatus Chaldæorum. 459.
Abdjeſu. Vide Ebedjeſu.
Abdinenſis Epiſcopus Haran. 339.
Abdinum urbs. 113.
Abdon Patriarcha. Vide Joannes VIII.
Abdon Epiſcopus Synnadæ. Vide Joannes XI.
Abednura Presbyter, Calligraphus. 300.
Abel cœnobium. 110. 462. in regione Maadan. 224. 230.
Abgarus Rex Edeſſæ. 391. ejus epiſtola ad Chriſtum. 393. an filius ejus Ethnicus. 392.
Ab-Hai cœnobium. 355. 359.
Abibus, quem impugnat Xenajas. 45.
Abibus Epiſcopus Edeſſæ. 105. 336.
Abibi cœnobium in Arzerun. 111.
Abibus Epiſcopus Tagrit, cujus epiſtola citatur à Barſuſan. 154.
Abibus magiſter Barcephæ. 219.
Abibus Epiſcopus Tarſi. 348.
Abibus Epiſcopus Anazarbi. 349.
Abimelech fundator cœnobii apud Niſibin. 413.
Abiſſini. Vide Æthiopes.
Abraham magiſter Barſumæ. 1.
Abraham Epiſcopus Arabum. 27.
Abraham Presbyter Edeſſenus. 30.
Abraham diſcipulus Stephani Barſudaili. 33.
Abraham Epiſcopus Amidæ, cognomento Bar.Chili. 48. 51. 52. 58.
Abraham alter Epiſcopus Amidæ. 213. 368.
S. Abraham cœnobium. 216. in Lahaka. 256.
Abraham Cartaminenſis. 227.
Abraham Abbas cœnobii Baximatæ. 236.
Abraham Baſilius Epiſcopus Beth-Saidæ. 255.
Abraham Ebn-Tacuin. 311.
Abraham Ebn-Helal Sabæus. 311.
Abraham Patriarcha Jacobitarum. 325. 351.
Abraham, qui & Abiron, Antipatriarcha. 98. 342. & ſeqq. Depoſitus à Dionyſio Patriarcha. 345. Ejus ſucceſſor Simeon. 357.
Abraham Epiſcopus Niſibis. 335.
Abraham Epiſcopus Emeſæ. 335.
Abraham Epiſcopus Callinici. 353.
Abraham Athanaſius Maphrianus Jacobitarum. 384. Vide Athanaſius.
Abraham Epiſcopus Seleuciæ. 395.
Abraham Bar-Garib Patriarcha. Vide Ignatius VIII.
Abraham Magnus, Archimandrita, qui monaſticam vitam apud Chaldæos propagavit. 408.
Abraham Patriarcha Syro-Neſtorianorum, ſeù Chaldæorum. 435.
Abraham alter, cognomento Abraza, Patriarcha Chaldæorum. 440.
Abraham Epiſcopus Zuabiæ. 440.
Abraham Epiſcopus Baſſoræ. 443.
Abraham Epiſcopus Haræ. 443.
Abraham Epiſcopus Hieruſalem Chaldæorum. 356.
Abraham Epiſcopus Aſnochæ. 456.
Abraham Maphrianus Jacobitarum. 462.
Abrahamiani ſchiſmatici Jacobitæ. 343.
Abrahimia pagus. 228.


Abres

Abres Epiſcopus Seleuciæ. 395.
Abu Ali Ebn Sina. Vide Avicenna.
Abu Ali Haſan Geometra. 317.
Abu Ali Haſan filius Saheli. Vide Haſanus.
Abu Ali Iſa Ebn Zaraa. Vide Iſa.
Abubacrus Chalipha. 102.
Abuchairus Bar-hebræi diſcipulus. 260.
Abugaleb Barſabuni. Vide Baſilius.
Abugaleb Epiſcopus Gehon. 363.
Abugaleb caſtrum, aliàs Duanech. 238. cœnobium in regione Gargar. 365. 371.
Abujaferus Epiſcopus Telaphar. 452.
Abulbeſciar Archiater Jacobita. 145.
Abulcaſemus Amidæ prætor. 213.
Abulchairus medicus, filius Hebatollæ. 311.
Abulhaſan Aſtrologus. 311.
Abulhaſanus Hebatolla. Vide Hebatolla.
Abulmaſar. Vide Abumaaſar.
Abulpharagius. Vide Gregorius Bar-hebræus.
Abulpharagius Abdalla Benattibus. 309. 310. 311. 317 441. 445.
Abulpharagius Barchamore Patriarcha. Vide Athanaſius VII.
Abulpharagius præfectus Chori cœnobii Barſumæ. 234.
Abulrihan Mohammad Birunenſis. Vide Birunenſis.
Abumaaſar, Archiater. 311.
Abu Maria vicus Arabiæ. 452.
Abu Maſalmas. 110. 470.
Abu Naſr. Vide Alpharabius.
Aburin Ameras, ſeu præfectus Meſopotamiæ. 105.
Abuſaidus Abbas cœnobii Eliæ. 446.
Acacius Perſa, Neſtorianus. 34. Patriarcha Chaldæorum. 406. Legatus mittitur ad Zenonem Imperatorem. 407. obit. 408. Ejus ſcripta. ibidem. An primus Patriarcha Orientis, qui Neſtorianiſmum profeſſus eſt. 406.
Acacius Presbyter. 38.
Acacius Epiſcopus Amidæ. 48.
Acha Epiſcopus Pheroz-Sapor. 419.
Achadabues Epiſcopus Seleuciæ. 396. an primus Patriarcha Orientis. ibidem. an idem cum Jabachue. 396. obit 397.
Achæus Vicarius Geziræ. 109. 110.
Achæus Epiſcopus Seleuciæ. 401. Scribit Acta Martyrum Orientalium, & Vitam S. Abdæ præceptoris ſui. ibidem.
Achedonum vicus apud Amidam. 58.
Achmed, Mohammad, & Haſan filii Muſæ filii Sciacher. 311.
Achmed Caſtrum. 228.
Achmed Rex Tartarorum. 258.
Achudemes primus Jacobitarum in Oriente Metropolita, quem Bar-hebræus Maphrianum vocat. 414. Ejus Eccleſia Tagriti. 441. ab Arabibus direpta. 448.
Aco, ſeu Ptolemais, urbs. 246.
Adabinum urbs Armeniæ. 103.
Adæus Xenajæ Mabugenſis frater. 11.
Adæus Apoſtolus Edeſſæ. 391.
Adæus Abbas cœnobii S. Matthæi. 419.
Adam Presbyter & Chorepiſcopus & Papas Sinarum. 256.
Adam Diaconus filius Jazedbuzidi Chorepiſcopi. 256.
Adatchuriſtan regio. 256.
Adiab, Adiabene. 420. Haza dicta. ibidem. & 453. Epiſcopatus conjunctus Moſulano. 450. & Arbelæ. 453.
Adorbigana urbs & regio. 251. 258. 264.
Adrama Epiſcopatus Chaldæorum. 449.
Adrur ſpelunca anachoretarum. 225.
Adulteræ hiſtoria in Evangelio Joannis. 169.
Ædes Romæorum Bagdadi, ubi Sedes Patriarcharum Chaldæorum. 439. 440. Inſtauratæ. 450.
Ægyptiaca verſio. Vide Coptica.
Æthiopes, ſeu Abiſſini, quando Mo[illegible]ſiſmo infecti. 329. Eorum Metrop[illegible] Patriarcha Alexandrino ordinat[illegible]
Africani Julii opera citata à Barce[illegible] 29. à Bartalibæo. 158. à Barhebræo. 283. 310. 313.
Agapius Græcorum Patriarcha Antiochenus, 351.
Aghæus Adæi diſcipulus. 394.
Aghel oppidum Meſopotamiæ. 82.
Aitallaha Presbyter Jacobita, monachus cœnobii S. Zachæ. 307. ejus opus adversùs Neſtorianos. ibid.
Aitallaha Epiſc. Gumal. 419.
Akula urbs. 19. Vide Cupha.
Alani populi. 113.
Aladdinus Chikobad Rex Melitinæ. 371.
Albategnius Mohammad ebn Giaber. 311.
Albi & nigri. factio ſcilicet Arabum & Perſarum. 108. 109.
Albumaſar 311.
Alcoranus. Lex Mahometanorum. Quæſtio inter Mahometanos, creatus ne, an incretus eſſet. 435.
Alepus urbs Syriæ. 245. 248. Beroea. 260. Epiſcopatus Neſtorianorum. 459.
Alexandri Aphrodiſii opera apud Syros. 271. 315.
Alexander Epiſc. Hierapolis. 13.
Alexandrinæ Synodi duæ. 18. Alexandrini & Antiocheni Jacobitarum Patriarchatus limites 372.
Ali filius Iſa medicus Neſtorianus, qui & David Abulhoſain. 445.
Ali ebn Abi Taleb Chalipha. 103.
Ali ebn Habal. 311.
Alpharabius Abu Naſr. 311.
Alpharganus. 311.
Aluch cœnobium. 439.
Amantius monachus Edeſſenus. 329.
Amazonius Epiſcopus Edeſſæ 325.
Ameras, ideſt Dux ſeu præfectus 105.
Amidæ Epiſcoporum ſeries. 48. ejuſdem urbis expugnatio. 57. 322. liberatio. 58. peſtis & fames. 86. major Eccleſia ædificatur. 102. inſtauratur. 114. comburitur. 348. Synodus in electione Theodoſii Patriarchæ. 349. altera in electione Joannis Patriarchæ. 354.
Amidenſes monachi, ad quos ſcribit Xenajas. 37.
Aminaddinus Mardæ dominus. 365.
Aminaddinus Neſtorianus 378.
Aminaddaules archiater. 449. Ebn Talmid. 450.
Ammodia urbs. 58.
Ammonii Diateſſaron. 158.
Amphilochius cit. à Bar-hebræo. 295.
Amrus Matthæi filius, Scriptor Neſtorianus, qui Seriem Patriarcharum Chaldæorum ex Mari Salomonis filio compilavit. 387.


ejus

ejus anachroniſmus. 397. ætas. 425.
S. Ananiæ cœnobium apud urbem Marden. 154. 210. 215. 303. & alibi paſſim. Ignotum cuinam dicatum ſit. 222. inſtauratum ab Anania Epiſcopo Mardæ. ibid. & ab Ignatio Xenaja Patriarcha. 229. cœnobium alterum propè Sur caſtrum. 228. aliud inter Balam & Callinicum. 332.
Ananias Xenajas Patriarcha. Vide, Ignatius XI.
Ananias Epiſcopus cœnobii Cartaminenſis. 335.
Ananias Epiſcopus Mardæ 217. inſtaurator cognominis cœnobii. 222. ordinatus à Cyriaco Patriarcha. ibid. obiit in cœnobio Naphtæ. 223.
Ananjeſu I. Patriarcha Chaldæorum. 423. ejus cadaver, ut dicitur, incorruptum. 424. ſcripta. 425.
Ananjeſu II Patriarcha Chaldæorum. 432. ſub eo præcones Evangelii in Sinarum regionem miſſi. 256.
Ananjeſu Epiſcopus Gandiſapor. 443.
Ananjeſu Epiſcopus Baſtadaræ. 449.
Ananjeſu Epiſc. Chalatæ. 456.
Ananitæ, ſecta Judæorum. 346.
Anaſtaſii Imp inauguratio. 56. obitus. 60.
Anaſtaſius Patriarcha Antiochiæ. 75. 90.
Anaſtaſii Sinaitæ error circa Euchariſtiam. 191.
Anaſtaſius Epiſcopus Damaſci. 344.
Anaſtaſius Epiſcopus Alepi. 351.
Anaſtaſius Æthiops monachus. 112.
Anazarba urbs Epiſcopalis Jacobitarum. 349. 351. & alibi.
Anbara urbs Epiſcopalis Chaldæorum. 412. 459.
Anchala vicus. 452. cœnobium. 415.
Andreas Epiſcopus Calliſuræ. 381.
Andronicus Chronologus. 310. 313.
Anianus monachus & Chronologus. 310. 313.
Antaradus urbs Phœniciæ. 89.
Anthimus Patriarcha Conſtantinop. 327.
Anthimus Patriarcha cit. à Bar-hebræo. 300. 329.
Anthimus Epiſcopus Baalbech. 341.
Antiochus Epiſcopus Conſtantinæ, citatus à Bar-hebræo 295.
Antiochia deſolata. 260. Antiocheni Patriarchæ, ex Barſalibæo & Barhebræo. 321. & ſeqq. Antiocheni & Alexandrini Patriarchatus Jacobitarum limites. 372. Antiocheni Concilii Canones ab Arianis conditi juxta Barhebræum. 302. Antiochena Synodus in ordinatione Severi. 18.
Antonius Rhetor Syrus. 307. 345.
Antoninus Epiſcopus Alepi. 327.
Antonianorum monaſterium, Anton dictum. 91. 93. 334.
Apameæ urbis expugnatio. 62.
Aphnimaranus Abbas, ſcriptor. 422.
Aphtonii cœnobium. Vide Canſarenſe.
Aphriha ebn Adi, ebn Zachariæ 311.
Apollonii opera ſub Mamone Calipha Arabicè reddita. 310.
Apoſtolorum Conſtitutiones 301. Jejunium. 304.
Aquilæ Verſio. 283.
Arabes. 102. 103. & alibi paſſim. Vide Taii, Saraceni, & Mahometani.
Arabeſtiæ lacus 252.
Arach, ſeù Arak urbs & regio. 395. 400.
Arad Chananæus, ſcriptor. 313.
Aradus Phœniciæ urbs. 103.
Arbela urbs Adiabenæ. 455. & regio. 251. Epiſcopatus Chaldæorum. 458.
Arbyla, ſeù Sandalia urbs Arabiæ. 339.
Arca urbs circa Melitinam. 260. 353. 355.
Arcæ cœnobium in montibus Cardois, ubi Arca Noë requievit. 113.
Architei ſermones. 303.
Ardabel urbs. 67.
Ardua urbs Tartarorum. 379. 380.
Aretha Rex Arabum Monophyſita. 64. Gabalæ filius. 325. 331.
Arghis, ſeù Argiſa urbs 252. 470.
Arias Abbas Heſnæ 371.
Arias Epiſcopus Melitinæ. 374.
Ariadnæ Imperatricis obitus. 60.
Arianorum reliquiæ Bagdadi. 436. 438.
Armeniæ & Sobæ metropolita Neſtorianus. 460.
Armenica Verſio Scripturæ. 283.
Armenii Nativitatem & Epiphaniam Domini ſimul celebrant. 164. Incorrupticolarum ſententiam admittunt. 169. Azymo utuntur in Euchariſtia. 181. an pro vivis orent. 203 crucem baptizant. 205. eorum errores. 296. Unio cum Jacobitis. ibidem. Diſſidium inter Patriarchas eorum. 368. Mardenſis eorum Epiſcopus intereſt electioni Patriarchæ Jacobitarum. 382.
Arſamoſata, Arſamote, & Armoſata, caſtrum. 113. 354.
Arſania fluvius. 113. 370.
Arſania Tela urbs. 380.
Arſelam Caiig Soltanus Iconii. 212.
Artabaſus, ſeù Artabaſdus, Imperium affectat. 106.
Artach locus, ubi cœnobium Sancti Euſtathii. 76.
Artakidæ Reges. 470.
Artemonis epiſtola. 313.
Aruritæ Arabes. 108.
Arzun urbs Epiſcopalis. 459.
Arzunenſe, ſeù Arzenunenſe cœnobium. 111. Arzunitæ, ad quos ſcribit Xenajas. 45.
Aſaph hiſtoricus. 313.
Aſcolius Epiſcopus Rheſinæ. 323.
Aſeth pagus regionis Sarugenſis 349.
Aſna urbs. 256.
Aſnocha Epiſcopatus. 456.
Aſpahan urbs Epiſcopalis. 449.
Aſſaſia regio ditionis Tagritenſis. 320.
Aſſaſſini, ſeù Aſſiſſini populi. 320. Saraceni. ibid. an iidem cum Nazaræis. ibid.
Aſſaſſanitæ, ſeù Aſſaſſinitæ, vel Aſſaſſini, populi ditionis Tagritenſis Jacobitæ. 215. 366. 440. 452
Aſſumptionis B. Virginis Jejunium. 304.
Aſtachar Epiſcopatus. 466.
Aſterius Epiſcopus Amidæ. 48.
Aſus Dux Arabum. 103.
Aſutus Ameras. 257.
S. Athanaſii Alexandrini opera citata à Barcepha. 129 à Barſalibæo. 158. 166. à Bar-hebræo. 283. 295. 302.
Athanaſii cœnobium in Telbeſme, conditum ab Athanaſio Sandalenſi. 111. 221. 228. 341.

Athanaſius I. Patriarcha Jacobitarum, cognomento Camelarius. 34. 102. 325. 333. ejus obitus. 334.
Athanaſius II. Patriarcha Jacobitarum, cognomento Baladenſis. 75. 78. 105. 325. 335.
Athanaſius III. Patriarcha Jacobitarum. 106. unionem Armenorum procurat. 296. 338.
Athanaſius IV. cognomento Sandalenſis, Epiſcopus Maipheractæ. 107. 110. 338. Patriarcha Jacobitarum. 111. 325. 339.
Athanaſius V. cognomento Salachenſis, Patriarcha Jacobitarum. 41. 351. Lazarus antea appellatus 351. ejus epiſtola Synodica ad Philotheum Alexandrinum, in qua Chriſtum ex duabus perſonis & naturis compoſitum aſſerit. 41. Quintus hujus nominis, non Sextus. 352.
Athanaſius VI qui & Haje, Patriarcha Jacobitarum. 354.
Athanaſius VII. qui & Abulpharagius Barchamore, Patriarcha Jacobitarum. 208. 357. iterat ordinationes. 359. in mortis articulo conſtitutos non abſolvit. *ibid.*
Athanaſius VIII. qui & Joſue Bar-chetre, Patriarcha Jacobitarum. 360.
Athanaſius IX. qui & Saliba Abbas cœnobii Barſumæ, Patriarcha Jacobitarum. 231. 325. 369. obit. 370.
Athanaſius I. qui & Sergius, Maphrianus Jacobitarum. 439.
Athanaſius II. qui & Abdelmeſſias, Maphrianus Jacobitarum. 447.
Athanaſius III. qui & Abraham, Maphrianus Jacobitarum. 384. 460. 462.
Athanaſius monachus monophyſita. 325. 329. Theodoræ Imperatricis ex filia nepos. 329. 331.
Athanaſius Amidenſis medicus Syrus. 315.
Athanaſius, qui & Behenamus Barſummane, Epiſcopus Nuhadræ. 247. 255.
Athanaſius Epiſcopus Sarugenſis. 337.
Athanaſius Epiſcopus Euphemiæ. 348.
Athanaſius Epiſcopus Tarſi. 350.
Athanaſius Epiſcopus Edeſſæ. 356.
Athanaſius Epiſcopus Samoſatæ. 356.
Athanaſii duo Epiſcopi Anazarbæ. 363.
Athanaſius Denha Epiſcopus Edeſſæ. 364.
Athanaſius Epiſcopus Maipheractæ. 364.
Athanaſius Epiſcopus Hieruſalem. 368.
Athanaſius Joſue Epiſcopus Lacabenæ, deinde Ptolemaidis. 375. 377.
Athanaſius Epiſcopus Mabugi. 379.
Athanaſius Epiſcopus Cypri. 379.
Athanaſius Epiſcopus Hieruſalem. 379.
Athanaſius Epiſcopus Tarſi. 379.
Athanaſius, qui & Pharagus, Epiſcopus Lacabenæ. 380. Melitinæ. 380. 381.
Athanaſius, qui & Barſummane, Epiſcopus Bagdadi. 455.
Athur, ſeù Moſul, Epiſcopatus. 458. 480.
Atichus Dux. 107.
Attæ Heſna, ſeù caſtrum mulieris. 462.
Avas Bech, ſeù Regulus. 471.
Avicenna, ſeu Ebn Sina 311. 317.
Autan vicus Samoſateni agri. 1.
Aytonus, qui & Haitam, Rex Armenorum. 247. 375. 378. 382.
Azizus Bar-Sabta, Patriarcha Turabdini. Vide Ignatius.
Azizus Maphrianus. Vide Baſilius.
Azymi uſus in Euchariſtia à Jacobitis reiicitur. 182,

# B

BAALBECH, ſeù Heliopolis, urbs. 341. 342.
Baaltan pagus 340.
Babæus Neſtorianus, Patriarcha Chaldæorum. 408. decernit, ut Patriarcha, Epiſcopi, & Presbyteri ducant uxor[illegible] abrogat excommunicationem lat[illegible] à [illegible]buæo Patriarcha in Barſumam Niſibenum. ibid.
Babæus Niſibenus, archimandrita. 415. 416. ejus ſcripta. ibid.
Babuæus Patriarcha Chaldæorum. 403. inſidiis Barſumæ Niſibeni occiſus. ibid. non Gabrielis Singarenſis medici. 404.
Babylon. Vide Bagdadum.
Bacara pagus. 228.
Bacchus Epiſcopus Alepi, 342.
Bacchus Epiſcopus Akulæ. 430.
Bactjeſu, ſeù Bactiſva. Vide Bochtjeſu.
Bad locus. 228.
Badia, Epiſcopatus. 459.
Badraja pagus. 394. Epiſcopatus conjunctus Naamaniæ & Nilo. 447. 459.
Badraja Baxaja, Epiſcopatus adjunctus Caſcaræ. 459.
Badrus Dux Libani. 9.
Bagas, ſeù Beth-Bagas, urbs Epiſcopalis. 433. 449. 459.
Bagdadum urbs. 118. ejus conditus. 123. 470. dicta Medinat-Aſſalam, hoc eſt, urbs pacis. ibid. alia à Babylone, tametſi à recentioribus Babylon dicatur. ibid. exciſa. 248. aquis ſubmerſa. 471. Sedes Patriarchæ Chaldæorum. 441. Eccleſia Sabarjeſu. 450. in Ædibus Duidari. 455.
Bagerme. Vide Beth-Garme.
Baidar Patriarcha Armenorum. 369.
Bakerda, ſeù Beth-Kerda, Epiſcopatus. 459.
Bala urbs. 332.
Balach urbs. 256.
Balad, Balada ſeù Balat, urbs Epiſcopalis. 127. 219. 346. 459.
Balaſces Rex Perſarum 407.
Balek. Vide Chan Balek.
Baptiſmi dilatio reprehenſa. 347.
Bar-Ataad Dux. 113.
Bar-Andreas. Vide Joannes.
Bar-cepha. Vide Moyſes.
Bar-chichi. Vide Ignatius.
Bar-Gaghi cœnobium. Vide Gaghæi.
Bar-Garib. Vide Ignatius VIII.
Bar-hebræus. Vide Gregorius.
Bar-hadbeſciaba. Vide Barhadbeſciaba.
Bar-Sabta. Vide Azizus.
Bar-Sabuni. Vide Joannes, & Baſilius.
Bar-Satibi. Vide Dionyſius.
Bar-Turca Epiſcopus Mabugi. 360.
Bar-Vahib. Vide Ignatius.
Bar-Vehebun. Vide Theodorus.
Baradæus. Vide Jacobus.
Barbaria Epiſcopatus conjunctus Telæ. 456.
Barbaſeminus Epiſcopus Seleuciæ. 399.
Barbutela Epiſcopus cœnobii Sancti Matthæi. 449.
Bardaa urbs Epiſcopalis. 67. 440. 458.

Bared cœnobium. 351. 357. 363.
*Barhadbeſciaba Carduenſis*. 11.
*Barhadbeſciaba Epiſcopus Maragæ*. 344.
*Barhadbeſciaba monachus*. 416.
*Barjeſu Maphrianus Jacobitarum*. 422.
*Barita monachus*. 415.
Barkainæus. Vide Dioſcorus.
S. Barnabæ Apoſtoli corpus cum Evangelio S. Matthæi repertum. 81.
Barnaſicha Epiſcopus Moſul Haſſaſſinitarum. 440. Naſicha dictus. 441.
Barſaba Epiſcopus Sciahakerdæ. 412.
Barſebia Epiſcopus Chaldæus. 400.
Barſohedes Epiſcopus Ninives à Barſuma Niſibeno occiſus. 403.
Barſuma Presbyter & archimandrita. 1. ejus hiſtoria citata à Barhebræo. 295. patria & inſtitutum. 1. ficta miracula. 2. jejunia & hypocriſis. ibid. S. Simeonem Stylitam conſulit. 3. in errorem Eutychianorum abripitur. 3. à Barhebræo vindicatur. 296. ſed fruſtrà. 297. Conciliabulo Epheſino intereſt. 4. in S. Flaviani necem conſpirat. 6. in Concilio Chalcedonenſi condemnatur. 7. Quid de ejus geſtis & morte Jacobitæ. 7. ejus interitus. 8. memoria apud Jacobitas 9. Templum in Monte Libano. 9. ejus epiſtolæ. 10.
Barſumæ cœnobium celeberrimum apud urbem Melitinam. 147. 215. 231. 252. 253. 352. 357. ubi digitus ejus aſſervari dicitur. 362. privilegium ei cœnobio conceſſum à Barſuſan Patriarcha. 366. revocatur à Michaele Patriarcha. ibid. templum novum ibidem ab eodem Michaele conditum. 368. à tributo liberum. 368. comburitur. 368. inſtauratur. ibidem.
Barſumæ cœnobium in urbe Sena. 154. aliud apud Tel-Cobab, & Begadſcia pagos. 222. 228. apud cœnobium Ananiæ. 226. in regione Claudiæ. 341.
Barſuma Ægyptius, cognomento Nudus. 10.
Barſuma Niſibenus. 10. Neſtorianiſmum in Orientem invehit. 403. Ejus perditi mores. ibidem. Conjugium Presbyterorum, Monachorum, & Epiſcoporum inducit. 404 Babuæum interfici curat. 406. ab eodem excommunicatur. ibidem. Ejus interitus. 407.
Barſuma Patriarcha Chaldæorum. 449.
Barſuma Abbas cœnobii Gavicathæ, Patriarcha Jacobitarum. Vide Ignatius Michaël.
Barſuma Maadanenſis, Maphrianus Jacobitarum. Vide Baſilius.
Barſuma Sciatti, Arabum Epiſcopus, deinde Maphrianus. 385. Vide Behenamus Dioſcorus.
Barſuma Saphius, frater Bar-hebræi, Maphrianus. 258. Vide Gregorius.
Barſuma Epiſcopus Gubæ. 246. 375.
Barſuma Epiſcopus Salachæ. 382.
Barſuma Epiſcopus Suſæ. 417.
Barſuma archimandrita Gavicathæ. 381.
Barſuma monachus cœnobii Barſumæ. 234.
Barſummana Athanaſius, Epiſcopus Bagdad. 455. Vide Athanaſius.
Barſumna Epiſcopus Chiſumæ. Vide Baſilius.
Bartela Caſtrum. 237. 255. 261. 451.
Barturæ cœnobium in monte Singaræ. 415.
*S. Baſilii Magni opera citata à Barcepha*. 129. *à Bar-hebræo*. 295. 302. 303.
*Baſilius I. Patriarcha Jacobitarum*. 126. 349. *ejus epiſtola ad Coſmam Alexandrinum*. 126.
Baſilius II. Patriarcha Jacobitarum. 147. 356.
Baſilius Saba Epiſcopus Salachenſis, deinde Patriarcha Jacobitarum Turabdini. 383. Vide Ignatius Baſilius.
Baſilius Gabriel, Patriarcha Jacobitarum in Cilicia. 384.
Baſilius Philoxenus, Patriarcha Jacobitarum in Cilicia. 461.
Baſilius, Simeon Manemita, olim Epiſcopus Gargar, deinde Patriarcha Jacobitarum in Syria. 385.
Baſilius I. Baladenſis Maphrianus Jacobitarum. 434.
Baſilius II. Maphrianus Jacobitarum, Lazarus Stylita antea appellatus. 437.
Baſilius III. Niſibenus, Maphrianus Jacobitarum. 441.
Baſilius IV. Tagritenſis, Maphrianus Jacobitarum. 447.
Baſilius V. qui & Behenamus Hedlenſis, Maphrianus. 462. deinde Patriarcha. Vide Ignatius IX.
Baſilius VI. qui & Barſuma Maadanenſis, Maphrianus. 462.
Baſilius VII. qui & Azizus, Maphrianus. 385. 386. 462.
Baſilius Saliba Vagius Epiſcopus Alepi. 374. 376. deinde Maphrianus. Vide Ignatius Saliba.
Baſilius Epiſcopus Tirhanæ. 142.
Baſilius Eſaias Epiſcopus. 238.
Baſilius Epiſcopus Tabrizi. 253.
Baſilius Abugaleb Barſabuni, Epiſcopus Edeſſæ. 212. 358. 359.
Baſilius Abraham Epiſcopus Bethſaidæ. 255.
Baſilius Barſumna Epiſcopus Chiſumæ. 360. 361.
Baſilius Epiſcopus Gehon. 360. 361. 362.
Baſilius Epiſcopus Lacabenæ. 361. depoſitus. ibidem.
Baſilius Epiſcopus Sibabarchæ. 362.
Baſilius Epiſcopus Edeſſæ. 364.
Baſilius Epiſcopus Caſtri Zaidi. 371.
Baſilius Damianus, Epiſcopus Cæſareæ. 217. 363. 376.
Baſilius Epiſcopus Arcæ. 371.
Baſilius Epiſcopus Roaban. 376.
Baſilius Epiſcopus Chataræ. 379.
Baſilius Marcianus Epiſcopus Gozartæ Cardoæ. 452.
Baſilius Matthæus Epiſcopus Bagdadi. 453.
Baſſora, ſeu Boſtra, Epiſcopatus. 458. 459.
Baſſus martyr. 45.
Baſſi monaſterium. 15.
Batnæ. Vide Sarug.
Bautha monachus. 415.
Baximatæ cœnobium. 232. 236. 242. 370. 381.
Bedia pagus ad Euphratem. 338.
Bedia pagus in regione Haran. 341. *Synodus*. ibidem.
Begadſcia pagus. 222. 228.
Behenami martyris acta deperdita. 222. Eccleſia in urbe Tripoli. 378. cœnobium in

in Beth-Guba. 449. Eccleſia Arbelæ. 455.
Behenamus Baſilius Maphrianus. Vide Baſilius.
Behenamus Dioſcorus Maphrianus. Vide Dioſcorus.
Behenamus Bar-Summane, Epiſcopus Nuhadræ. 249. Athanaſius appellatus. 255.
Beherinum urbs Epiſcopalis. 437.
Benattibus. Vide, Abulpharagius Abdalla.
Benebil pagus. 221. 228.
Beniaminus Aſſyrius. 11.
Beria caſtrum. 221.
Berytus urbs Pheniciæ. 89.
Beſciara oppidum montis Libani. 9.
Beſtadara urbs Epiſcopalis. 449.
Beth-Abe cœnobium. 415. 420.
Beth-Arca locus. 221.
Beth-Arſam pagus. 409.
Beth-Bagas urbs. 433. Vide Bagas.
Beth-Botin, ſeu Batin, pagus ditionis Haran. 342. 349. 437. cœnobium in Aſeth regionis Sarugenſis. 349.
Beth-Calas fluvius. 106.
Beth-Cheduna. Vide Cheduna.
Beth-Cheno, ſeu Beth-Chionia. 219.
Beth-Cudidia pagus. Vide Cudidia.
Beth-Darona. Vide Darona.
Beth-Dial, urbs Epiſcopalis. 456.
Beth-Ebre pagus. 261.
Beth-Elaja pagus. 419.
Beth-Ele locus. 221.
Beth-Garma, Epiſcopatus. Vide Garma. 114. 139. 458. 459.
Beth-Katara. 228.
Beth-Kerda. Vide Bakerda.
Beth-Kogiak. Vide Kogiak.
Beth-Koke cœnobium. 455.
Beth-Maade. Vide Maade.
Beth-Manem. Vide Manem.
Beth-Norkos pagus. 228.
Beth-Nuhadra. Vide Nuhadra.
Beth-Raman. 219. 255. 419.
Beth-Razich, ſeu, Beth-Vazich. 346. 419.
Beth-Saida pagus regionis Arbelæ. 251.
Beth-Tabitha. 221.
Beth-Urbe cœnobium. 429.
Bezonæ cœnobium, quod & de Columna. 341. 344.
Bimaii, & Bimaidæ. Vide Byamitæ.
Bina-Catona Regina Tartarorum. 261.
•Birunenſis Abulrihan. 311.
Biznitæ cœnobium. 404.
Bochræ, ideſt S. Stephani, cœnobium. Vide Stephani.
Bochtjeſu filius Gabrielis. 311. 436.
Bochtjeſu filius Georgii. 315.
Bochtjeſu fundator cœnobii Hadathæ. 430.
Bochtjeſu Epiſcopus Tirhanæ: 440.
Bondekdarus Soltanus Ægypti. 381.
Boſtra. Vide Baſſora.
Botlan. Vide Ebn-Botlan.
Botrus urbi Phœniciæ. 89.
Brejus mons. 228.
Brichjeſu Epiſcopus Vaſetæ. 455. 456.
Brichjeſu Epiſcopus Buazichæ. 456.
Brichjeſu Epiſcopus Tirhanæ. 456.
Bichammyritæ. Vide Byamitæ.
Buazicha, urbs Epiſcopalis. 431. 459.
Bugdiſa pagus 228.
Buricha princeps. 109. 110.
Byamitæ Chriſtiani. 346. 347.
Byblus urbs Phœniciæ. 89.

# C

CADNA urbs Epiſcopalis. 429.
Cæſarea Paleſtinæ expugnatur. 103.
Caipha, an converſus ad fidem Chriſti. 165.
Cairum urbs, ſeù Meſra. 145.
Cajuma Epiſcopus Seleuciæ. 400.
Cajuma Epiſcopus Tirhanæ, & Niſibi 439.
Calas. Vide Beth Calas.
Calig Arſelan Soltanus Iconii. 212. 368.
Caliljeſu cœnobium. 434. dictum Timothei, & Catholici. ibid. dirutum. 439.
Caliu dux Hiſciami Chaliphæ. 107.
Callinicum urbs. 111. 260. 332. Ejus muri refecti. 114. Synodus Epiſcoporum quadraginta quinque. 344.
Calliſura urbs circa Melitinam. 260. 353.
Camachum caſtrum. 113. 471.
Camaloddinus Jonæ filius, Philoſophus Moſulanus. 455.
Campanæ uſus in Oriente. 178.
Camula urbs Epiſcopalis. 455.
Cancrata vicus ditionis Amidæ. 212. 363. cœnobium. 365.
Caniſapor urbs. 115.
Canones Conciliorum. 301.
Canoſciæ cœnobium. 430.
Canſara, & Canſarinum, ſeù Kenneſrin, urbs. 54. 111.
Canſarenſe cœnobium, Bar-Aphtonii appellatum. 111. 333. 336. 340. 344. inſtauratum. 345.
Capharnabo pagus. 351.
Caphartuta oppidum apud Marden. 216. deſolata. 223. 227. Synodus ibi habita. 437.
Caramaniæ Epiſcopatus. 460.
Carcha urbs. 412. 471.
Carchana oppidum. 430.
Cardagus martyr. 400.
Cardag Epiſcopus. 256.
Cardaliabed urbs. Vide Sena.
Cardoi montes, ubi Arca Noë conſedit. 113.
Cardu, Cardoa Gozarta, ſeù Inſula. 262. Vide Gozarta.
Cares, ſeu Mares, Epiſcopus Sigaræ. 411.
Carmeliſa urbs. 460.
Carſabacha Epiſcopatus. 435.
Carſena regio. 357. 359.
Cartaminenſe cœnobium. 57. 107. 335. 338.
Caſcara urbs. 394. Ejus Epiſcopus primas tenet poſt Patriarcham Chaldæorum. 395. 459.
Caſgar Epiſcopatus. 450.
Caſtrum Romanum in Cilicia. 216. 369. 374.
Cataræ, ſeu Catarorum cœnobium. 58. 110.
Catholicus, ideſt, Primas, ſeù Patriarcha Neſtorianorum. 249.
Catholicus Orientis, ſeù Primas. Vide Maphrianus.
Catin pagus. 351.
Cavades Perſarum Rex. 58. 407. & ſeq. obit 349. 350. 400. Alter, Siroës appellatus. Vide Siroës.

Ce-

Cepha caſtrum. 299. 344.
Ceſſunium. Vide Chiſuma.
Chabura, Chabora, ſeu Habura urbs. 111. 227.
Chabur fluvius. Vide Chobar.
Chadra urbs Epiſcopalis. 455.
Chalata urbs Epiſcopalis. 450. terræmotu corruit. 470. 475.
Chaldæi, Aſſyrii, Orientales, & Neſtoriani appellati. Eorum error circa Euchariſtiam. 39. Quæſtio inter eos mota, an Chriſti humanitas viderit divinitatem. 287. Locum Pauli Apoſtoli depravant. 290. Quid de Chriſti voluntatibus ſentiant. 292. Clerici eorum, monachi, & Epiſcopi veſtibus ſecularium utuntur. 400. Neſtorianiſmo infecti ſub Barſuma Niſibeno. 403. & ſeqq. Patriarcha, Epiſcopi, Presbyteri, & monachi uxores ducunt. 404. 406 408. Acacius primus eorum Patriarcharum fuit, qui Neſtorianam hæreſim amplexus eſt. 406 Neſtorianiſmi initia in Oriente. 403. & ſeqq Conjugia Patriarcharum, & Epiſcoporum interdicta. 412. Cum Mahometa pſeudo-propheta fœdus ineunt. 418. Liturgiam veſpertinis horis celebrant. 441. Epiſcopum Græcorum & Jacobitarum in urbe Bagdado reſidere prohibent. 441. Diſſidium inter Machicham Patriarcham & populum circa Orationem Dominicam. 448. Patriarcharum eorum ſeries. 387. Appendix ex mss. Codicibus. 456. Sedes Epiſcopales. 458. Tres iis Patriarchæ præſunt, Simeon ſcilicet in Ormi, Elias in Moſul & Joſeph Amidæ. 457.
Chaleph Patriarcha. Vide Ignatius X.
Chamiſius Epiſcopus Turabdini. 371.
Chamulæ cœnobium in Gezira. 400.
Chan-Balek, & Phalek, Metropolis. 458.
Chanigiara Epiſcopatus. 435. Conjunctus Laſciumæ. 459.
Charcha. Vide Carcha.
Charimus Maſeæ filius, Maphrianus. Vide Dionyſius.
Charma urbs. 111. 419. 437.
Charræ. Vide Haran.
Chaſemgaræ Metropolita. 458.
Chaſota, ſeu Sacha. 321.
Chazaria regio, & Chazari populi. 100. 113.
Chazruna Epiſcopatus. 403.
Cheduna pagus. 111.
Cherda. Vide Kerda.
Chiſuma, ſeu Ceſſunium, urbs. 336. 356. 364. Synodus ibi habita. 360.
Chobar, ſeu Chabur fluvius. 221. 226. Cœnobium apud eundem. ibid.
Chodahes Abbas. 418.
Choſanitæ populi. 113.
Choraſan, & Choraſanitæ. 110. 255.
Choſroës Anuſcervanus, Rex Perſarum. 410.
Choſroës, cognomento Abruizus, Rex Perſarum. 415.
Choſroës Presbyter Edeſſenus, Calligraphus. 449.
Chuchtæ cœnobium. Vide S. Matthæi.
Chriſti Domini genealogia. 162. Nativitas & paſſio quo anno. 163. Nativitas & Epiphania diverſis diebus. 164.
Chriſtodulus Patriarcha Alexandrinus. 145. 153.
Chriſtophorus Patriarcha Armenorum. 411. 414.
Chriſtophorus Epiſcopus S. Matthæi. 415. 419.
Chronicon Syriacum anonymi. 310.
Chudidia caſtrum. 260. 368. 451.
Chumdana urbs. 256.
Chuſanus Armenus. 110.
Claudia regio circa Melitinam. 234. 260. 341. 350.
Clementis Romani epiſtola citata à Barſalibæo. 158. Libri Conſtitutionum citati ab eodem Barſalibæo. 187. 207. & à Barhebræo. 301.
Clemens Alexandrinus citatus à Bar-hebræo. 313.
Clementis XI. Pont. Max. in literas Orientales beneficentia. 207. 243. 333. & alibi frequenter.
Cocha urbs. 115. Cochenſis Eccleſia. 316. Cochitæ. ibid.
Coche caſtrum. 115.
Cohail pagus ad Tigrim. 218.
Coluc pagus. 106.
Columnæ monaſterium. Vide Bezonæ.
Comum collis, ſeu Tela-Comum. 106.
Confeſſionis Sacramentum à Coptis impugnatur. 155. 366. à Syris Jacobitis defenditur. ibid. ejus ritus, diſciplina, & uſus. 171. 265.
Conon Tarſenſis. 325. 329.
Conſtans Lucæ filius. 311.
Conſtantinopolis terræmotu concutitur. 89.
Conſtantinus Epiſcopus Seleuciæ. 16.
Conſtantinus Epiſcopus Haranitarum. 96.
Conſtantinus Epiſcopus Edeſſæ. 105. 107.
Conſtantinus Epiſcopus Samoſatæ. 107. 110. 111. 112. 114.
Conſtantinus Epiſcopus Garmæ. 139.
Conſtantinus Epiſcopus Laodiceæ. 327. 329.
Conſtantinus Patriarcha Armenorum. 375.
Conſtantinus Epiſcopus Melitinæ, deinde Patriarcha Jacobitarum in Syria. Vide Ignatius Conſtantinus.
Coptica, ſeu Ægyptiaca, Scripturæ Verſio. 283.
Corara regio. 375.
Corruptibile & Incorruptibile. Controverſia de corpore Chriſti orta Severum inter & Julianum. 62. 206.
Coſairum Sedes Patriarchæ Græcorum. 383.
Coſmas Epiſcopus Amidæ. 48. 98. 107.
Coſmas Patriarcha Alexandrinus. 348.
Crucis ſignum. 178. 179. Cœnobium apud Sarſaram fluvium. 400.
Cruſteni. Vide Cyrrhenſes.
Cubæ monaſterium. 110.
Cudidia. Vide Chudidia.
Cuma Philoxenus Patriarcha. Vide Ignatius.
Culab clima. 109.
Cupha urbs Arabiæ, quæ & Akula. 110. 113. 319. 410. ejus muri refecti. 115.
Cuphlidæ cœnobium. 371. 379.
Curdi populi. 221. 366. 379. 452.
Curſoris cœnobium & Eccleſia Melitinæ. 351. 352. 358. 365. 371. 374.
Curzachel cœnobium. 349. 350.
Cyprus inſula à Saracenis expugnatur. 103. ejus Epiſcopus Jacobita. 383.

Cyprianus Epiſcopus Niſibis . 432.
Cyriaci martyris reliquiæ . 61. cœnobium appellatum Diuch . 237. alterum Zonicratæ in regione caſtri Zaidi . 370. 378.
Cyriacus Patriarcha Jacobitarum . 116. 325. 341. Ætas ejus & geſta . ibid. obitus . 343. Epiſtola Synodica . 117. Canones . 117. 305. 342. Liturgia . 117. Expoſitio Miſſæ . ibid. Citatus à Barſalibæo . 189. 204. Ordinat Mardæ Epiſcopos Ananiam & Ignatium . 222. 223. Synodum Gubrini indicit . 342. Gubenſes monachos excommunicat . ibid.
Cyriacus Epiſcopus Amidæ . 48. 90. 102. ejus canones . ibid. & 302.
Cyriacus Maphrianus Jacobitarum , Horanus appellatus . 351. 442.
Cyriacus Epiſcopus Edeſſæ . 104.
Cyriacus Epiſcopus Turabdini . 111.
Cyriacus Epiſcopus S. Matthæi . 115.
Cyriacus Abbas cœnobii Sergii , præceptor Barcephæ . 219.
Cyriacus Epiſcopus Niſibis . 416.
Cyriacus Epiſcopus Chanigiaræ . 435.
Cyriacus Epiſcopus Socotoræ . 456.
S. Cyrilli Alexandrini opera citata à Joanne Sarighta Patriarcha. 136. & à Bar-hebræo. 295. 303.
Cyrillus Simeon Elianita , Epiſcopus Hazæ . 382. 383. 460.
Cyrillus Maphrianus . Vide Joſeph Bar-Niſan .
Cyrillus Laklak Patriarcha Alexandrinus cum Ignatio Antiocheno contendit . 373.
Cyrillus Joſeph Epiſcopus Jacobita . 244.
Cyrinus Epiſcopus Amidæ apoſtata . 357.
Cyrrhenſes , ſeu Cruſteni , Jacobitæ Schiſmatici . 342. 343, 345. conjuncti Gubenſibus adversùs reliquos Jacobitas Syros . Vide Gubenſes .
Cyrus Epiſcopus Hierapolis . 11. 15.
Cyrus Presbyter . 52.
Cyrus Adun Presbyter . 58.
Cyrus Arabs . 109.
Cyrus , ſeu Kajura doctor 412.
Cyrus Neſtorianus . 433.
Cyzicum urbs terræmotu concutitur . 85. 89.

# D

DAabarſanaja Epiſcopatus . 469.
Dacachus rebellis adversùs Meruanum . 107.
Dadamia pagus . 228.
Dadjeſu Epiſcopus Seleuciæ . 403.
Daherus Mardæ dominus . 471.
Daiiam regio . 256. Vide Dilumitæ .
Dair-Abugaleb . Vide Abugalebi cœnobium.
Dair-Elia . Vide Eliæ cœnobium ,
Dair-Hannes Epiſcopatus . 460.
Dair-Havil . Vide Havil .
Dair-Heraclii Epiſcopatus . 459.
Dakucha Epiſcopatus . 459.
Dair-Kona , ſeu Dur-Kona . 393. 442. 480. Vide Dor-Kena .
Damadutha Epiſcopatus . 460.
Damaſcus urbs direpta . 471. ejus metropolita Neſtorianus . 458. 459.
Damianus Epiſcopus Cæſareæ . Vide Baſilius .
Damianus Alexandrinus cum Petro Antiocheno contendit . 71. 332. Summa ejus controverſiæ . 78. ejus epiſtola enthroniſtica . 79. Synodica ad Jacobum Baradæum . ibid. Epiſtolæ Paſchales . 80. Epiſtola ad Zachariam . ibid. opus de divinis proprietatibus , & perſonis . ibid.
S. Danielis cœnobium . 221. 228. Eccleſia . 249. pagus ſuperior . 451.
Daniel Bar-chettab Scriptor . 244.
Daniel Syrus auctor Nomocanonis . 181. 463. 464.
Daniel Maphrianus Jacobitarum . 346. 436.
Daniel Salachenſis citatus à Barhebræo. 283.
Daniel Epiſcopus Moſul . 343.
Daniel Epiſcopus Chaboræ , apoſtata . 375. 377.
Daniel Abilus monachus . 413.
Daniel Epiſcopus Nuhadræ . 419.
Daniel filius Mariæ , Hiſtoricus . 420.
Dara urbs conditur 58. expugnatur . 62. invaditur ab Arabibus . 103. Primi ejus Epiſcopi . 119. diruitur . 223.
Darabada Epiſcopatus . 459.
Dar-Elrum . Vide Romæorum ædes .
Darona urbs Epiſcopalis . 455.
Daſena Epiſcopatus . 456. 459.
David Pauli filius Scriptor . 243. ejus Dialogus de Triſagio . ibid. citatus à Bar-hebræo . 283.
David Epiſcopus Daræ . 110. 111. 112. in Patriarcham Jacobitarum eligitur . 113. 340.
David Syncellus Joannis Abdonis Patriarchæ . 352.
David filius Honaini medici . 272.
David Maphrianus Jacobitarum . 429.
David alter ex Maphriano Jacobitarum Patriarcha . 232. 371.
David Emeſenus Scriptor . 181.
David , ſeu David-Sciah , Ignatius Patriarcha Jacobitarum . 242. 300.
David archimandrita Pheſchinenſis . 359.
David Epiſcopus Maiſanæ . 397.
David Epiſcopus Maru . 409. 412.
David Abul-hoſain , qui & Ali filius Iſa , medicus , 445.
David Ignatius Maphrianus . Vide Ignatius David .
Deba fluvius . 370.
Denha Epiſcopus Arbelæ , Hazæ , & Hodonæ . 455. Patriarcha Chaldæorum . ibidem , & 251. 254. 255. 256. Joannes appellatus . 257.
Denha Patriarcha Chaldæorum . 456. 457. alter 461.
Denha Joannes Epiſcopus Adorbiganæ . 251.
Denha Joannes Epiſcopus cœnobii Sergii . 255.
Denha Epiſcopus Indiarum . 257.
Denha Incluſus interfectus à Curdis . 452.
Denha I. Maphrianus Jacobitarum . 337. 421.
Denha II. Maphrianus Jacobitarum . 430. 441.
Deraſa Patriarcha Armenorum . 368. depoſitus . 369.
Der-Kena . Vide Dor-Kena .
Deſta urbs Epiſcopalis . 455. 459.
Deſteſana . Vide Deſta .
Diacrinomeni . 329.
Diar-Bechir , ſeu Amida . 471.

Dilumitarum Metropolita. 558.
Dimatia pagus. 228.
Dinur Epiſcopatus. 460.
Diodori Tarſenſis opera citata à Darenſi. 120. ejus nomen reſtituitur apud Evagrium. 14.
Dionyſii Areopagitæ opera illuſtrata à Joanne Darenſi. 120. 121. citata à Barſa ibidem. 158 207 à Bar-hebræo. 295. 302. 307. à Joanne Scythopolitano. 295. Libri apud Jacobitas. 302.
Dionyſius Patriarcha Alexandrinus, citatus à Bar-hebræo. 302.
Dionyſius I. cognomento Telmaharenſis, Patriarcha Jacobitarum. 98. ejus geſta. 344. & ſeqq. obitus. 348. Annales. 98. 347. citatus à Barſalibæo. 204. 303.
Dionyſius II. Patriarcha Jacobitarum. 349. ejus epiſtola. ibidem.
Dionyſius III. Patriarcha Jacobitarum. 131. 350. ejus Synodicæ ad Mennam Alexandrinum. 131. Spiritum S. ex Patre Filioque procedere affirmat. 131.
Dionyſius IV. qui & Haje, Patriarcha Jacobitarum. 152. 353. ejus Synodica ad Sanuthium Alexandrinum. 152. naturam cum perſona confundit. ibid.
Dionyſius V. qui & Lazarus, Patriarcha Jacobitarum. 147. 357.
Dionyſius VI. qui & Marcus, Patriarcha Jacobitarum. 357.
Dionyſius VII. qui & Aaron Angur, Patriarcha Jacobitarum. 242. 325. 376. olim Epiſcopus Melitinæ. 371. obiit. 379.
Dionyſius I. qui & Moyſes Maphrianus Jacobitarum. 359. obit. 361. 449.
Dionyſius II. qui & Saliba Capharſaltenſis, ex Epiſcopo Gozartæ Maphrianus. 275. 454.
Dionyſius Charimus Maſeæ filius, Maphrianus 454. depoſitus à Gregorio Jacobo Maphriano. ibidem.
Dionyſius, qui & Jacobus, Barſalibi, ab Athanaſio Patriarcha ordinatus Epiſcopus Marhas. 208. 362. Mabugenſi Epiſcopatu auctus. ibid. ad Epiſcopatum Amidenſem à Michaële Patriarcha translatus. ibid. Opera ſua nuncupat Salibæ Carigaræ Presbytero. 362. ejus obitus. 210. 365. Catalogus operum ejus. ibid. & 211. Scripta. 156. 157. Commentaria in Scripturam. 157. error ejus de beatitudine Sanctorum 165. error de deſcenſu animæ Chriſti ad inferos. 166. Sententia de præputio Chriſti. 167. de Adamo, mortalis ne, an immortalis creatus eſt. 169. Hiſtoriam Adulteræ in Evangelio Joannis vindicat. 169. ejus Theologia. 170. Liber adversùs Hæreſes. ibid. Oratio de laudibus Michaëlis Patriarchæ. ibid. expoſitio in ſacrum Chriſma. 171. expoſitio in ſacras ordinationes. ibid. Canones de ſacramento Confeſſionis. ibid. Anaphoræ tres. 175. Precationes tres. ibid. expoſitio Liturgiæ. 176. Azymum reſpuit. 182. error ejus circa Euchariſtiam. 191. & circa Invocationem Spiritus Sancti. 194. & ſeqq. incohærentia. 198. Armenios calumniatur. 203. 205. Liber de divina providentia adversùs Joannem Epiſcopum Mardæ. 207. 361. duo carmina de expugnatione Edeſſæ 317. tria alia de expugnatione Marhas. ibid. Series Patriarcharum Jacobitarum. 323. duo carmina. 452.
Dionyſius Sciocraſa Epiſcopus Jacobita Alepi 170.
Dionyſius Epiſcopus Haran. 110. 111. alter. 114.
Dionyſius Epiſcopus Melitinæ. 245.
Dionyſius Epiſcopus Claudiæ, Saliba Harippha appellatus. 234. 373. Melitinæ præficitur. 374. ſuſpenſus à divinis. 375. 380.
Dionyſius Joſeph Epiſcopus Tabrizi. 254.
Dionyſius ex Eccleſia Gubę Melitinam tranſlatus. 212.
Dionyſius Epiſcopus Tel Patriciæ. 353.
Dionyſius Bar-Maudiana, Gubæ primùm, deinde Melitinæ Epiſcopus. 358. depoſitus. 359.
Dionyſius Epiſcopus Chiſumæ. 360.
Dionyſius Epiſcopus Gubæ. 362.
Dionyſius, qui & Baſilius Jeremiæ filius, Epiſcopus Melitinæ 368. 371. Alepum tranſlatus. 374. obit. 375.
Dionyſius Matthæus Epiſcopus Gumarum. 377. deinde Alepi. 379.
Dionyſius Epiſcopus Siſidis. 379.
Dionyſius Joſeph Epiſcopus Amidæ. 384.
Dioſcorus ebn-Diſau, Epiſcopus Jacobita. 9. 244.
Dioſcorus Epiſcopus à Baradæo ordinatus. 64.
Dioſcorus Gabriel Epiſcopus Gozartæ Cardoæ. 262.
Dioſcorus Epiſcopus Caſtri Zaidi. 378. Maphrianus intruſus. 380.
Dioſcorus Moyſes Epiſcopus Salachæ. 382.
Dioſcorus Jacobus Bar-Kainæus, Epiſcopus Damaſci. 460. Maphrianus illegitimus. 461. ejus obitus. 462. Anaphora. 463.
Dioſcorus Behenamus, cognomento Sciatti, Epiſcopus Arabum. 384. Maphrianus. ibidem & 462. 466.
Dodjeſu. Vide Dadjeſu.
Dokuka, ſeu Dakuka urbs. 432. 453. eadem ac Laſciuma. ibid.
Dokra vicus ditionis Calcaræ. 431. cœnobium. 432.
Dokuſcatona Regina Tartarorum. 251.
Dolichia, ſeu Dulichia urbs. 106. 350.
Domitii cœnobium. 226. 228 353.
Domitianus Epiſcopus Melitinæ. 333.
Donatus Joannis Scholaſtici Amidenſis frater. 57. 58.
Doniſar caſtrum. 228.
Drangerda Epiſcopatus. 460.
Duair cœnobium. 359. 360.
Duanech caſtrum. 238.
Duidari Ædes, Bagdadi. 455.

# E

EBDIESU, ſeu Abdjeſu, fundator cœnobii apud Hirtam. 400.
Ebedjeſu Patriarcha Chaldæorum. 442.
Ebedjeſu monachus cœnobii Der-Konæ. 442.
Ebedjeſu Epiſcopus Maru. 443. ſcribit de converſione Turcorum. 444.
Ebedjeſu Epiſcopus Beth-Garmæ. 450.
Ebedjeſu ex Epiſcopo Niſibis, Patriarcha Chaldæorum. 447. 448.

Ebedjeſu Epiſcopus Aſpahan. 449.
Ebedjeſu Epiſcopus Themanon. 449.
Ebedjeſu Epiſcopus Urmiæ. 449.
Ebedjeſu ex Epiſcopo Beth-Garmæ, Patriarcha Chaldæorum. 450.
Ebedjeſu Epiſcopus Perſidis. 450.
Ebedjeſu Abulganajem martyr. 453.
Ebedjeſu Epiſcopus Gandiſapor. 453.
Ebedjeſu Epiſcopus Moſul. 455.
Ebedjeſu Epiſcopus Maaltæ. 456.
Ebedjeſu Sobenſis ſcriptor. 456.
Ebn-Senan medicus. 442.
Ebnattibus. Vide Benattibus.
Ebn-Botlan medicus. 311.
Ebn-Sagiala medicus. 442.
Ebn-Sina. Vide Avicenna.
Ebra caſtrum regionis Gubæ. 361. 450.
Edeſſæ Eccleſia vetus terræmotu concuſſa. 105. Eccleſiæ ejus urbis. 368. Edeſſa deſolata. 260. Epiſcopatus inſignis Syrorum Jacobitarum. paſſim.
Eliæ cœnobium. 212. 228. in regione Moſul. 435. 446. caſtrum in regione Mardæ. 300.
Elias Patriarcha Jacobitarum. 95 105. 337. 430. ejus apologeticus liber ad Leonem. 95.
Elias Epiſcopus Sigaræ. 111. 338. 339.
Elias Epiſcopus Edeſſæ. 114.
Elias Patriarcha Alexandrinus Græcorum. 133.
Elias Salamenſis, qui & Aphtonius, Syrus, Diateſſaron ſcribit. 159.
Elias Epiſcopus Mukan Neſtorianus. 256.
Elias Maphrianus Jacobitarum. 300.
Elias Gaghæi fundator cœnobii. 284. 351.
Elias Epiſcopus Melitinæ. 284.
Elias Gajaſæ archimandritæ diſcipulus & ſucceſſor. 284.
Elias Epiſcopus Melitinæ. 350.
Elias Abbas cœnobii Sergii. 350.
Elias Epiſcopus Synnadæ. 353.
Elias Epiſcopus Zeugmæ. 354.
Elias Joannes Epiſcopus Chiſumæ. 361.
Elias Epiſcopus Damaſci Neſtorianus auctor Catalogi Patriarcharum Chaldæorum 391.
Elias fundator cœnobii Saidi. 415.
Elias Epiſcopus Maru. 420.
Elias metropolita Damaſci Neſtorianus. 440.
Elias I. Patriarcha Chaldæorum. 446. ejus ſcripta. 447.
Elias II. Patriarcha Chaldæorum. 448.
Elias III. cognomento Abu-Halim, Patriarcha Chaldæorum. 450. ejus ſcripta. ibid.
Elias Patriarcha Antiochenus Græcorum. 441.
Elias Epiſcopus Arabiæ. 443.
Elias Epiſcopus Bardaæ. 443.
Elias Epiſcopus Niſibis. 447.
Elias Epiſcopus Beth-Garmæ. 453. alter. 456.
Elias Epiſcopus Ocbaræ. 453.
Elias Epiſcopus Gandiſapor. 455. 456.
Elias Epiſcopus Heſnæ. 455.
Elias Patriarcha Chaldæorum. 457. alter. ibid. quatuor alii. ibid.
Eliſæi cœnobium. 83.
Eliſæus Patriarcha Chaldæorum illegitimus. 409.
Eliſæus Epiſcopus Niſibis. Vide Hoſee.
Elmacinus, ſeu Machinus, Hamidi vel Homaidi filius. 377.
Elpheph, ſeu Elphephius mons, ubi cœnobium S. Matthæi 342. 404. 460.
Elul locus ditionis Maipheractæ. 109.
Emeſa urbs expugnatur. 107.
Emmanuel inſignis calligraphus. 352.
Emmanuel Epiſcopus Zuabiæ. 439.
Emmanuel Epiſcopus Halavanæ. 440.
Emmanuel Patriarcha Chaldæorum. 4[illegible]2.
Emmanuel Epiſcopus Gandiſapor. [illegible]6.
Emmanuel Epiſcopus Naamaniæ, N[illegible] & Badraiæ. 449.
Emmanuel Epiſcopus Arzuni. 455.
Emmanuel Epiſcopus Tirhanæ. 455. 456.
Emmanuel Epiſcopus Heſnæ. 456.
Enos Epiſcopus Moſul. 439.
Enos Patriarcha Chaldæorum. 439.
S. Ephræm Syri opera citata à Xenaja. 28. à Joanne Darenſi. 120. à Baſilio Patriarcha, 126. à Barcepha. 129. à Barſalibæo. 158. 160. 189. 193. 207. à Jacobo Tagritenſi. 239. à Bar-hebræo. 282. 283. 295. 303. 306. 310. ejuſdem S. Ephræmi epiſtola ad Papam Epiſcopum Seleuciæ, an ſuppoſititia 398.
Ephræm tabellio Xenajæ. 38.
Ephræm Phigana calligraphus. 238.
Ephræm Amidenſis Patriarcha Antiochiæ. 321. 323.
Ephræm Epiſcopus Gandiſapor. 433.
Ephræmia pagus. 437.
Epiphanius citatus à Bar-hebræo. 313.
Epiſcopus à Presbyteris nequit ordinari. 88.
Eſaias Baſilius Epiſcopus Jacobita. 238.
Eſaias Epiſcopus Edeſſæ intruſus. 334.
Eſaias Epiſcopus Aſpharini. 338.
Eſaias Presbyter Severinita. 384. Joſue ejus filius. 385.
Evagrius Ponticus citatus à Bar-hebræo. 295. 306.
Evangelium S. Matthæi, unàcum corpore S Barnabæ repertum. Vide S. Matthæi.
Euchariſtia. In ea corpus Chriſti realiter. 39. 178. 189. 190. Sal & oleum pani Euchariſtico à Jacobitis admiſcentur. 144. 153. 356. ea quæſtio ſub Joanne Barſuſan. 153 356. Miſſæ nomina. 177. inſtitutio & ritus. 178. quantitas & qualitas Hoſtiæ. 180. 183. & Vini. 180. Semel in die ſuper uno Altari celebratur à Jacobitis. 184. Euchariſtia niſi à jejuno, ſumi non debet. ibid. Liturgiæ partes. ibid. Statio in Miſſa. 185. mendum in Secreta Hymni Angelici. 187. verba conſecratoria. 188. Chriſtus ex Euchariſtia participavit. ibid. error Neſtorianorum circa Euchariſtiam. 39. error Anaſtaſii Sinaitæ & Ruperti Abbatis circa eandem. 191. error Barſalibæi, & Bar-hebræi, & cujuſdam anonymi Syri. 191. 19[illegible]. 293. Invocatio Spiritus Sancti. 194. & ſeqq. communis Syrorum ſententia circa conſecrationem Euchariſtiæ. 199. Verba Domini in quibuſdam Syrorum Liturgiis deſiderantur. ibid. Verus & genuinus ſenſus Invocationis Spiritus Sancti. 201. commemorationes vivorum & defunctorum. 202. famoſa controverſia de iis Liturgiæ Syriacæ verbis, *Panem cœleſtem frangimus*. 203. 215. 341. 342. Veſpertinis horis Neſtoriani Liturgiam celebrant in Dominicis & Sabbatis quadrageſimæ. 441.
Eudochus, ſeu Eudoxius, Presbyter Melitinenſis

nenſis, auctor Tractatus de vocibus æquivocis Syriacis. 308.
Eudoxius Bar-Bitra, Epiſcopus Lacabenæ. 377.
Eugenius Ægyptius martyr. 398.
Eugenius Seleuciæ in Iſauria Epiſcopus. 325. 329.
Eunomius Epiſcopus Amidæ. 48.
Euphemia urbs Epiſcopalis. 337. 348.
Euſebius Barſumæ interpres. 3. 6.
Euſebii Cæſareenſis Chronicon. 310. 313.
Euſebii Edeſſeni hæreſis. 290.
Euſebonæ cœnobium. 335. 337. 345.
Euſtathius Antiochenus citatus à Bar-hebræo. 302. locus de Trinitate examinatus. 81.
Euſtathii in Artach cœnobium. 76.
Euteiius archimandrita. 99.
Eutherius Tyanenſis, male Eleutherius apud Evagrium. 14.
Eutropius Julianiſtarum in Aſia Epiſcopus. 84. 87.
Eutychen Jacobitæ rejiciunt. 28.
Eutychianus Presbyter. 58. Epiſcopus Daræ, ibid & 119.
Ezechiel Epiſcopus Zuabiæ. 41?.
Ezechiel Patriarcha Chaldæorum. 413. ejus ſcripta. ibid. obitus. 415.
Ezechiel Epiſcopus Naamaniæ. 446.
Ezzaddinus Soltanus Cæſareæ. 232. 370. Iconii. 377.

# F

FACHREDDINUS Razi. Vide Razes.
Felicis liber de opinionibus citatus à Darenſi. 120.
Fermentatus panis Euchariſtiæ. 182.
Franci martyres. 450.

# G

GABRIELIS cœnobium. 448.
Gabriel Baſilius Patriarcha Siſidis. Vide Baſilius.
Gabriel Epiſcopus Gozartæ. Vide Dioſcorus.
Gabriel Ignatius. Vide Ignatius Epiſcopus Urmiæ.
Gabriel Epiſcopus oppidi Seleuciæ. 416.
Gabriel Epiſcopus Moſul. 446. alter. 455.
Gabriel Epiſcopus Haphton. 455.
Gabriel Epiſcopus Roſtakæ. 456.
Gabriel præfectus Melitinæ. 212.
Gabriel Presbyter & Archidiaconus in regione Sinarum. 256.
Gabriel filius Bochtjeſu. 271. 315. 435.
Gabriel Sciamabir Epiſcopus Marhas. 362.
Gabriel Patriarcha Julianiſtarum. 342.
Gabriel diſcipulus Athanaſii Patriarchæ. 143.
Gabriel Epiſcopus Saæ. 149.
Gabriel Epiſcopus Baſſoræ. 439.
Gabriex Singarenſis medicus. 404. 416.
Gadala Arabiæ pagus. 417.
Gaghæi cœnobium. 354. 356.
Gajaſa fundator cœnobii. 284. 350.
Galan regio. 256.
Galeni opera apud Syros. 315
Gamua pagus. 327.
Gangrenſe Concilium à Bar-hebræo Macedonianis tributum. 302.
Gandiſapor urbs Epiſcopalis. 398. 458. 459.
Gargar regio circa Melitinam. 238. 260. 360.
Garma. Vide Beth-garma.
Garmæus Epiſcopus Ninives, ſeu cœnobii S. Matthæi. 411.
Garumitarum cœnobium. 374.
Gaugalius mons apud Amidam. 37.
Gaugalenſes monachi. 35.
Gavicathæ cœnobium. 231. 232. 247. 370. ab Achudeme conditum. 414.
Gebruna fundator cœnobii. 413.
Gedan pagus. 415. 442.
Gehon regio. 351 360.
Gelaleddinus Salgiukenſis Soltanus. 470.
Gemaleddinus. Vide *Giamaladdinus*.
Gentiles Conſtantinopoli ſub Juſtiniano Imperatore deprehenſi. 85.
S. Georgii cœnobium in Betheſe. 221. 228. Eccleſia Melitinæ. 357. *Eccleſia* Tagriti. 449.
Georgius Epiſcopus Baradæi ſocius. 63.
Georgius Epiſcopus Tagritenſium. 96.
Georgius Chorepiſcopus Amidæ. 99.
Georgius Patriarcha Jacobitarum. 111. 204. 432. *in carcerem conjicitur*. 113. *ejus ſcripta*. 341.
Georgius Epiſcopus *Arabum*. 335. 338. *ejus* opera citata à *Barſalibæo*. 158. 160. & à Bar-hebræo. 283. 302. 313.
Georgius alter Epiſcopus *Arabum*, diſcipulus Jacobi Sarugenſis. 322.
Georgius Abbas auctor Nomocanonis. 182.
Georgius Presbyter & hiſtoricus, citatus à Bar-hebræo. 313. 314.
Georgius filius Bochtjeſu. 311. 315.
Georgius Epiſcopus Beherini apoſtata. 437.
Georgius Rex Iberorum. 452.
Georgius monachus. 415.
Georgius Severinita, Epiſcopus Cartaminenſis. 385.
Georgius Epiſcopus cœnobii S. Matthæi. 462.
Georgius Epiſcopus Sigaræ. 419.
Georgius Patriarcha Chaldæorum. 421. ejus ſcripta. 422. alter. 435.
Georgius Epiſcopus Baſoræ. 421. alter. 448.
Georgius Abbas fundator cœnobii Maru. 430.
Georgius Epiſcopus Moſul. 442. 443.
Georgius Epiſcopus Gandiſapor. 442.
Georgius Epiſcopus Maaltæ. 456
Georgianæ, & Gergianæ Epiſcopatus. 459. 460.
Georgius Meſve medicus. 435.
Germanicia à Mabugo diverſa. 91. eadem cum Marhas & Banicia. ibid. direpta. 109.
Geſluna Epiſcopatus conjunctus Baladæ. 456.
Gezira, ſeu Gozarta. 103. 108. Cardoa. 251. Zebedæa inſula. 419. 450.
Ghiſira pagus territorii Antiocheni. 323.
Giaaphar caſtrum. 361.
Giaapharia pagus. 228.
Giamaladdinus Kophti. 311.
Gianchiz-Chan, primus Regum Mogulenſium. 471.
Giavarus Epiſcopus Niſibis. 409.

Gugabad locus ditionis Niſibenæ. 455.
Goſelinus Dux Edeſſæ. 359 360. 361. 362.
Goſius Syrus librorum interpres. 315.
Gozarta. Vide Gezira.
Græcorum epocha. Vide Seleucidarum.
Gregorii Nazianzeni opera citata à Barcepha. 129. à Joanne Sarighta. 136. à Barſalibæo. 158. à Bar-hebræo. 295. 302. binæ eorum tralationes. 307.
Gregorii Nyſſeni opera citata à Barcepha. 129. à Barſalibæo. 158. à Bar-hebræo. 295.
Gregorii Thaumaturgi opera citata à Joanne Sarighta. 136. à Bar-hebræo. 295.
Gregorius Bar-hebræus Abulpharagius. 244. ejus patria, parentes, & geſta. ibid. Epiſcopus Gubæ. 245. 374. Lacabenæ. 246. 375. Dionyſium Angur Patriarcham fovet adversùs Joannem Bar-Maadani. 376. Epiſcopus Alepi. 246. 378. Maphrianus ſeù Primas Orientis eligitur. 247. 379. geſta ejus in Primatu Orientis. 247. & ſeqq. Euclidem exponit. 253. & Almageſtum Ptolemæi. ibidem. Chronicon Arabicum componit. 264. ejus teſtamentum. 265. obitus. 263. 266. exequiæ. 266. alius ab Abulpharagio Mahometano. ibid. Catalogus librorum ejus. 267. 268. & ſeqq. ædificatæ & inſtauratæ ab eo Eccleſiæ. 273. ejus Anaphora. 275. Liturgia S Jacobi in compendium redacta. ibid. Symbolum. 276. Horreum myſteriorum. 277. Candelabrum Sanctuarii de fundamentis Eccleſiaſticis. 284. error ejus circa Euchariſtiam. 293. & circa ſtatum Animarum corporibus exutarum. 294. Liber Radiorum. 297. Liber Directionum, ſeu Nomocanon. 299. Ethica. 303. narrationes facetæ. 306. Lunarium & Kalendarium. 307. Liber Splendorum, ſeù Grammatica Syriaca fuſior. 307. Grammatica brevior ſub metro Sancti Ephram. 308. Carmina. 308. Chronicon Arabicum, ſeù hiſtoria Dynaſtiarum. 309. Bar-hebræus alius ab Abulpharagio Benattibo. ibid. fabula de ejus apoſtaſia à fide Chriſtiana. 310. Auctores qui in hiſtoria Dynaſtiarum citantur. 310 Chronicon Syriacum tripartitum. 311. Hiſtorici, quos in eo Chronico ſequitur. 312. ex archivo Maragæ id Chronicon concinnavit. 313. anni ab orbe condito ad ætatem Bar-hebræi. 314. ad paſſionem Domini. ibid. epocha Hegiræ. 315. Auctores quorum ſcripta laudat. ibid. Epitome hiſtoriæ Jacobitarum & Neſtorianorum. 320. & ſeqq. Vitæ Bar-hebræi Sylloge. 460.
Gregorius Patriarcha Armenorum. 360. 368.
Gregorius Patriarcha Chaldæorum. 416.
Gregorius I. qui & Jacobus, Maphrianus Jacobitarum. 231. 378. 453.
Gregorius II. Maphrianus. Vide Gregorius Bar-hebræus.
Gregorius III. Maphrianus, qui & Barſuma Saphi Bar-hebræus, Abulpharagii frater. 258. 264. 382. 460.
Gregorius IV. Maphrianus, qui & Matthæus Annæ filius. 460.
Gregorius V. qui & Dioſcorus Jacobus Bar-Kainæus, Maphrianus. 460.
Gregorius Epiſcopus, Baradæi ſocius. 63.
Gregorius Iberus. 109.
Gregorius Epiſcopus Syrus, medicus. 315.
Gregorius Epiſcopus Caſtri Manſur. 376. Melitinæ. 379.
Gregorius Epiſcopus Niſibis. 415. 416. alter 420. 421.
Gregorius Epiſcopus Beth-Raman. 419.
Gregorius Epiſcopus Haran. 431.
Gregorius Joſeph Epiſcopus Gozartæ. 454.
Gregorianus pagus. 350.
Guba Baraja, caſtrum Meſopotamiæ. 74. 331.
Guba urbs circa Melitinam. 246. 260. rc° 284. 350.
Gubæ cœnobium. 337. 345. ibi monumenta Maphrianorum. 385.
Gubenſis Synodus. 74.
Gubenſes monachi. 342. 343.
Gubrinum caſtrum Cruſtenorum. 342.
Guma urbs. 260.
Gumal urbs. 419.
Gumia pagus. 228. regio agri Antiocheni. 336.
Guria Diaconus Edeſſenus. 341.

# H

HAA urbs. 366. 382. 460.
Habacuch Abbas Pheſchinenſis. 360.
Habar caſtrum. 221. 226. 228.
Habaſus aſtronomus. 311.
Habibus. Vide Abibus.
Hachima Epiſcopus Ocbaræ. 439.
Hadar vicus. 109.
Hadatha, ſeu Hadeth, urbs. 353. 459.
Hadethenſe cœnobium. 420.
Haël caſtrum. 232. 454.
Haje, hoc eſt, Athanaſius, anachoreta. 225.
Haita urbs. 449.
Haitama regio. 462.
Halavana urbs. 403. 458. 460.
Hamdana urbs. 450. 460.
Hanichitarum cœnobium. 346.
Haphton urbs Epiſcopalis. 455.
Hara fluvius. 109.
Hara urbs Epiſcopalis. 435. 458. 459.
Haran, ſeu Charræ, urbs Meſopotamiæ. 107. 260 & alibi frequenter.
Haraſpha pagus. 228.
Harchel vicus. 91.
Haret-baret. 245.
Harnua urbs Choraſanæ. 420.
Haſanus filius Ali. 103.
Haſanus Dux, Caatabæ filius. 113.
Haſan Ebn-Sahel Aſtrologus. 311.
Haſan Abu-ali, filius Haitam, geometra. 317.
Haſan, Achmed, & Mohammad filii Sciacher. 311.
Haſan Bar-Culib Presbyter. 365.
Haſanus Abu-ali, filius Saheli, medicus. 445.
Haſrai vicus. 226.
Haſron Edeſſenus. 311.
Haſſaſſinitæ populi. Vide Aſſaſſinitæ.
Hatacha urbs. 382 460. regio. 454.
Havil cœnobium. 229.
Havra vicus regionis Sarugenſis. 322.
Haza, ſeù Adiab ſchola. 412.
Hebatolla, cognomento Ebn-Talmid, Abulhaſanus, filius Saëdi archiater. 449.
Hebatolla medicus Chriſtianus. 311. alter

Mahometanus. ibid. alter Judæus. ibid.
Hebedjeſu. Vide Ebedjeſu.
Hegiræ epocha. 315. 470.
Heliopolis urbs Phœniciæ. 89.
Helila pagus. 228.
Henoch Invardenſis Patriarcha. Vide Ignatius.
Heraclius Imperator. 102. 103.
Heraclea & Heraclium, urbs Cyrrheſticæ. 91.
Heraclea ad radices Tauri montis. 91.
Heracleenſis verſio. 94. 283.
Heraclii, ſeù Heracleæ Epiſcopatus. Vide Dair-Heraclii.
Herbaz cœnobium. 348.
Hermetis Triſmegiſti opera. 310.
Heſmæ cœnobium. 110.
Heſna, hoc eſt, Caſtrum, Zaidi. 213. 362. Vide Zaidi Caſtrum.
Heſna Manſur. Vide Manſur Caſtrum.
Heſna Cepha. Vide Cepha Caſtrum.
Heſnæ cœnobium. 371.
Heza. 115. vide Haza, & Adiab.
Hierapolis urbs. Vide Mabug.
Hierothei opus ſuppoſititium. 120. Barſudaili Stephani fœtus. 290. 302. à Bar-hebræo commentariis illuſtratum. 269. 272.
Hieruſalem metropolis Neſtorianorum. 458. Epiſcopatus. 459. Hieroſolymitana peregrinatio. 306.
Hipparchus Mathematicus. 315.
Hippocratis opera. 315.
Hippolytus Romæ, citatus à Barſalibæo. 158. à Bar-hebræo. 283. 314.
Hirta urbs. 271. 400. 459.
Hiſciamus Chalipha. 105.
Hiſtoriæ Patrum & Sanctorum. 125.
Hobaiſus filius Haſan, interpres librorum. 272. 311. 316.
Hodona urbs Epiſcopalis conjuncta Arbelæ. 455.
Holæ, ideſt, arenæ cœnobium. 324.
Homeritæ martyres. 60.
Honainus, ſeù, Joannes, filius Iſaac, medicus Syrus. 270. 271. 438. ejus opera. 272. 308. 310. 311. 315.
Honita urbs Epiſcopalis. 433.
Hormiſda Perſarum Rex. 415.
Hormiſda Perſa Abbas. 418.
Hoſainus filius Ali. 103.
Hoſee, ſeù Eliſæus Epiſcopus Niſibis. 407.
Hulachus Rex Tartarorum. 251. 261. 378. 455. 471.
Hur caſtrum. 221. 226. 228.
Hurzam collis. 226. 228.
Huzitæ populi. 395. eorum Epiſcopus. 459.

# I

JABACHUES Epiſcopus. Vide Achadabues.
Jaballaha Epiſcopus Neſtorianorum. 256.
Jaballaha Indiarum Epiſcopus. 257.
Jaballaha Epiſcopus Niſibis. 443. alter. 450.
Jaballaha Epiſcopus Moſul. 447.
Jaballaha Epiſcopus Beth-garmæ. 448.
Jaballaha I. Patriarcha Chaldæorum. 401.
Jaballaha II. Patriarcha Chaldæorum. 453.
Jaballaha Epiſcopus Suſæ. 455.
Jaballaha III. Patriarcha Chaldæorum. 456. ex genere Turcorum. 257. Epiſcopus Sinenſium à Denha ordinatus. ibid. poſt ejus obitum in Patriarcham eligitur. ibid. exequias Bar-hebræi celebrat. 266.
Jabjeſu ſocius Achadabuæ. Vide Kamjeſu.
S. Jacobi fratris Domini Anaphora. 178. 295.
S. Jacobi Niſibeni epiſtola ad Papam Seleuciæ Epiſcopum. 398.
S. Jacobi Intercifi martyrium. 403.
Jacobi cœnobium Chiſumæ. 336. 344. Cyri. 342. Edeſſæ. 362. Bethabæ. 420. Salachæ. 384. 461. ſuprà cœnobium Ananiæ. 461.
Jacobi Sarugenſis opera citata à Joanne Darenſi. 119. 120. à Baſilio Patriarcha. 126. à Barcepha. 129. à Barſalibæo. 158. 162. 207. à Jacobo Tagritenſi. 239. 240. à Bar-hebræo. 282. 295. 303. 306. 310. ejus vita ex Barhebræo. 321.
Jacobus Edeſſenus, cognomento librorum Interpres. 104. ejus vita ex Bar-hebræo. 335. obitus. 105. fides dubia. 337. opera Gregorii Nazianzeni in Syriacum tranſlata. 307 ejus Chronicon. 310. 313. opera citata à Barcepha. 129. à Barſalibæo. 158. 163. 189. 207. à Jacobo Tagritenſi. 239. à Bar-hebræo. 283. 295. 302. 303. 305. 306.
Jacobus Baradæus, ſeù Zanzalus. 62. monachus cœnobii Phaſiltæ. ibidem. Epiſcopus Edeſſenus. ibid. & 90. Monophyſitarum ſectam propagat. 63. quid de ipſo Neſtoriani. ibidem. Jacobitarum fabulæ de ejus geſtis. ibid. & 332. Paulum ordinat Patriarcham poſt Sergii obitum. 331. Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi ab ipſo ordinati. 63 64. ejus obitus. 65. 332. memoria apud Jacobitas, quibus nomen dedit. 65. an Trinitatem perſonarum in divinis negavit. 66. Baradæi & Zanzali cognomen. 66. 414. Anaphora. 67. ſcripta quæ falſò ei adjudicantur. 67. Vita ex Bar-hebræo. 326. 331. 409. 414.
Jacobus Diaconus & archimandrita Syrorum. 4.
Jacobus Dux Libani. 9.
Jacobus Epiſcopus Emeſæ. 349.
Jacobus Epiſcopus Mabugi. 27. ejus ſermo de Jejunio. ibid.
Jacobus Epiſcopus Callinici. 350.
Jacobus Rhetor Neſtorianus. 246. 374.
Jacobus Doctor Neſtorianus. 412.
Jacobus Patriarcha Alexandrinus. 346.
Jacob Judæus. 132.
Jacobus Epiſcopus Synnadæ. 139. 351.
Jacobus Barſalibi. Vide Dionyſius.
Jacobus Epiſcopus Seleuciæ. 395.
Jacobus Epiſcopus Melitinæ, cujus opus citatur à Barſalibæo. 158.
Jacobus Abbas cœnobii Barſumæ. 381.
Jacobus Epiſcopus Tagritenſis. 237. ejus patria. ibid. liber Theſaurorum. ibidem. Symbolum fidei. 241. expoſitio divinorum officiorum. 241. Liber Dialogi. 455. ejus vita ex Bar-hebræo. ibid. & 477.
Jacobus Presbyter frater Simeonis Presbyteri & medici. 253. Epiſcopus Melitinæ. ibidem.
Jacobus Epiſcopus Reſchiphæ. 339.
Jacobus Indiarum Epiſcopus. 257.
Jacobus Epiſcopus Beth-garmæ. 412.
Jacobus Epiſcopus Cæſareæ. 381.
Jacob Al-Cendi. 311.

Jacobus Epiſcopus Gandiſapor. 409.
Jacobus fundator cœnobii Bethabe. 415.
Jacobus Arabs. 431.
Jacobus Patriarcha Chaldæorum. 431. 432.
Jacobus Gregorius Maphrianus. Vide Gregorius.
Jacobus Dioſcorus Barkainæus. Vide Dioſcorus.
Jacobitæ Syri. Eorum opinio de Incarnatione qualis. 24. & ſeqq. 96. ex Jacobo Baradæo appellati. 63. 65. 327. non à Jacobo fratre Domini, nec à Dioſcoro Alexandrino id nomen ipſis impoſitum. ibid. & 240. 327. eorum Patriarchæ. 325. feria quarta & ſexta poſt ſolis occaſum ſolvunt jejunium. 285. præcipuum eorum argumentum circa naturas Chriſti. 289. depravata ab iis Patrum opera. ibid. communicant cum aliis hæreticis 291. duplicem Chriſti naturam dicunt. 297. Libri Patrum quos recipiunt. 302. altercantur cum Coptis ob limites Patriarchatus. 372. Eccleſiam Hieroſolymitanam Antiochenæ ſubjiciunt. 374. nominum mutatio in ordinationibus Epiſcoporum. 325. & alibi paſſim Improbant Epiſcoporum promotiones ad Patriarchalem dignitatem. 377. Tres Patriarchas habent: nimirùm Siſidis, Syriæ, & Mardæ. 382. duos tantùm, ſcilicet Syriæ & Mardæ. 383. Iterùm tres, ſcilicet Mardæ, Syriæ, & Turabdini. 384. duos tantùm, videlicet Turabdini & Mardæ. 385. id ſchiſma tollitur, & unus cunctis Jacobitis Syris Patriarcha præficitur. 386. eorum initia & progreſſus in Oriente, ubi Neſtorianis adverſantur, & proprium ſibi Primatem, ſeù Maphrianum conſtituunt. 410. 411. 414. eorum Eccleſia Bagdadi incenditur à Mahometanis. 444. Jacobitarum colonia Arbeæ. 455.
Jaguritæ, ſeù Turci 257.
Jahia, ſeù Joannes Ebn-Adi, citatus à Barſuſan Patriarcha. 154. ejus opera. 311.
Jahia, ſeù Joannes Ebn-Iſa Ebn-Giazla. 311. 317.
Jahia Ebn-Said medicus. 311.
Jamana, ſeù Arabia felix. 395.
Jazdephanes Epiſcopus Sciaharzul. 419.
Jazdephanes Epiſcopus Caſcaræ. 420.
Jazdephanæ cœnobium. 436.
Jazedbuzid Presbyter & Chorepiſcopus Chumdanæ. 256.
Jazidus Maviæ filius Chalipha. 104.
Jazidus alter Chalipha, Omari ſucceſſor. 105. edictum ejus de tollendis Imaginibus, canibus albis, aliiſque animalibus. ibid. perſecutio in Chriſtianos. ibid.
Jejunium quadrageſimæ. 304. abſtinentia à carne. 88. ob famem permiſſus carnium uſus. 115. permittitur lac, ubi non adſunt cibi quadrageſimales. 445.
Jejunium nativitatis Domini. 304.
Jejunium Apoſtolorum. 304.
Jejunium Aſſumptionis B. Virginis. 304.
Jejunium Ninivitarum. 304. 413. 427.
Jejunium Virginum. 425. 426. 428.
Jejunium feriæ quartæ & ſextæ. 305.
Jeſudad Epiſcopus Hadeth. 436.
Jeſudenha Neſtorianus ſcriptor. 341.
Jeſudenha Epiſcopus Mardæ. 456.
Jeſudenha Epiſcopus Maipherkin. 456.
Jeſudoſt. Vide Saadoſt.
Jeſujab I. Arzunita, Patriarcha Chaldæorum. 415. ejus ſcripta. ibid.
Jeſujab II. Gadalenſis, Patriarcha Chaldæorum. 416. ejus ſcripta. 418.
Jeſujab III. Adjabenus, Patriarcha Chaldæorum. 420 ejus ſcripta. ibid.
Jeſujab IV. filius Ezechielis, Patriarcha Chaldæorum. 446.
Jeſujab V. Baladenſis, Patriarcha Chaldæorum 450.
Jeſujab Bar-Koſra fundator cœnobii Moſulenſis. 414. 415.
Jeſujab Epiſcopus Baſſoræ. 423.
Jeſujab Epiſcopus Halavanæ. 440.
Jeſujab Epiſcopus Ocbaræ. 440.
Jeſujab Epiſc. Moſul. 443.
Jeſujab Epiſc Damaſci. 443.
Jeſujab Epiſc. Niſibis. 448. & 453.
Jeſujab Epiſc. Nuhadræ. 455.
Jeſujab Epiſc. Chadiræ. 455.
Jeſujab metropolita. 457.
Jeſu-Rachme Epiſcopus Beth-garmæ. 442.
Jeſu-Sabran Epiſcopus Tanchet. 456.
Jeſuzacha Epiſc. S. Matthæi. 414.
Jeſuzacha monachus. 415.
Jeſuzacha Neſtorianus. 433.
Jeſuzacha Epiſcopus Bagas. 456.
Jeſuzacha Epiſcopus Niſibis. 456.
Jezdegerdes Rex Perſarum. 401.
S. Ignatius M. Epiſcopus Antiochiæ, inſtituit, ut Pſalmi alternatim in Eccleſia canantur. 398.
Ignatius I. qui & Joſue, Patriarcha Jacobitarum. 325. 348.
Ignatius II. qui & David ex Maphriano Patriarcha Jacobitarum. 242. 255. 300. 371. ordinat Thomam Æthiopem Epiſcopum Abiſſinorum 371. obit 376. ejus cimelia. ibid.
Ignatius III. qui & Joſue Abbas cœnobii Gavicathæ, Patriarcha Jacobitarum. 247. 248. 379. obit. 381.
Ignatius IV. qui & Philoxenus Nemrod, Patriarcha Jacobitarum. 259. 381. obit. 382.
Ignatius V. dictus I. qui & Joſeph Bader Zache Bar-Vahib, Patriarcha Jacobitarum. 381. 382. 464. ejus ſcripta. ibid. ſchiſma ſub eo natum, quo ipſe Patriarcha Mardæ, alii duo Siſidis & Syriæ Patriarchatum uſurparunt. ibid.
Ignatius VI. dictus II. qui & Joannes Iſmaël Magedus, Barvahibi ex fratre nepos, Patriarcha Jacobitarum Mardæ. 382. obit. 384.
Ignatius VII. dictus III. qui & Sciahab filius ſororis Iſmaëlis Magedi Patriarcha Jacobitarum Mardæ. 384.
Ignatius VIII. dictus IV. qui & Abraham Cyrillus Xenajas Bargarib, Patriarcha Jacobitarum Mardæ. 229. 384.
Ignatius IX. dictus V. qui & Behenamus Baſilius Hedlenſis, Patriarcha Jacobitarum Mardæ. 384. 465. Patriarchatum Syriæ occupat. 385. ejus Anaphora & ſcripta. 385. 467.
Ignatius X. dictus VI. qui & Chaleph filius ſororis Baſilii Barſumæ Maphriani Patriarcha Jacobitarum Mardæ & Syriæ. 385. olim Epiſcopus Gozartæ. ibid. obit. 386.
Ignatius XI. dictus VII. qui & Joannes Barſila

ſila Patriarcha Jacobitarum Mardæ & Syriæ. 386. pacem cum Baſilio Maphriano facit. ibid. Zapharanenſe cœnobium inſtaurat. ibid. dictus Joannes Ananias Xenajas. 468. ejus Anaphora. ibid.
Ignatius XII. dictus VIII. qui & Noë Libaniota, Patriarcha Jacobitarum. 386. Sub eo ſchiſma ſublatum. 462. ejus ſcripta. 468. Carmina. ibid. Orationes & homiliæ. ibid. Breviarium chronici de rebus in regione Mardenſi geſtis. 469.
Ignatius XIII. qui & Joſue ex caſtro Kelat, Patriarcha Jacobitarum. 481.
Ignatius XIV. qui & Jacobus Damaſcenus, Patriarcha Jacobitarum. 482.
Ignatius XV. qui & David Maadanenſis, Patriarcha Jacobitarum. 482.
Ignatius XVI. qui & Abdalla ex caſtro Atta, Patriarcha Jacobitarum. 482.
Ignatius XVII. qui & Nehemes, ſeu Nehemetalla, Patriarcha Jacobitarum. 229. 482.
Ignatius XVIII. qui & Petrus David-Sciah, Patriarcha Jacobitarum. 242.275.300.482.
Ignatius XIX. qui & Pilatus Patriarcha Jacobitarum. 482.
Ignatius XX. qui & Abdalgani, Patriarcha Jacobitarum. 482.
Ignatius XXI. qui & Hodaje, ſeu Hudajes, Patriarcha Jacobitarum. 238. 482.
Ignatius XXII. qui & Abdalmeſſias, Patriarcha Jacobitarum. 482.
Ignatius XXIII. qui & Simeon, Patriarcha Jacobitarum. 482.
Ignatius XXIV. qui & Andreas Achigian, Patriarcha. 482.
Ignatius XXV. qui & Petrus, Patriarcha. 482.
Ignatius XXVI. qui & Georgius, Patriarcha Jacobitarum. 482.
Ignatius XXVII. qui & Iſaac, Patriarcha Jacobitarum. 482.
Ignatii nomen commune Patriarchis Jacobitarum, ex quo anno. 382.
Ignatius, qui & Michaël I. Barſuma ex Abbate cœnobii Gavicathæ, fit Patriarcha Jacobitarum Siſide in Cilicia. 382.
Ignatius, qui & Conſtantinus, ex Epiſcopo Melitinæ fit Patriarcha Jacobitarum in Syria. 382. obit 383.
Ignatius, qui & Michaël II. poſt Ignatium Conſtantinum fit Patriarcha Ciliciæ & Syriæ. 481.
Ignatius I., qui & Baſilius Saba Salachenſis, primus Patriarcha Jacobitarum Turabdini. 383. obit. 384.
Ignatius II., qui & Joſue Mutæ Medenſis filius, ſecundus Patriarcha Jacobitarum Turabdini. 384. depoſitus. ibidem. obit. 385.
Ignatius III., qui & Maſudus Salachenſis, tertius Patriarcha Jacobitarum Turabdini. 384. veneno ſublatus. ibid.
Ignatius IV., qui & Henoch Invardenſis, quartus Patriarcha Jacobitarum Turabdini. 385. olim Epiſcopus Cartaminenſis. ibid.
Ignatius V., qui & Cuma Philoxenus ex Epiſcopo Cartaminenſi quintus Patriarcha Jacobitarum Turabdini. 385.
Ignatius VI, qui & Joſue Baſilius Invardenſis, ſextus Patriarcha Jacobitarum Turabdini. 385.
Ignatius VII., qui & Azizus Barſabta, ſeptimus Patriarcha Jacobitarum Turabdini. 385. olim Philoxenus appellatus, Epiſcopus Hazæ. ibid.
Ignatius VIII., qui & Saba, octavus Patriarcha Jacobitarum Turabdini. 386.
Ignatius IX., qui & Joannes, nonus Patriarcha Jacobitarum Turabdini. 386.
Ignatius X., qui & Maſudus, decimus & poſtremus Patriarcha Jacobitarum Turabdini. 386. abdicat. ibid.
Ignatius I., qui & Marcus Barchichi, Maphrianus Jacobitarum. 351. apoſtata. ib. ejus carmen. 443.
Ignatius II. qui & Lazarus, Maphrianus Jacobitarum. 361. 362. 450.
Ignatius III. qui & David, Maphrianus Jacobitarum. 242. fit Patriarcha. 371.454. Vide Ignatius II. Patriarcha.
Ignatius IV. qui & Baſilius Saliba Vagius Edeſſenus, Maphrianus Jacobitarum. 246. 248. 377. 383. olim Epiſcopus Alepi. 455. abdicat & moritur. 378. 455.
Ignatius Epiſcopus Gargar. 363.
Ignatius Epiſcopus Cartaminenſis 382.
Ignatius Gabriel Epiſcopus Maipheractæ. 368.
Ignatius Epiſcopus Hieruſalem Jacobitarum. 156. 177. 207.
Ignatius Sahada Epiſcopus Hieruſalem. 368.
Ignatius Epiſcopus Hazæ. 366.
Ignatius Epiſcopus caſtri Manſur. 381.
Ignatius Epiſcopus Melitinæ. 212.
Ignatius Ananiæ diſcipulus & ſucceſſor in Epiſcopatu Mardæ. 223.
Ignatius Karontæ. 219.
Ignatius Abugaleb Epiſcopus Maipheractæ. 364. 368.
Ignatius Barſuma Epiſcopus caſtri Manſur. 376. 380.
Ignatius Epiſcopus Telæ Arſaniæ. 380.
Ignatius Curſor, Epiſcopus Melitinæ. 351. 365. ejus cœnobium. 352. 365
Ignatius alter Epiſcopus Melitinæ, ſectam Jacobitarum deſerit. 353. alter. 355. 357. 358.
Ignatius Theodorus Epiſcopus Melitinæ. 361.
Ignatius Romanus Epiſcopus Hieruſalem. 361. 368.
Ignatius Gabriel Epiſcopus Urmiæ. 453.
Imago Chriſti in Eccleſia Amidæ. 58. Imagines in Eccleſiis. 371. Imaginum cultus etiam apud Neſtorianos. 438.
Indaba caſtellum. 336
Inkenæ cœnobium. 414.
Innocentius Epiſcopus Maroniæ. 89.
Invocatio Spiritus Sancti in Liturgia. Vide Euchariſtia.
S. Joannis Eccleſia Edeſſæ. 368. in Aſſyria. 436.
S. Joannis Baptiſtæ corpus an in cœnobio Scetenſi. 64.
S. Joannis Evangeliſtæ liber ad B. Virginem. 180.
S. Joannis Chryſoſtomi opera citata à Barcepha 129. à Barſalibæo. 158. 166. 189. 207. à Barhebræo. 295. homiliæ & commentaria. 302.
S. Joannes Damaſcenus. 97.

Jo-

Joannis Maronis liber de Sacerdotio ſuppoſititius. 123. Darenſi reſtituendus. ibid. Expoſitio Miſſæ non Maronis eſt, ſed Barſalibæi. 176. alius à Joanne Marone Edeſſeno 283. & à Bar-Finchoje. 306
Joannes Maro Edeſſenus auctor commentariorum in Scripturam. 283. alius à Joanne Marone Patriarcha. 289. 350.
Joannes Epiſcopus Aſiæ. 313. ejus hiſtoria Eccleſiaſtica. 83. 329. patria & religio. 83. Monophyſitarum in Aſia Epiſcopus. 84. Anthimi ſucceſſor in Epiſcopatu Conſtantinopolitano Monophyſitarum. 329. alius à Joanne Rhetore & à Joanne Epiphanienſi. 84. Specimen ex ejus hiſtoria. 85. in gentiles Byzantii inquirit. ibid. plures ad Chriſti fidem adducit in Aſia, Caria, Lydia, & Phrygia. ibid. ejus itinera. 86. Oſſa Montani comburit. 88.
Joannes Epiſcopus Baſſoræ. 97. 102. 103. ejus Anaphora. 97. citatur à Bar-hebræo. 295. an commentaria in Scripturam edidit. 97 ejus dictum de pane Euchariſtico. 153. citatur à Joanne Tagritenſi. 239.
Joannes Epiſcopus Daræ. 118. ejus ætas. ibid. & 219. 342. libri quatuor de reſurrectione corporum. 119. libri duo de cœleſti & Eccleſiaſtica Hierarchia. 120. libri quatuor de Sacerdotio. 121. Anaphora. 123. citatur à Barſalibæo. 158. ejus liber de Anima. 219.
Joannes Aphtonius, ſeù Bar-Aphtonius, Abbas monaſterii Seleuciæ apud Canſarum urbem. 46. 54. ejus cantus. 54.
Joannes Epiſcopus Telæ ſeù Conſtantinæ. 53 89. 114. 327. ejus canones. 54. 181. 302. citatur à Bar-hebræo. 306.
Joannes Abbas Canſarenſis. 54. ejus cantus in Joannem Aphtonium. ibid.
Joannes Bar Barſus Abbas. 54.
Joannes Barbur Abbas cum Petro Antiocheno contendit. 72. orthodoxam fidem amplectitur fitque Abbas cœnobii S. Euſtathii in Artach 76.
Joannes I. cognomento Sedrarum, Patriarcha Jacobitarum. 103. 107. 110 325. 334. 421.
Joannes II. Patriarcha Jacobitarum, olim Epiſcopus Hauræ, 325. 338.
Joannes Epiſcopus Callinici. 111. 340. in Patriarcham eligitur. ibid. obit. 112.
Joannes III. Patriarcha Jacobitarum. 348. ejus Synodus Caphartutæ & canones citati à Bar-hebræo. 302. 437.
Joannes IV. Stylita in cœnobio Curzachel, Patriarcha Jacobitarum. 126. 349.
Joannes V. monachus in monte Nigro, Patriarcha Jacobitarum. 350.
Joannes VI. Stylita in cœnobio Curzachel, Patriarcha Jacobitarum. 350.
Joannes VII. cognomento Sarighta, monachus in cœnobio Tarilenſi, Patriarcha Jacobitarum. 132. 351. binæ ejus Synodicæ ad Mennam Alexandrinum. 132. diſputatio Conſtantinopoli. ibidem. an auctor Anaphoræ SS. Doctorum. 140.
Joannes VIII. cognomento Abdon, monachus montis Nigri, Patriarcha Jacobitarum. 145. 352 ejus vita. 146. tumulus Amidæ. 210. Synodicæ ad Zachariam Alexandrinum. 151. 353.
Joannes IX. Abdonis nepos, qui & Theodorus Abdon, Patriarcha Jacobitarum 146. 147. 153. 354. Chriſtodulo Alexandrino æqualis 153 binæ ejus Synodicæ ad eundem Chriſtodulum. 153. 354. obitus. 355.
Joannes X qui & Joſue Barſuſan, Patriarcha Jacobitarum. 143. 354. ejus ætas. ibid. tumulus Amidæ. 210. Anaphora. 143. Tractatus de ſale & oleo, quæ pani Euchariſtico à Jacobitis admiſcentur. 144. ea quæſtio ſub Chriſtodulo Alexandrino orta. 145. 356. Joannis Synodica ad eundem Chriſtodulum. 154. ejus opera 355. citata à Barſalibæo. 158. Epiſtola ad Armenios. 211. 383. quatuor carmina citata à Barhebræo. 317.
Joannes XI. cognomento Abdon, olim Synnadæ Epiſcopus, Patriarcha Jacobitarum. 325. 356. obit. 358. abſolvitur. ibid
Joannes XII. anachoreta in regione Carſenæ, Patriarcha Jacobitarum. 357.
Joannes XIII. qui & Maudiana Abbas cœnobii Duair, Patriarcha Jacobitarum. 360.
Joannes XIV. qui & Joſue ſcriba, cognomento Puſillus, & Gandaphultis, Patriarcha Jacobitarum. 231. 370. legatos mittit ad Joannem Alexandrinum. 235. ejus Anaphora. 236.
Joannes XV. cognomento Aaron Bar-Maadani, Patriarcha Jacobitarum. 242. 377. 454. olim Epiſcopus Mardæ. 375. deinde Maphrianus 375. 454. Dionyſium Angur impugnat. 376. ejus obitus. 379. 242. Anaphora. 242. Carmina. 243. Homiliæ Arabicæ ibid. Carmen Syriacum. 454.
Joannes I. cognomento Saba, ſeù ſenex, Maphrianus Jacobitarum. 335. olim Epiſcopus S. Matthæi. 429. ejus Anaphora. 463.
Joannes II. cognomento Bionita, monachus cœnobii S. Matthæi, Maphrianus Jacobitarum. 431.
Joannes III. cognomento Dinara Barjeſu, Maphrianus Jacobitarum. 443.
Joannes IV. qui & Saliba monachus cœnobii Gabrielis, Maphrianus Jacobitarum. 356. 448.
Joannes V. Sarugenſis, Abbas cœnobii Sancti Jacobi, Maphrianus Jacobitarum. 362. 368. 452. abdicat. 452. repetit dignitatem. 453. moritur. ibid.
Joannes VI. qui & Aaron Bar-Maadani, Maphrianus Jacobitarum. 484. Vide Joannes XV. Patriarcha.
Joannes I. Marthæ filius, Patriarcha Chaldæorum. 422.
Joannes II. cognomento Leproſus, ex Epiſcopo Niſibis, Patriarcha Chaldæorum intruſus. 423. 429. ejectus. 424. 429.
Joannes III. filius Narſetis, Patriarcha Chaldæorum. 439.
Joannes IV. Bar-abgare, Bar-Iſa, ſeù Bar-Haghire, Patriarcha Chaldæorum. 426. 427. 440.
Joannes V. Theodoſii nepos, Patriarcha Chaldæorum. 440.
Joannes VI. Patriarcha Chaldæorum. 444.
Joannes VII. Bar-Nazul, Patriarcha Chaldæorum. 446.

Joannes VIII. Patriarcha Chaldæorum. 447.
Joannes Theodorus Bar-Vehebun. Vide Theodorus.
Joannes Ananias Xenajas Vide Ignatius. Patriarcha Jacobitarum
Joannes Barſila Patriarcha: Vide Ignatius.
Joannes Abugaleb Abulmaged, Patriarcha Alexandrinus 154. 236.
Joannes Patriarcha Alexandrinus legatos mittit ad Michaelem Patriarcham Jacobitarum. 368.
Joannes Patriarcha Turabdinenſium. Vide Ignatius IX.
Joannes Oznenſis, Patriarcha Armenorum. 296.
Joannes Metropolita Græcorum Bagdadi. 440.
Joannis monachi ſermones citati à Barcepha. 129. à Barhebræo. 295.
Joannes Epiſcopus Amidæ. 48. 50. Alter. 48.
Joannes Elias Epiſcopus Chiſumæ. 361.
Joannes Scholaſticus Amidenſis. 57.
Joannes Diaconus. 58.
Joannes Xenodochus Daræ præfectus. 58.
Joannes Saidi filius, continuator Annalium Eutychii. 393.
S. Joannes Calcarenſis. 403.
Joannes Philoponus Grammaticus Alexandrinus. 96. 411. Tritheita 325. 329. auctor hiſtoriæ quam citat Bar-hebræus. 310.
Joannes Tritheitarum parens, Aſcoſnaghus dictus. 325. Samuelis in Cathedra Conſtantinopolitana ſucceſſor. 328.
Joannes Dux Syrorum in montanis Maipheractæ habitantium. 108. 109. 110.
Joannes Epiſcopus Marhas. 349.
Joannes Epiſcopus Ramatuæ. 139.
Joannes Presbyter, diſcipulus Athanaſii Patriarchæ. 142.
Joannes monachus ob ambitionem exoculatus. 148.
Joannes cognomento Videns, cujus opera laudat Bar-hebræus. 158.
Joannes Said Barſabuni Epiſcopus Melitinæ. 211. 358. ejus cantus. 212.
Joannes Epiſcopus Hadeth. 353.
Joannes Epiſcopus Mardæ, Daræ, Haran, Chaburæ, Caphartutæ & Niſibis. 207. 208. 217. & Telbeſmæ. 227 ejus vita. 217. cœnobia ab eo ædificata & inſtaurata. 220. 228. ejus obitus. 225. 227. libros deſcribit. 225. Chriſma vicibus tredecim conſecravit. ibid. quot Presbyteros & Diaconos ordinavit. 227. ejus Liber de Providentia. 208. 361. Anaphora. 230. Jacobus antea appellatus. ibidem.
Joannes Epiſcopus Chiſumæ. 208.
Joannes Bar-Andreas, Epiſcopus Mabugi. 208. 360. ejus obitus. 362. Tractatus. 211. Carmen Armenicè. 360. Carmen Syriacè. 362.
Joannes Abbas cœnobii Sergii. 350.
Joannes Archimandrita citatus à Bar-hebræo. 306. fortaſſe Climacus. ibid.
Joannes Dilaitæ citatus à Bar-hebræo. 306.
Joannes Epiſcopus Damaſci. 236. alter. 379. alter. 436.
Joannes Sergius Epiſcopus Caſtri Zaidi. 362.
Joannes Bar-Conon, Epiſcopus Calliſuræ, deinde Melitinæ. 368. 371.
Joannes Calligraphus. 379.
Joannes Joſue Bar-Sophre, Epiſcopus Severinita & Cartaminenſis. 382. 383.
Joannes Epiſcopus Cartaminenſis, inſtaurator characteris Stronghili Syriaci. 352.
Joannes Epiſcopus Melitinæ. 352.
Joannes Epiſcopus Heſnæ Zaidi. 213. 368.
Joannes Eliſæus Epiſcopus Melitinæ. 359. 360.
Joannes Saliba Epiſcopus Amidæ. 376.
Joannes Epiſcopus Germaniciæ. 344.
Joannes Epiſcopus Maipheractæ. 376.
Joannes Epiſcopus Anazarbæ. 324.
Joannes Epiſcopus Euphemiæ. 324.
Joannes Ægyptius Monophyſita. 327.
Joannes Epiſcopus Cartaminenſis. 332.
Joannes Epiſcopus Chiſumæ. 364.
Joannes Denha Epiſcopus Adorbiganæ. 251.
Joannes Denha Epiſcopus Callinici. 365.
Joannes Vehebus Epiſcopus Gozartæ. 251. 256.
Joannes Denha Epiſcopus cœnobii Sergii. 255.
Joannes Moyſes Epiſcopus Sigaræ. 255.
Joannes Epiſcopus Tarſi. 335.
Joannes Epiſcopus Indiarum. 257.
Joannes Bar-hebræi diſcipulus medicus. 260.
Joannes fundator cœnobii Anchalæ. 415.
Joannes Jobus Epiſcopus Nuhadræ. 260.
Joannes Bar-Nagore martyr. 261. ejus Eccleſia à Bar-hebræo inſtaurata, & reliquiæ repertæ. ibidem.
Joannes filius Iſaac. Vide Honainus.
Joannes filius Maſviæ, ſeu Meſve, medicus. 311. 408. 435. 436.
Joannes Gariri, filius Abdallæ, Presbyter & monachus Calligraphus. 278. 303.
Joannes Scholaſticus Scythopolitanus citatus à Bar-hebræo. 295. 302.
Joannes Bar-Finchoje ſcriptor Neſtorianus, alius à Joanne Marone. 306.
Joannes Ebn-Batrik interpres librorum. 311.
Joannes Bartura fundator cœnobii montis Sigaræ. 415.
Joannes Dilamita. 425.
Joannes Azrak, Epiſcopus Hirtæ. 425.
Joannes Epiſcopus Hadathæ. 431.
Joannes Epiſcopus Buazichæ. 431.
Joannes Epiſcopus Niſibis. 435. alter. 450.
Joannes Epiſcopus Tirhanæ 439.
Joannes Epiſcopus Maru. 439.
Joannes filius Bochtjeſu, Epiſcopus Moſul. 440.
Joannes Epiſcopus Halavanæ. 442. 443. alter. 448. translatus ad Eccleſiam Gandiſapor. 449.
Joannes Epiſcopus Perſidis. 443.
Joannes Epiſcopus Koſræ & Naharvanæ. 449.
Joannes Epiſcopus Moſul. 450.
Joannes Epiſcopus Sarchaſæ. 450.
Joannes Epiſcopus Gandiſapor. 450.
Joannes Epiſcopus Hamdanæ. 450.
Joannes Epiſcopus Caſgar. 450.
Joannes Rahedus Epiſcopus Arabum. 452. 453.
Joannes Bar-Zugbi monachus Neſtorianus. 455.
Joannes Epiſcopus Maipherkin. 455.
Joannes Epiſcopus Camulæ. 455. 456.
Joannes Epiſcopus Adorbiganæ. 456.
Joannes Epiſcopus Suſæ. 456

Job Epiſcopus Zeugmæ. 351.
Jobus Joannes Epiſcopus Nuhadræ. 260.
Job Edeſſenus Philoſophus. 434.
Jonas Epiſcopus Nuhadræ. 111.
Jonas Abdalmagi monachus. 415.
Jonas Epiſcopus Telæ intruſus. 334.
Jonæ cœnobium in Moſul. 424. 439. Joannis dictum. ibid. in Arak. 400.
Jonas Epiſcopus Gulmargæ. 432.
Jonas Epiſcopus Haræ. 435.
Jonadab Epiſcopus Adjabenæ. 416.
Joſeph Judæus ſcriptor, an Chriſtianus. 165. 313.
Joſeph Patriarcha Alexandrinus. 347.
Joſeph Dionyſius Epiſcopus Amidæ. 384.
Joſeph Bar-Niſan Epiſcopus Damaſci & Emeſę. 385. Maphrianus, Cyrillus appellatus. 462.
Joſeph Patriarcha Jacobitarum. 325. 341.
Joſeph Dionyſius Epiſcopus Tabrizi. 254.
Joſeph Epiſcopus Maru apoſtata. 433.
Joſeph Jahiæ Septenſis filius. 311.
Joſeph Epiſcopus Amidæ. 332.
Joſeph Saher. 311.
Joſeph Patriarcha Chaldæorum. 413. ejus epiſtola. 368. Synodus & canones. 413.
Joſeph Huzita, doctor Scholæ Niſibenæ. 407. lectionem Edeſſenam in Neſtoriano-Chaldæam hodiernam immutavit. ibidem. ejus Tractatus de vocibus æquivocis laudatus à Bar-hebræo. 308.
Joſeph Maphrianus Jacobitarum. 434.
Joſeph Epiſcopus Bardaæ. 440.
Joſeph Epiſcopus Moſul. 453.
Joſeph Epiſcopus Baſoræ. 443.
Joſeph Gregorius Epiſcopus Gozartæ. 454.
Joſeph Epiſcopus Salmaſæ. 456.
Joſeph Bar-garib Metropolita, Scriptor. 464.
Joſeph Bar-Vahib. Vide Ignatius V.
Joſephi cœnobium Baladæ. 442.
Joſephi tres Patriarchæ Chaldæorum. 457.
Joſue diſcipulus Athanaſii Patriarchæ Jacobitarum. 143.
Joſue Pherſon Epiſcopus Tripolis. 377.
Joſue Labeo. Vide Michaël II. Patriarcha Jacobitarum.
Joſue monachus cœnobi S. Abraham. 216.
Joſue Ignatius Patriarcha Turabdini. Vide Ignatius II.
Joſue Invardenſis Patriarcha Turabdini. Vide Ignatius VI.
Joſue Patriarcha Jacobitarum. Vide Ignatius I
Joſue Abbas cœnobii Gavicathæ, Patriarcha Jacobitarum. Vide Ignatius III.
Joſue ex caſtro Kelat, Patriarcha Jacobitarum. Vide Ignatius XIII.
Joſue Epiſcopus Bagdadi. Vide Timotheus.
Joſue Severus Epiſcopus Adorbiganæ. 251.
Joſue Epiſcopus Sigaræ. 338. 339.
Joſue monachus ac Presbyter, filius Joannis, Calligraphus. 278. 299.
Joſue Athanaſius Epiſcopus Lacabenæ. 375.
Joſue Epiſcopus Caſcaræ. 443.
Joſue Bar-Nun, Patriarcha Chaldæorum. 434. ejus ſcripta. 435. Tractatus de vocibus Syriacis æquivocis laudatus à Barhebræo. 304.
Jozachus Epiſcopus Huzitarum. 429.
Iſa Abu-Ali, Ebn Zaraa. 311. 444.
Iſa Abu-Coraiſi. 315.
Iſa Epiſcopus Hieruſalem & totius Palæſtinæ. 385.
Iſa medicus. 432.
Iſaac Barai filius, vir conſularis, Amidenſis. 58.
S. Iſaac Syrus laudatus à Bar-hebræo. 158. & à Michaële Patriarcha. 310. ejus carmina. 183. 355. numerus ſermonum ejus atque S. Ephræmi. 303.
Iſaac Ninivita, cujus meminit Bar-hebræus. 306.
Iſaac ex Epiſcopo Haran, Patriarcha Jacobitarum. 111. 325. 338. 339.
Iſaac Junior Patriarcha Jacobitarum. 325.
Iſaac Epiſcopus Seleuciæ, Patriarcha Chaldæorum. 400. Synodus ejus. 401.
Iſaac Epiſcopus Arcæ. 353.
Iſaac filius Honaini medici, interpres librorum. 272. 316.
Iſaac Epiſcopus Niſibis. 420.
Iſaac Epiſcopus Suſæ. 422.
Iſaias Abbas citatus à Bar-hebræo. 306.
Iſidorus Epiſcopus Canſarenſis. 51.
Iſmaël Magedus, qui & Ignatius Joannes. Vide Ignatius VI. Patriarcha Jacobitarum.
Iſraël medicus. 432.
Iſraël Tiphurenſis. 438.
Iſraël Epiſcopus Caſcaræ. 439.
Iſraël Patriarcha Chaldæorum. 442.
Judæi à Juſtiniano Imperatore compreſſi. 89. à Phoca Imperatore coacti baptiſmum ſuſcipere. 102. Tiberiadenſium & Babyloniorum diſſidium. 346.
Julius Africanus. Vide Africanus.
Julii Papæ opera citata à Joanne Sarightha. 136. & à Bar-hebræo. 283. 295.
Julianiſtarum illegitima ordinatio. 87. Patriarcha. 342. errores. 296. quibus imbuti Armenii. 297.
Julianus I. Patriarcha Jacobitarum. 105. 325. 333. ſcribit librum adversùs Sergium Epiſcopum Edeſſæ ejuſque fratrem Joannem. 333.
Julianus II. cognomento Romanus, Patriarcha Jacobitarum. 337. 430.
Julianus Syncellus Jacobi Baradæi. 331.
Izla mons. 107. 327.

# K

Kaiuma. Vide Cajuma.
Kajura, ſeu Cyrus, doctor Hirtæ. 412.
Kalig. Vide Calig.
Kalliſura urbs. Vide Calliſura.
Kamjeſu Metropolita Jacobitarum in Oriente. 414. obit. 416.
Kamjeſu ſocius Achadabuæ. 396.
Kamjeſu Abbas. 420.
Kandæ Metropolita. Vide Samarkandæ.
Karæ cœnobium. 415.
Karamis caſtrum. 358.
Kardagus. Vide Cardagus.
Karkaphenſis verſio Scripturæ Syriaca. 283.
Katara. Vide Beth-Katara, & Catara.
Katraba Epiſcopatus. 458.
Kavima pagus. 228.
Kelat cœnobium. 221. Caſtrum. 325.

Ken-

Kenneſrin, ſeù Kennaſrin. Vide Canſara.
Kenneſrinenſe cœnobium. Vide Canſarenſe.
Kerda Epiſcopatus. Vide Bakerda.
Kogiak pagus. 228.
Kok, & Kokita. 323.
Koluk pagus. 228.
Kona. Vide Dair-Kona.
Koſra urbs Epiſcopalis. 449. 459. pagus. 228.
Koſur pagus. 228.
Koſta. Vide Conſtans Lucæ filius.

# L

LACABENA urbs circa Melitinam. 246. 260.
Lahaka urbs. 256.
Laſciuma. Vide Loſciuma.
Lazari cœnobium. 110. 353.
Lazarus Barſabta, qui & Philoxenus, Epiſcopus Bagdad, Eleazarus & Baſilius appellatus. 123. alius à nepote Xenajæ. 327. circa ejus ætatem hallucinatur auctor Catalogi Anaphorarum, & Edeneuſis. 124. depoſitus à Dionyſio I. Patriarcha. 346. ejus liber de officiis Eccleſiaſticis. 124. Anaphora. ibidem. ejus meminit Barhebræus. 306.
Lazarus Stylita, Maphrianus Jacobitarum, qui & Baſilius II. 437.
Lazarus Ignatius Maphrianus. Vide Ignatius.
Lazarus Patriarcha. Vide Dionyſius V.
Lazarus Epiſcopus Anazarbæ. 351.
Lazarus Epiſcopus Gubæ. 375.
Lazarus monachus ac Preſbyter. 236.
Ledan & Suſa, Epiſcopatus. 459.
Lehepha pagus. 228.
Leo Epiſcopus Haran. 95. 96.
Leo Rex Armenorum. 368. 370. alter filius Aytoni. 381.
Lepheph mons. Vide Elpheph.
Libanus mons. 320.
Licinii monaſterium. 83.
Liſus citatus à Bar-hebræo. 302.
Lithoproſopos, ſeù facies ſaxi, promontorium in Phœnicia. 89.
Liturgia. Vide Euchariſtia.
Loſciuma urbs, eadem ac Dokuka. 415. 432. 459.
Lucas Epiſcopus Moſul. 442.

# M

MAADAN regio. 224. 230. 242.
Maadæ monaſterium. 110.
Maaddeni Arabes. 115.
Maalta urbs Epiſcopalis. 419.
Maanes Epiſcopus Seleuciæ, Patriarcha Chaldæorum. 401. depoſitus propter hæreſim Neſtorianorum. 402.
Maanes Abgari filius, Rex Edeſſæ. 394.
Maarræ Epiſcopatus conjunctus Niſibi. 460. Vide Moarra.
Mabug urbs, quæ & Manbeg, & Hierapolis. 22. 209. 260. alia à Germanicia. 23. 91. 334.
Mabugenſis Synodus in Eccleſia S. Thomæ. 111. 340
Macarii, Ægyptius, & Alexandrinus, quorum opera laudat Bar-hebræus. 306.
Macarius Epiſcopus Mempheos. 139. 143.
Machicha Patriarcha Chaldæorum. 249.
Machicha Epiſcopus Tirhanæ, & Moſul, deinde Patriarcha Chaldæorum. 447. 448.
Machicha alter, Patriarcha Chaldæorum. 455.
Macinus. Vide Elmacinus.
Macronæ cœnobium. 361. 362. 371.
Magdalorum cœnobium. 78.
Magdalenæ cœnobium. 363. 371.
Magedus Iſmael. Vide Ignatius VI.
Mahadius Abdallæ filius Chalipha. 116. 432.
Mahargan-Kadak Epiſcopatus. 459.
Mahometus pſeudopropheta. 102. 418. 470.
Mahometani ſcriptores. 311. 317.
Mahubus filius Manſuri hiſtoricus. 149.
Mahuza urbs & regio. 378. 410.
Maipheracta, ſeù Maipherkin, urbs. 107. & alibi frequenter.
Maiſana urbs. 397.
Malatia urbs. Vide Melitina. Epiſcopatus Neſtorianorum. 459.
Malchus Epiſcopus Maipheractæ. 382.
Malchi cœnobium. 335.
Malechjeſu Abbas. 420.
Malechjeſu Epiſcopus Nuhadræ. 456.
Mamon Chalipha. 345. 346.
Manaem pagus regionis Turabdinenſis. 236. 384. 385. Beth-Manem dictus, Haitamæ pagus. 385.
Manangerda oppidum. 299. 378.
*Manbegæ, ſeù Mabugi Epiſcopatus.* 459.
*Mangalona filia Regis Tartarorum.* 258.
*Manichæi in urbe Haran deprehenſi.* 112.
*Manſur caſtrum.* 231. 354. 356.
*Manſoris cœnobium in urbe Ninive.* 415.
Maphrianus, ſeù Primas *Orientis: dignitas* apud Jacobitas Syros. 215. Patriarcham inconſulto Maphriano creari non licet, & viceverſa. 259. 380. 383. 447. 419. 421. Canones Synodi Caphartutæ hac de re. 437. Diœceſes Maphriano additæ. 357. 362 ſubjectæ. 419. Maphriani in Patriarcham creari ſoliti. 466. Series Maphrianorum. 414. Maphrianus novus quo ritu à ſuis ſubditis excipitur. 451.
Maras, qui & Mareas, Epiſcopus Amidæ. 48. Maras alter ejuſdem urbis Epiſcopus. ibid.
Maras Epiſcopus Amidæ Monophyſita. 48. ob hæreſim ſede pulſus. 51. ejus ſcripta. 52. 61. 169.
Maraba I. ſeù Aba, Patriarcha Chaldæorum. 411. ejus ſcripta & conſtitutiones. 412.
Maraba II. Patriarcha Chaldæorum. 431.
Maraba Archidiaconus. 416.
Marabochtus, ſeù Karabochtus, Patriarcha Chaldæorum. 403. depoſitus. ibid.
Maraga urbs provinciæ Adorbiganæ. 253. 263. 264. 266. 268. 313.
Maraname Epiſcopus Naphatæ. 443.
Maraname Epiſcopus Beth-Daronæ. 455.
Maraname Epiſcopus Beth-Dial. 456.
Maraname Epiſcopus Gandiſapor. 456.
S. Marci Liturgia citata à Georgio Patriarcha Jacobitarum. 341.
Marcus Abbas, cujus meminit Bar-hebræus. 306.
Marcus Konbari filius. 326.

Marcus Zaraæ filius, Patriarcha Alexandrinus. 155. 367.
Marcus diſcipulus Athanaſii Patriarchæ Jacobitarum. 143.
Marcus Epiſcopus Behenſium. 143.
Marcus Epiſcopus Raiæ. 440.
Marcus Epiſcopus Baſſoræ. 448.
Marcus Abbas cœnobii Bared. Vide Dionyſius VI
Marcianus Baſilius. Vide Baſilius.
Marcianus monachus Monophyſita. 56.
Mardas præfectus Meſopotamiæ. 105.
Marde urbs. 110. 154. deſolata 223. Sedes Patriarchæ Jacobitarum. 210. geſta in ea regione. 470. 471.
Mares S. Adæi diſcipulus, primus Seleuciæ & Cteſiphontis Epiſcopus. 394. ejus cœnobium, dictum Dair-kena. 450. Schola. 442. 447.
Mares, ſeu Cares, Epiſcopus Sigaræ. 327. 411.
Mares Bar-Tobi, Patriarcha Chaldæorum. 443.
Mareme Patriarcha Chaldæorum. 420.
Marga urbs. 115.
Marhas urbs, quæ & Germanicia. 91. 209. 443.
S. Mariæ cœnobium in Beth-Tabitha. 221. Eccleſia Bagdadi. 254. cœnobium apud Sidum pagum. 299. Jejunium Aſſumptionis. 304. Eccleſia Siſide in Cilicia. 375. Eccleſia in Ædibus Romæorum Bagdadi. 440.
S. Mariæ Magdalenæ capilli in cœnobio Scetenſi. 64. Cœnobium. Vide Magdalenæ.
Maria Palæologina. Vide Bina-Catona.
Maria Huzita. 439.
Marinus Apamcenſis. 59. Maximus appellatus. ibid.
Marmadit Epiſcopatus. 460.
Maro. Vide Joannes Maro.
Maronitæ à Jacobitis perperàm reprehenſi. 204. Monotheliſmi accuſati. 291. & Monophyſiſmi. 278. Ad Maronitas profugit Epiſcopus Jacobita, olim apoſtata. 364.
Martyres XL. Vide Quadraginta.
Maru urbs Epiſcopalis. 409. 458. 459.
S. Maruthas Epiſcopus Tagritenſis. 401.
Maruthas Epiſcopus Tagritenſis, Maphrianus Jacobitarum. 334. ejus vita. 416. 418. obitus. 420.
Maſalmas Dux, obſidet Byzantium. 105. Neocæſaream, & Cæſaream occupat. 106. Turcos repellit. ibid.
Maſius fluvius. 110
Maſerjavajus interpres librorum. 311.
Maskok pagus. 228.
Maſiſta colis. 108.
Maſud Sanachenſis Patriarcha. Vide Ignatius Maſud.
Maſvia. Vide Joannes Meſve.
Matotha oppidum. 422.
S. Matthæi Evangelium in Cypro repertum. 81.
S. Matthæi cœnobium apud Moſul. 114. 232. 237. 251. 253. 255. 262. 263. à Curdis direptum. 462. ejus loci Metropolitæ privilegium. 419. Cuchtæ appellatum. 403. ejus monachi à Barſuma Niſibeno interfecti. 344. Matthæani cœnobitæ cum Tagritenſibus contendunt. 342. 347. Canones condunt. 408.
Matthæus Abbas cœnobii S. Matthæi. 452.
Matthæus Epiſcopus Alepi. 103. 335.
Matthæus Annæ filius Maphrianus. 383. 460. Vide Gregorius.
Matthæus Ebn-Junes, dialecticus. 311.
Matthæus Baſilius Epiſcopus Bagdad. 453.
Matthæus Epiſcopus Daſenæ. 456.
Maudiana Epiſcopus Mardæ. 368.
Mavias Chalipha. 103. 104. 470.
Maurophori Perſæ. 108.
Medi populi. 113.
Melchitæ Jacobitis infenſi. 64. Monotheliſmi ab iiſdem accuſati. 291. 177.
Melchiſedech Maphrianus Jacobitarum. 437.
Melechjeſu. Vide Malechjeſu.
Melich præpoſitus Melitinæ. 106.
Melitina, ſeu Melitene urbs. 109. ab Abdalla inſtauratur. 112. Syris Jacobitis frequens. 149. ſeptem urbes Epiſcopales Jacobitarum, quæ circa Melitinam ſunt. 260. ejus Eccleſia. 351. Curſoris nuncupata. 352. S. Georgii Eccleſia. 357.
Mennas Epiſcopus Amidæ. 231. 232. 369. 370.
S. Mercurii Eccleſia in urbe Cairo. 145.
Meruanus Chalipha. 104.
Meruanus præfectus Armeniæ. 106.
Meruanus ex Turcorum terra egreſſus Syriam depopulatur. 107.
Meſra. Vide Cairum.
Methodius, cujus meminit Bar-hebræus. 295. 313. Methodii opera quæ citat Darenſis. 120.
S. Michaëlis cœnobium Arbelæ. 456.
Michaël Rifius Patriarcha Maronitarum. 9.
Michaël I. cognomento Magnus, Patriarcha Jacobitarum. 154. olim Abbas cœnobii Barſumæ. 362. ejus geſta. 363. Confeſſionis ſacramentum propugnat adverſùs Coptos. 369. Schiſma ipſum inter & Bar-Vehebun. 213. 214. 368. ejus obitus. 369. ſcripta. 155. 210. hiſtoria. 215. Codex Scripturæ ab eo exaratus. 283. Canones ab eo conditi. 302. Carmen metro S. Balæi. 452.
Michaël II. qui & Joſue Labeo, Patriarcha Jacobitarum, Michaëlis I. nepos. 215. 230. 369. obit. 231. 232. 370. ejus Anaphora. 232.
Michaël I. qui & Barſuma, Patriarcha Siſidis. 382. Vide Ignatius.
Michaël II. Patriarcha Siſidis. 382.
Michaël Patriarcha Alexandriæ. 110.
Michaël Epiſcopus Damiatæ. 155.
Michaël Epiſcopus Taneos. 149.
Michaël Cardus, Abbas cœnobii Barſumæ. 234. 369. 370.
Michaël Epiſcopus Huzitarum. 436.
Michaël Mochies Epiſcopus Beth-Raman. 255.
Michaël, Gabræ, ſeu Gabrielis filius, medicus. 378.
Millenariorum errorem tuetur Barſudaili. 32.
Milleſius Epiſcopus Zuabiæ. 431.
Miſſa. Vide Euchariſtia.
Moallaka Eccleſia Cairi. 154.
Moallaka cœnobium in Arabia. 452. 460.
Moarra urbs. 320 Vide Maarra.
Mobadra urbs. Vide Seered.

Mo-

Mochimus. Vide Mokimus.
Mocnles Epiſcopus Bethraman. Vide Micnaël.
Modaina. Vide Seleucia.
Moa.k cœnobium. 234. 369. 371.
Mogadeales populi. 247. 257. eorum Reges. 456.
Mo addab filius Habal. 318.
Mohammad pſeudopropheta. Vide Mahometus.
Mohammad Ebn-Jahia Al-Buzjani. 311.
Mohammad Ebn-Muſa. 311.
Mohammad, Achmed, & Haſan, filii Sciacher. 311.
Mohammad Ebn-Giaber. 311. Vide Albategnius.
Mohammad Abulrihan Birunenſis. 311.
Mohammad-Razes. Vide Razes.
Mohammad, Kara. 471.
Mokan. Vide Mukan.
Mokimus monachus magiſter Joannis Maronis. 264.
Monderus Arethæ filius, Rex Arabum. 331.
Monophyſitæ. Ejus ſectæ apud Syros auctor Barſuma. 3. propagator Xenajas. 13. & Jacobus Baradæus. 63. in quo ſtet eorum error circa Incarnationem. 24. 96. Convocantur Conſtantinopoli ſub Juſtiniano. 89. Severiani dicti. ibid. Julianiſtis inſenſi. 87. Vide Jacobitæ.
Montagebus Melitinæ dominus. 370.
Montani oſſa effoſſa. 88.
Mopſveſtiæ Epiſcopus Neſtorianus. 459.
Moriba caſtrum. 349.
Moſes. Vide Moyſes.
Moſtaſemus Chalipha. 471.
Moſul urbs. 110. 209. 215. 242. Epiſcopatus Neſtorianorum. 458 459.
Moſulmani, ideſt, Mahometo credentes. 109.
Moyſes Dionyſius Maphrianus. Vide Dionyſius.
Moyſes Barcepha, Severus appellatus. 127. ejus vita. 218. 349. 440. ſcripta. 128. 219. error circa Paradiſum terreſtrem. 130. citatus à Barſalibæo. 158. 159. 189. 197. à Jacobo Tagritenſi. 239. à Bar-hebræo. 287. 295. ejus commentaria in Scripturam. 303.
Moyſes patruus Barcephæ. 219.
Moyſes Ebn-Ataſcia, Presbyter Jacobita. 9. 244.
Moyſes Turabdinenſis. 163.
Moyſes monachus cœnobii Tarmel. 61. 62.
Moyſes Aghelæus Glaphyra S. Cyrilli *Syriacè* reddit. 82. ejus epiſtola ad Paphnutium. ibid.
Moyſes pſeudo-epiſcopus Julianiſta. 87.
Moyſes Syrus pſeudopropheta. 106.
Moyſes Mardenus cum Barcepha confunditur à Binio. 128.
Moyſes Niſibenus, Abbas cœnobi Scetenſis. 118.
Moyſes Muſaabi Vicarius in Moſul, in Chriſtianos deſævit. 114. 115.
Moyſes Epiſcopus Heſnæ. 353.
Moyſes Joannes Epiſcopus Sigaræ. 255.
Moyſes Maimonides Judæus. 311.
Moyſes Epiſcopus Carchæ. 412.
Moyſes medicus Niſibenus. 413.
Moyſes Epiſcopus Ninives. 420.
Moyſes Epiſcopus Adramæ. 449.
Moyſes Epiſcopus Arbelæ. 456.
Mukan urbs. 256.

# N

NAAMANES Arabum Chriſtianorum Rex. 415.
Naamania urbs Epiſcopalis. 446. 449. conjuncta Nilo & Badrajæ. ibid.
Naarda. Vide Nuhadra.
Nabach pagus. 244.
Nadiſolnaphſius librorum interpres. 311.
Nagran urbs. 395.
Naharalmara Epiſcopatus. 459.
Naharvana Epiſcopatus. 449.
Nahavand Epiſcopatus. 460.
Naironi hallucinatio circa ætatem Barſalibæi. 156.
Naphara Epiſcopatus. 443 459.
Narde cœnobium. 416.
Narſes doctor Neſtorianus. 295. ejus rixa cum Barſuma. 406. carmen. 407.
Narſes Patriarcha Chaldæorum illegitimus. 409.
Narſes, ſeù Nierſes, Patriarcha Armenorum. 364. 365.
Narſes Epiſcopus Anbaræ. 412.
Narſes Epiſcopus Senæ. 256.
Narſes Epiſcopus Tirhanæ. 453.
Naſerus Rex Damaſci. 377.
Naſicha diſcipulus Barcephæ. Vide Barnaſicha.
Naſir Tauſenſis. 311. 318.
Natapha Epiſcopatus. 382.
Nataphæ cœnobium. 222. Bibliotheca ibi condita ab Anania Epiſcopo Mardæ. 223. haud procul ab urbe Marde. 460.
Nativitatis Domini Jejunium. 304. epocha. 470.
Nazaria pagus regionis Cuphæ. 319.
Nazaræorum ſectæ origo & hiſtoria. 318.
Nearda, ſeù Neardea. Vide Nuhadra.
Necaimus Dux. 107.
Negemus Naxivanenſis. 375.
Negemaddinus Nahagevinenſis. 311.
Negemaddinus Kazuinenſis. 311.
Negemaddinus Mardæ dominus. 470.
Nehemes. Vide Nemetalla.
Nemeſius, cujus opera laudat Barcepha. 129.
Nemetalla, ſeù Nehemes. Vide Ignatius Patriarcha.
Nemrod Patriarcha Jacobitarum. Vide Philoxenus.
Neſtorii hæreſiarchæ epiſtola. 40. interitus. 55. ſepulchrum. 315.
Neſtorius Epiſcopus Bethgarmæ. 443.
Neſtoriani. Vide Chaldæi.
Nicephorus Phocas Imperator. 132.
Nicephorus Epiſcopus Melitinæ Græcorum. 353.
Nicolai liber Syriacè de ſumma Philoſophiæ Ariſtotelicæ. 310.
Niger mons Antiochiæ. 350. 352.
Nigri & Albi: Perſæ ſcilicet & Arabes. 108. 109.
Nilus Epiſcopatus conjunctus Naamaniæ & Badrajæ. 449.
Ninive urbs. 253. 459. & alibi paſſim.

Niniviticum Jejunium. 304. 305. 413. 426. 427.
Niphara. Vide Naphara.
Niſibis Epiſcopatus. 458. 459.
Noë Bacuphenſis, Libaniota. 9. Epiſcopus Emeſæ. 462. Maphrianus Jacobitarum. 462. deinde Patriarcha. 468. Vide Ignatius XII.
Nonnus Epiſcopus Amidæ. 48. in exilium pulſus. 49. obit. 51. ex Seleucia in eam Sedem translatus. 49.
Nonnus Epiſcopus Cereſinæ Monophyſita. 89.
Nuachetæ & Chaſemgaræ Metropolita. 458.
Nubæ Monophyſiſmo infecti. 329. eorum Rex. 347.
Nuhadra, quæ & Naarda, Nearda & Neardea urbs. 111. 249. 459.

# O

OCBARA urbs Epiſcopalis. 439. 440. 449. 459.
Occidentis nomine quid intelligant Syri. 252. 259. 305. 313. 396.
Omarus Calipha. 102. 470. alter. 105.
Omara ager. 228.
Ommiadæ Chaliphæ. 470.
Oph dux Arabum. 109.
Ordinatio illegitima Julianiſtarum. 86. & Maphriani Jacobitarum. 461.
Oreſtes Presbyter Edeſſenus. 30.
Origenis opera citata à Barſalibæo. 158. à Barhebræo. 302. Pentapla & Hexapla. 283.
Origeniſtarum errores in Syria & Palæſtina. 33.
Orientis nomine quid intelligant Syri. 252. 259. 305. 313. 396.
Orientis Patriarchæ, Catholici, ſeu Maphriani. 387.
Ormia. Vide Urmia.
Orba urbs Adorbiganæ. 350.
Othmanus Chalipha. 103. 470.

# P

PALLADIUS Patriarcha Antiochiæ. 13.
Palladii Paradiſus, ſeu Hiſtoria Lauſiaca. 303. 306.
Palutianus Abbas cœnobii Pheſchinenſis. 359.
Papas Lapethenſis. 11.
Papas Epiſcopus Seleuciæ & Cteſiphontis. 397. 398.
Paphnutius Diaconus. 58.
Paphnutii epiſtola ad Moyſen Aghelæum. 82.
Paradiſus. error Barcephæ circa Paradiſum terreſtrem. 130. Barſalibæi. 165. & Barhebræi. 294.
Paſcha Diſſidium de Paſchate. 88. 111. 369.
Patriarchæ Orientis. 387. eorum ſeries à S. Thoma deinceps. ibid. Catholici & Maphriani dicti. ibid. quis primus Patriarcha, & quando hanc dignitatem obtinuit. 396. in duos diviſi, quorum alter Neſtorianis, alter Jacobitis præfuit, 414. Vide Maphrianus. Patriarchæ Neſtorianorum, ſeu Chaldæorum tres. 457. Epiſcopatus ſubjecti Patriarchæ Orientis, idest Chaldæorum. 458. Epiſcopatus ſubjecti Maphriano Jacobitarum. 419.
Patriarchæ Jacobitarum ex Barhebræo. 321. ex Barſalibæo. 323. ex diptychis ejuſdem ſectæ. 325.
Patricius Edeſſenus. 46.
Patricius Armeniæ dux. 115.
Paulus Epiſcopus Anbaræ. 431.
Paulus Patriarcha Antiochiæ, an Eutychianus. 43. 50.
Paulus Perſa Scriptor. 414.
Paulus Epiſcopus Gandiſapor. 327.
Paulus Patriarcha Antiochiæ Monophyſita. 69. 90 102. Beth-Uchame, ſeu niger appellatus. 331. ejus obitus. 332.
Paulus Æginetа medicus, cujus opera Honainus tranſtulit. 311.
Paulus Maphrianus Jacobitarum. 430.
Paulus Epiſcopus Huzitarum. 409.
Paulus Epiſcopus Callinici monophyſita. 46. Sede ſua ob hæreſim pulſus. ibid. libros Severi in Syrorum linguam convertit. ib.
Paulus Telæ ſeu Conſtantinæ Epiſcopus Teſtamentum Vetus Syriacum fecit. 48.
Paulus Epiſcopus Edeſſæ, an is qui librorum interpres appellatur. 47.
Paulus Epiſcopus Tagrit. 111. 114. 115.
Paulus Patriarcha Chaldæorum. 411.
Pelozonium caſtrum, Ferreum dictum. 106.
Perſæ pugnant cum Arabibus. 108. 110. Maurophori appellati. 108. Syriam vaſtant. 110. civile bellum inter ipſos ortum. ibid. Perſarum regni initium ex Barhebræo. 318. Perſidis metropolita Neſtorianus. 458. 460. ejus privilegium. 433. Perſarum Synodus. 302. Schola Edeſſæ. 402. inde ejecti. ibid.
Peſtis ſub Juſtiniano Imp. 85.
S. Petri Apoſtolorum Principis Reliquiæ. 368. SS. Petri & Pauli Jejunium. 304.
Petri Alexandrini opus citatum à Barſalibæo. 158.
Petrus Cnapheus ſeu Fullo, Patriarcha Antiochiæ, in appendice ad Triſagium quos errores occultabat. 13. 36. ejus ſermo. 80.
Petrus Junior, Callinicenſis, Patriarcha Antiochiæ. 69 332. ejus obitus. 77. 102. controverſia cum Damiano Alexandrino de Trinitatis myſterio. 70. 332. in qua Damianus, non Petrus erravit. 71. Alia ejuſdem controverſia de Incarnatione cum Probo, Joanne & Stephano. 71. 332. Anaphora. 77. Liber adversus Damianum. ibid.
Petrus Epiſcopus Rheſinæ. 327.
Petrus Epiſcopus Haran. 352.
Petrus Epiſcopus ab Joanne Alexandrino legatus ad Michaëlem Antiochenum. 368.
Petrus Iberus Epiſcopus Gazæ. 56. 439. an Majumæ. ibid.
Petrus Epiſcopus Theodoſiopolis. 89.
Phaghimtæ cœnobium. 335.
Phalek metropolita. Vide Chan-Balek.
Pharaades Perſa Scriptor. 378.
Phares cœnobium. 354.
Pharucus calligraphus. 227. 229.
Phaſiltæ cœnobium. 62. 327.
Phaſphaſat locus ditionis Maipheractæ. 109.
Pheraa Epiſcopus Haſſaſinitarum. 440.
Pherozes Perſarum Rex. 403. obit. 407.
Pherozabad pagus. 415.

Phcrozes-Sapor urbs. 419. eadem ac Anbara. 459.
Pheſchinenſe cœnobium. 359 360.
S. Phetion martyr. 403. ejus cœnobium Bagdadi, ubi Sedes Patriarchæ Chaldæorum. 433. 435.
Phetion Patriarcha Chaldæorum. 430.
Phetion Presbyter Patriarchatum ambit. 442.
Philagrius medicus Syrus. 315.
Philemonis Phyſiognomi liber Syriace. 310.
Philothei Patriarchæ Alexandrini Synodica ad Athanaſium Antiochenum. 141.
Philoxenus Mabugenſis. Epiſcopus Hierapolis Vide Xenajas.
Philoxenus, Lazarus Epiſcopus Bagdad. Vide Lazarus Barſabta.
Philoxenus Epiſcopus Dulichii ex monophyſita orthodoxus. 89.
Philoxenus Epiſcopus Seered. 382.
Philoxenus Epiſcopus Damaſci, deinde Patriarcha Jacobitarum in Syria, Baſilius appellatus. 383. 385.
Philoxenus ex Epiſcopo Damaſci, Patriarcha Jacobitarum, in Cilicia. 384.
Philoxenus Epiſcopus Niſibis. 345. 434.
Philoxenus Epiſcopus Adorbiganæ, apoſtata. 442.
Philoxenus Azizus Barſabta, Patriarcha. Vide Azizus.
Philoxenus Cuma Patriarcha. Vide Ignatius.
Philoxenus Ignatius Patriarcha. 259.
Philoxenus Nemrod Patriarcha. 361. Vide Ignatius.
Phis cœnobium. 109.
Pilatus Patriarcha Jacobitarum. 325.
Platonis opera apud Syros. 315.
Pocockius Eduardus Barhebræum cum Abulpharagio Abdalla Benattibo confundit. 309. malè reprehenſus à Renaudotio. 310.
Polycarpus Chorepiſcopus Pſalterium & novum Teſtamentum rogatu Xenajæ Syriacè reddit. 83.
Pœnitentia. Vide Confeſſionis Sacramentum.
Porphyrii opera Syriacè reddita. 310. non Siculus, ſed Tyrius. 395.
Presbyteri Epiſcopum ordinare nequeunt. 88.
Primates Orientis. Vide Patriarchæ.
Probus cum Petro Antiocheno contendit. 72. 96. fit Epiſcopus Chalcedonenſis. 77.
Procopius Epiſcopus Epheſi Julianiſta. 86.
S. Procli Epiſtola ad Armenios. 295.
Procli medici opera Syriacè reddita. 307.
Pſalterium è Græco Syriacè redditum à Polycarpo Chorepiſcopo. 83. & à Simeone Abbate. ibid.
Ptolemæi opera Syriacè reddita. 315.

# Q

QUADRAGESIMALE Jejunium. 304.
Quadraginta martyrum Eccleſia Edeſſæ. 345. Amidæ. 57. in cœnobio Melitinæ. 284. 350.

# R

RABULÆ Edeſſeni Canones. 182. 302.
Radanum urbs epiſcopalis. 394. 459.
Ragam urbs. 2.
Raja metropolis. 440. 458. 459.
Rama vicus. 11.
Ramatua urbs. 139.
Ramjeſu doctor. 412.
Razes Mohammad. 311.
Razes Fachreddinus. 318.
Razich. Vide Beth-Razich.
Reliquiæ Sanctorum. 61. 262. 350. 368.
Renaudotius Euſebius Proterium Alexandrinum à Barſuma interfectum perperàm ſcribit. 6. Catechiſmum Jacobitarum à Maronitis confictum ſuſpicatur 69. Thomam Heracleenſem ignorat. 94. injuriâ Maſium traducit. 128. jure Margarinum Binium reprehendit. ibid. hallucinatur circa Liturgiam Syriacam. 185. 186. 206. vanus ejus labor in excuſandis Orientalibus circa invocationem Spiritus Sancti 200. Eccleſiaſticæ Syrorum hiſtoriæ ignarus. 236. 321. Abbreviatorem Liturgiæ S. Jacobi exiſtimat eſſe Gregorium Epiſcopum Hieruſalem, quum ſit Gregorius Barhebræus. 275. Pocockium immeritò reprehendit. 310. Dubitat de tempore quo Nubæ Æthiopeſque monophyſiſmo infecti ſunt. 331. Ignarus controverſiæ inter Petrum Antiochenum & Damianum Alexandrinum. 333. hallucinatur circa translationem Epiſcoporum. 337. fallitur. 338. 339. 343. 347. 348. 351. 395.
Reſcalla dux Libani. 9.
Reſchipha urbs. 339. 349.
Reſe urbs. 115.
Reſnat cœnobium in Taiſapha. 110.
Rheſina urbs. 223.
Rheſinenſis Synodus. 335.
Roabanum urbs. 209 362.
Rocnaddinus Melitinæ dominus. 370.
Romæ expugnatio ſub Totila. 62.
Romanus monachus monophyſita. 56.
Romanus Imperator. 353.
Romanus Patriarcha Jacobitarum. Vide Theodoſius.
Romanus Pontifex. An Patriarchæ Chaldæorum ab eo ordinati. 397.
Romæorum Edes Bagdadi. Vide Ædes.
Roſemil, & Roſmil, pagus. 221. 228.
Roſtaka Epiſcopatus. 456.
Roſtamus Epiſcopus Honitæ. 433.
Rubel diſcipulus Joannis Patriarchæ. 234.

# S

SAADOST, Sadoch, ſeù Jeſudoſt, Epiſcopus Seleuciæ & martyr. 399.
Saba Baſilius Salachenſis. Vide Baſilius.
Saba Patriarcha Turabdinenſium. 386.
Saba Epiſcopus Nataphæ. 382.
Saba Epiſcopus Amidæ. 48. alter. 48. 98. 107.
Saba Matthæus Maphrianus. Vide Matthæus.
Sababarech. 361. Vide Sibabarcha.

Sabarjeſu Presbyter in regione Sinarum. 256.
Sabarjeſu Epiſcopus Laſciumæ. 415.
Sabarjeſu Patriarcha Chaldæorum. 415. carmen de ejus geſtis. ibid.
Sabarjeſu alter Patriarcha Chaldæorum, dictus Ananjeſu. 435.
Sabarjeſu Kokenſis Abbas. 418.
Sabarjeſu Epiſcopus Bethgarmæ. 427.
Sabarjeſu, cognomento Zanbur, Patriarcha Chaldæorum. 447. alter cognomento filius Meſſiæ. 453.
Sabarjeſu Epiſcopus Niſibis. 430. alter. 449.
Sabarjeſu fundator cœnobii Vaſetæ. 431. 442.
Sabarjeſu Epiſcopus Senæ. 439.
Sabarjeſu Epiſcopus Gandiſapor. 443.
Sabarjeſu Epiſcopus Buazichæ. 443.
Sabarjeſu Epiſcopus Ocbaræ. 449.
Sabarjeſu Epiſcopus Caſcaræ & Vaſetæ. 449. 450.
Sabarjeſu Epiſcopus Bagas, 449.
Sabarjeſu Epiſcopus Caſgar. 450.
Sabarjeſu Eccleſia Bagdadi, 450.
Sabarjeſu Epiſcopus Dokukæ. 453.
Sabinus Epiſcopus Telæ 114.
Sacha locus in Ægypto. 321.
Saed Thomæ filius. 311.
Sahaduna Epiſcopus Ariunæ. 418.
Sahada Epiſcopus S. Matthæi. 414.
Sahed filius Hebatollæ. 311.
Saidi cœnobium in Moſul. 415.
Saidus princeps Nagranenſium. 418.
Saidus Barſabuni. Vide Joannes.
Saidus Diaconus & medicus diſcipulus Barhebræi. 265.
Saimia pagus. 221. 226.
Sajus mons. 109. 110. 127. 219.
Salacha urbs. 115. 382.
Saliba Abbas Cuphlidæ. 371.
Salgiukenſes Reges. 470.
Saliba Arabs Barſila, Abbas Cartaminenſis. 385.
Saliba Carigara, Presbyter Jacobita, 208. 361. obit. 362.
Saliba Vagius filius Jacobi. Vide Ignatius, & Baſilius.
Saliba archimandrita. Vide Athanaſius Patriarcha.
Saliba-Zacha Patriarcha Chaldæorum. 430.
Saliba-Zacha Epiſcopus Tirhanæ. 432.
Saliba Epiſcopus cœnobii S. Matthæi. 453.
Saliba Dionyſius Maphrianus. Vide Dionyſius.
Saliba-Zacha Epiſcopus Chalatæ. 456.
Saliba-Zacha Epiſcopus Beth-Daronæ. 456.
Salich filius Sabichi, Dux. 110.
Salmaſa Epiſcopatus. 456.
Salomonis Dolichæ cœnobium. 350.
Salomon Diaconus Athanaſii Patriarchæ. 142.
Salomon monachus Alepi. 342. alter monophyſita. 56.
Salomon Epiſcopus Baſſoræ, auctor Catalogi Patriarcharum Chaldæorum. 387. 453.
Salomon Epiſcopus Hadathæ. 433.
Salomon Epiſcopus Perſidis. 443.
Samaritani à Juſtiniano Imp. coerciti. 89.
Samaritana verſio. 283.
Samarkanda, & Kanda, metropolis. 458. 460.
Samitiæ cœnobium apud Telbeſme. 228.
Samoſata urbs. 110.
Samuel Petrus Syrus ex Rheſina. 328.
Samuel Epiſcopus Amidæ intruſus. 334.
Samuel Epiſcopus Caſcaræ. 409.
Samuel diſcipulus Barſumæ. 296.
Samuel Judæ filius, Andaluſius medicus. 311.
Samuel monachus cœnobii Cataræ. 58.
Samuel Maphrianus Jacobitarum. 416.
Sandalia urbs Arabiæ. 339.
Sanuthius Patr. *Alex. Synodicas ſcribit* ad *Dionyſium Antioch.* 152.
Saphius Barſuma. Vide Barſuma Barhebræus.
Saphyli cœnobium. 348. 349. 370.
Sapores monachus. 415.
Saporis cœnobium in regione Huzitarum. 422.
Sapor, ſeù Niſapor Epiſcopatus. 460.
Saraceni. Vide Arabes.
Saraga urbs. 256.
Sarbelius Maphrianus Jacobitarum. 434.
Sarchata urbs Epiſcopalis. 450.
Sarepta urbs Phœniciæ. 89.
Sarſara fluvius. 400.
Sarug, ſeù Batnæ, urbs Meſopotamiæ. 103. 104. 321. Sarugenſis Synodus. 112.
Saura urbs Epiſcopalis conjuncta Amidæ. 385.
Sbaniræ Eccleſia Cteſiphonte. 409.
Sceteníe cœnobium. 64. 78. 118. 143. 335. Deiparæ nuncupatum. 236. beneficia ab Ignatio XI. Patriarcha ei collata. 386.
Sciaaba caſtrum. 221. 228.
Sciaadoſt. Vide Saadoſt.
Sciaadoſt Epiſcopus Tirhanæ. 431.
Sciaakerda urbs. 412.
Sciachlupha Epiſcopus Seleuciæ. 397.
Sciahab Patriarcha. Vide Ignatius VII.
Sciaharkadta Epiſcopatus. 459.
Sciaharzul urbs Epiſcopalis. 419.
Scialaz pagus. 342.
Sciraz Epiſcopatus. 460.
Sciubchalmaranus Epiſcopus Caſcaræ. 412.
Sciubchalmaran monachus. 422.
Sciurzak pagus. 416.
Secred, ſeù Mobadra urbs. 382. 462.
Segeſtanæ Epiſcopus Jacobita. 420. cœnobium Neſtorianorum. 430. *metropolis* Neſtorianorum. 458. 459.
Seleucia urbs 394. ubi Sedes Patriarchæ Orientis. 395.
Seleucidarum epocha. 313.
Seleuciæ S. Thomæ cœnobium. 46.
Semaha, ſeù Semcha, urbs circa Melitinam. 234. 260. 350.
Sena urbs, aliàs Scena & Cardaliabed. 154. 256. 439. 459.
Senan ebn Thabeth Sabæus 311.
Sendria pagus. 228.
Senin cœnobium. 110.
Senuneníe cœnobium apud Edeſſam. 38. 45.
Serapionis medici opera Syriacè. 307.
SS. Sergii & Bacchi Eccleſia Tagriti. 218. 219. 255. 284. 349. 350. 371. 422. Eccleſia Cairi. 154. Reliquiæ. 350.
S. Sergii cœnobium, Moalaka dictum. 127. 460.
Sergius Zachonius Epiſcopus. 335.
Sergius Telenſis, cognomento Beth-Chartæ, Patriarcha Jacobitarum. 323. 324. ejus ſectarii. 329.

Sergius Epiſcopus Armeniorum. 378.
Sergius Syncellus Jacobi Baradæi. 33..
Sergius Epiſcopus Euphemię. 139.
Sergius Presbyter & Chorepiſcopus in regione Sinarum. 256.
Sergius Athanaſius Maphrianus. Vide Athanaſius.
Sergius Epiſcopus Sarug. 351.
Sergius Epiſcopus Edeſſæ Armenus. 333.
Sergius Epiſcopus Suræ. 327.
Sergius Riſius calligraphus. 308.
Sergius Rheſinenſis medicus. 272. 310. 315. 323.
Sergius doctor Hazæ. 412.
Sergius Presbyter filius Aaron Archipresbyteri. 9.
Sergius Diaconus. 58.
Sergius Homericarum Epiſcopus Julianiſta. 84. 87.
Sergius Epiſcopus Cyri. 89.
Sergius Epiſcopus Hirtæ. 420.
Sergius Epiſcopus Gandiſapor. 420.
Sergius Duda. 425.
Sergius Epiſcopus Maaltæ. 434.
Sergius Arianus medicus. 436. 438.
Sergius Patriarcha Chaldæorum. 437. 439.
Sergius Maphrianus Jacobitarum. 439.
Serguna Epiſcopus Mardæ. 110. 111. 112. 114.
Severi Antiocheni Patriarchæ opera in Syriacum converſa. 46 interitus. 54. opera citata à Petro juniore. 80. 96. à Darenſi. 120. à Baſilio Patriarcha. 126. à Barcepha. 129. à Barſalibæo. 158. 180. 205. 207. à Barhebræo. 283. 295. 298. 302. 303. ejus geſta ex eodem Barhebræo. 321. 327.
Severiani. Vide Jacobitæ.
Severus Bar-Maſche, Patriarcha Jacobitarum. 104. 335.
Severus Sabocht Epiſcopus Kenneſrinenſis. 335.
Severus Epiſcopus Amidæ. 48. 107. alter. 48. 112 alter. 388.
Severus Epiſcopus Aſmonæorum. 143.
Severus Barcepha. Vide Moyſes.
Severus Epiſcopus Tabrizi. 253. 254.
Severus Epiſcopus Samoſatæ. 334. 342.
Severus Epiſcopus Haæ. 382.
Severus Epiſcopus Hieruſalem. 334.
Severus Joſue Epiſcopus Adorbiganę. 251.
Severi Mokaffæi hallucinatio de controverſia Petrum inter & Damianum. 70.
Severus Epiſcopus Edeſſæ. 102.
Severus Philenſis. 109.
Severus Jacobus Bar-Sciacco, ſeù Bar-Eſau, Epiſcopus cœnobii S. Matthæi. 455. Vide Jacobus Tagritenſis.
Severus Epiſcopus Kenneſrinenſis, auctor Anaphoræ. 463.
Severinus pagus. 382. 448.
Sibabarcha urbs. 213. 361. 362.
Sidon urbs Phœniciæ. 89.
Sidus pagus. 299.
Sigara urbs. Vide Singara.
Sigar. 111. 232.
Siiæ templum. 51. cœnobium in territorio Sarugenſi. 105. Synodus. ibidem, & 348.
Silas Patriarcha Chaldæorum. 409.
Simeon Epiſcopus Amidæ. 48. alter. ibid.
Simeon Beth-Arſamenſis. 60. 409.
Simeon Maphrianus Jacobitarum. 342. 434.
Simeon Kokita ſcriptor. 322.
Simeon Epiſcopus Arzun. 213 368.
Simeon Epiſcopus Chiſumæ. 356.
Simeon Zabdæ Epiſcopus Manemita. 384. Vide Baſilius Patriarcha.
Simeon Epiſcopus Hatachæ 382.
Simeon Heſnenſis inſtaurator cœnobii Sancti Cyriaci. 370.
Simeon Patriarcha Chaldæorum. 256.
Simeon Patriarcha Jacobitarum Abrahamianorum. 347.
Simeon Tabakan Abbas cœnobii Barſumæ. 234. 235.
Simeon Presbyter & medicus. 252. 259. 379. 380. 381.
Simeon Bar-Kalig Neſtorianus, Epiſcopus Tauſæ, deinde metropolita Sinenſium. 255. depoſitus à Denha Patriarcha, & in carcerem detruſus. 256.
Simeon Taibutha, monachus & medicus. 315. 425.
Simeon Epiſcopus S. Matthæi. 414.
Simeon Elianita. Vide Cyrillus.
Simeon Epiſcopus Perſidis. 433.
Simeon Abbas Gabulæ. 60.
Simeon Abbas cœnobii Licinii, Pſalterium è Græco Syriacum reddit. 83. ejus epiſtola ad Eliſæum. ibid.
Simeon Epiſcopus Edeſſæ. 103. alter ex Beth-cheduna pago. 111. abdicat Epiſcopatum. ibid.
Simeon Epiſcopus Haran. 100. 105. 107.
S. Simeon Barſaboë Epiſcopus Seleuciæ. 399. inſtituit, ut duobus choris in Orientalibus Eccleſiis Pſalmi canerentur, utque id fieret memoriter, non ex codice. ibidem.
Simeon Epiſcopus Anbaræ. 413.
Simeon Epiſcopus Hirtæ. 415.
Simeon Epiſcopus Sigaræ. 443.
Simeon Epiſcopus Deltæ. 455.
Simeon Epiſcopus Buazichæ. 455.
Simeon Epiſcopus Moſul. 455. 456.
Simeon Epiſcopus Telæ & Barbariæ. 456.
Simeon Epiſcopus Baladæ & Geslunæ. 456.
Simeon Epiſcopus Arzuni. 456.
Simeon Patriarcha Chaldæorum. 457. alii quatuor. ibidem. Simeon cognomento Mama. ibid. Simeon Denha. ibid. alii duo. ibid. Simeon Bar-mama. ibid.
Sinarum metropolita. 458. Sinarum regio à Patriarchis Chaldæorum Epiſcopos accepit & præcones Evangelii. 255.
Sindi populi. 113.
Singara urbs. 107. 108.
Singaræ montis cœnobium. 415. Vide Sigar.
Siran Epiſcopatus. 460.
Siroës monachus. 415
Siroës Perſarum Rex, Cavades dictus. 416.
Sis urbs Ciliciæ. 247. 252. Eccleſia Deiparæ & Barſumæ. 375.
Sobenſis. Vide Ebedjeſu Epiſcopus Sobæ.
Socotora Epiſcopatus. 456. 460.
Socratis hiſtoria Eccleſiaſtica. 313.
Sogdes Epiſcopus S. Matthæi. Vide Timotheus Sogdes.
Solimanus. Vide Salomon.
Solimanus Chalipha. 105.
Solimanus filius Hiſciami Chaliphæ. 107.
Solimanus Bar-Gamali Saphiaddaule. 254.
Sophene regio. 114.

Soterichus Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ. 16.
Spiritus Sancti proceſſio ex Filio. 131. Invocatio. 194. 201.
S. Stephani, ſeù Bochræ, cœnobium apud Benebil & Roſmil. 221. 228.
Stephanus Barſudaili Edeſſenus. 30. ejus errores. 31. commentaria. 32. expoſitio in Pſalmos. 33. geſta. ibid. inter hæreticos recenſetur. 34. liber cui titulus *Hierotheus*. 290.
Stephanus Pauli filius dux. 109. 110.
Stephanus Edenenſis Patriarcha Maronitarum, Abdalmonemum juniorem cum ſeniore Libani duce confundit. 9. & Mabugum cum urbe Marhas. 23. 91. & Callinicenſem Petrum cum Cnapheo. 77.
Stephanus Sophiſta Alexandrinus. 72.
Stephanus Epiſcopus Chaboræ. 111. 114.
Stephanus Epiſcopus Halavanæ. 439.
Stephanus Severinita Epiſcopus S. Matthæi. 462.
Subchalieſu Epiſcopus. 256.
Subchalmaran. Vide Sciubchalmaran.
Sur caſtrum. 221 228.
Surinus Patriarcha Chaldæorum illegitimus. 431.
Suſa & Ledan Epiſcopatus. 459.
Symmachi verſio. 283.
Synnada urbs. 106. 136. 139.

# T

TAADIL. Vide Tributum.
Taalabenſes Arabes. 115. 419.
Taban pagus. 221. 226.
Tabos cœnobium. 368.
Tabriſtan & Rajç metropolita, 458.
Tabrizum urbs. Vide Tauriz.
Tagiaddaules diſcipulus Barhebræi. 259.
Tagrit urbs. 111. 209. 254. 410. novis ædificiis ornata à Dionyſio Maphriano. 449. ejus Eccleſiæ. 449. Tagritenſes cum Matthæanis cœnobitis contendunt. 342.
Tahal oppidum Garmæorum. 10.
Taii. Vide Arabes.
Taiſapha locus. 110
Tamariangus, ſeù Tamerlanus, Tartarorum Rex. 229 Timur Bech dictus. 471.
Tamenin pagus. 353
Tamuza Epiſcopus Seleuciæ. 400.
Tanchet metropolis. 456. 458.
Tangu pagus. 353.
Taril cœnobium. 91. 334. 351.
Tarmanæ Synodus. 338.
Tarmel cœnobium. 61.
Tarſus Epiſcopatus. 459. exundante fluvio obruitur. 88.
Tatiani Diateſſaron. 158.
Tauriz urbs Epiſcopalis. 253. 258. 378.
Tauſa urbs Choraſanitarum. 255.
Tazacum urbs. 258.
Tela, ſeù Conſtantina, urbs Meſopotamiæ, aliàs Tela Mauzalat. 54. 114.
Tela Arſania. 380.
Tela & Barbaria, Epiſcopatus. 456.
Telmahar vicus. 98.
Tela-Comum. 106. 113.
Tel-Maſrita. Vide Maſrita.
Telbeſme oppidum. 221. 228. cœnobium. 111.
Telbaſer Oppidum. 360.
Teledæ cœnobium. 337. Teledenſes monachi. 37. Teleda caſtrum. 350.
Telaphar regio. 437. pagus. 451. Epiſcopatus. 452.
Telſephre cœnobium. 349.
Tel-Patricia urbs. 353.
Tel-Cobab pagus. 222. 228.
Teſra Epiſcopatus. 459.
Teſtamentum novum à Xenaja è Græco Syriacè redditum. 23. à Polycarpo Chorepiſcopo. 83 à Thoma Heracleenſi. 92. 334. Vide Verſio.
Thabeth ebn-Senan Sabæus. 311. 317.
Thabeth ebn-Korra Abulhaſan Sabæus. 311. 316. ejus libri. ibid.
Themanon Epiſcopatus. 449.
Theodorus Mopſueſtenus citatus à Bar-hebræo 283.
Theodorus Abucara Archiepiſcopus Cariæ, aliàs Haran. 292.
Theodorus Epiſcopus Edeſſæ. 325. alter cognomento Sukair. 231. 232. 370.
Theodorus Smakrenſis, ideſt rufus. 247. 379.
Theodorus Epiſcopus Samoſatæ. 340.
Theodorus Bar-Vehebun monachus. 364. intruſus Patriarcha Jacobitarum, Joannes appellatus. 368- 213. depoſitus. 214. fuga elapſus. 215. Patriarcha in Cilicia proclamatus. ibid. obiit. 216. ejus ſcripta. ibid.
Theodorus Patriarcha Jacobitarum. 103. 335. 421.
Theodorus Abbas Cuphlidenſis. 379.
Theodorus Epiſcopus Gandiſapor. 440.
Theodorus Epiſcopus Laſciumæ. 440.
Theodorus Antiochenus medicus. 311.
Theodorus Epiſcopus Bethgarmæ. 440.
Theodoritus Patriarcha Græcorum. 432.
Theodoſius Patriarcha Alexandriæ. 327. 330. ejus obitus. 89. 329. opus de Trinitate adversùs Tritheitas. 80.
Theodoſius Patriarcha Jacobitarum, cognomento Romanus. 124. 349. 364 ejus epiſtolæ 125, 349. Syntagma medicum. 315. 349.
Theodoſius Epiſcopus Callinici. 434. 344.
Theodoſius Epiſcopus Edeſſæ frater Dionyſii Patriarchæ. 345.
Theodoſius Epiſcopus Rheſinæ. 338.
Theodoſius Epiſcopus Baalbech. 342.
Theodoſius monachus Hieroſolymitanæ Sedis invaſor. 55.
Theodoſius Patriarcha Chaldæorum. 436.
Theodotionis verſio. 283.
Theodotus *Ancyræ*. 295. 303.
Theodotus Epiſcopus Amidæ. 48. 58. 105. abdicat ibid. perperàm Patriarcha appellatur. 106.
Theodoti cœnobium. 221. 2.8.
Theoduni *Syntagma* medicum. 311.
Theonis Alexandrini opera Syriacè. 315.
Theophilus Edeſſenus Maronita. 311. 313. 315.
Theophilus Epiſcopus Damaſcenus. 142.
Theophilus ſeù Theophanes, Patriarcha Antiochiæ. 70. 333.
Theopaſchitarum error à Jacobitis profligatur. 117. 187.
Theophraſti libri tranſlati a Jahia ebn-Adi. 311.

Theo-

Theorianus à Manuele Imp. ad Armenios & Jacobitas allegatus. 364. 365.
Thilaticomum. Vide Tela-Comum.
S. Thomas Apoſtolus Orientis. 387. S. Thomæ Seleuciæ monaſterium. 46. Eccleſia Mardæ 365. Tagriti. 431. Bagdadi. 254.
Thomas Epiſcopus Amidæ. 48. 58. alter. 90. 103. 105.
Thomas Gothus Dux Amidæ. 52.
Thomas Telenſis Stylita. 105.
Thomas Rheſinenſis, Epiſcopus Daræ. 58. 119. 327.
Thomas Epiſcopus Turabdini. 377.
Thomas Heracleenſis, Epiſcopus Germaniciæ. 90. 158. 411. ejus vita auctore anonymo. 91. Vita ex Barhebræo. 334. Anaphora. 92. novum Teſtamentum e Græco Syriacum facit. 92. 334. Anaphoras Patrum Syriacas reddit. 92.
Thomas Edeſſenus, Jacobita. 411. alius à Thoma Heracleenſi. 412.
Thomas Senior, Epiſcopus Germaniciæ. 89. 327. obit Samoſatæ. 92. alius à Thoma Heracleenſi. ibid.
Thomas Epiſcopus Damaſci. 327.
Thomas I. Maphrianus Jacobitarum. 347. 437.
Thomas II. Stylita, Maphrianus Jacobitarum. 441.
Thomas Epiſcopus Bagdadi. 147.
Thomas Epiſcopus Edeſſæ. 331.
Thomas Timotheus Epiſcopus Jacobita. 300.
Thomas Epiſcopus Caſcaræ. 433.
Thomas Æthiops Epiſcopus Abiſſinorum, 371.
Thomas Epiſcopus Bethgarmæ. 447.
Thomas Archidiaconus Neſtorianus. 254.
Thomas Epiſcopus Indiarum. 257.
Tigris fluvius exundat. 112.
Timotheus Patr. Alex. 301.
Timotheus Patriarcha Chaldæorum. 287. 433. ejus cœnobium. 434. ſcripta. ibid.
Timotheus alter Patriarcha Chaldæorum. 456.
Timotheus Epiſcopus Hieruſalem Jacobitarum. 154.
Timotheus Joſue Epiſcopus Bagdadi. 251.
Timotheus Epiſcopus Edeſſæ. 110. 111.
Timotheus Thomas Epiſcopus Jacobita. 300.
Timotheus Epiſcopus Damaſci. 348.
Timotheus Epiſcopus Samoſatæ. 348.
Timotheus Epiſcopus Tel-patriciæ. 358.
Timotheus Epiſcopus Carſenæ. 361.
Timotheus Epiſcopus Gargar, deinde Samoſatæ. 361. 362.
Timotheus Epiſcopus Arabum. 452.
Timotheus Sogdes Epiſcopus S. Matthæi. 448. 449.
Tirenſe cœnobium. 59.
Tirhana urbs. 142. fortaſsè Tiria. ibid. regio. 430. Epiſcopatus. 459.
Titus Epiſcopus Moſul & Adiab. 450.
Tobias Epiſcopus S. Matthæi. 414.
Torſena pagus. 350.
Trazereg cœnobium. 360.
Tributum Chriſtianis impoſitum, dictum Taadil, & Charagium. 104. auctum ab Abdalla chalipha. 116.
Trinitas. Controverſia de Uno ex Trinitate carne paſſo. 28.
Tripolis urbs Phœniciæ. 89. 245.
Triſagius hymnus. Errores Petri Cnaphei in appendice ad Triſagium. 36. an appendix illa facta ſit ſub Euſtathio Antiocheno. 60. ejus origo. 180.
Tritheitarum origo. 327. hæreſis 328. 329. diſputatio cum Monophyſitis. 329.
Turabdin regio. 110. 209. 220. 236. Patriarchæ ejus regionis. 384. cæteris Jacobitis uniuntur. 386.
Turci populi. 113. Chriſtiana fide imbuti. 444.
Turrium cœnobium. 339.
Tyrus urbs Phœniciæ. 89. Tyria Synodus ſub Severo & Xenaja. 18.

# V

VALID filius Abdalmalechi Chalipha. 105. 337.
Vaſeta urbs Epiſcopalis conjuncta Caſcaræ. 449.
Vaſetæ cœnobium. 439. dictum Sabarjeſu. 442.
Uchama Abbas. 418.
Vehebus Joannes Epiſcopus Gozartæ. Vide Joannes.
Verſio Scripturæ Syriaca quæ ſimplex appellatur. 23. 83. 91. 130. 307. quando & à quibus elaborata. 279. altera è Græco confecta. 307. Evangelium Matthæi ex Hebraico translatum. 160. nævi in Verſione Syriaca ex animadverſione Bar-hebræi. 279. comparata cum Verſione ſeptuaginta Interpretum. 280. Verſio Heracleenſis & Karkaphenſis. 283. 307. 334. Alexandrinus Codex Evangeliorum. 170.
Vinum exſiccatum & in pulverem redactum, quod Clerici Amidenſes in calicem immittere ſolebant. 58.
Virgines MM. in flumen ſe præcipites agunt, ne in barbarorum manus deveniant. 62.
Virginum jejunium, ejuſque inſtitutio. 425. 426. 428.
Ulanitæ. 308.
Umarus. Vide Omarus.
Uphrinus fluvius. 350.
Urmia urbs Epiſcopalis. 449. ibi Sedes Patriarchæ Neſtorianorum. 457.

# X

XENAIAS Mabugenſis, qui & Philoxenus Epiſcopus Hierapolis. 10. ejus patria & conditio. ibid. an ſervus & divini baptiſmatis exſors. 11. 35. Neſtorianos in Perſide inſectatur. 402. quo anno Epiſcopus Mabugi ſeù Hierapolis. 12. Flavianum Antiochenum ad ſuſcipiendum Henoticum Zenonis adigere conatur. 13. bis Conſtantinopolim proficiſcitur. 14. Sidonienſi Synodo intereſt. 16. in Flaviani depoſitionem conſpirat. 17. Severum in Antiochena Synodo ordinat. ibid. in Catholicos Syriæ ſecundæ debacchatur. 18. ejus exilium & interitus. 19. memoria apud Jacobitas. 20. Stylus. ibid. errores de una Chriſti natura, de proceſſione Spiritus Sancti, & de tollendis Imaginibus Incor-

corporeorum. 20. in errorem Incorrupticolarum impegit. 22. examinatur ejus ſententia de paſſionibus Chriſti. 168. ejus opera. 23. fides circa Incarnationem. 25. controverſia de Uno ex Trinitate carne paſſo. 28. Stephani Edeſſeni errores impugnat. 30. Profeſſio Fidei. 33. Monotheliſmum adſtruit. ibid. Epiſtola ad Zenonem Imperatorem. 34. Epiſtolæ duæ ad monachos Gaugalenſes. 35. quo ſenſu appendicem ad Triſagium uſurpavit. 36. Epiſtola ad monachos Amidenſes. 37. Epiſtolæ duæ ad monachos Teledenſes. ibid. Epiſtola ad monachos Senunenſes. 38. Diſputatio cum Neſtoriano. 45. Tractatus in Neſtorianos & Eutychianos. ibid. Tractatus de Fide. ibidem. Epiſtola adversùs Abibum. ibid. Epiſtola ad Arzunitas. ibid. Epiſtola ad monachum novitium. 46. Epiſtola ad Patricium Edeſſenum. ibid Tractatus de caſtitate. ibid. de Interdicto & excommunicatione. ibid. Cantus Xenajæ tributus. ibid. Verſio Teſtamenti novi ab eo confecta. 23. 91. 334. an Polycarpo Chorepiſcopo tribuenda. 83. opera citata à Darenſi. 120. à Barcepha. 129 à Barſalibæo. 158. error ejus de tempore creationis Animæ Chriſti. 158. opera citata à Bar-hebræo. 283. 295. 302. 329.

Xenajas Ananias Joannes Patriarcha. Vide Ananias.

Xenajas Ignatius Patriarcha. Vide Ignatius VIII.

Xyſtus citatus à Jacobo Tagritenſi. 239.

## Z

Zaba Meſopotamiæ locus. 108. Epiſcopatus. 459.

Zabar cœnobium. 361.

S. Zachæ, ideſt, Nicolai, cœnobium apud Callinicum. 307. 344. 348. 385. 416.

Zachæus Epiſcopus Arzuni. 449.

Zachæus Epiſcopus Charmæ. 111. 115.

Zacharias Malela, ſeù Rhetor, Epiſcopus Melitinæ. 54. ejus hiſtoria Eccleſiaſtica. 54. 169. 313.

Zacharias Epiſcopus Edeſſæ. 112. 114.

Zacharias Patriarcha Alexandriæ. 151.

Zacharias, ut dicitur, martyr. 439.

Zacharias Epiſcopus Anbaræ & Haitæ. 449.

Zacharias Epiſcopus Caſcaræ. 435.

Zachonius. Vide Sergius.

Zaidi caſtrum. Vide Heſna-Zaidi.

Zaidus Scytharum præfectus. 114.

Zainæ Eccleſia in Moſul. 448.

Zaita, Zaitun, & Zeita. 106.

Zamaſphes Rex Perſarum. 408.

Zanzalus. Vide Jacobus Baradæus.

Zapharanenſe cœnobium. 154. ubi Sedes Patriarchæ Jacobitarum. 386. inſtauratum ab Ignatio XI. ibid.

Zarchia arx. 471.

Zarnuchæ cœnobium. 337. 448.

Zeba. Vide Zaba.

Zebedæa inſula. Vide Gozarta.

Zebina Patriarcha Aſſaſſinitarum. 440.

Zebina calligraphus. 230. 378.

Zelotæ Arabes, Aruritæ dicti. 108.

Zeno monachus. 415.

Zenonis Imperatoris obitus. 56.

Zeugma urbs. 354.

Zoara martyr Amidæ. 58. 226. ejus templum ibidem. 335.

Zoara hæreticus Stylita. 226.

Zoara monachus. 114.

Zohair Dux. 107.

Zonicratæ cœnobium. 371. 378.

Zuabia urbs Epiſcopalis. 412. 431.

Zuchenin cœnobium. 98. 107. 284. 344.

# FINIS

# ERRATA.

PAgina 2. columna 1. verſu 8. قاشتهى lege فاشتهى. Pag. 7. col. 2. verſ. 4, فاستحضره lege فاستحضره. Pag. 9. col. 1. verſ. 18. ابن عطيه lege ابن عطشه. Ibidem *Ebn Athia*, lege *Ebn Atſcia*. Pag. 39. col. 2. verſ. 38. ܘܐܟܠ lege ܘܐܟܠ. Pag. 53. col. 1. verſ. 22. ܘܐܩܕܡܘ lege ܘܐܩܕܡܘ. Pag. 75. col. 2. verſ. 39. ܦܓܪܡܘܕܐ lege ܦܓܪܡܘܕܐ. Pag. 82. col. 2. verſ. 17. *Chriſti* 550. lege 570. Pag. 103. col. 2. verſ. 45. *Hiſenum* lege *Haſanum*. Pag. 104. col. 1. verſ. 1. *expunxere*, lege *expunxit*. Ibid. verſ. 3. *retulerunt*, lege *retulit*. Ibid. verſ. 7. *Haſeni*, lege *Haſani*. Pag. 105. col. 2. verſ. 22. *annos*, lege *anno*. Pag. 109. col. 1. verſ. 27. *ananm*, lege *annum*. Pag. 114. col. 2. verſ. 42. *cenſuluere*, lege *conſuluere*. Pag. 121. col. 1. verſ. 42. ܟܠܐܘܬܐ lege ܟܠܐܘܬܐ. Pag. 125. col. 1. verſ. 7. اقنرما, lege اقنوما. Pag. 132. col. 1. verſ. 18. *promanatio*, lege *promanationem*. Pag. 139. col. 1. verſ. 51. *Apameæ*, lege *Euphemiæ*. Pag. 141. col. 1. verſ. 34. *Athanaſius VI.* lege *Athanaſius V.* Ibid. in poſtilla, *Athanaſii VI. ætas*, lege *Athanaſii V. ætas*. Ibidem verſ. 36. *Athanaſius Sextus*, lege *Quintus*. Ibidem verſ. 40. *nonageſimus*, lege *octogeſimus ſextus*. Pag. 141. col. 2. verſ. 25. مسروز, lege مسرور. Pag. 142. col. 1. verſ. 1. *Dionyſius*, lege *Athanaſius*. Pag. 142. col. 2. verſ. 36. *monacbis*, lege *monachis*. Pag. 143. col. 1. verſ. 26. *Dionyſium*, lege *Athanaſium*. Pag. 143. col. 2. verſ. 36. *blc*, lege *bic*. Pag. 144. col. 2. verſ. 23. قوقع, lege فوقع. Pag. 154. col. 1. in margine *Joannes Magnus*, lege *Michael Magnus*. Pag. 154. col. 2. verſ. 12. ܘܡܢܐ lege ܘܡܢܐ. Ibid. verſ. 15. *Scianenſis*, lege *Senenſis*. Pag. 166. col. 2. verſ. 6. ܢܬܚܡܘܢ lege ܢܬܚܡܘܢ. Ibidem verſ. 24. *ſciliict*, lege *ſcilicet*. Pag. 181. col. 2. verſ. 10. تغسير, lege تفسير. Ibid. col. 2. verſ. 7. *annot. In*, lege *annot. in*. Pag. 186. col. 2. verſ. 26. ܨܘܡܟܐ lege ܨܘܡܟܐ. Pag. 189. col. 2. verſ. 6. ܘܡܠܟ lege ܘܡܠܟ. Pag. 212. col. 1. verſ. 25. *Præcurſoris*, lege *Curſoris*. Pag. 213. col. 1. verſ. 1. 1172. lege 1170. Pag. 215. col. 1. verſ. 12. & col. 2. verſ. 45. *Aſſanitas*, lege *Aſſaſſanitas*. Pag. 217. col. 2. verſ. 13. *Caput* 36. lege 35. & ſic in ſeqq. Pag. 222. col. 1. verſ. 31. *oraculis*, lege *oralis*. Pag. 223. col. 2. verſ. 27. ܚܡܢܐ, lege ܚܡܢܐ. Ibid. verſ. penult. ܙܢܩܐ, lege ܙܢܩܐ. Pag. 225. col. 2. verſ. 25. ܘܦܩܕܠܘܗܝ, lege ܘܦܩܕܠܘܗܝ. Ibid. verſ. 29. *Jabiam*, lege *Haje*. Pag. 228. col. 2. verſ. 26. ܘܟܘܡܕܢܐ, lege ܘܟܘܡܕܢܐ. Pag. 229. col. 2. verſ. 24. ܕܡܟ, lege ܕܡܟ. Ibid. ܡܐܢܣ, lege ܡܐܢܐ. Pag. 230. col. 2. verſ. 9. ܘܦܩܕܢܟܐ, lege ܘܦܩܕܢܟܐ. Pag. 242. col. 2. verſ. 18. *totiuſque*, lege *totique*. Pag. 248. col. 1. verſ. 9. 1596. lege 1569. Ibid. verſ. 10. 1285. lege 1258. Ibid. verſ. 12. *Alepum*, lege *Alepus*. Pag. 251. col. 1. verſ. 11. *Adorbigani*, lege *Adorbiganæ*. Ibid. verſ. 25. *Adorbigano*, lege *Adorbiganæ*. Pag. 257. col. 2. verſ. 30. ܐܦ, lege ܐܦ. Ibid. verſ. 32. *Judæorum*, lege *Indorum*. Pag. 263. col. 1. verſ. 40. ܗܘܦܐ, lege ܗܘܦܐ. Pag. 264. col. 1. verſ. 32. *eam*, lege *id*. Ibid. verſ. 33. *ea*, lege *eo*. Pag. 272. col. 2. verſ. 36. *nam ex*, lege *nam*. Pag. 276. col. 1. verſ. 41. *inſra*, lege *infra*. Pag. 279. col. 1. verſ. 30. ܡܕܡܕܘܢܬܐ, lege ܡܕܡܕܘܢܬܐ. Pag. 280. col. 1. verſ. 18. ܗܡܡܠܟܢܐ, lege lege ܗܡܡܠܟܢܐ. Ibid. verſ. 27. & 30. ܐܬܦܩܕܘܢ, lege ܐܬܦܩܕܘܢ. Ibid. col. 2. verſ. 13. ܡܠܟܘܬܐ, lege ܡܠܟܘܬܐ. Pag. 283. col. 2. verſ. 24. ܡܕܡܩܡܪ

lege

lege ܡܩܡܘܡ. Pag. 284. col. 1. verſ. 33. *Maikam*, lege *Mokimum*. Pag. 297. col. 1. verſ. 9. *Ætiopem*, lege *Æthiopem*. Pag. 302. col. 1. verſ. 17. dele *Baſilium*. Pag. 312. col. 1. verſ. 43. *Stephanus*, lege *Abraham*. Pag. 330. col. 2. verſ. 30. *pamprimum*, lege *quamprimum*. Pag. 341. col. 2. verſ. 21. *nobis*, lege *nobis*. Pag. 342. col. 1. verſ. 15. *Beth-Boten*, lege *Beth-Botin*. Pag. 352. col. 2. verſ. 1. *Stronghylos*, lege *Stronghilos*. Pag. 361. col. 2. verſ. 36. *anno* 1436. lege 1456. Pag. 369. col. 2. verſ. 12. 1551. lege 1511. Pag. 381. col. 1. verſ. 28. *ſequeſtris*, lege *ſequeſtribus*. Pag. 382. col. 1. verſ. 45. *Iguatii*, lege *Ignatii*. Pag. 382. col. 2. verſ. ult. *dlem*, lege *diem*. à pag. 387. ad 399. pro *Patriarchæ Jacobitarum*, in titulo ſubſtitue *Primates Orientis*. Pag. 388. col. 2. verſ. 28. *Bubuæi*, lege *Babuæi*. Pag. 394. col. 2. verſ. 18. تلاز, lege تلاذ. Ibid. verſ. 19. الاهواذ, lege الاهواز. Pag. 406. col. 1. verſ. 3. *cgo*, lege *ego*. Pag. 412. col. 1. verſ. 35. اسقغا, lege اسقفا. Pag. 413. col. 2. verſ. 22. *indicerent*, lege *indicere*. Pag. 441. col. 1. verſ. 28. ܐܘܘܙ, lege ܐܘܙ. Ibid. col. 2. verſ. 31. *anno Græcorum*, lege *Hegiræ*. Ibidem col. 2. in margine, *Baſilius ſecundus*, lege *Baſilius tertius*. Pag. 454. col. 2. verſ. 17. *anno Græcorum* 1553. lege 1533.

00051058

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 15 June, 2016